VICENTE FERRER, Santo

Beati Vincentii... Praedicatorum Ordinis... Sermones aestivales / eisdem denuò summa cura per D. Damianum Diaz... recognitis ; luculentae adnotationes in margine accesserunt. -- Lugduni : Apud Haeredes Iacobi Iunctae, 1558

[24], 935 p., 2a**8, 2b**4, A-Z8, 2A-2Z8, 3A-3M8, 3N4 ; 8°

Marca de imp. en port. -- Apostillas marginales

1. Año litúrgico-Sermones 2. Liturgi urtea-Sermoiak I. Díaz, Damián, ed. lit. II. Sermones aestivales III. Título

R-6384 An. ms. en h. de guarda. -- Enc. perg., deteriorada. -- Firma autógr. en port.

BEATI

VINCENTII


NATIONE HISPANI,

PROFESSIONE SACRI

Prædicatorum ordinis, Theologiæq; doctoris, & Euangelicæ doctrinæ prædicatoris celeberrimi.

SERMONES AESTIVALES.

Iisdem denuò summa cura per D. DAMIANVM DIAZ Lusitanum, Theologiæ professorem, recognitis, luculentæ Adnotationes in margine accesserunt.



LVGDVNI,

Apud hæredes Iacobi Iunctæ.

M. D. LVIII.

INCIPIT TABVLA ALphabetica ſermonum magiſtri Vincentij ordinis prędicatorũ partis eſtiualis, omnium in hoc volumine contentorũ prompte indicatiua.

A

ABominatio ſiue blaſphematio dei peior inter omnes ſeptẽ modos malæ vitæ. Patet Ser. ſe. vj. Pente. 294

Abſtinẽtia cum moderamine & diſcretione perficienda eſt. patet Serm. ij. dominicæ in albis. 63. Et Sermo. feriæ quintæ Pentecoſtes. 280

Abſtinẽtia corporalis neceſſaria eſt. patet Ser. vij. do. in albis circa finẽ. 92

Abundãtiã quadruplicẽ habebunt, qui vitã bonã inducere nituntur. Ser. vj. dominicæ infra octa. Aſcenſionis. ſ. Ante omnia. 236

Actio Chriſti. Itẽ omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio. Ser. iij. dominicæ iij. poſt oct. Paſche. 149

Adoratio Euchariſtiæ. i. hoſtiæ cõſecratæ qualis erit. Sermo. j. feſti corporis Chriſti. 320

Adam per peccatum ſuum traxit nos omnes ad plures defectus ſiue plura mala. Sermo. j. dominicæ tertię poſt Trinitatem 394. Ibidem nota. Humiliatione poſſumus recuperare quæ Adam ſuperbiendo amiſit. 395

Aduentus Meſsię generalis duplex eſt. Ser. j. dominicæ tertiæ poſt octauas Paſche. 135

Aduentus ſpirtus ſancti tria bona nobis confert. Serm. iij. ferię poſt Pentecoſten. 267

Affectio cæleſtialis ſiue deſiderium ad paradiſum. i. ad cælum empyreum, eſt optimus modus lachrymarum. Sermone ij. dominicæ ſecundæ poſt octa. Paſche. 120

Afflictio pœnitentialis in nobis modica eſt, ſed peccata ſunt multa, magna, & grauia. Serm. j. do. poſt octa. Paſche. 112

Agilitas corporis glorificati quanta eſt poſt reſurrectionẽ, quęre in die Paſche Ser. ij. poſt medium. 19

Alleluya canticum letitiæ, quando cantari debet: & vnde dicitur. Serm. ij. diei Paſche. 10

Altaris ſacrificiũ duas habet cõditiones ſeu proprietates. patet Serm. ij. feſti corporis xp̃i in prin. 326

Altitudines ſiue ſecreta mirabilia ſacramenti Euchariſtię patent in E. de Euchariſtia.

Ambulamus ad paradiſum cæleſtẽ vel equitando, vel pedibus ambulando, vel nauigando, vel natando, vel volando. Serm. v. dominicæ ſextæ poſt Trinitatem. 469

Amor ſiue amicitia fraternalis omnis interpretatur ad bonum. Ser. j. domini. iiij. poſt Trinitatem. 403

Amor proximi fundamentum eſt totius legis Chriſti, & principium omnium bonorum. Ser. vj. dominicæ ſecundæ poſt Trinitatem. 389

Amor Chriſti ad nos tantus eſt, ꝙ accepit omnem iniuriam & crudelitatem noſtrã ad ſe. patet Serm. iij. do. poſt oct. Paſche. 135

Angeli cãtant nobis cantilenam triplicem virtutẽ in ſe continẽtem. patet ſabbato poſt Aſcenſionem. 201

Angelorum chori ſeu ordines, qui & quot ſunt. patet in Ser. Aſcenſionis domini. 194

Angelorum præeminentiam & etiam ordinationem, vide Sermo. ij. domi.

primæ post oct.paſche.99. & in Ser. vj.dominicæ ix.poſt Trini. 541
Animarum purgatorij quatuor ſunt conditiones à nobis valde diuerſæ. Sermo. ſecundo domi. xj. poſt Trinitatem. 579
Animæ damnatæ vide in D. litera, & dictione damnatorum.
Animarum defectus ſiue mala prouenerunt ex peccato protoplaſti. Ser. domini.iij.poſt oct. Paſche. 135
Apparuit Chriſtus poſt reſurrectionem multis modis.patet Serm.ij.diei Paſche 10. & amplius quære in R.de reſurrectione.
Apparuit Chriſtus poſt reſurrectionem in triplici forma. Serm. feriæ quartæ Paſche. 39
Appellare debemus confidenter de iudicio iuſtitiæ dei ad iudicium miſericordiæ eius.Serm.iiij.feriæ ſecundæ Rogationum. 179
Arbitrium reperitur in pluribus creaturis, ſed ſolum in hominibus reperitur liberum.Sermo.iiij.dominicæ quartæ poſt Trinitatem. 417
Arbitrium liberum quomodo per quatuor ligatur.patet ibid. 417
Ardēs erit deſiderium noſtrum in orationibus noſtris. patet Ser. ij. feriæ ſecundæ rogationum. 175
Arguet dominus mundum de multiplici peccato cum venerit ad iudicium.patet Serm. ij. dominicæ tertiæ poſt oct.Paſche. 140
Argumēta multiplicia diaboli,per quę arguit trahēdo nos à bono propoſito,patēt Ser.v.do.xxv.poſt Tri. 929
Argumentis multis. i. apparitionibus diuerſis patuit reſurrectio Chriſti, ſabbato poſt Paſcha. 52
Arma quæ induere debemus vt fortes ſimus in reſiſtendo contra diaboli ſuggeſtiones.patet ſer.iij.& iiij.do. xxj.poſt Trinitatem. 838. & 842
Artes diaboli quam variæ,multiplices, & fallaces ſunt. Et artes Chriſti quæ vere ſunt in oppoſitum.patet Ser. v. domi.xxv.poſt Trinitatem. 929
Articulus reſurrectionis maioris fuit difficultatis, non ſolum fidelibus, ſed etiam infidelibus ad credēdum. Sermone tertiæ feriæ paſche,& Ser. ſabbati poſt Paſcha. 35.& 52
Articulus reſurrectionis ad omnes ſenſus hominis declaratus eſt.patet ibidem,hoc eſt Ser.fe.tertiæ. 35
Articulos fidei ſcire tenemur, & ſepe in petitionibus & orationibus noſtris exprimere ad minus mane & ſero, quia mire virtutis ſunt. Ser.ij. feriæ ij. rogationum. 176
Aſcendit nemo ad cælū niſi qui de cęlo deſcēdit,quomodo intelligitur hoc. Ser.iiij.in feſto Trini. 314
Aſcendimus cęlum per nouem gradus. patet ibidem. 315
Aſcendimus montē dñi.i.cęleſtē curiā, cū ornati ſumus quatuor virtutibus, quas Dauid narrat per ſpiritum ſanctū.Ser.iij.do.xj.poſt Trini. 585
Aſcenſio xpi glorioſa nobis fuit expediens,conueniens, & vtilis. patet in Sermone di i Aſcenſionis. 190
Aſcenſionis Chriſti nota ſex circunſtātias ſeu conditiones,quæ etiā erunt in deſcenſione eius ad iudicium. Ser. fe.ſextæ poſt Aſcenſionem. 195
Auaritiæ peccatū aſsimilat ſtatere iniquæ,& pōderi doloſo. Ser.iiij.do.ij. poſt oct.Paſche,poſt medium. 130
Auaritia comparatur latrocinio,& aua rus latroni. Ser.ij. domi, tertiæ poſt oct.Paſche circa medium. 143

B

Baptiſmus mundat à peccato originali. vide Ser. vj. domi. in albis, & Sermone quarto domini. infra oct. Aſcenſionis. 84. & 221
Baptiſmus, quo mundamur & purgamur eſt quintuplex. Serm. iiij. dominicæ infra oct. Aſcenſionis, 221
Baptizatus ſi crediderit ſaluabitur. vide pulchrum Sermonem. Serm. iiij. do. infra oct. Aſcenſionis. 221
Baptiſmus aquæ eſt primũ ſacramẽtũ eccleſiæ principalius & cõmunius. Et dicitur hoc baptiſma vnũ tripliciter, cũ canit eccleſia, Confiteor vnũ baptiſma &c. patet ibidem. 222
Baptizandi modus & forma patet eodem Sermone. 222
Baptizandi modum vide etiam in Ser, ſecundo diei Trinitatis, Dico ſecundo &c. 308
Beatorum locus eſt inæſtimabilis. ſ. cælum empyreum. Sermo. dominicæ primæ poſt Trini. 350
Beati quomodo viſitent loca damnatorum, & vident pœnam eorum. Ser. j. do. j. poſt Tri. 348
Beneficia Chriſti generalia quatuor ſunt, de quibus retributionem honoris & laudis tenemur ei facere. Serm. v. dom. infra octa. Aſcenſionis per totum. 227
Blaſphemia ſiue abominatio peior eſt inter nouos modos malæ vitę. Serm. ſe. vj. poſt Pentecoſten. 294
Blaſphemia iracundorum notabiliter exprimitur. Serm. ij. domi. iij. poſt oct. Paſche, 145
Bonum quod habemus à deo quotuplex eſt, & quomodo vnum ab altero differt, patet Serm, iij. domi. xiiij. poſt Trinitatem. 641

C

Camera in qua Chriſtus faciet & præparabit cœnã ſuã quotuplex eſt, & quot angulos habet illa. patet Serm. j. domi. ij. poſt Trini, 362
Cantilena quã angeli cantant pro noſtra ſaluarione tres habet virtutes, ſabbato poſt Aſcenſionem. 202
Capitanei infernales omnum diabolorum qui & quot ſunt in inferno, & vnde tentant, patet Ser. ij. do. xxiij. poſt Trinitatem. 882
Captiuitas peccati quo detenti ſumus quam periculoſa eſt. vide Serm. iij. domi. vj. poſt Trinitatem. 458
Character qui datur presbyteris in ſacramento ordinum eſt indelebilis. Ser. vj. do. in albis poſt mediũ, 84
Charitas cordialis quam neceſſaria & vtilis eſt, patet Ser. ij. do. xxiiij. poſt Trinitatem. 900
Charitas ſupernalis eſt optimus gradus bonæ vitæ. Ser. ij. do. j. poſt octa, Paſche, circa finem. 104
Charitatis obiectum deus eſt. Itẽ charitas alias virtutes theologicales excedit. Itẽ donũ charitatis vinculum eſt perfectionis. patet Serm. vj. do, infra octa, Aſcenſionis. ſ. Ante omnia. 231
Charitatis nota tres gradus. ibi.
Charitatis deificę nota etiam tres gradus. Ser. iiij. do. xxiij. poſt Tri. 891
Chriſtus orãdo quadruplicẽ modũ ſeruauit. vide ſupra de oõne in li. O.
Chriſti reſurrectio quomodo & quãdo fiebat, quare Chriſtus ſuam reſurrectionem non retardauit vſq; ad generalem omniũ reſurrectionẽ. Quibus reſurrectionẽ ſuam Chriſtus per ordinem manifeſtauit, quare Chriſtus omnia iſta fecit. vide ſupra de reſurrectione, in litera R.

Christi vulnera quinque quære in litera V.
Christi quælibet actio nostra est instructio: Ser. iij. do. post oct. Paschæ. 105
Christi humiliatio sub tribus est creaturis, scilicet sub angelis, sub hominibus, & sub diabolo. quære supra de humilitate. vide in litera H.
Carnaliter loqui & cõuersari est quartus gradus quo itur ad infernũ. Sermo. iiij. do. xj. post Trinitatis. 591
Caro subiici debet imperio animæ. vide in do. in albis. Ser. ij. 63
Caro nostra dicitur ancilla, anima vero filia. ibidem.
Castè viuere in gulositate & ebrietate est magis miraculosum quã mortuos suscitare. Ser. iij. domi. j. post octa. Paschæ. ibi, Quintum opus &c. 110
Catholica fides quomodo teneri debet quære in do. j. post Pascha. & in albis. Sermo. v. per totum. 79
Cautele quedã sunt ambulantib⁹ peregre necessariæ. patet Ser. vj. dominicæ. xx. post Trinita. 811
Celebratio missæ. vide de Missa in M.
Celebrãdo quidã errãt, vide in Errore.
Cæli proprietates quæ & quot sunt. Et in quo cælo nos hic viuẽtes corporaliter mente cõuersari debemus. Ser. iiij. do. xxiij. post Trinita. 892
Cena Christi quæ est, & qui sunt ad eã vocati. Serm. j. domi. ij. post Trinita. ibidem. de quarto &c. 362. & 363
Census siue numisma quẽ vel quod deo tenemur, qualis vel quale est. patet Sermo. ij. & iij. domi. xxiij. post Trinitatem. 881. & 886
Cibamur spiritualiter quandocunque missam debite audimus. Ser. j. do. j. post octa. Paschæ. 96
Cibus quẽ comedimus hic conuiuando & prandendo cum rege Christo multiplex est. patet Sermo. ij. do. xx. post Trinita. 795
Ciuitatis fortitudo cõsistit in septem. vide in Ser. ij. domi. j. post Trinitatis circa finem. 354
Claritas corporis glorioſi excedit claritatem omnium planetarũ. Ser. iij. domi. in albis. 68
Claudi vocãtur ad conuiuium Christi, quare hoc, & quid designat per eos. ser. j. do. ij. post Trini. in fine. 363
Cogitatiõe quatuor habebim⁹ in mẽte per quas trahi possumus ad patrẽ nostrum cẽlestẽ. Ser. fe. iiij. Pẽteco. 274
Collocamur in optimo loco a Christo tanquã oues a vero & bono pastore. ser. j. do. j. post octa. Paschæ. 93
Colluctatio multiplex perhibetur nobis ab apostolo. Ser. iij. do. xxj. post Trini. post medium. 840
Cõmunicare volens contra quatuor reges malos victoriam habebit, qui de omni peccato tentant. Ser. iij. dominicę infra octa. Ascensionis. in secunda excellentia. 215
Cõicare obligamur semel ad minus in anno realiter, sed in qualibet dñica spũaliter. Ser. j. do. j. post oct. Paschę. 97 Item in octaua sacramenti. 355
Cõpassio fraternalis qũo ad proximũ optima est eleemosyna. Ser. j. dñicæ ij. post octa. Paschæ. 112
Conclusiones tres subtiliter ostendunt de opere dei bono, quod in nobis incipit, continuat, & perficit. Sermo. v. do. xxij. post Trinita. 873
Concordia siue pax in triplici statu hominum seruari debet, sed diuersimode. quære hoc in dñica in albis. Ser. j. & ij. 58. & 62. Amplius de concordia quære in litera P. de Pace.

Concordia fraternalis neceſſaria eſt ad acquirendum ſpiritum ſanctum. Sermo.j.diei Penteco. 249
Cõditiõnes ſeptem male ipſius inferni nocte fiunt, per dictũ Iob. Sermo.ij. dñicæ.ij.poſt Trinitatẽ.ibi, Quantũ ad ſecundam villam &c. 372
Cõditiones peccatorũ octo. vide Ser.v. dñicæ.ij.poſt Trini.ante finem. 388
Confeſsio ſacramẽtalis eſt gradus quidam per quem aſcẽdimus in cælum. ſermo.j.diei Trinita. 298
Confeſſio fit in inferno, nõ deo, ſed diabolo ex vehementi anguſtia damnatorum. ſer.ij.dñicæ xj.poſt Trinita. ibi, Dico quarto &c. 584
Confeſſorẽ eligamus nobis magis diſcretum. Ser.j.dominicæ iiij.poſt Trinitatem ante finem. 405
Confirmatio quia eſt quoddam ſacramentum, quærenda eſt in litera S. de ſacramentis.
Confidere nemo debet ex ſe tanquã ex ſe aliquid facere, quia oĩa a deo ſunt. Ser.iij.dñicæ.v.poſt Trinita. 433
Confortatiuum triplex eundi ad paradiſum cæleſtem. patet ſermo.v. dominicæ vj. poſt Trini. 469
Conſcientia noſtra dicitur liber dei, quia ex conſcientia deus noſcit opera noſtra, & nos noſmetipſos. Ser.j. dominicæ infra octa. Aſcẽſionis. ibi, Dico primo &c. 207
Cõſolationes tres magnas fecit nobis xps. ſer.j.do.iij.poſt oct. Paſchæ. 136
Cõuerſatio noſtra erit in cælis, quomodo hoc intelligitur. Ser.iiij.dominicæ xxiij.poſt Trinitatis. 891
Chorde decem in pſalterio deſignant decem præcepta decalogi. Serm.j.in die Paſchæ. 6
Coronari voluit Chriſtus, vt ſuperbiã quæ eſt radix omniũ malorũ, & initium noſtræ perditionis, nos vitare doceret. ſermo.iij.dñicæ j.poſt octa. Paſchæ. ibi, Quartum opus &c. 109
Corpus dominicum quam differenter datur nobis hic, & in æterna gloria. Ser.ij.diei Paſchæ. 10
Corpus Chriſti poſt reſurrectionẽ quatuor dotibus fuit dotatum, ſcilicet nobilitate, agilitate, claritate, & impaſsibilitate. patet ibidem. etiam ſermo.iij.dominicæ in albis. 67
Crapula quot defectus & morbos corporis adducit. patet ſerm.j. do.xvij. poſt Trinita. 722
Creaturarum diuerſarum diuerſum nota gradum. Sermo.iiij.dominic.iiij. poſt Trini.in prin. 417
Creaturarũ nouarum xv. in anima ſunt cõditiones. Ser.v.do.xxij.Trini. 873
Creationẽ mũdi. vide infra de litera M.
Credere deo, credere deũ, & credere in deum, qũo differunt. patet ſermo.ij. domi.xxj.poſt Trinita. 834
Credere quid tenemur, & qũomodo, & q̃ credẽtia ſimplex eſt neceſſaria & meritoria. ſer.v.in albis. 79
Credere tenemur articulos fidei. hoc dictum eſt ſupra in litera A, de articulis, vide ibid.
Chriſti dicimur omnes Chriſtiani, & ei pertinemus triplici iure. Ser.iij. dominicæ xiiij.poſt Trinita. 641
Chriſtus orando quadruplicem obſeruauit modum. ſ. oculos ſubleuando, manus extendẽdo, genua flectendo, & ad terram procidẽdo. Ser.in vigilia Aſcenſionis, per totum. 184
Crudelitatem quintuplicem peccatorũ nota in ſermo.iij.dominicæ.iij. poſt octa. Paſchæ. 150
Crucis ſignum qũo facimus ſignando nos,

nos, exprimendo hæc verba, In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. patet in sermo. ij. dici Trinitatis circa medium. 308
Curauit Christus lepram quintupliciter. patet ser. ij. dominicæ xiiij. post Trinita. 634
Curia siue palatium Christi in extremo iudicio erit duplex, scilicet misericordia & iustitia. Sermone. iij. feriæ secundæ Rogationum. ibi, Dico sexto &c. 182
Custodias duas habẽt angeli de nobis principales. vide sermo. j. dominic. j. post octa. Paschæ. 95

D

DAmnatorũ facies vel forma quam turpis est, & quam horribilis, require Ser. iij. do. in albis. 71
Damnatorum tristitias & dolores considera, & vnde causantur. ser. ferię. v. Penteco. in prin. 280
Dauid propheta manifestissimè locutus est de mysteriis Christi, precipuè de resurrectione Christi, & eius hora. Ser. j. diei Paschæ. 3
Defectus siue error clericorum in celebrando missas. vide de missa in litera M. de errore in litera E.
Debitores sumus tribus, scilicet deo, proximo, & nobisipsis. Ser. v. do. viij. post Trinita. 606
Decipiunt nos diuitię multipliciter vide deceptiones notabiles Ser. iij. dominicæ xv. post Trini. 660
Denario septuplici emitur villa infernalis. vide sermo. ij. dominic. ij. post Trinita. post medium. 372
Descendimus ad infernum gradibus septem. hoc require serm. iiij. do. xj. post Trinita. 591
Deuotio nostra spiritualis quam modica & quam parua est. Sermone primo dominicæ secundæ post octauas Paschæ. 117
Diabolorũ septem nomina de septem peccatis mortalibus tentantium, patent, sermo. j. domi. xv. post Trinita. circa medium. 650
Diaboli potestas tripliciter annihilata est in passione Christi in die Paschę. Sermone secundo. ibi, Secundo debemus &c. 13
Dies sex sunt, quibus pro corpore laboramus, & solum vna die pro anima. Sermo. j. domi. ij. post octa. Paschæ post principium. 113
Dies octo sunt quibus octies pœnitere debemus. dominica in albis. Sermone primo. 59
Dies in qua lætemur & exultemus, patet ibidem. 60
Digiti quinque in manu quomodo nominantur, & quid designant. quære in litera M. de manu.
Dimensiones charitatis quatuor sunt, scilicet longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Sermo. sexto dominicæ infra octauas Ascẽsionis circa finem. 257
Dilectio fraternalis siue proximi patet in litera P. ibi, Proximum nostrum.
Dilectionem exercebimus generalem quo ad omnes homines sine personarum exceptione. Sermo. iij. diei Trinitatis. 311
Dilectionem adhibebimus virtualem semper cum recta intentione. ibi.
Diligere tenemur quinque per ordinem, primo deum, secundo proximum, tertio animam nostram, quarto corpus nostrũ, quinto bona temporalia. Sermo. iij. dominic. iiij. post Trinita. in princi. 413

Diligere tenemur & obligamur deum quatuor de cauſis. Ser. v. dominicæ infra octa. Aſcen. 227
Dilectionis probatio eſt operis exhibitio. Serm. j. dominicæ iiij. poſt octa. Paſchæ, circa finem. 162
Diſcipulus diſcere cupiens quales quæſtiones poteſt magiſtro ſuo mouere ſine reprehenſione. Ser. j. de ſancta Trini. circa prin. 294
Diſpoſitiones quatuor quæ diſponunt nos ad recipiendum ſpiritum ſanctū. In die Pentecoſtes. Ser. j. 249
Diuitiis dominari & eis ſeruire, nota differẽtiam. Ser. j. dominicæ xv. poſt Trinitatis. 647
Diuitiæ quatuor conditiones malas habent, quibus trahunt hominem ad perditionem. pater ſermone iij. dominicæ xv. poſt Trini. 660
Diuitiarum & diuitum huius ſeculi reprobationes patent Ser. j. dominicæ primæ poſt Trini. 343
Diuitiæ tripliciter dicũtur Mammona iniquitatis. Ser. j. dominicæ ix. poſt Trini. ibi, Dico tertio &c. 516
Doctrinas Chriſti bonas & multas, vide ſermo. j. do. v. poſt Tri. 405
Dolores damnatorũ quære in triſtitia.
Dolores & fletus maximi erunt peccatoribus in ſeparatione corporis & animę coram iudice Chriſto. Ser. fe. vj. poſt Aſcen. 195
Dolores plurimos xpi in cruce, quære Serm. iij. dominicæ primæ poſt octa. Paſchæ. 105
Dominica in albis dicitur dominica. j. poſt feſtum Paſchæ, ſcilicet poſt octauas paſchæ. 57
Dominica die ceſſare debemus ab occupatione corporali, & ſolum inſiſtere negotiis ſpiritualibus animę noſtræ deſeruientibus. Serm. j. & iij. dñicæ ij. poſt octa. Paſchæ. 113. & 123
Domus ſiue locus ab hoc ſeculo decedentium quotuplex eſt. patet Ser. j. dominicæ. j. poſt Trini. 342
Domus vniuerſalis eſt Chriſtus. patet Sermo. ij. & iij. dominicę tertiæ poſt Trinita. 397. & 409
Donum chariſsimum & optimum dedit nobis Chriſtus. quãdo fuit viuus, ſcilicet corpus ſuum, quomodo conuenit cum pane noſtro materiali. vide mirabilia Sermone quarto corporis Chriſti. 337
Dotibus quatuor fuit corpus Chriſti dotatum poſt reſurrectionem; quęre in die Paſchæ. Ser. ij. 19
Dubitans in fide, fluctui maris aſsimilatur, & quomodo reprehenditur. Ser. v. domi. in albis. poſt Paſcha. 82
Dubium multi habent de illo verbo Chriſti cum dicit, Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit. Nota pulchras ſolutiones illius in Sermone iiij. dominicę infra octauas Aſcenſionis. 221
Dubia ſunt ſemper in melius interpretanda. Sermone primo dñicæ quartæ poſt Trinitatis. ibi, Secũdo oſtenditur &c. 404
Duratio virtutis ſiue virtualis in nobis breuis & modica eſt. Ser. j. dominicæ ij. poſt octa. Paſchæ. 115

E

EBrietas & guloſitas inimicant̃ omni operi bono, & ꝙ ebrius caſtè viuat maius miraculũ eſt quam ſuſcitare mortuos. Sermo. iij. dominicæ primæ poſt octauas Paſchæ. 109
Effectus finales fiunt à deo, diſpoſitiones vero per nos, ſcilicet arbitrium noſtrum liberum. in vigilia Pentecoſtes.

toſtes. 244
Eleemoſyna quot modis fit, vide quid pulchrum Ser. ij. dominicæ.xv.poſt Trinit. 657
Eleemoſyna optima eſt compaſsio fraternalis ad proximũ. Ser.ij.domi.ij. poſt octa.Paſche. 119
Equus multiplex, ſcilicet pallidus, rufus &c. hoſtem multiplicem aduerſus animam noſtram militãtem deſignat.Sermo.iiij.domi.ij.poſt octa. Paſche. 127
Errare nolens in via, quatuor cõſiderabit ſigna peregrinis cõueniẽtia. Ser. j.fer.ij.Paſch.circa medium. 26
Error clericorũ vel ſacerdotum indeuote celebrantium. patet Sermo. ij. domi.iij.poſt octa.Paſche. 142
Idem patet perpulchre Ser.ij.domi.vj. poſt Trinitatem. 454
Etates mundi & hominis quæ & quot ſunt,patet Ser.j.domi.ij.poſt Trini. ante medium. 364
Etates mundi ſeptem cõmuniter aſsignantur, & in ſex & per ſex ætates clauſa fuit ianua cæli. Ser.iiij.domi. xvj.poſt Trinitatem. 692
Euchariſtia quinque mirabilia ſecreta ſiue altitudines in ſe continet. Ser.j. corporis Chriſti.320 Itẽ ſex mirabilia eius.patet Ser.iij eiuſdẽ feſti. 333. Item nouẽ mirabilia patent Ser.iiij. eiuſdem poſt medium. 341
Euchariſtia per presbyterum ſumpta ſæpe proficit miſſam audientibus plus quam miſſam celebrantibus.in octa.corporis Chriſti. 356
Euchariſtiam ſumere volẽs victoriam habebit cõtra quatuor reges diabolicos de omni genere vitiorum tentantes. Sermo. iij. domi. infra octa. Aſcenſionis. 219
Euchariſtiã accedẽtes quomodo habebũt ſe in ſumẽdo. Ser.iiij.feſti corporis Chriſti.337.& Ser.ij.die Paſc. 10
Euchariſtia quinque magnas confert nobis vtilitates in hac vita. Serm.ij. diei Paſche. 22
Euchariſtiam ſumere tenemur omni anno; ad minus ſemel realiter, ſed in qualibet dominica die ſpiritualiter:Ser.j.domi.j.poſt oct.Paſche. 98
Exaltans ſe in hoc ſeculo quomodo humiliabitur.patet Sermo. j. domi. xvij.poſt Trinit. 720
Excellẽtiæ ſiue dignitates Chriſti tres patent,Ser.j.domi.vij.poſt Tri. 474
Excellentiæ corporis glorioſi patent Sermo. ij. diei Paſche.9.& Serm.iij. dominicæ in albis. 67
Excellentia ſanguinis xp̃i. Vide in.S.
Excuſationes illorũ ad cenam Chriſti non venientium.Ser.j.domi. ij. poſt Trinit.circa medium. 366
Exẽplo vxoris bone vir ſepe cõuertitur ad emendationẽ vitæ. vide in Vxor.
Exemplo Achab iniqui dæmonũ inuocatoris, & innocẽtum occiſoris,homines mali ad pœnitentiã reuocantur.Ser.iij.fe.ij.rogationum. 182
Exempla duo dedit Auguſtin. per quæ credentiam & firmam fidem poſſumus habere de trinitate perſonarũ in vnitate eſſentiæ,conſequenter de omnibus articulis fidei. Serm.j.diei Trinit.circa finem. 303
Exemplum pulchrũ de charitate quod in paucis vera reperitur. Sermo. iij. domi.xxiiij.poſt Trinit. 904
Exitus dei ab homine triplex eſt, quomodo intelligitur, cũ deus vbiq; eſt. patet Ser.j.domi.v poſt Trinit. 405
Explicare debemus patẽter,palã,& manifeſte,ſcilicet corde, ore & opere,

nil occultando in confeſsione. Ser. iij fer.ij.rogatio. 179
Extraneus ſiue peregrinus per quatuor cognoſcitur. Ser.vj.do. xx. poſt Trinit.in princip. 811
Extraneo peregrino quot cautele ſunt neceſſarie.patet ibid. eod.

F

FAcies & apparentia damnatorum quàm turpis & horribilis eſt.patet Sermo.iij.in albis. 78
Falſorum prophetarum differentiam vide in Propheta.
Fallunt diuitiæ diuitē.vide in litera D.
Fama bona quàm vtilis eſt, & quomodo reſtitui debet poſtquā fuerit ablata.Sermo.j.dominicæ in albis. 61
Fama bona ablata citius & diligentius eſt recuperanda quàm furtū latronis vel furis. Sermo.ij.domi.iij.poſt oct. Paſch.146.Idē patet Ser.iiij.Tri. 318
Feſti obſeruantia confert nobis omne bonum, feſti vero fractio adducit omne malum. Sermo. vj. domini.ij. poſt Trinit.ibi.dico.iij. 391
Feſtiuatur in ciuitate cæleſti de quintuplicibus perſonis ſanctis. Sermo. fer.v.Pentecoſtes. 282
Fornicatio ſimplex peccatum generale eſt.patet domi. j. poſt Paſch.ſcilicet in albis. Ser.v.in primo puncto. 81
Forma damnatorum patet in Facies.
Forma triplici Chriſtus poſt mortem ſuam apparuit.Ser.fe.iiij.Paſch. 42
Fides a principio mundi fuit neceſſaria ad ſalutē, ſed differenter in antiquo teſtamento & in nouo. Sermo.v.do. in albis in princ. 79
Fidei articuli qui & quot ſunt, & a quibus compoſiti ſunt patet Sermo. iij. domi.xxiij poſt Trin. 888
Filius dei efficitur quilibet Chriſtianus, per quid, vide Sermo.fer.vj.poſt Paſc.ibi, Prima poteſtas &c. 49
Filij dei efficimur per gratiā, quomodo poſſumus hoc percipere & cognoſcere.Sermo.vj. domi.viij.poſt Trin. per totum. 511
Fletus ſeu lachrymationis quinq; ſunt modi,& quomodo fletus noſter conuertetur in gaudiū. patet Sermo. ij. domi.ij.poſt octa.Paſc. 117
Fletus ſiue ploratio noſtra in orationibus noſtris erit lachrymabilis. Ser. iij.fer.ij.rogationum. 179
Frater noſter quis dicitur, & quomodo ei recōciliari tenemur.Sermo.iij. domi.vj.poſt Trin. 459
Fraternitate ſpirituali omnes Chriſtiani dicūtur fratres. Sermo.ij.domi.j. poſt Trinit. 350
Fraternitatē multiplicē vide ibidem.
Fraternalis concordia ſine rancore inuidie & deſiderio vindictæ neceſſario requiritur ad percipiendum ſpiritum ſanct. Ser.j.diei pentec. 249
Fraterna ſiue proximalis dilectio qualis & quāta erit.vide in P.de proximo.
Fraudulenta mendoſitas ſiue furtū lingue excedit omne furtū manus. patet Ser.ij.do.iij.poſt oct.Paſche. 143
Fructum adipiſcimur ſi otioſitatē ſubterfugere velimus. Sermo.iij.domi. iij.poſt octa.Paſc. 149
Fructus ex quibus cognoſcitur an ſit bonus vel malus. patet Sermo.j.do. octa.poſt Trinit. 350
Funiculus quadruplex eſt quo trahimur ad amandum cęleſtia.feria.iiij. Pentecoſtes. 274

G

GAllineſe Chriſtus comparat propter quaſdam conditiones. patet Sermo.iij.domi.xxiiij. poſt Tri. ibi,

ibi, Quinto vult &c. 907
Gaudium magnũ oritur cum puer nascitur in mundum, quinque rationibus. Similiter cũ sanctus hinc ascendit ad cælum, quia vterque per dolores acquirit gaudium. vide conuenientiam & differentiam vtriusque, Sermo. v. fer. Pentec. 282
Gaudere & letari qñ & quomodo debemus. vide in litera. L. ibi, Letari.
Gaudium huius mundi vertetur in luctum, sed gaudiũ cæleste perfectissimum semper durabit. Sermo. iij. do. ij. post octa. Pasc. 121
Gradus digne pœnitentiæ sunt decem. Sermo. iij. domi. xj. post Trinit. ibi, Dico secundo &c. 585
Gradus per quos ascendemus in cælum nouem sunt, patet Ser. iiij. Trinit. 315
Gradus quidã in qbus cõsistit bona vita septẽ. Ser. iij. do. xvij. post Tri. 731
Gradus seu modi bone vitæ nouẽ. Ser. ij. domi. j. post octa. Pasc. 101
Gradus misericordiæ dei erga nos sex. Sermo. ij. domi. iiij. post Trin. 408
Gradus septẽ sunt qbus descẽdit ad infernum. Ser. iiij. do. xj. post Trin. 591
Grammatica Christi, & grãmatica diaboli quomodo differunt. vide in litera. A. artes.
Gratiarum spiritualium distinctio siue diuisio est septuplex. Sermo. fer. ij. Pentecost. 261
Gulosos & ebrios caste viuere maius miraculum est quam suscitare mortuos. Ser. iij. do. j. post octa. Pas. 110
Gulositas quot mala administrat. patet supra in. C. scilicet crapula.

H

HAeretici sunt illi qui fornicationẽ simplicem dicunt non esse peccatum. dominica in albis. Ser. v. 81
Hominis ætates quomodo durant, & cõputantur per diuersa tẽpora. patet Ser. ij. do. xv. post Trinit. in prin. 653
Homo quare dicitur dignissima creaturarum, nota triplicem gradum in creaturis. Ser. iij. Trin. post prin. 310
Honorare nos oportet deum ex quatuor. Ser. v. do. infra octa. Ascen. 227
Hore diei sex sunt, scilicet primæ, tertiæ, sextæ, nonæ, vesperorũ, & cõpletorij. Sermo. ij. do. xv. post Trin. 653
Item hominis ætates per tempora diuisa, vide ibidem.
Hospitium ter in die ingreditur peregrinus. feria. ij. pasc. Ser. j. ibi, Tertio dicitur &c. 25
Hostiæ consecratæ adoratio, patet supra in. A.
Humili compatitur deus, & contentatur, durum autem & recalcitrantem rigorose corrigit. Serm. ij. do. ij. post Trin. ibi. Quantũ ad tertiã &c. 374
Humiliauit se Christus sub angelis, sub hominibus, & sub dæmonibus, quare merito exaltatus est. Serm. ij. do. infra octa. Ascensi. post prin. 212
Humilitatis fuerũt in Christo quatuor gradus. feria. vj. pasc. 49. Et quomodo humilitas cõtrariatur superbiæ. Ser. iij. do. j. post octa. Pasche. 109
Humilitatis vere sunt quinque species. nota in Sermo. j. domi. iij. post Trinita. 394
Humiliatio profunda ex quatuor causatur. patet Serm. vij. domi. xvj. post Trinit. ante finem. 715

I

IAcula diaboli quam varia sunt, vide infra in litera T. ibi, tentationes.
Iacula siue tela nequissima antichristi quatuor sunt. patet Serm. iiij. domi. xxj. post Trin. ibi, Quarto &c. 845

Ieiunium & pœnitentia occulte facienda sunt, ne in vanam gloriam pœnitens cadat. Sermo. in die Ascẽsionis post princ. ibi, Tertio opus. 189
Ieiuniũ non erit nimiũ, sed fiet cum discretione. vide supra de abstinentia.
Ignis purgatorij dici põt baptismus, vide in Ser. iiij. do. infra octa. Ascẽ. 222
Imago & superscriptio veræ & bonæ monetæ, patent Sermo. domi. xxiij. post Trinit. 887
Imago animæ nostræ deturpatur per peccatum mortale. Ser. eodem eiusdem dominicæ. 887
Imagines animæ nostræ sunt memoria, intellectus, & voluntas, quæ reformantur per vitæ emendationem. patet ibi.
Imaginis veritas requiritur necessario in omni bona moneta. patet Sermo. iij. eiusdem dominicæ. 903
Imaginẽ trinitatis quælibet anima habet in se per creationem, tamẽ vltra hoc necessario requiritur in aĩa si saluari debeat virtualis Christi imitatio. patet ibidẽ in prima ꝓprietate.
Imitando Christi doctrinam efficimur eius discipuli. patet in litera D. de discipulis.
Immunditia luxuriosorum. vide de ea in litera L. de luxuria.
Imprudentes efficimur per septem stultitias. nota in Sermo. viij. domi. xx. post Trinitatem. 823
Inclinationes quinque facit presbyter in missa. patet Sermo. v. domini. xvj. post Trinit. 700
Incredulitas quomodo reprehenditur. vide in dominica in albis. Ser. v. 79
Infidelitas quintuplex reperitur in homine peccatore, scilicet cordis, oris, manuum, pedum, & totius corporis. Ser. iij. do. iij. post octa. Pasche. 149
Infirmitates & dolores corporis appetere debemus, quia purificant nos. patet Ser. vj. do. xvj. post Trin. 708
Innocentia baptismalis filiorum diligenter custodiri debet per bonã doctrinam parentum. do. in albis. Ser. vj. in pri. puncto. 84
Iniuriarum remissio designatur nobis per plagam lateris Christi. domi. in albis. Sermo. iiij. circa fi. 77
Inquinari nõ potest corpus nisi ex consensu mentis. patet Sermo. vj. domi. xxj. post Trin. ibi, Tertia est &c. 853
Intellectualis cognitio siue discretio in nobis modica est. Sermo. j. domi. ij. post octa. Pasche. circa prin. 115
Intentio nostra dicitur oculus noster. Sermo. j. domi. vj. post Trin. 449
Inuitatio qua nos inuitamur ad conuiuium Christi, in qua inuitamur ad conuiuium diaboli, est alia & alia. Sermo. j domi. ij post Trin. 362
Inuidia excedit oĩa peccata mortalia. Ser. iij. do. j. post oct. Pasc. circa fi. 111
Irreprehensibilem faciunt aliquẽ octo. vide in Sermo. fer. ij. post Pentecost. ibi, Quinta est scientia &c. 261
Iudiciũ extremũ quã rigorose examinabit hoiem cuiuscunq; statũs huius mũdi, vide pulcherrimas doctrĩas & optĩa exẽpla, ser. ij. d. ix. post tri. 521
Iudicium extremum in quatuor excellentiis debet præeminere. Sermo. j. domi. iij. post octa. Pasche. 135
Iudices in hoc seculo iudicãtes, rectum obseruabunt iudicium, tamen cum passione cordis, patet exemplo Christi flentis super Hierusalem. Sermo. j. domi. x. post Trin. 549
Iuramẽtum falsum plus punietur corã deo quam homicidium, quamuis in

mundo fit contrarium.patet Ser. v. do.infra oct. Aſcenſio.ſ. In omnibus honorificetur. 226
Iuſtitia diuina quinque habet puncta, quære in Serm. ſecundo,do. ij. poſt octa.Paſche in fine. 117
Iuſtitia quæuis ordinata tã in lege,quã in canone,vel in conſtitutionibus regum & ciuitatum à deo eſt. Sermo. ij.dom.iij.poſt oct.Paſche. 140
Itẽ qũo iuſtitia pauperibus nõ eſt protrahẽdavel procraſtinãda.Ser.ij.do. iij.poſt octauas Paſche. 141

K

KYrie eleyſon quare cãtatur,& quoties cantãdo vel legẽdo replicatur.patet Ser.j.fe.ij.rogationũ. 169

L

LAchrymationis ſiue fletus noſtri quintuplex eſt modus, ſupra in litera F.ibi. Fletus,ſiue &c.
Lãceatio lateris xp̃i inuidiã nos vitare docet,Sermo.iij,domini. xiiij. poſt trinita.circa finem. 646
Latitudinẽ charitatis petit apoſtolus q̃ habeamus.i.beneuolentiam & dilectionem generalem.patet Ser.vij. domi.xvj.poſt Trinitatem. 710
Lectiones tres docuit nos Chriſtus.Require in Ser.do.v.poſt Tri. 405
Lepram Chriſtus curauit quintupliciter.patet ſer.ij.do.xiiij.poſt Tri.634
Legatos fecit apoſtolos ſuos Chriſtus. Ser.ij.do.in albis. 62
Letaniæ quotuplices ſunt,& qũo obſeruari debent,& qñ & quare inſtitutæ ſunt.vide ſer.ij.fer.ij rogationũ.173
Lætari debemus,quare & quãdo,patet Ser.iij.diei Paſchæ. 7
Lætitia naſcentium & etiam ab hoc ſeculo decedentium.patet ſupra in G. ſcilicet in gaudium.
Lex Moyſi & lex Chriſti qũo differũt. patet Ser,fer.iij.paſchæ.ibi, Secũdo oſtendit &c. 36
Liber ſeptem ſigillis clauſus,quem nemo aperire poterat niſi agnus occiſus,quia deſignat myſterium ſanctæ trinitatis.Ser.j.diei Trini. 299
Liberum arbitrium ſolum reperitur in creaturis humanis. Ser,iiij. do.iiij. poſt Trini. 417
Ligatur liberum arbitrium per quinque.patet ibid.
Liquorum omnium melior eſt ſanguis Chriſti in infinitũ.vide in litera S. ſcilicet,Sanguis.
Lis ſiue diſcordia angelorum & demonum in agone hoĩs diuerſa & magna.patet ſabbato poſt Aſcen. 201
Locus quadruplex eſt in terra,vbi recipiuntur ab hoc ſeculo decedentes. patet Ser.vj.domi.ix.poſt Trin. 542
Idẽ patet Ser.ij.do.xv.poſt Tri. 654. & Ser.j.do.xxv.poſt Tri circa fi.647
Locus nouiſsimus in quo recumbere debemus quis eſt, & quid deſignat. Sermo.ij.domi.xvij poſt Trin. 725
Loqui rationabiliter debemus ſine alicuius offenſione.Sermo.iij.Trin. 311
Loqui ſtulte & contra deũ vnde preuenit.patet Ser.iiij.do.xj.poſt Tri. 591
Lucifer quare dicit draco, & quare oẽs dignitates eius ſunt vitia & deformitates mutate.Ser.fer.vj.Pent. 287
Lucrum & vſuram exigit deus a nobis de oĩbus bonis quæ dedit vnicuique ſecũdũ ſtatũ tã de corporalibus quã ſpũalibus.Ser.j.do.xj.poſt Tri. 573
Luxurię multa ſunt incitamenta & occaſiões.Ser.ij.do.iij.poſt oct.Paſ.144
Luxuriæ quinque ſpecies docuit nos vitare Chriſtus in cruce. Sermo. iij. domi.j.poſt octa.Paſche. 108

Luxuriosi dicentes fornicationem simplicem non esse peccatū, in hæresim cadunt. Ser. v. do in albis. 81

M

Magistros tres inuenimus in sacra scriptura. Serm. iij. do. iij. post Trinitatem. 400

Magdalenæ facta est precipue apparitio resurrectiōis. Ser. ij. diei Pasche, circa medium. 7

Maior erit in cælo qui in hoc mūdo se humiliando minorauit. Ser. iij. do. infra octauas Ascensionis. 218

Mala duo sunt, quæ nos precipue retrahunt a bono. Sermo. fer. iiij. Pente. in principio. 273

Mala quinq;, scilicet fames, pestilētia, gladius, captiuitas, & destructio, quæ superuenerunt Hierusalem, quæ nobis propter peccata contingunt. Sermo. iij. domi. x. post Trini. 564

Manet Christus nobiscum tribus obseruatis conditionibus. Sermo. ij. feriæ. ij. Paschæ. 28

Manus hominis quinq; habet digitos, & quid per quēlibet eorū designatur. Ser. viij. do. xvj. post Tri. 719

Mandata dei decem. Require in litera P. de præceptis.

Mansiones in cælo multæ sunt. patet ser. die Ascensionis ante finem. 193

Marie mri xpi prīo ostēsa fuit resurrectio do. ser j. diei Pas. ibi, Dico secū. 5

Martyr verus decē pugnas. i. decē tribulationes sustinet. Ser. iij. do. xj. post Trini. ibi, Dico quarto. 586

Martyr corā deo multipliciter qs efficit. patet do. infra oct. Ascēsio. ser. iiij. Qui crediderit. ibi, Terti⁹ est &c. 221

Medius illorum est Christus, qui in nomine eius sunt congregati. Sermo. iij. domi. in albis. 68. Item multiplicter Christus tenet medium. ibidem.

Medium participat naturam suorum extremorum. Ser. iij. do. ij. post octa. Paschæ in principio. 125

Medic⁹ spūalis dicitur xps. Ser. do. iij. post Tri. ibi, Secūdo Christ⁹ &c. 394

Messie duplex est aduētus gnalis. primus p reparatiōe aiarū solū. secūdus p reparatiōe corporū & animarū simul. ser. j. do. ij. post octa. Pasc. 112

Militant aduersus animam & spiritum quatuor mortalia mala. Ser. iiij. domi. ij. post octa. Pasche. 126

Miracula diuersimode fiunt a creatore & a creaturis. Ser. j. diei Pasc. & Ser. j. do. xij. post Trini. in prin. 598

Misericordiæ & pietatis differētiam. vide in litera P. de pietate.

Misericordia & cōpassio xpī ad nos magna. patet ī Ser. j. do. vij. post trin. 744

Miseratio siue mīa proximalis fit tripliciter. Ser. j. do. ij. post oct. Pas. 112. & sermo. j. do. iiij. post Trini. 403

Mīæ dei erga nos peccatores sex sunt gradus. Ser. ij. do. iiij. post Tri. 408

Missa nō debet fieri pro pecunia tāquā pro precio, sed tanquā pro stipendio victus & amictus. Ser. vij. do. in albis post princip. 90

Missam celebrātiū defect⁹ & errores require. ser. ij. do. iij. post oct. Pasch. 142

Missam quis male celebrat, & qs bene. require Ser. ij. do. vj. post Trini. 454

Mysteria Christi cuncta quę fecit, fuerunt nobis ad exemplum remittendi peccata. Sermo. iij. domi. iiij. post octauas Pasche in princip. 148

Mysterium mirabile sacramēti eucharistiæ quære supra in litera E, de eucharistia.

Modi vocatiōis quibus Christus vocauit nos ad paradisi conuiuium quatuor

tuor ſunt.Ser.iij.do.ij.poſt Tri. 376
Modi ſeu gradus bonæ vitę nouē ſunt. ſupra in litera G.ſcilicet Gradus.
Modicum ſeptuplū nota, quādo Chriſtus dixit toties modicum, quid deſignatur per hoc,Sermo.j. do. ij. poſt octauas Paſche. 111
Modos petendi ſiue orandi habes octo infra in litera O.de oratione.
Monumētū xp̄i tripliciter clauſum fuit ſer.ij.diei paſche.ibi.Tertio &c. 14
Monete vere & bone conditiones, & proprietates no.Ser.iij.domi. xxiij. poſt Trinita. 890
Montem domini.i.cæleſte regnū quis aſcendere debet quærit Dauid,& reſpōdit ſibiipſi,Innocēs manib⁹ &c.tā gendo quatuor virtutes ſeu cōditiones perſonarum quæ ſtabunt in loco ſancto dei.Ser.iij. do.xj. poſt Trini. poſt princip. 585
Mors quadruplex accidit nobis ex defectu dilectiōis.quære ſuprà Dilectio.
Morientiū & ab hac vita decedentium tres ſunt conditiones. Ser. vj. domi. ix.poſt Trini.poſt princip. 544
Mundus vnde dicitur,& quot modis capitur.& mūdani non poſſunt recipere ſpiritūſanctū.patet in vig.Pē.242
Mundus alius quem poſt mortē acquirimus quatuor diuerſa habet loca ſecundum merita vel demerita noſtra nobis præparata.patet Serm.ij. domi.xvij.poſt Tri.circa princ. 726
Mundū creauit deus duplici ratione. ſer.v.do.infra octa.Aſcen.in prin.226
Mundicia cordis dicitur pœnitētia duplici ratione.Ser.ij.domi.poſt Trin. ibi,Dico ſecundo &c. 351
Mulier honeſta & bona reducit ſæpe virum ad emendationem vitæ ſuæ. Ser.iij.do.in albis in finc. 71
Mulieribus congruit vt in itinere non ſeparatim diſcurrāt.Ser.ij.diei Paſ. ante medium. 14
Multitudo piſcium ab apoſtolis detenta quid ſignificat.Sermo.ij. domi.v. poſt Trinit. 431
Mutuare debemus proximo large ſine ſpe lucri.Ser.j.domi.xv.poſt Trinitatem,circa medium. 649

N

Quæras per alias literas,vt cū dicitur, Naſcitur puer.in litera P.Item nomen Chriſtus in litera C.Itē dū naſcitur infans,gaudet mater poſt dolorē, quære in litera G.de Gaudio.& ſic vlterius finge omnia incipiētia ab N.in alias literas.

O

OBediētia requiritur ad omnia decem præcepta.ſer.j.dom.iij.poſt Trinit.ibi,Secunda ſpecies &c. 394
Obedientiæ duplex eſt gradus.Ser.j. diei Paſche in fine. 9
Obedire & ſubiici debet caro humana ſpiritui & animæ.Sermo.ij. dom.in albis. 63
Obiectū charitatis.vide ſupra in Charitas.
Oblationem deo faciemus tunc quādo cum proximo noſtro ſumus recōciliati.Ser.j.do.vj.poſt Trinitatē. ibi, Dico tertio &c. 452
Ocium vitare debemus, & occupationem precipue ſpiritualē ſemper arripere.Ser.iij.circa fin.dominicæ.j. & ij.poſt octa.Paſc.poſt princ.107. 113
Idem patet ſer.iij.dominicæ. iij.poſt octa.Paſche. 148
Odium cui nocet, & quàm deteſtabile eſt. require in ſer.ij. dominicæ iij. poſt Tri.ante,Dico tertio. 397
Offerre voleus deo minus primo debet ſe recōciliare proximo ſuo.ſer.j

domini.vj.poſt Trinit. 452
Officium diuinũ in duobus vel tribus perficiendum eſt.Sermo. j.domini. vij. poſt Trinit. 477
Opus bonũ fit in nobis per Chriſtum tripliciter.ſ.incipiẽdo,continuando, & perficiẽdo. patet in Sermo. v. do. xxij. poſt Trini. 873
Opera bona nõ ſunt dimittenda, quãuis faciens eſſet in peccato mortali. Sermo.j.domini,quintæ poſt Trini. ante,Dico ſecundo. 427
Opera xpi oĩa fuerũt bona.Ser.j.domi. xij.poſt Trinit.in j.parte. 699
Opera pœnitentiæ ſunt octo. patet in litera P.de pœnitentia.
Opera miſericordiæ ſeptem. vide in Serm.iij.do.iiij.poſt Trinit. 413
Opera mĩç poſſunt cõprehẽdi ſub quatuor.Ser.ij.dñicæ xvj.poſt Tri. 681
Opera xpi quædam fiebant manifeſte, & quædam occulte. rationem illius vide in Ser.Aſcenſionis domini. 189
Opera pietatis & mĩæ qũo differũt.Itẽ opera mĩæ corporalia ſunt quatuor. Et totidẽ opera pietatis animæ. in Ser.v.dominicæ iiij.poſt Trini. 421
Opera ſeptẽ valde notabilia xps operabatur in paſsione ſua. Ser. iij. do. j.poſt oct.Paſche per totum. 117
Opera ſiue myſteria Chriſti ſeptẽ nos docent,omnem iniuriam nobis illatam remittere.Ser.iij.domi.iij.poſt oct.Paſche,in prin. 148
Ordines angelorum. vide ſupra Angelorum.
Orandum qũo eſt.ſ.ęquo animo mane & ſero.Ser.iij.domi.ij.poſt oct. Paſche.ibi,Tertia triſti. 123
Ordinati & diſpoſiti erimus in vita bona quadrupliciter. Sermone primo domi. xvij. poſt Tri. 720
Orandi ſiue petendi octo ſunt modi, patet Ser iij.fe.ij.rogationũ. 179 & Ser.v.do.xvj.poſt Trinit. 699
Orãdi Chriſtus tenuit quatuor modos. ſ.ſubleuando oculos in cælũ, extendendo manus, flectendo genua, & procidendo in terram, patet in Ser. Aſcenſionis domini. 191
Oratio pro alio facta multũ vtilis eſt, domi.in albis.Ser.iij. 76
Oratio ſemper à deo exauditur, ſeruatis quibuſdam conditionibus.Ser.j. domini.iiij. poſt oct,Paſche. 158
Idem patet in Sermone quintæ domi, xj.poſt Trinitatem. 540
Oratio noſtra erit,Pater noſter &c,per quem eſt illa oratio ordinata, quomodo debet dici, & quot petitiones continentur in eadem.Ser.ij. domi, iiij.poſt oct.Paſche. 164
Orationes tres breues etiam magnæ virtutis, reperiũt in ſacra ſcriptura, præter Pater noſter,Aue Maria, require.Ser.j.do.xxj.poſt Trini. 830
Orationes in vnanimitate & concordia fient.Item attente,humiliter, & confidenter, & ordinate. in die ſcilicet Paſche. 4
Orationis bonæ nota ſex conditiones. Ser.vj.domi.v.poſt Trinit. 445
Orare Credo in deum mane & ſero,maxime neceſſarium eſt,& vtile.Serm. iiij.do.xj.poſt Trini.in fine. 594
Oratio Phariſei habebat tres defectus, qui vitari debent in omni bona oratione. Sermone quinto dominicæ xj. poſt Trinitatem. ibi, Quantum ad ſecundum &c. 596
Originale peccatum deriuatur ad omnes ab Adã ſeminaliter deſcendẽtes. quære in Ser. vj. dominicæ in albis. ibi.Primo Chriſtus &c. 84

Ostensio visualis coram sacerdote est optimus modus curandi leprā. s. cōfessio. Patet Ser. ij. dominicæ xiiij. post Tri. ibi, Tertius modus &c. 634
Oues Christi dicimur, & per preciosum eius sanguinem redempti. Ser. primo post octa. Paschæ. ibi, Dico primo &c. 93

P

PAcem necessario seruabit hic qui in posterum eadē frui desiderat. do. in albis. Ser. j. & ij. 58. & 62
De pace vide in loco suo ibi. s. pax.
Paradisum celestē quidā intrant ambulando, quidā equitando, quidā nauigando, quidā natando, quidā volando. Sermo. v. domini vj. post Trini. per totum. 469
Paradisum intrare compellimur, & rigorose ad eum trahimur. Serm. iiij. domi. ij. post Trini. 380
Parentes summa diligentia tenentur custodire pueros in innocentia, & bonis moribus. Serm. vj. do. in albis. ante, Secundo dat deus &c. 84
Partui infantiū mors sanctorū merito cōparatur, quia tā hunc quā illā gaudiū magnū sequitur. Ser. fe. v. Pente. ibi, Dico quòd magnum &c. 282
Passio Christi tripliciter nos liberauit à potestate diaboli. Ser. ij. diei Pasche. ibi, Secundo debemus. 12
Pastor bonus & verus quis dicitur. Ser. j. do. j. post oct. Paschæ. 93
Pastoris bonitas erga oues patet quadruplici ratione, vide ibidem, patet etiam Ser. ij. & iij. domini. iiij. post Trinitatem. 409. & 414
Patiētiā sustinere tenemur hic tēporalē cum vera exultatione. Sermo. iij. diei Trini. 311
Patiētia in tribulatione est quinta spēs hūilitatis. Ser. j. do. iij. post Tri. 394
Pax septuplex necessaria est in hoc mūdo. Serm. iiij. domi. ij. post octa. Pasche circa medium. 129
Pax siue concordia quotuplex est, & quotupliciter seruari debet. Ser. ij. domini. in albis. 62
Pacē & cōcordiā quo tpe anni maxime petere debemus & desiderare. Ser. ij. fe. ij. roga ibi, Dico tertio &c. 178
Pax tripliciter pōt etiā diuidi, quia est quædā pax ethica, qdā economica, qdā politica. Ser. ij. diei Pente. 255
Pedes quibus gradimur quomodo crucifigendi sunt. patet Ser. iij. domini. xiiij. post Trinit. 643
Pctm originale ad nos descēdit. patet supra in li. O. ibi, Originale pctm.
Pctā totius mūdi pertulit xps in cruce. Ser. iij. do. j. post oct. Paschæ. 505
Peccata venialia. vide in litera V.
Pœnitentia perficitur octo modis, qui modi pulchre designantur per octo dies. Ser. j. do. in albis. 59
Pœnitentia quare latius & remissius fiet infra pascha & Pente. hoc plene notatur. Ser. iiij. eiusdē do. in albis. ibi. Sexta ratio &c. 78
Pœnitentia digna continet in se octo gradus. Ser. iij. do. xj. post Trinita. ibi, Dico secundo &c. 587
Pnīa vt sit deo grata habebit duo. Ser. fe. v. Pente. ibi, Tertia conditio. 285
Pœnitentiæ octo opera patent Ser. j. domi. in albis. 59
Pnīę decē opera patēt Ser. ij. do. ij. post Tri. ibi, Quantūm ad primā. 370
Pœnitētiæ sunt quatuor partes. s. cordis cōtritio, & emēdandi propositū, oris confessio, & operis satisfactio. Ser. j. do. iij. post oct. Pasche. 138
Pœnitentialis afflictio per septem da-

rabit annos vno peccato mortali. Ser.j.do.ij.poſt oct.Paſche. 114
Peregrinus verus tria incommoda ſuſtinet.Ser.j.fe.ij. Paſchæ. 26
Peregrinus verus fuit Chriſtus ex multiplici ratione,patet ibi.cõſequẽter.
Peregrini ne errent ambulant viã quatuor ſignis notatã.Sermo.j.feriæ ij. Paſche. 24
Peregrini ter in die ſolent intrare hoſpitiũ,ſic Chriſtus in hoc mũdo triplex habuit hoſpitiũ,patet ibidem.
Perſonalia bona & ſpũalia ſiue eſſentialia quę habemus à deo patre patent Ser.iij.do.xiij.poſt Trini. 621
Petitiões ſeptẽ cõtinẽtur in oõne do. Ser.iij.do.iiij.poſt oct.Paſche. 164
Petitio de petitionibus, vide amplius ſupra in litera O,de orationibus.
Philoſophorũ dicta ſunt deficiẽtia, ſed theologorũ vera,patent Serm.v.do. viij.poſt Trini.in prin. 505
Pietas & miſericordia quintupliciter differunt. Ser.fe.ij.Pente. 266
Piſces in tam magna multitudine ab apoſtolis capti quid deſignant. Ser. ij.domini.v.poſt Tri. 430
Plagę ſiue vulnera quinq; quę xp̃s poſt reſur.ſibi retinuit,minores fuerunt quã in cruce, quid per hoc deſignatur,quære Ser. iiij.do.in albis. 72
Plateę & manſiones regni cęleſtis ſunt ex auro puriſsimo, & quotuplices ſunt,vide in Ser.Aſcenſionis domini.ibi,Quantum ad tertium 193
Planctus & dolores horribiliſsimi erũt nobis in peccato decedentibus. Ser. fe.vj.poſt Aſcenſionem. 197
Plenitudine triplici fuerũt apoſtoli repleti ſpũſancto.Ser.j.diei Pen. 248
Ploratio ſiue fletus noſter erit lachrymabilis in orando. Sermonę iij. fe. ſecundæ rogationum. 172
Plorationis ſiue fletus quinque ſunt modi,ſupra in litera F.ſ.Fletus.
Portæ ciuitatis Hieruſalẽ quot fuerũt, & quid per eas noĩatim deſignet, require Ser.iiij.do.xvj.poſt Tri. 693
Poteſtates quatuor dedit deus cuilibet homini.Ser.fe.vj.Paſche. 49
Poteſtas qualis & quanta data eſt Chriſto.patet ibidem.
Prandiũ Chriſti ad quod nos ſumus vocati,& quod eſt nobis paratũ, quale & quotuplex eſt,vide Ser. ij. domi. xx. poſt Trini. 792
Præcepta dei decẽ cõſiſtunt in obediẽtia.patet Ser,j.dom.poſt Tri.343.& Ser.j.do.xiiij.poſt Trin. 631
Precioſitas ſanguinis Chriſti, vide in litera S.
Prædeſtinationis ſubtilem quæſtionẽ require in Ser.j.diei Pente. poſt ſecundam conditionem. 249
Præmiũ æternũ.quære in S.de ſalario.
Presbyteri quid operabuntur. vide in litera S.ſ.ſacerdotes.
Preſumptio ipſius intellectus valde mala triplex eſt.Serm.ij.do. vj. poſt Trini.circa medium. 457
Propitiationem Chriſti magnam. Ser. iij.do.j. poſt oct.Paſche. 121
Promiſsiones valde conſolatorias fecit Chriſtus apoſtolis ſuis. Sermo.j. do.iiij,poſt oct.Paſ.per totum. 157
Prophetarum falſorum nota differentiam.Sermo. ij, dominicæ viij. poſt Trinita. 492
Proprietates cæli quot & quæ ſunt, in quo ſemper mentaliter ſit conuerſatio noſtra. Sermone quarto dominicæ xxxiij.poſt Trini. 892
Proximum noſtrum quomodo diligere tenemur. Ser. j. dominicæ ſecũdæ poſt

post octauas Paſche. ibi, Quantum ad ſextum. 116
Proximus noſter quis eſſe dicitur. Ser. j.domi.xiij.poſt Trinitatē.ibi, Dico tertio &c. 577
Prudentia dicendorum dicitur ſextus gradus bonę vitæ.Ser.iij.domi.xvij. poſt Trinit. 731
Pueri in iuuentute ſumma diligentia cuſtodiendi ſunt in innocentia baptiſmali.Sermo.vj.do.in albis. 84
Purgatorij ignis dicitur baptiſmus miſericordiæ dei. Sermo.iiij.domi.infra octa. Aſcenſi.circa finem. 226
Purgatorij pœna triplex eſt, & oſtenditur nobis per ſimilitudinem. Ser. ij.domi.xxv.poſt Trinit. 912
Purgatorij locum cōmuniter dicimus eſſe in terra,vide quæſtionem Ser.j. domi.xxv.poſt Trinitatis. 910

Q

QVæſtiones ſiue interrogationes diſcipuli ad magiſtrum quandoq; poſſunt fieri ſine repræhenſione,& quandoq; non.Sermo.j. de Trinit. 295
Quęrere debemus primo regnum dei. Sermo. j. domi.xv.poſt Trinita. per totum. 647
Quæſtio bona in theologia, an aliquis de ſeipſo vel etiam de alio poſsit cognoſcere quòd ſit filius dei participatiue,ſcilicet per gratiam dei. Ser. vj.do.viij.poſt Trin.in princ. 511
Quæſtio eſt inter doctores vbi locus purgatorij & inferni ſituatus eſt. Ser.j.do.xxv.poſt Trinit.in fi. 911

R

RAtionem de omni verbo & opere reddemus in extremo iudicio. vide horribilia exempla & documenta.Ser.iij.do.ix.poſt Trinit. 529
Redemptionis noſtræ opera. vide tria in Sermo.domi.viij. poſt Trini. ibi, Quartum ſecretum &c. 488
Regnum dei quærimus primum,id eſt primitus ante omnia opera. Ser. ij. domi. iiij. poſt octa.Paſche. ibi, Secunda petitio. 165
Religionē mutare,ſcilicet exire vnam & intrare aliam,periculoſum, & vituperabile eſt.require exemplum de beato Benedicto, & quodam canonico regulari.Ser.iiij.do.viij. poſt Tri. ibi.ij.dico &c. 501
Religioſi quæ & quot tenentur obſeruare.Sermo.ij.domi. xiiij. poſt Trinita.in fine. 641
Renouamur in anima & vita tribus modis.Ser.iij.do.vj.poſt Trini. 458
Reſurrectionis articulus maioris difficultatis fuit ad credendum. feria.iij. & ſabba.poſt Paſcha. 39.& 52
Reſurrectio Chriſti duas habuit excellentias ſuper omnes alias reſurrectiones mortuorum quæ vnquam erunt vel fuerunt. Ser. j. in die Paſche in principio. 1
Reſurrectio Chriſti fuit celebrata affectuoſe, demonſtrata gratioſe, & publicata virtuoſe. patet ibidem conſequenter.
Reſurrectionis hora patet ibidem.
Reſurrectio Chriſti quibus primo manifeſtata fuit.patet ibidem.& Ser.ij. eiuſdem diei. 9
Reſurrectionis Chriſti dies quare maxime deſiderabilis eſt.Sermo.ij.diei Paſche. 10
Reſurrectionis Chriſti die quare Letari & Alleluia cātare debemus. ibid.
Reſurrectionis myſteriū inter omnia myſteria Chriſti fuit nobis magis vtile.Sermo.ij.diei Paſche. 9

Resurrectio xpi quare Petro & quare mulieribus ostensa fuit. patet ibi. 52
Resurrectio Christi patuit multis argumentis & multis modis pass. sabba. Paschæ. 52
Resurgere volēs cum Christo ornabit se quatuor dotibus in præsenti vita. Ser.ij.diei Pas. 9
Retributionem quadruplicem acquirimus pro bona mēsura qua proximo hic mensuramus. sermo.j.dominicæ iiij.post Trinitatis.ibi, Quarta virtus &c. 406
Retributiones tam de bonis quam de malis operibus a deo recipiemus, & hoc in tribus vicibus. patet ser.ij.dō mi.xiij.post Trini.per totum. 616
Rex diabolus est, quem superare nos oportet quadrupliciter, vt patet ser. ij.do.infra octa.Ascen. 218
Rogationes siue rogationum dies, quo tempore anni sunt instituti, quomodo obseruandi, quid nobis confertur a deo cum debite faciamus orationes & processiones, patet in sermonibus pro secundo & tertio feriæ secundæ Rogationum. 174.& 179

S

SAbbata sanctificās multa bona adipiscitur in hac vita, qui vero eadē violauerit, multiplicia pericula incurrit. ser.vj.domi.ij.post Trini.ibi, Dico tertio &c. 191
Sacerdos consecrans munditiam mentis & corporis seruabit, quia excedit omnes angelos in dignitate officij. sermo.j.corporis Christi. 321
Sacerdotum errores siue defectus circa missarum celebrationem. vide supra in errore.
Sacerdotes retinere debent & vitare rusticorum societates. dominica in albis. sermo.vij.circa finem. 92
Sacerdotes angeli dicūtur. ibidem, sermone sexto. 87
Sacramentū confirmationis quibus debet dari. ser.vj.domincæ in albis. circa medium. 86
Sacramentum primum inter sacramenta ecclesiæ est baptismus aquæ. Sermo.iiij. dominicæ infra octa. Ascen. scilicet Qui crediderit. 220
Sacramenti eucharistiæ mirabilia. vide supra de eucharistia in litera E.
Salarium quādo à Christo recipiemus, magnum & in æternum durabile erit. Serm.vij.domi.xvj.post Trini. Dico.ij.&c. 712
Salariū gloriæ æternę si digne pmereri volumus, quatuor obseruari oportet. ser.iij.do.xiiij.post Trini. 643
Saluos fieri vult deus oēs homines. sermo.iij.dōicæ octa.post Trini. 495
Saluari volēs tria necessaria habebit in se. Ser.j.do.xiij.post Trini. 609. idē vide Ser.j.do.vj.post Trini. 449
Sancti qūo descendūt ad loca damnatorum, & vidēt pœnas eorū. ser.j.do.j. post Tri.ibi. Dico tertio &c. 348
Sanguinis effusio pro Christi nomine optimus est baptismus. Ser.iiij.dominicæ infra octa. Ascen. 221
Sanguinis Christi effusi preciositas & dignitas infinita fuit. Serm.j.domi. post octa. Paschæ. 94
Sapientia & stultitia opponuntur, sicut virtus & vitium. Ser.viij. domi.xx. post Trinitatis. 823
Satisfactio & restitutio q̄ sunt, & quomodo differunt. Sermo.iiij.Tri.ibi, Quintus gradus &c. 315
Scientiæ philosophorum & theologorum quomodo differunt. Ser.v. domi.xxv.post Trinita. 927

Sciẽtia vel ars patet ſupra in A. de arte.
Scuto fidei reſiſtendũ eſt quatuor iaculis antichriſti. Ser. iiij. domi. xxj. poſt Trinit. ante, Quintus eſt &c. 846
Secreta ſeptem per quæ falſarũ perſonarum errores extirpantur. Ser. iij. poſt Trinit. 310
Secreta euchariſtiæ. vide ſupra in Euchariſtia.
Secretũ omniũ myſteriorũ Chriſti, & totius ſcripturæ tam veteris quã noui teſtamenti, declaratũ fuit apoſtolis. Ser. j. do. iiij. poſt oct. Paſche. 157.
Semita eſt via ſtricta, & quid nobis deſignat. patet Sermo. iij. do. xiij. poſt Trinit. ante medium. 624
Sepulturæ mortuorũ comparatur damnatio inferni ex tribus ſimilitudinibus. Ser. fe. vj. Pentecoſtes. 289
Sepultura inferni ſeptuplex eſt. patet ibidem.
Sermones diſcipulorum euntium in Emaus, qui fuerunt, nota quædam quibuſdam inaudita. Sermo. ij. feriæ ij. Paſche. 27
Seruitus peccati, quære de peccato in litera P.
Sigilla ſeptem illius libri clauſi Ioannis euangeliſtæ oſtenſi, deſignãt ſeptem ſignacula quibus liber ſanctæ Trinitatis perſonarũ in vna eſſentia clauſus eſt, quem nemo aperire vel intelligere poterat niſi agnus occiſus, ſcilicet filius dei. Ser. j. die Trin. circa medium. 299
Signa duo per quæ fidei Trinitatis excellentiam cõſiderare poſſumus, patet ibidem in fine.
Signum ſanctæ crucis qualiter faciendum eſt a nobis quo nos ſignare debemus. Ser. ij ibi, Dico ſecundo. 208
Signa multiplicia & reuelationes oſtẽdit nobis deus tam corporalia quam ſpiritualia pro corroboratione fidei. Ser. vj. do. in albis. 84
Simoniam committit, qui diuina perficit ad theſaurizãdum temporalia. Sermone primo domini. j. poſt octa. Paſche. 112
Situs ordinum angelorum ſecundum ſub & ſupra prout ſancti nobis tradiderunt. patet Sermo. iij. do. infra octa. Aſcenſi. 217. vide amplius ſupra de angelis in litera. A.
Solitaria vita quibus congruit, & quibus vita cõmunis. Ser. j do. xix. poſt Trinitatem, in principio. 761
Societas in quibus cõmendabilis eſt. & quandoque neceſſaria. Sermo. ij. diei Paſche ante medium. 16
Societatem laicorum presbyteri vitare debent. Ser. vij. do. in albis. 92
Somnia apparent vera, ſed plerunque falſa ſunt, & communiter decipiunt ſomniantẽ. Ser. iij. do. xv. poſt Trini. ibi, Dico ſecundo &c. 651
Somnianti diues huius ſeculi comparatur, quia nihil de diuitiis ſuis ſibi retinebit habetur. ibidem
Species humilitatis vere, quære de humilita. in H.
Spiritusſanctus dicitur ſpiritus veritatis duplici ratione. In vigilia Pentecoſtes. 242
Status hominum ſeptem ſunt, & quilibet obligatur ad obſeruationem mandatorum dei. Serm. j domi. vij. poſt Trinitatem. 475
Status hominum quadruplex eſt benedictionem gloriæ hæreditariæ poſſidentium. Ser. v. domi. v. poſt Trinitatem 440
Status hominum per viam ad paradiſum ducentem euntium triplex eſt

Ser.vij.infra oct. Aſcenſionis. ſ.illo; Hæc locutus ſum. 238
Status hominum peccato ſeruientium periculoſiſsimus eſt. Serm.iij.domi. vij.poſt Trin. 482
Stulti efficiuntur & imprudẽtes per ſeptem. Ser.iiij.do.xx.poſt Trin. 803
Superbia abominabilis eſt & deteſtanda, quia initiũ omnis perditiõis eſt: patet Serm.tertio dominicæ prime. & Sermo.iiij.dominicæ.ij. poſt oct. Paſchæ. 109.& 127
Subſtantiæ.iij.ſunt in Chriſto. ſer.iij. dominicæ.viij.poſt Trinit.ibi, Secũdum ſecretum &c. 496
Sublimitas charitatis eſt ſapientia vel intentio ſupernaturalis. Ser.vij.do. xvj.poſt Trinitatem. 711
Subiectio noſtra diuinalis valde exigua & modica eſt. Ser.j. dominicæ ij.poſt octauas Paſche. 115
Subiecti erimus deo triplici timore. ſermo.v.domi.ij. poſt octa. Paſche. 132
Superſcriptio bonæ monetæ qualis erit.ſer.iij.do.xxiij.poſt Tri. 887
Supplicare tenemur in orationibus noſtris humiliter. Ser.iij.ferie ſecunde rogationum. 179
Supplicatio patrũ in limbo detẽtorum pro liberatione multiplex fuit. Sermo.primo diei Paſchæ. 1
Supplicationes quære de orationibus in litera O.
Suſcitare mortuos aliter cõuenit deo, aliter ſanctis aut angelis. ſer.j. diei Paſchæ in princip. 1
Suſtinere & ſufferre debemus libenter tribulationes & aduerſitates in hoc mundo propter tres rationes. ſerm. vj.dominicæ xvj. poſt Trinitatem. 706

T:

TAbula in qua plantãtur boni mores quadruplex eſt. Ser.v. ferie Paſche 45
Tactus Chriſti triplex inuenitur in ſacra ſcriptura. vide declarationẽ huius perlucidam. ſermo.vj.domi.xvj. poſt Trinitatem. 705
Theologicales virtutes & morales quę ſunt; & quomodo inter ſe differũt. Ser.vj.do.infra octa.Aſcẽ.231.& ſer. v.do.xv.poſt Trini. 227
Temperantia humanalis eſt ſacerdotibus neceſſaria. Sermo. vij. domi. in albis. 92
Tentatio diaboli inuadit homines cuiuſcunque ſtatus mundi. ſer.iiij. do. viij.poſt Trini. 503
Tentatiões, tribulationes, ſiue pugne, quas perfecti martyres ſuſtinebant; ſunt decem. Ser.iij.do.xj.poſt Trini. ibi, Dico quarto &c. 589
Tẽtationes quam multiplices & quam varie ſunt. Ser.iiij.domi.ij.poſt oct. Paſche. 126
Terra diuerſa continet in ſe loca, in quibus purgantur animæ peccatrices. ſupra in litera L, ſcilicet Locus.
Teſtimoniũ quodlibet erit in ore duorum vel triũ. Ser.j. dominicæ infra octa. Aſcenſionis in prin. 206
Teſtis & iudex ſimul erit Chriſtus in iudicio ſuo. patet Serm.ij.infra octa. Aſcen. 212
Thuribulum quinque habet ſimilitudines cum corpore Chriſti. Serm.ij. corporis Chriſti poſt medium. 330
Timor triplex eſt, per quem ſubiicimur deo, ſcilicet naturalis, filialis, & reuerentialis. Serm.v.dom.ij.poſt octa. Paſche. 132
Tributũ quod deo tenemur quale eſt, patet

patet.Ser.j.& ij.do.xxiij.poſt Trinitatis. 878. & 881
Trinitatem perſonarũ in vnitate eſſentiæ dei inquirere peruerſa curioſitas eſt.tenere & credere vt docet eccleſia,fides & ſecuritas eſt, videre eã ſicut eſt,felicitas eſt.Ser.j. diei Trin. ante medium. 296
Trinitatem perſonarũ in vnitate eſſentie.Serm.ferie.ij.poſt Pẽte. ſcilicet, Gratia ſpirituſſancti. 260
Triſtitia veræ pœnitentiũ conuertetur in perfectiſsimum gaudium, quod nũquam remouebitur ab eis. Ser.ij. do.iij.poſt octa.Paſche. 140
Triſtitia damnatorum qualis & quanta eſt,& vnde cauſatur. vide Ser.v. ferie Pentecoſtes,in prin. 280

V

VAdunt homines per viã paradiſi tribus modis.ſer.iiij. dominicæ.ij.poſt Trinitatem. 380
Vbique eſt deus tripliciter.Ser.j. do.v. poſt Trinita. 405
Velocitas Chriſti ad dandum teſtimonium contra peccatores.Serm.ij.do. infra octa.Aſcenſionis. 212
Venialia peccata ſunt tripliçia, quæ per tria.ſ.lignũ,fenũ,& ſtipulã deſignantur.Sermo.ij.domi.ij.poſt Trinitatem.in fine. 375
Verbum patris æternũ.i.filius in diuinis,& verbum a nobis prolatum differũt multifarie. Itẽ verbum dei eſt duplex.ſ.æternum quod eſt eius verbum propriũ,& temporale quod eſt verbum eius commune. Item verbũ dei tẽporale ſiue cõmune digne prędicatum,& deuotè auditum, tria bona operatur.ſ. illuminat, inflãmat, & purificat. Ser. iiij. domini. tertiæ poſt octa.Paſc. 152
Via ducens ad paradiſum ſecuta & bona triplex.ſer.vij.domi. infra octauas Aſcen.ſcilicet,Hæc locutus ſum &c.238.Et ſer.iiij.dominicæ.ij.poſt Trinitatem. 380
Via peregrinorum quomodo ſignata erit.quære ſerm.j.ſer.ij.Paſche. ibi, Secundo dicitur &c. 24
Viaticum ſpirituale dicitur ſacramentum Euchariſtiæ.Ser.in octa.corporis Chriſti,poſt principium. 356
Videre & audire Chriſtum quomodo prophetæ & ſancti patres antiqui teſtamẽti deſiderabant,& quomodo nos eum videre debemus, Ser.j.do. xiij.poſt Trinita. 610
Ville tres ſunt in alio mundo quas homines per bona huius mundi emerpoſſunt.ſermo.ij.domi.ij. poſt Trinitatem. 369
Vinum ſuperbiæ deteſtabiliſsimũ eſt, quia initium omnis perditionis. vide in litera S.De vitio inuidie ſupra in litera.I.&c.
Victoriam nos habere oportet contra quadruplicem regem de omni vitio inſtigantem, antequam ad communionem accedamus.ſer.iij.do. infra octa.Aſcen. 219
Vir tenetur vxori dilectionẽ & prouiſionem.patet ſer.ij.in die Pent.ibi, Dico ſecundo,&c. 258
Virginitatem ſeu caſtitatem tenere in cõmeſſationibus & ebrietatibus impoſsibile eſt.ſer.iiij.do.j. poſt octa. Paſche.ibi,Quintum opus &c. 110
Vitæ ſpiritualis perfectio conſiſtit in quatuor.patet in ſer.iij. diei Trinitatis. 311
Vitam bonam quadruplicem confert nobis ſpirituſſanctus. ſer. feriæ.iij. Penteco. 268

Vitę bone ſunt plures gradus. ſuprà in Gradus.
Vitæ male ſunt nouem modi, ſerm. ferie. vj. poſt Pentecoſtes. 288
Viuere noſtrum in hoc ſeculo non eſt, niſi mori, quia continue tẽdimus ad mortem. ſabbato poſt Aſcẽſionem, poſt principium. 201
Viuere incipiẽs deifice tres ſimilitudines ſibi maxime deſeruientes notabit. ſer. dom. infra octa. Aſcenſionis. ſcilicet, Ante omnia. 206
Vocati & electi ad cœnam Chriſti. vide in cœna, patet ſer. j. domi. ij. poſt Trinitatem. 363. & ſer. ij. domi. xx. eiuſdem. 792
Vocati ſumus omnes ad conuiuium Chriſti. ſtẽ vocationis quatuor modos, vide in ſermo. iij. domi. ij. poſt Trinitatem. 375
Voluntas eſt vna patris, & filij, & ſpirituſſancti. ſer iiij. do. viij. poſt Trinitatem. in principio. 501
Vox domini ſuper aquas multas, quomodo intelligitur. Et quædam mulier extollens vocem, quomodo exponitur. ſer. iiij. dominica xxv. poſt Trinitatem. 917
Vnitas eſſentiæ trium perſonarum. patet ſuprà de Trinitate in litera T.
Vſuram ſuper lucratam exiget a nobis deus de omnibus tam corporalibus quam ſpiritualibus quæ dedit nobis. ſermo. j. dominica xj. poſt Trinitatem. 573
Vtilitates quinq; proueniũt nobis ex ſacramẽto Euchariſtiæ digne ſumpte in octa. ſacramenti. 356
Vulnera Chriſti poſt reſurrectionem minora fuerunt quam in paſsione. quid hoc ſignat, patet ſer. iij. dominicæ in albis. 69
Vulnera Chriſti & cicatrices non deformitatem, ſed magnam pulchritudinem oſtendunt in eius corpore glorioſo. Ser. eodem eiuſdem dominicæ. 69
Vulnera quinq; perfoſſa habuit & habet Chriſtus. Serm. j. dominicæ. iij. poſt Trinitatem. 394
Vxor deuota ſæpe conuertit virum ſuum de mala vita. Exemplum Sermo. iij. dominicæ in albis, circa finem. 71
Vxor viro ſuo tenetur duo obſeruare, ſcilicet reuerentiam & diligẽtiam. Sermo. ij. Pentecoſtes. 258

FINIS.

DIVIN Iuerbi preconis, interpretis, & profeſſoris ſubtiliſsimi, ſancti Vincentii Ferrarii de regno Arragonie, conuentus Valentie diui predicatorum ordinis, ſermones ubertimi eſtiuales de tempore, incipiunt feliciter.

In die ſancto Paſche. Sermo primus.



Vrrexit, non eſt hic. Marci xvi. Vt in preſenti ſermone reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deus uelit in cordibus noſtris aliquod ſpirituale ſentimentum dulcedinis & benedictionis huius feſti pro animarum conſolatione, & uite reformatione infundere, recurramus ad uirginem Mariam, iam letiſsimam de filij ſui reſurrectione, dicendo ſibi, Aue Maria, &c. Nota, uerbum propoſitum bona noua inſinuat de glorioſa reſurrectione Ieſu Chriſti, que annunciauit angelus bonus iſtis tribus Mariis, que cum maxima deuotione frequenter currendo ſepulchrum Chriſti adierunt, dicens eis, Surrexit quaſi dicat. Iam ſuum corpus exiuit de monumento, iam non eſt anima in limbo, quia iam exiuit. Item ſua humanitas non eſt hic, nec corpus, quia iam ſurrexit, quaſi dicat, non queratis ipſum hic. Pro huius uerbi declaratione ſciendum, quod Chriſti reſurrectio ſuper omnes alias reſurrectiones mortuorum que unquam ante fuerunt, uel erunt, habuit duas excellẽtias magnas, Prima quia fuit uirtuoſa. Secũda quia fuit glorioſa. Multi enim ſurrexerunt de morte ad uitam, tam in ueteri teſtamento quam in nouo: ſed non ſurrexerunt per propriam potentiam, ſed alienam. Chriſtus uero ſurrexit de morte ad uitã proprio poſſe, & nõ aheno, ſicut uerus Deus: quia eius corpus in monumento habebat infinitum poſſe ex diuinitatis coniunctione ad ſuſcitandum ſeipſum, & etiã anima in limbo, ut dicit ſanctus Thomas iij. parte. q. liij. arti. iiij. Nunquam ſic fuit de alio mortuo: quia corpus mortuum alterius nõ habet poſſe, nec etiam anima ad ſuſcitandum ſe. imo dicit Dauid, Spiritus uadens, ſupple ad mortem, & non rediens, proprio ſupple poſſe ad uitam. De Elia & Eliſeo legitur, quod ſuſcitauerunt mortuos in ueteri teſtamento. Similiter legitur, quod Apoſtoli & alij ſancti diuerſos ſuſcitauerunt mortuos: ſed quomodo? orando & ſupplicando, non uirtute propria nec mortuorum, ſed uirtute Dei, & ſolum miniſterialiter. Dicit enim, ſcilicet Tho. j. par. q. cx. ar. iiij. ubi concludit quod ſolus Deus miracula facere poteſt, in ſolutione ad primum argumentum, quod angeli aliqui dicuntur miracula facere, uel quia ad eorum deſiderium Deus miracula facit, ſicut & ſancti homines dicuntur miracula facere: uel quia aliquod miniſterium exibent in miraculis que fiunt, ſicut colligendo pulueres in reſurrectione communi: uel aliquid huiuſmodi agendo. Hec ille ubi ſupra, dicit etiam idem ſanctus

Solus Deꝰ propria uirtute miracula facit

Thomas ij.ij. quéſtio.ſeptima capi.lxxviij. articul. j. ad primum argumentum. & iij. parte. queſtio. lxxxviij. iij. articul.ad quartum.Et in dè potentia.queſt.vj.iiij.capi.quod ſancti faciunt miracula dupliciter, ſcilicet poſtulatione & poteſtate,id eſt non precedente oratione manifeſta.tamen in utriſque Deus operatur principaliter: ſancti autem inſtrumentaliter.Ex quibus uerbis patet,quod ſancti non faciunt miracula propria uirtute uel poteſtate,ſed Dei: quia ſolum faciunt miracula uel impetrando & miniſtrando ſiue inſtrumentaliter. Sed Chriſti reſurrectio hodierna non fuit niſi per proprium poſſe:ideo dicebat Chriſtus, Ego pono,id eſt dimitto animam meam, & iterum ſumo eam. Nemo tollit eam a me,ſcilicet uiolenter,ſed ego ponam eam a meipſo.Poteſtatem habeo ponendi eam,ſcilicet per mortem,& poteſtatem habeo iterum ſumendi eam,ſcilicet per reſurrectionem.Ioannis decimo.Secunda excellentia fuit,quia iſta reſurrectio fuit glorioſa. ſurrexit enim Chriſtus ad uitam glorioſam,immortalem & impaſsibilem.Alij autem qui ſuſcitabantur in ueteri & nouo teſtamento, & qui poſtea reſuſcitati ſunt,de communi lege & curſu ſuſcitabantur ad uitam mortalem, & ad miſeriam paſsibilem huius mundi, & poſt iterum morituri. Sed Chriſtus ex ſingulari priuilegio de morte ad uitam glorioſam. Authoritas, Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.ad Romanos.vj.Huius autem reſurrectionis glorioſe ponit beatus Thomas triplicem cauſam,iij.parte.queſt.liiij.articu.ij. Tum quia ſua reſurrectio fuit exemplar & cauſa noſtre reſurrectionis, ut patet.j.Corinth.xv. Tum ſecundo,ratione humilitatis paſsionis, ex qua meruit gloriam reſurrectionis. Tum tertio, quia peracto myſterio redemptionis ex gloria anime in corpus gloria redundabat, quam uis antea diſpenſatiue illa redundantia impediebatur, ut myſterium noſtre redemptionis ſua paſsione impleret. Iſte due excellentie Chriſti reſurrectionis ſubtiliter tanguntur in themate. Prima ſcilicet quod fuit uirtuoſa,tangitur,in illo uerbo quaſi actiuo,ſurrexit,non dicit ſuſcitatus eſt ab alio:ut fuit Lazar⁹:ſed ſurrexit, ſcilicet per proprium poſſe.Surrexit Chriſtus a mortuis per gloriam patris. ad Romanos ſexto, que eſt eius gloria cum filio & ſpiritu ſancto.Secunda excellentia, ſcilicet quod fuit glorioſa,oſtenditur ibi: non eſt hic, ſcilicet corpus in ſepulchro:nec anima in limbo:nec humanitas in hac uita mortali,ſed ſacramentaliter in altaris ſacramento. Ideo dixit angelus mulieribus Chriſtum in ſepulchro querentibus. Scio enim quod Ieſum qui crucifixus eſt queritis.Non eſt hic:ſurrexit enim ſicut dixit.Venite & uidete locum ubi poſitus erat Dominus. Et cito euntes dicite diſcipulis eius quia reſurrexit:& ecce precedet uos in Galileam. Ibi eum uidebitis:ecce predixi uobis.Matth.ulti.Patet thema. De huiuſmodi glorioſa reſurrectione notaui tria puncta, in quibus conſiſtit tota practica

huius

huius benedicte resurrectionis Christi.

Resurrectio Christi fuit celebrata affectuose,
Demonstrata gratiose,
Publicata uirtuose.

In his tribus punctis seu cõclusionibus stat tota practica sermonis. Primo dico quod resurrectio Christi fuit celebrata affectuose. Tot enim sancti patres quasi innumerabiles, qui erant in limbo, ardenter desiderabant uidere illud glorioſum corpus, quod sustinuit ictus & totum onus passionis. Videntes autem sancti patres, quod iam transiuit dies Veneris sancta & sabbatum, in ista nocte desiderabant Christi resurrectionem uidere & eius uulnera: quemadmodum cupit homo uidere equum, cum quo rex triumphauit. Sancti patres concorditer Christo supplicauerunt, ut resurgeret: quia licet Deus ab eterno predestinauerit filij sui resurrectionem, predestinauit etiam quod per orationes & supplicationes sanctorum patrum fieret. Ideo anima fidelis hic dulciter contemplari poterit intensum desiderium sanctorum patrum in limbo, quomodo concorditer Christo per ordinem & modum hic notatum pariter supplicare potuerunt ut resurgeret. Primo Adam primus patriarcha cum Noe, Mathusalem, Melchidesedec, Abraham, Isaac, Iacob, & alij qui habuerunt primum locum proponendi, & genibus flexis coram Christi anima proposuerunt suas supplicationes quas registrauit Dauid in libro curie, scilicet in psalterio: & dixerunt Christo, Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tue. Psal. cxxxj. Nota, tu anima sanctissima surge in requiem tuam, scilicet carnẽ. que nũquã repugnauit spiritui: & tu aĩa & arca sanctificatiõis tue. s. caro plena omnibus escis uirtutum. Secunda supplicatio fuit sanctorũ prophetarũ. s. Moysi, Samuel, Elie. Eliſei, Esaie, Hieremie & aliorum dicentiũ Psal. lxvij. Exurgat Deus & dissipẽtur inimici eius. s. demones & milites qui custodierũt sepulchrũ eius, & fugiant qui oderunt eũ a facie eius, ut Iudei, qui etiã fugiunt hodie a facie Christi. Tertia fuit sanctorũ sacerdotũ, Aarõ. Eleazar, Ithamar, Phinees, & aliorũ dicentiũ illud Psal. vij Exurge Domine Deus meus in precepto q̃ mandasti, & synagoga populorũ circundabit te. Nota in precepto q̃ mãdasti. s. Qui se humiliat exaltabitur. Luc. xviij. Ideo Domine, qa tantũ te humiliasti exurge, &c. & synagoga. i. congregatio discipulorũ tuorũ, qui perdiderũt fidẽ circũdabit te, credendo tuam resurrectionem. Quarta supplicatio fuit sanctorum regum, ut Dauid, Ezechie, Iosue, Iosaphat: & sanctorum iudicum & ducum, ut Gedeonis, Iepte, Samsonis, Iude Machabei. & aliorum dicentium, Exurge Domine, adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum. Psalmo quadragesimotertio. Nota adiuua nos, quia licet haberẽt gloriam essentialem tantã quantã hodie: tamẽ non habebant locũ glorie. Ideo dicebant: & redime nos quantũ ad lo-

cum:quia adhuc quantum ad locum, non erant redempti, quia adhuc erant in carcere limbi, & inde non poterant exire ſine adiutorio Dei. Quinta fuit ſanctarum mulierum, ſcilicet matris noſtre Eue, que poſt peccatum fecit magnam penitentiam, & Sare, Rebecce, & Rachelis, Lie, Iudith, Heſter, Anne, Elizabeth, & aliarum dicentium,que Eua propoſuit dicens,Exurge & intende iudicio meo Deus meus & dominus meus in cauſam meam.Pſalmo trigeſimoquarto. Dum Eua uiuebat in hac uita, dicere potuerunt ſibi qui tunc uiuebant, quando patiebantur aliquod malum:propter te habemus iſta mala.Etiam in limbo dicebant ſibi non cum iniuria ſeu indignatione: propter te ſumus hic omnes. Propter hoc Eua dicebat & ſupplicabat ut reſurgeret, ut eos inde educeret,ut de cetero ſibi talia non dicerent. Sexta fuit ſanctorum noui teſtamenti:ut Ioannis Baptiſte, & ſanctorum Innocentium,Ioſeph & latronis boni dicentium, Exurge Deus, iudica cauſam tuam,memor eſto improperiorum tuorum, eorum que ab inſipiente ſiunt tota die.Pſal.lxxiij.Nota,Eua dixit iudica cauſam meam,& Ioan. & alij dicunt cauſam tuam: quilibet dicit uerum diuerſis reſpectibus. quia ut dixi,Ioannes & ſancti noui teſtamenti dixerunt. Exurge Deus, & iudica,&c. Nam Iudei quando audierunt dici quod Chriſtus reſurgeret tertia die:deridebant & deridendo dicebant. De cruce non potuit deſcendere, & modo exibit de monumento. & poſuerunt cuſtodes,ne diſcipuli furarentur corpus eius. Et dicebant Chriſto multa improperia:propter hoc dicebant,Exurge Deus, iudica cauſam tuam, & tunc tacebunt Iudei,qui crédunt te non habere poteſtatem reſurgendi.Et quare Eua dixit cauſam meam?iam dictum eſt in quinta petitione. Septima ſupplicatio fuit ſanctorum angelorum, qui aſſociabant animam Chriſti,qui uidentes quod ſancti patres ſupplicauerunt Chriſto ut reſurgeret, etiam & ipſi oſtendendo eorum bonum deſiderium humiliter ſupplicauerunt dicendo, Exurge quare obdormis, Domine exurge,& ne repellas in finem.Pſal.xliij. Loquuntur ſancti angeli ut amicus loquitur amico,excitando eum a ſomno. Sciebant enim angeli generalem reſurrectionem eſſe futuram in fine mundi:ideo dicebant, Exurge quare obdormis, id eſt ualde dormis, quia hodie eſt tertia dies,& ne repellas in finem, id eſt tardes tuam reſurrectionem uſque in finem,ſcilicet in generalem reſurrectionem quando omnes reſurgemus in etate.xxx.annorum uel circiter. Dicit tamen ſancti Tho. in. iiij.diſtinct.xliiij.queſt.j. articul. iij. quod omnes reſurgent in etate iuuenili,non tamen quod quo ad numerum annorum,ſed quo ad ſtaturam. Quando autem iſte ſeptem ſupplicationes ſic cum magno deſiderio fuerunt Chriſto propoſite in aurora, Chriſtus omnibus circumexiſtentibus reſpondit dicens, Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. Pſalmo undecimo.

Saluũ

Saluum me fac. Nota propter miſeriam, ſcilicet localem ſanctorum, & gemitum pauperum, id eſt diſcipulorum ſuorum flētium nunc, exurgam. Ecce quomodo uoluit quod ſua glorioſa reſurrectio perficeretur per ſanctorum ſupplicationes, licet ab eterno eſſet predeſtinata, & anima Chriſti cum omnibus ſanctis patribus exiuit de limbo, & ille locus remanſit ſolus: quia tunc nullus manſit ibi. Et anima Chriſti aſſumpſit illud corpus glorioſum, & ſurrexit. In cuius reſurrectione terra tremuit, & cuſtodes facti ſunt uelut mortui, & Chriſtus exiuit de monumento ſine eius apertura, quemadmodum natus fuit de uirgine ſine uirginitatis fractura: & ſtans ſupra ſepulchrum oſtendit ſuum corpus glorioſum, uulnera & plagas omnibus ſanctis patribus, qui genibus flexis adorando dixerūt, Gloria tibi Domine, qui ſurrexiſti a mortuis, cum patre & ſancto ſpiritu, &c. Ecce primus punctus huius benedicte reſurrectionis Ieſu Chriſti hodie facte. Dico ſecundo, quod eſt demonſtrata gratioſe ſingulariter uirgini Marie. Concluſio eſt plurium theologorum dicentium, quod Chriſtus in ſua reſurrectione primo apparuit uirgini Marie ſuema tri. Hoc expreſſe dicit Ambro. in libr. de uirginibus di. Maria reſurrectionē Chriſti uidit & prima uidit: ſed Euangeliſte non curant hoc ponere, ſolum curauerunt ponere teſtes indubitatos, quia teſtimonium matris pro filij fauore poſſet calumniari. Et quod primo apparuit matri uirgini, ad hoc credendum cogit nos triplex ratio. Prima propter diuinum preceptum, quia in paſsione filij ſuper omnes alios fuit tribulata, Chriſtus ex ſpeciali priuilegio pepercit matri ut ſine dolore pareret & cōtra communem curſum nature. Item ne ſentiret dolores in ſua morte, qui excedunt omnes huius uite dolores, ut dicit Dominus Albe. ſuper, miſſus eſt. Finis omnium terribilium eſt mors, quia anima tota ſimul eradicatur ut arbor, ſed omnes dolores partus & mortis uenerunt ſuper eam in paſsione filij ſui. Cum ergo dicat ſcriptura, Honora patrem tuum, & gemitus matris tue ne obliuiſcaris. Eccleſiaſtici ſeptimo. Chriſtus autem perfectiſsime ſeruauit legem de honoratione parentum, ſequitur quod primo apparuit matri, que pre aliis omnibus fuit tribulata. Secunda, propter fidei meritum. Nam pro certo habetur, & oſtenditur ſatis clare ex textu quod tempore paſsionis Chriſti perdiderunt fidem Chriſtianam omnes Apoſtoli & diſcipuli totaliter: aliqui dubitando an eſſet uerus Deus & Meſsias, licet omnes reputarent eum ſanctiſsimum propheram: ſola uirgo Maria illo ſabbato ſancto inuariabiliter credidit. propter hoc deffertur ei, ut quolibet ſabbato fiat officium de ea in eccleſia Dei. Cum ergo dicat ſcriptura, Apparet autem Dominus eis, qui fidem habent in illum. Sapientie primo. Videtur hoc pro premio meriti ſue fidei, quod primo ei appareat. igitur, &c. Tertia propter amoris intentionem. Nam certum eſt, quod nunquam fuit mater, que tantum

Triplicíter oſtenditur, Chriſtū poſt ſuā reſurrectionem primum apparuiſſe uirgini matri.

diligeret filium ſuum ſicut uirgo Maria Chriſtum. Cum ergo ipſe dixit erit. Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Ioannis.xiiij. igitur, &c. Ex his tribus rationibus patet, quod primo apparuit uirgini matri, licet ſancti Euangeliſte hoc expreſſe taceant. Dicatur practica que modo ſequenti fieri potuit, & anima deuota pie contemplari poterit, ut det in cordibus Deus ſentire dulcedinem huius apparitionis. Virgo autem Maria certiſsima erat quod filius ſuus reſurgeret die tertia, ut ipſe predixerat, ſed forte neſcieb at horam ſue reſurrectionis, quia non legitur quod Chriſtus dixerit horam ſue reſurrectionis, ſi hora prima, uel tertia, &c. Ideo uirgo Maria in nocte preſenti, que fuit ſibi longa nox, expectabat reſurrectionem filij ſui, & cepit cogitare, qua hora reſurgeret, & neſciuit. Et ſciens quod inter alios prophetas Dauid plus locutus fuit de Chriſti paſsione & reſurrectione, poſuit ſe ad legendum pſalterium, ut inueniret ſi Dauid dixiſſet aliquid de hora: & legit primum pſalmum, & ſecundum, & tertium, &c. & nihil inuenit de hora: tandem legendo fuit in pſamo lvj. ubi legitur, & loquitur Dauid in perſona patris ad filium dicens, Exurge gloria mea. Exurge pſalterium & cithara. Reſponſio filij ad patrem, Exurgam diluculo. Nota quod pater uocat filium ſuum tripliciter, ſcilicet gloriam ſuam, pſalterium & citharam, propter tria que Chriſtus habuit in hac uita. Primo Deus Pater uocat Chriſtum gloriam ſuam, & hoc quia Chriſtus in hac uita in omnibus que fecit, & dixit, diligebat & procurabat honorem patris. Ideo dicebat, Ego gloriam meam non quero, ſed honorifico patrem meum. Ioānis viij. Ideo pater dixit, Exurge gloria mea. Secundo uocat ipſum pſalteriū. Pſalterium enim habet decem chordas, & eſt inſtrumētum camere ſecretum, & non ſonat multum, & ſignat legem Moſaicam, que quaſi inſtrumentum camere fuit ſolum datum illi populo Iudaico, que in decem preceptis quaſi decem chordis conſiſtit. Huic fuit Chriſtus ualde obediens. Ideo dicebat, Non ueni ſoluere legem ſed implere. Matthei quinto. Ex huiuſmodi obedientia uocatur a patre pſalterium. Tertio uocat ipſum citharam. Cithara enim ſignat legem euangelicam. Ratio, quia habet uocem clariorem, & magis audibilem. talis fuit lex euangelica, que per totum mundum fuit audita. In omnem terram exiuit ſonus eorum, &c. Reſpondit filius patri, Exurgā diluculo. Cogitate quando uirgo Maria ſciuit horam reſurrectionis, quomodo ſurrexit de oratione, ad uidendum ſi erat aurora, & uidit quod non. Et iterum rediit ad legendum, ſi inueniret alibi alium teſtem de hora reſurrectionis, & in continuando lectionem fuit in Pſal. cvij. ſcilicet, Paratum cor meum Deus, &c. ubi inueni predictum uerſum iterum, Exurge gloria mea. & iterū reſpexit per feneſtrā ſi erat aurora. Et uidit q̄ nō, & perfecit Pſalteriū. Deinde uoluit uidere ſi aliquis aliorū ꝓphetarū dixiſſet aliquid

de hora

de hora resurrectionis, & inuenit in Osee vj. q loquitur in persona Apostolorũ, Viuificabit nos post duos dies, & tertia die suscitabit nos, & uiuemus in conspectu eius, sciemus sequemurque, ut cognoscamus Dominum, quasi diluculum preparatus est egressus eius. No. uiuificabit nos, quia mortificauerant Apostoli propter incredulitatem. Tunc uirgo Maria surrexit dicens, Sufficit mihi habere tres testes de hora resurrectionis & parauit cameram & cathedram pro filio dicens, Hic sedebit filius meus, & hic loquar ei. Et respexit per fenestram, & uidit incipere auroram, & gauisa est dicens, Modo resurget filius meus. Et genibus flexis orabat dicens, Exurge Domine in occursum meum, & uide, & tu Domine Deus uirtutum, Deus Israel. Psalm. lxiij. Et Christus misit statim uirgini Gabrielem nuntium dicens, Sicut nuntiasti matri mee incarnationem, nuntia sibi etiam meam resurrectionem. & incontinenti cum magno gaudio uenit ad uirginem dicens, Regina celi, letare alleluia, quia quem meruisti portare, alleluia, resurrexit sicut dixit alleluia. ut fuit reuelatum beato Gregorio qui addidit, Ora pro nobis Deum alleluia. Et statim post uenit ad eam filius benedictus cum omnibus sanctis patribus, &c. Si dicatur, quomodo poterant recipi in illa parua camera? Dico quod tanta est eorum magnificentia, quod si uellent, mille millia possent recipi in ea, imo & in minori loco, per uirtutem diuinam ad nutum eius assistentem, ut tangit sanctus Thomas in quarta distinctione quadragesima quarta. & Christus salutauit matrem dicens, Pax uobis. Virgo autem flexis genibus, & plena lacrymis pre gaudio, adorauit eum osculando manus & pedes dicens, O uulnera benedicta, que tantum dolorem mihi dedistis die Veneris, &c. & Christus osculando matrem dixit, Mater mea gaudete, quia iam de cetero non habebitis nisi gaudium & letitiam, tergendo ei lacrymas, & sedit in cathedra & loquebantur simul ualde dulciter. O qui fuisset in illo parlamento. Dixit uirgo filio, Fili ego consueui facere festum in die sabbati, ad significandum requiem creationis mundi, sed de cetero faciam festum in die dominica, in memoriam uestre resurrectionis & quietis & glorie, & placuit Christo. Christus autem dixit matri ea que egit in inferno, quomodo ligauerat diabolum, & ostendit sibi sanctos patres, quos inde extraxerat, qui fecerunt uirgini Marie magnam reuerentiam. Cogitate quomodo Adam & Eua dixerunt uirgini Marie, Benedicta uos eritis illa filia nostra & domina, de qua Dominus dixit diabolo serpenti, Inimicitias ponam inter te & mulierem. Genesis tertio. Dixit Eua, Ego ex culpa clausi ianuam Paradisi, sed uos ex gratia aperuistis. Item propheta quilibet dicebat uirgini Marie, Ego prophetaui de uobis in tali loco dicens, & humiliter eam salutando dixerunt omnes simul uirgini Ma-

rie, Tu gloria Ieruſalem, tu letitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri. Iudith decimo quinto. & uirgo Maria eos ſalutans dixit, Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, ut uirtutes eius annuntietis, qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen ſuum. j. Pet. ij. Deinde ſancti angeli dixerunt ſibi ut prius, Regina celi, &c. quia iſtud fuit unum de ſeptem gaudiis principalioribus uirginis Marie. Virgo autem humiliter reſalutans eos dixit, Vos omnes eſtis adminiſtratorii ſpiritus in miniſterium miſsi, propter eos qui hereditatem capiunt ſalutis. Hebr. primo. Patet quomodo reſurrectio Chriſti fuit demonſtrata gratioſe. Dico tertio, quod publicata fuit uirtuoſe. Poſtquam enim Chriſtus conſolatus eſt uirginem Mariam, uirgo mater conſolationis rogauit filium, ut etiam dignaretur conſolari dilectricem ſuam Mariam Magdalenam, que tantum doluit de paſſione ſua dicens, Quamuis Apoſtoli habuerunt magnum dolorem de ueſtra paſsione Maria tamen Magdalena habuit maximum, ideo placeat uobis eã conſolari, & ſorores meas, que hodie ſummo mane iuerunt ad monumentum, ut ungerent corpus ueſtrũ, & ualde mane una ſabbatorum uenerunt ad monumentum orto iam ſole. Et introeuntes in monumentum, uiderunt iuuenem ſedentem in dextris, coopertum ſtola candida, & obſtupuerũt, qui dicit illis, Nolite expaueſcere, Ieſum queritis, &c. Mar. xvj. Nota ualde mane, id eſt in aurora orto iam ſole, quia claritas aurore eſt aduentus ſolis. Ideo fili cõſolamini eas. Illa enim Magdalena philocapta ueſtra, moritur amore ueſtri. Item Apoſtoli etiam plorant, ſingulariter Petrus, qui exiſtens in quodã monumento, non facit niſi flere. Statim Chriſtus miſit angelum ad monumentũ, ut annuntiaret tribus Mariis ſuam reſurrectionem. quas inuenit cum capſis unguẽtorum, dicentes ſolicite, quis reuoluet nobis lapidẽ, &c. Item quia cuſtodes non permittent nos intrare. Et quando fuerunt ad monumentum, ſecunda uice uiderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus ualde. Et introeuntes in monumentum, uiderunt iuuenẽ, &c. ut habetur ubi ſupra. Et dum receſſerunt a monumento, Chriſtus apparuit eis, que adorantes tenuerunt pedes eius, forſan dicendo ſibi, Domine, ibimus ad matrem ueſtram, que tot dolores ſuſtinuit in paſsione ueſtra. Reſpondit eis, Non oportet uos ire, quia iam uidi eam, & conſolatus ſum eam. Sed miſit eas ad diſcipulos, ut eis nuntiarent ſuã reſurrectionem, & poſt ipſe apparuit diſcipulis, qui gauiſi ſunt uiſo domino, & non crediderunt mulieribus. Ecce quomodo fuit publicata uirtuoſe. Moraliter, ut patet, Chriſti reſurrectio fuit publicata & manifeſtata tribus conditionibus perſonarum. Primo uirgini Marie. Secundo tribus mariis. Tertio diſcipulis. Vbi oſtenditur myſtice, quod ipſe apparebit per gloriam in Paradiſo innocentibus, quia per uirginẽ deſignantur, que ſemper fuit innocens ab omni peccato, ideo dicebat

Chriſtus

Christus, Sinite paruulos uenire ad me, & nolite eos prohibere, talium est enim regnum celorum. Matth. xix. Secundo apparebit penitentibus, qui per mulieres significantur. Penitentes enim portant capsas unguentorum, id est corpora, in quibus sunt unguenta medicinalia penitentie curatiue plagarum ex infirmitate peccatorum. ideo dicebat Christus, Penitentiam agite, appropinquat enim regnum celorum. Matth. iiij. Tertio, apparebit in gloria obedientibus, qui significantur per discipulos. Nota, duplex est gradus obedientie. Primus est obedire preceptis seu mandatis Dei, ad quod tenentur omnes generaliter, & obedire omnibus preceptis ecclesie, singulariter precepto de communione hodie fienda ex ecclesie precepto, nisi de consilio boni confessoris anticipetur uel prolongetur. extra de peni. & re. omnis. quia Christus hodie triumphauit & leuauit campum, ideo hodie uult intrare castrum quod tanto labore acquisiuit. ideo dicebat, Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Matthei xix. Ideo apparuit Apostolis in mensa, ad significandum quod hodie apparet cum gratia digne communicantibus. Secundus gradus obedientie est obedire consiliis, sed ad istum gradum tenentur illi, qui se obligarunt per uotum ad obseruandam paupertatem, castitatem, obedientiam, &c. ut religiosi. De isto gradu dicebat Christus, Si uis perfectus esse, uade & uende omnia que habes, &c. Matthei xix.

In die sancto Pasche. Sermo ij.

ALleluia. Tobie xiij. Et Apocalyp. xix. Ista dies est multum desidetabilis, ad quem multi anhelauerunt, & utinam propter sanctitatem diei, & non potius propter tedium penitentie in ieiuniis, uel quod peius est, propter desiderium redeundi ad peccata pristina, sicut canis redit ad uomitum. de quibus dicit Apostolus ad Hebreos vj. Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Non ergo sic desiderabilis est, sed propter sanctificationem huius diei, & eius magnitudinem. Vnde sciendum, quod omnia festa anni aguntur in memoriam beneficiorum Dei, que contulit ecclesie sancte sue, ut de his laudet Deum, & regratietur. Vnde Esa. lxiij. Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus que reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domus Israel que largitus est eis, secundum multitudinem misericordiarum suarum. Quanto beneficia sunt collata maiora, tanto maius festum est. De hoc uide sanctum Thomam super Ioannem decimo. Magna fuit dies dominice annuntiationis, quia tunc suscepimus beneficium inchoationis nostre salutis, Deo assumente naturam humanam in utero uirginis. Maior dies natiuitatis sue, quia tunc salus nostra palam manifestata est, diuinitate

uiſa in carne uel humanitate. ad Titum ſecundo. Apparuit gratia Dei ſaluatoris noſtri,&c. ad Titum tertio. Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri Dei. Et Pſal. xcvj. Viderunt omnes fines terre ſalutare Dei noſtri. Adhuc maior eſt dies dominice paſsionis, quia tunc per mortem Chriſti pretium ſolutum eſt, per quod redempti ſumus ab eterna morte. j. Corinthiorum ſexto. Empti eſtis pretio magno, &c. & j. Pet. j. Non corruptibilius auro & argento,&c. Nihil enim nobis naſci profuiſſet, niſi redemptio ſubſecuta fuiſſet. Sed ſuper omnes magna eſt dies paſche, dies dominice reſurrectionis, quia nobis hodie ſecuritas data eſt eterne & immortalis uite obtinende in anima & corpore, quam nobis tribuit Chriſtus per reſurrectionem ſuam, que cauſa eſt & ſecuritas reſurrectionis noſtre. Ideo hodie maxime letari debemus,& & ipſum laudare dicendo alleluia, nam alleluia dicitur ab allelu, quod eſt laudate,& ia, quod eſt nomen Dei, ſecundum quod eſt inuiſibilis. Vnde alleluia, id eſt laus Dei ſecundum Hugnitionem. Papias dicit, Alleluia Latine laudate Dominum. Debemus igitur hodie laudare Dominum. Pſalm. Laudate Dominum omnes gentes,&c. hodie enim omnes creature laudant Dominum,& gaudent, ſcilicet ſuperiores, mediocres,& infime, ut patet ex ſermone precedenti, ſcilicet, Surrexit nó eſt hic. Eſt autem multiplex ratio, quare hodie ſpiritualiter debemus gaudere,& Deum laudare. Primo quia Deus nos ſuo corpore cibauit, & ſanguine in ſacramento altaris, nam famelicus multum gaudet de comeſtione. Vnde corpus quod hodie nobis ſacramẽtaliter contulit, eſt idem corpus quod de uirgine ſumpſit, in quo xxxiij. annis uixit, in quo pati uoluit & ſepeliri & reſurgere. Dedit autem cum hoc corpore animam & diuinitatem ex naturali concomitantia. Secundum enim ſanctum Thomam tertia parte. queſt. lxxvj. artic. j. in hoc ſacramento eſt aliquid dupliciter. Ex ui ſacramenti, id eſt ſignificatum per formam. & ex naturali concomitantia, id eſt realiter coniunctum Chriſto. Vnde in hoc ſacramento eſt anima Chriſti & diuinitas eius. Secundo modo tantum ſub utraque ſpecie ſunt ſimiliter & quantitas & anima Chriſti. Caro autẽ & os & huiuſmodi ſunt ſub ſpecie uini ſecundo modo tantum,& ſub ſpecie panis primo modo. Sanguis uero econuerſo eſt ſub ſpecie uini ex ui ſacramenti,& ſub ſpecie panis ex naturali concomitantia, ut etiam dicit ſanctus Thomas in iij. ſcrip. di. x. Vnde per hoc donum ſignificatur ſtatus beatitudinis, in qua dabit ſeipſum inſeparabiliter,& inamiſsibiliter immediate uiſibiliter, non ſub ſpecie panis. Et hec eſt differentia huius dationis ad eternam, quia hic dat ſe corporaliter, ibi totaliter: hic temporaliter, ibi eternaliter: hic ſub ſpecie panis latenter, ibi ſine omni medio apparenter. O quale donum, ubi Deus dat ſemetipſum, nunquam tale donum recipiens quiſquam pauper poteſt fieri, quia in ipſo eſt quicquid deſiderabile eſt, nunquam turbatur aut tri

Multa hic decxiſtẽtia corporis Chriſti, ĩ ſacramento altaris.

aut triſtari poteſt, qa ipſum eſt gaudiū ſine fine: nūquā poteſt infirmari nec antiquari, qa Deus uita eſt. O uere pauper eſt ille, qui hodie non eſt hoc cibo cibatus. Sed antequam poſsit digne recipi, oportet quod recipiens ſit bene diſpoſitus, nam ſicut medicina quāto eſt uirtuoſior, tanto recipiens debet magis timere ut ſit bene paratus, quia ſicut medicina ſanat bene paratum, ita interficit indiſpoſitum. Corpus Chriſti eſt medicina tante uirtutis, quod recipientem bene diſpoſitum curat ab omni peccato, quia cum tanta deuotione poteſt homo communicare, quod erit ſine omni peccato, ſicut puer mox baptizatus. Magnus enim, ut inquit ſanctus Tho. iij. par. q. lxxix. per totam queſtionem. & in iiij. diſt. xij. eſt euchariſtie fructus. Nam ſcelerum remiſsionem cauſat tripliciter, ſcilicet ignoratorum futurorum, inquantum robur nobis confert ad ſcelera futura, uitando & cauſando contritionem, & hoc dupliciter cōtingit. Vno modo, non perceptum actu, ſed uoto, ſicut cum quis prius iuſtificatur a peccato. Alio modo etiam perceptum ab eo q eſt in peccato mortali, cuius conſcientiam & affectum non habet. Forte enim primo nō fuit ſufficienter contritus, ſed deuote & reuerenter accedens conſequitur per hoc ſacramentum gratiā charitatis, que contritionem perficit & inquiſitionē peccati tam mortalis quam uenialis. Penā etiā debitā pro peccatis delet nō totā, ſed ſecundū menſurā peccatorum & deuotionis. A purgatorio inſuper euchariſtia liberat ſecundum eundem ſanctum Tho. iij. par. q. lij. art. viij. ad ſecundam, inquantum eſt ſacrificium ſatisfactoriū pro peccatis. Inſuper & alios habet effectus. Nā quoniam eſt effectiuum uite ſpiritualis, ad ſimilitudinē cibi corporalis facit, quia ſuſtentat, auget, reſtaurat, & delectat, imo & in beatis auget gloriam accidentalem, ſed non eſſentialem. Proprius tamen effectus euchariſtie ſecundum ſanctum Thomam in iiij. diſtinct. xij. eſt transformatio hominis in Deum, ad quam ſequitur augmentū uirtutum & reſtauratio perditorum. Conſequens uero effectus & minus principalis eſt diminutio fomitis. Notat etiam idem ſanctus Thomas Eſaie decimo. Euchariſtia dat quinque, ſcilicet ueniam culpe, uitam gratie, confirmationem in pugna, confortationem in uia, & preguſtationem glorie. Confortat enim a peccato, & preſeruat dupliciter, ut dicit beatus Thomas in tertia parte, & quarta ſcrip. ubi ſupra, ſcilicet interius roborando per gratiam, & exterius repellendo omnem impugnationem demonum per paſsionem Chriſti, cuius eſt ſignum. Poteſt autem quis cum tanta indeuotione accedere, quod damnationem acquirat. Vnde j. Corinthiorum xj. Qui indigne manducat & bibit, iudicium ſibi manducat & bibit. Sumens enim euchariſtiā cum conſcientia peccati mortalis, peccat mortaliter, ut dicit ſanctus Thomas quarta diſtinctione nona, & tertia parte, queſtio. lxxix. artic. ij. ad tertium. & octauum, & iiij. Ideo cum magno timore & reuerentia de

Proprius effectus ſacramenti euchariſtie effectus eſt, augmētā gratie.

tia debemus nos preparare.unde ibidem, Probet autem ſeipſum homo, ſcilicet premeditando, & ſic de pane, &c. Modus manducandi traditur ſub figura.Exod.xij.de agno paſchali,&c. Secundo debemus gaudere & ipſum laudare,quia nos de inferni captiuitate liberauit.Nã captiuus multum gaudet de liberatione, & nos gaudere debemus de liberatione infernali. Nam carcer ille inferni eſt igneus, & ignis eternus, & pena eſt ibi ſine numero illata diabolo, & membris eius ibidẽ exiſtentibus.Iſtum carcerem Deus deſtruxit,quando ad inferos deſcẽdit.Pſal.cvj.Quia contriuit portas ereas,&uectes ferreos cõfregit,&c. Porte ree inferni ſunt cupiditates, & uitioſe cõſuetudines hominum, que non ſinunt clauſos exire. Vectes autẽ Chriſtus ſua fortitudine fregit.Huius figuram habemus iudicum.xvj.de Samſone qui abiit in Gazam,& uidit ibi mulierem meretricem, & ingreſſus eſt ad eam. Quod cũ uidiſſent Philiſthei,poſuerũt in porta ciuitatis cuſtodes ibi tota nocte preſtolantes cum ſilentio,ut facto mane exeuntẽ occiderent.Dormiuit autem Samſon uſque ad medium noctis, & inde ſurrexit & appichendit ambas fores porte cum poſtibus ſuis & ſera, impoſitis que humeris,portauit ad uerticem montis.Vbi gloſ.Greg.Quid in hoc facto ſignificatur? Samſon redemptorem ſignificat. quid Gaza niſi infernum? quid Philiſthei niſi perfidiam Iudeorũ? qui cum Chriſtũ mortuum uiderunt,& corpus eius in ſepulchro poſitum,cuſtodes ilico deputauerunt,& authorem uite letati ſunt ſe deprehendiſſe.Sed Chriſtus deſtruxit inferni clauſtra recte, ſicut Samſon fores in Gaza. Samſon uero media nocte non ſolum exiit, ſed etiam portas eius tulit, quia redemptor noſter ante lucem reſurgens, non ſolum de inferno liber exiit, ſed etiam clauſtra inferni deſtruxit,portas tulit,& montis uerticem ſubiit,quia reſurgendo clauſtra inferni diſrupit, & aſcendendo regna celorum penetrauit,non ſolum etiam Chriſtus deſtruxit infernũ, ſed etiam diaboli potentiam minuit. Nam ante paſsionem Chriſti diabolus libere circuibat terram ab initio mundi,ut ſeduceret omnes gẽtes,& ideo hunc Chriſtus ligauit. Apoc.xx. Apprehendit angelus draconem ſerpentem antiquũ,qui eſt diabolus & Satanas, & ligauit eum per annos mille,& miſit eum in abyſſum, & clauſit & ſignauit ſuper illum, ut non ſeducat amplius gentes, donec conſumentur mille anni. Glo.interli. Ange. Chriſtus apprehendit draconem pro uiolentia nocendi.ſerpentem pro fallacia.antiquum, quia ab initio mundi nocuit. qui eſt diabolus deorſum fluens. & Satanas, id eſt aduerſarius,& ligauit eum,id eſt priori poteſtate priuauit, & miſit in abyſſum.& clauſit & ſignauit ſuper illum,id eſt ſigillum poſuit ſignum ſancte crucis,ut non ſeducat amplius gentes, donec conſumentur mille anni,id eſt donec Antichriſtus ueniat. Nota ſecundum ſanctum Tho. in iij. parte.q. xlix.art.ij. quod per paſsionem Chriſti tripliciter liberati ſumus a poteſtate

testate diaboli. Tria enim sunt considerandа circa potestatem quā diabolus exercebat in homines ante Christi passionem. Primū est ex parte hominis, qui suo peccato meruit ut in potestatē traderetur diaboli. per cuius tentationem fuerat separatus. Secundum est ex parte Dei, quem homo peccando offenderat, qui per suam iustitiam hominē reliquit potestati diaboli. Tertiū ex parte ipsius diaboli, qui sua nequissima uoluntate a consecutione salutis impediebat. Quantum ergo ad primum, homo est a potestate diaboli liberatus per passionem Christi, in quantum passio Christi est causa remissionis peccatorum. Quātum autem ad secundum, etiam sumus liberati, inquātum passio eius nos Deo reconciliauit. Quantum etiam ad tertium, sumus liberati per passionem Christi a diaboli potestate, inquantum in passione Christi excessit modum potestatis sibi tradite a Deo, machinādo in mortem Christi qui non habebat meritum mortis, cum esset absque peccato. Dicit Augu. xiiij. de trinitate. Iustitia Christi uictus est diabolus, quia cū in eo nihil mortis dignum inueniret, occidit eum, & inde utique iustum est, ut debitores quos tenebat, libere dimitterentur in eum credentes quem sine ullo debito occidit. Tertio, gaudere debemus & ipsum laudare, quia per resurrectionem suam dedit nobis certitudinem cognitionis. Nam multum gaudet, qui diu desideratum uidet. Primo enim non poterat apparere nec clare uideri. Ratio est, quia in libro subtilis litere non bene legit subtilis oculus, etiam superposito sibi crasso corpore & obscuro, sed quādo supponitur corpus clarum & lucidum, melius legitur, quia bene apparet grossior, sicut quādo superponitur crystallus uel uitrum. Filius Dei est liber continens in se quod est necessarium humane saluti. Etiam est liber uite, & testamentum altissimi, & agnitio ueritatis. Sed ille liber subtilis, est sua diuinitas: ita quod nullus intellectus creatus potest ibi legere in uita presenti. Exo. xxxiij. Nō uidebit me homo & uiuet. Post incarnationem iste liber fuit coopertus pelle grossa & rudi, scilicet corpore mortali. Ideo non poterat legi nec uideri diuinitas latens sub tali corpore. Ideo Iudei uolebant ipsum lapidare dicentes, Io. x. De bono opere nō lapidamus te, sed de blasphemia, &c. Sed hodie in beata resurrectione quoniā corpus glorioſum, clarum, lucidum, fuit positum supra diuinitatem, tunc liber fuit cognitus, & apparuit. Ioan. xij. Hoc non cognouerunt discipuli eius primū, sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hec scripta erāt de eo. Ergo per resurrectionem dat nobis cognitionem. In signū cuius pluries legitur in die resurrectionis sue apparuisse. Prima apparitio facta est beate Marie uirgini, licet de hoc euangelium non faciat mentionem. Et hoc potest ostendi authoritate Sedulij dicentis, Semper uirgo manens, huius se uisibus astans. Lucem propriam prius dominus obtulit. Secundo ex consuetudine ecclesie. Sūmus enim pō-

tifex

tifex in die Paſche ad ſanctam Mariam maiorem primam celebrat ſtationem, per hoc innuens primam apparitionem factam beate uirgini. Tertio per precepti obſeruationem. Deus enim precepit, Honora patrem, & matrem, &c. Si enim eſſet aliquis in partibus ultramarinis, de quo mater intellexiſſet quod mortuus fuiſſet, & tandem ſanus rediens extraneas perſonas uiſitaret, & ad matrem tribulatam ultimo ueniret, iſte non eſſet bonus filius, nec matrem honoraſſe uideretur. Sed ſi Chriſtus prius alias de ſua reſurrectione letificaſſet, & tandem matri deſolate apparuiſſet, ſic non uideretur obſeruaſſe preceptum de parentibus honorandis. De hoc uide in ſermone precedenti alias rationes. Secunda apparitio facta fuit Marie Magdalene, de qua loquitur Euãgel. hodiernum dicens, Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata, &c. Sed queritur, quare iſtè mulieres precipue que fierunt Chriſtum? Ratio, quia Chriſto erãt plus obligate, eo quod plura officia ab eo receperant. Maria enim Magda. multum Chriſto tenebatur, quia ab ea ſeptem demonia eiecerat, Mar. ult. Martham ſororẽ ſuam a fluxu ſanguinis liberauit, & fratrem ſuum Lazarum quatriduanum ſuſcitauit, & eam ſemper excuſauit, ſcilicet apud Phariſeum, qui dicebat ipſam immundam, & apud ſororem, que dicebat eam eſſe otioſam. & apud Iudam, qui dicebat eam eſſe prodigam. Secundo Maria Iacobi, mater Iacobi minoris ei multum tenebatur. Tum quia nepos ſuus erat, tum quia tres filios ſuos, ſcilicet Iacobum, Simonem, & Iudam alphei filios cardinales, id eſt Apoſtolos fecit. Tertio, Maria Salome ei multũ tenebatur, quias nepos ſuus erat, tum quia duos filios eius, ſcilicet Iacobum & Ioannem Apoſtolos fecerat. Secundo queritur, quare in ſimul tres uenerunt? Ratio prima, propter maiorem teſtimonij ueritatem, quia in ore duorum uel trium teſtium ſtat omne uerbum. Secundo propter decentiam & honeſtatem, decet enim matronas ire bene aſſociatas. Tertio propter myſticam ſignificationem, ut ex hoc daretur intelligi, quod illi ad Chriſtum ueniunt qui fidem, charitatem, & opera habent. Quarto, ad commendandã ſocietatem. Melius enim eſt ſeruire Deo in ſocietate, quam in ſingularitate. Eccle. iiij. Melius eſt eſſe duos ſimul, quam unum. habent enim emolumentum ſocietatis ſue. Tales enim aliquando merito ſue ſocietatis liberantur a malo culpe perpetrande. ideo ſubditur, Si quiſquam preualuerit aduerſus unum, duo reſiſtunt ei. aliquando mutuo ſe accendunt in amore Dei. ideo ſubditur, Si dormierint duo ſimul, fouebuntur mutuo, unus ab alio calefiet, aliquando proteguntur a tentationibus diaboli. unde dicitur, Funiculus triplex difficile rumpitur. Diabolus non poteſt rumpere ſeruos Dei inſimiliter congregatos. Pſalmo cxxxij. Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in, &c. Nec poteſt inuadere unitos. primi Regum xvij. Eligite uobis uirum, & deſcendat

ad ſing

ad ſingulare certamen. De iſtis tribus mulieribus oſtenditur magna deuotio in tribus. Primo in hoc uoluerunt Chriſtum inungere. unde dicitur, quod emerunt aromata, id eſt unguenta aromatica, ut uenientes ungerent Ieſum. ex magna deuotione corpus Chriſti uolebant inungere. Conſuetudo enim erat Iudeorum, ungere corpora mortuorum, ut conſeruarentur ab incineratione, & a fetore, & a uermium corroſione. Sed iſte mulieres decepte erant, quia corpus Chriſti in diuinitate erat balſamatum, & ideo ſi per mille millia annorum in terra iacuiſſet, non potuiſſet putrefieri, aut incinerari, nec potuiſſent uermes generari. Pſalmo, Non dabis ſanctum tuum in corruptionem. In hoc tamen bene oſtenderunt dilectionem Chriſto mortuo, quam habuerunt ad Chriſtum uiuum. Pauci enim ſunt amici, qui uere diligunt in uita, quia fere omnes diligunt propter ſua, non propter ſe. Eccleſiaſtici ſexto. Eſt amicus ſocius menſe, & non permanebit in tempore neceſsitatis. Pauciores ſunt in morte qui diligunt, imo ſepe parentes filiis, & filij parentibus aduerſantur in morte, quando pro ſalute uolunt aliqua ordinare. Pauciſsimi ſunt, qui diligunt poſt mortem, quia poſt modicum, & filius patris, & pater filij, & amicus amici obliuiſcitur. Pſalmo, Obliuioni datus ſum, tanquam, &c. Et alibi. Periit memoria eorum cum ſonitu. Iſte autem ſancte mulieres dilexerunt Chriſtum in uita, que ſequebantur ipſum predicantem. Luce octauo. Sequebatur Maria Magdalena, & alie mulieres, que miniſtrabant ei de ſuis facultatibus, dilexerunt eum in morte, quia aſſociabant eum in cruce. Io. decimonono. Stabat iuxta crucem Ieſu, mater eius, & ſoror matris eius, Maria Cleophe, & Maria Magdalene, Dilexerunt eum etiam poſt mortem, quia uoluerunt eum ungere in monumento exiſtentem. Secundo, deuotio iſtarum mulierum oſtenditur in hoc, quod ualde tempeſtiue uoluerunt uenire. ideo dicitur, Et ualde mane, &c. Sed ſi ualde mane erat, quomodo tunc ortus erat ſol? & ſi ſol iam ortus, quomodo erat ualde mane? Ratio, quia iſte mulieres in ciuitate habitabant, ſepulchrum autem Chriſti extra ciuitatem erat. Ipſe autem ualde mane ſurrexerant, ſed quia uia longa erat, & honeſtas matronas non decet currere, ſed mature incedere, ideo iam ortus erat ſol, quando uenerunt ad ſepulchrum. Eſt ergo ſenſus, ualde mane ueniunt, id eſt uenire incipiunt, , orto iam ſole, ſcilicet quando peruenerunt. Vel ueniunt orto ſole, quantum ad fulgorem ſuum, qui dicitur aurora, non quantum ad ſpheram ſuam. Vnde dicit Auguſtinus. Orto iam ſole, id eſt cum celum ad partem oriētis iam albeſceret. Vel nomine ſolis intelligitur Chriſtus, qui fuit ortus de matris utero per natiuitatem carnalem, & de tumulo per natiuitatem quodammodo glorioſam. Eſt ergo ſenſus, ualde mane ueniunt, ſcilicet cum uerus ſol, ſ. Chriſtus, qui fuerat ortus in hoc mundo de matr

Chriſti corp⁹ erat, ratione diuinitatis incorruptibile.

de matris utero natiuitate carnali, iam ortus erat reſurgendo de tumulo natiuitate celeſti. Quod autem dicitur, una ſabbatorũ, intelligitur prima die ſabbati, que nunc dominica dicitur. Dies enim aliter nominant Iudei, aliter Romani, aliter Eccleſia. Iudei enim nominant eos a ſabbato di. prima ſabbati, ſecunda ſab. &c. & hoc propter reuerentiã ſabbati, in quo Deus requieuit ab opere, quod & ſanctificauit. Romani nominãt dies a planetis, & maxime ab illo, qui hora prima illius dominatur, quia ſol dominatur prima hora dominice, illum uocant diem Solis. & ſic de aliis. Eccleſia nominat dies a feriis, dicens, Feria j. ij. iij, & ſic de aliis. Et idem eſt de feria quod ceſſatio. Vnde antiqui diem ſolennem feriam appellabant, quia ab opere ſeruili ceſſabant. Vel dicitur feria ab offerendis uictimis, quia in diebus feſtiuis ſacrificia offerebant. Sed nunc Eccleſia econuerſo omnem diem appellat feriam, quia in omni tempore a uictimis eſt ceſſandum: quamuis enim precepta ceremonialia ueteris legis fuerint uiua uſque ad paſsionem Chriſti, tamẽ deinceps fuerũt mortua, & poſt diuulgationem Euangelij mortifera: ut dicit beatus Tho. i. ij. q. ciij. art. iij. & ij. ij. q. lxxxvij. art. j. & q. xciij. art. j. & in iiij. di. j. & ij. Tertio deuotio iſtarum mulierum oſtenditur in hoc quod monumentũ deſiderabant uidere apertum. unde dicebãt, Quis reuoluet nobis lapidem, &c. Nam monumentũ tripliciter clauſum erat, ſcilicet aduolutione grandis lapidis ad os eius, ſigilli impoſitione, & militum armatorum deputatione. Ideo mulieres non ſperebant ſe poſſe intrare, quia tam grandem lapidem mouere non poſſent, cum fragiles eſſent, & milites eas fugarent, & ſigillum preſidis frangere nõ auderent. Chriſtus autem, qui exiuit de utero uirginis clauſo, & qui ianuis clauſis ad diſcipulos intrauit, ipſe exiuit de monumento lapide clauſo, ſaluis ſigillis, cuſtodibus expauefactis. Poſtquam autem reſurrexit, angelus lapidem reuoluit, ut ſic daret mulieribus aditum ad introeundum. Sed milites facti ſunt ſicut mortui, & quaſi amentes, & ex hac ſubita apertione monumenti, & terre magna concuſsione. Terremotus enim factus eſt magnus, ut milites exterreret, & ut de reſurrectione Chriſti terra letitiam demonſtraret. Sicut autẽ in paſsione Chriſti mota eſt terra in ſignum triſtitie. Sic in reſurrectione mota eſt in ſignum letitie. Vel terremotus ideo factus eſt, ut per hoc ſignaretur quod corda terrenorum per fidem paſsionis & reſurrectionis ad fidẽ eſſent promouenda. Mulieres igitur accedentes & reſpicientes, uiderunt reuolutum lapidem. Sed quare iſte mulieres uolebant appropinquare monumento, cum nullam haberent de reuolutione lapidis certitudinem? Ratio, quia credebant adhuc corpus Chriſti eſſe in monumento. unde dicebant, Etſi non poſſumus eum ungere, ſaltem poterimus monumentum eius tangere, & ibi eum flere, & aſſociare. Ecce mirabilis dilectio & deuotio mulierum erga mortuum ſuum, ſed hodie

apud

apud multos periit memoria eorum cum ſonitu. Hodie multi ſunt porci, qui ad clamorem unius porci propter mortem rugientis currunt,& cum ipſi uiderunt poni porcum in alueolo, ſtatim recedunt, & illius obliti ſunt:ſic multi mortuum deflentes,dum ſepulture eſt traditus,eius obliuiſcuntur.Mulieres ergo introeuntes in monumentū, uiderunt iuuenem,id eſt angelum,qui uidebatur quaſi iuuenis, ad innuẽdum,quod in etate iuuenili omnes reſurgemus, nō quo ad numerum annorum,ſed quo ad ſtaturam,ut dicit San.Thomas. iiij.ſcrip.di.xliiij. articul.ij.Et iij.par.q.xlvj.artic.ix.ad ſecundum. Hic ſedebat in dextris. Greg.Quid per ſiniſtram niſi uita preſens? quid uero per dextram niſi uita eterna deſignatur?quia ergo redemptor noſter preſentis uite corruptionem tranſierat, recte angelus qui nuntiare eius perennem uitam uenerat,in dextra ſedebat,& hic coopertus erat ſtola candida. Re uera ſtola iſta non eſt ex mortali uellere, ſed ex uitali ſplendens celeſti lumine,nō terreno colore,dicente propheta, Amictus lumine ſicut ueſtimento.Et de iuſtis dicitur Matthei xiij. Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum.Greg. Stola candida coopertus apparuit quia feſtiuitatis gaudia annuntiauit. Candor enim ueſtis ſplendorem denuntiat noſtre feſtiuitatis.Matth.etiam dicit, quod aſpectus eius erat ſicut fulgur,& ueſtimenta ſicut nix.Fulgur eſt de celo,nix de terra,per quod datur intelligi quod in Chriſti reſurrectione, terrena celeſtibus ſunt coniuncta.Secundum autem Greg. in fulgore terror timoris, in niue blandimentum candoris ſignatur,per quod datur intelligi, quod Chriſtus in iudicio terribilis peccatoribus, & blandus iuſtis apparebit. Iſte angelus allocutus eſt mulieres primo eas confortando,di. Nolite expaueſcere.in hoc enim dignoſcitur bonus angelus a malo: quia bon⁹ in principio terret ex fulgore. in medio confortat ex ſua allocutione. in fine letificat ex immenſa conſolatione,& ſua iucunda uiſione. Malus autem econuerſo. quia in principio terret ex ſua horribili uiſione. in medio ex ſua allocutione magis terret. in fine contriſtat ex ſubſecuta deceptione.ut dicit San.Tho.iij.par.queſt.xxx.arti.iij.ad.iij.& ſuper Iob.iiij.&.ij.Corinth.xj.& ibi di.quod omnis angelus apparens hortatur ad bonum,ſed bonus angelus perſeuerat,malus autem ſe nūtiat ad malum. Secundo ipſas confortando & certificando de reſurrectione di.Ieſum Nazarenum queritis crucifixum.Non eſt hic,&c.Greg. Non eſt hic per preſentiam carnis,ſed tamen ubique eſt per preſentiam maieſtatis. Quod autem hoc ſit uerum, ecce locus ubi poſuerunt eum. Nam propter hoc reuoluerat lapidem, ut locum oſtenderet, quaſi dicat.Si meis uerbis non creditis,uacuo credatis ſepulchro.Tertio, angelus miſit eas ad Apoſtolos,di.Ite dicite,&c.Notandum eſt,quod prima mulier fuit media inter ſerpentem & hominem, trahens ad perditionem.Secunda ſcilicet uirgo Maria fuit media inter Deum & homi-

nem,faciens noſtram reconciliationem. Iſte autem mulieres fuerunt medie inter angelum & Apoſtolos,nuntiantes eis noſtram ſalutem & ſaluationem. Iam homo non poteſt conqueri de muliere, quia ſi prima dãnauit,ſecunda ſaluauit,tertia nuntiauit. Si prima fuit cauſa mortis noſtre,ſecunda fuit cauſa uite noſtre,tertia annuntiatrix ſalutis noſtre, ideo angelus fecit iſtas mulieres nuntias noſtre reſurrectionis. Sed quare dixit & Petro?Reſponſio, propter tria. Primo, quia Petrus per negationem deſinebat eſſe diſcipulus, & adhuc non erat certus, utrum reſtitutus fuerit ad gratiam.unde ſi non fuiſſet nominatus, remanſiſſet cõfuſus,& forte deſperaſſet.Et ideo ut ſciret quod per fletũ fuerat peccatum dimiſſum,& quod erat reſtitutus ad officium diſcipulatus,fuit proprio nomine nominatus. Secundo, ut angelus ſibi tanquam ſummo pontifici deferret. Si quis enim Pape & collegio cardinalium literas mitteret,Papam nominatim exprimeret,cardinales uero in generali proferret. Angelus igitur nominatim expreſsit Petrum tanquam ſummum pontificem,diſcipulos autem generaliter tanquam collegium.Tertio,quia Petrus interpretatur agnoſcens uel diſſoluẽs, per quod datur intelligi quod illi ad Chriſtum ueniunt, qui ab amore carnali ſe diſſoluunt,& qui peccata ſua cum contritione agnoſcunt, & humiliter ſe nihil eſſe exiſtimant.Quarto, angelus iſtis mulieribus apparitionem Chriſti in Galilea denuntiauit di. Precedet uos in Galileã, ibi eum,&c. Apparitio facta in Galilea fuit. Tum propter myſterium in ipſa ſpecialiter nominatum.Galilea enim interpreratur tranſmigratio.Chriſtus dum eſſet in hac mortali uita, triplicem defectum patiebatur,ſcilicet quantum ad corpus mortalitatem, quantum ad animam paſsibilitatem, quantum ad utrunque penalitatem & multiplicem miſeriam.Sed in reſurrectione facta eſt tranſmigratio, quia corpus migrauit de mortalitate ad immortalitatẽ, anima de paſsibilitate ad impaſsibilitatem,corpus & anima de miſeria & penalitate ad gloriam & felicitatem. Vnde Leo Papa, poſt paſsionem ruptis uinculis mortis, infirmitas in uirturem,mortalitas in eternitatem,contumelia tranſiit in gloriam. Ille autem mulieres exeuntes denuntiant Apoſtolis quod ſurrexit.ſed ipſi Apoſtoli reputauerunt tanquam deliramenta, & non credebant illis.Tunc Petrus & Ioannes cucurrerunt ad monumentũ, & uiderũt lintearmina & ſudarium,&c. Et abierunt ad alios diſcipulos. Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans, &c. ibi Chriſtus in ſpecie hortulani ei apparuit.Et hec fuit prima apparitio, de qua loquitur Euangelium, licet primo matri apparuerat, ut dictum eſt.Sed quare Chriſtus primo Marie Magdalene apparuit? Ratio, propter quatuor. Primo, quia ardentius diligebat, unde ſtabat ibi plorans. Secundo, ut oſtenderet ſe mortuum pro peccatoribus. Matthei nono,& Luce quinto. Non ueni uocare iuſtos, ſed peccatores. Tertio, ut ſicut

ut ſicut mulier fuerat nuntia mortis, ita eſſet nuntia uite, ſecundum gloſſ. Quarto, ut ubi ſuperabundauit delictum, ſuperabundaret & gratia. Romanorum quinto. Secunda apparitio facta fuit mulieribus redeuntibus de monumento, quando dixit eis, Auete. Tertia Petro, ſed ubi aut quando, Euangeliſte non dicunt. Quarta diſcipulis euntibus in Emaus. Quinta diſcipulis in unum congregatis. Debemus igitur letari de eius reſurrectione, ſicut Apoſtoli & mulieres letati ſunt, quia uiderunt quem mortuum putabant. Vnde ſi uolumus Chriſtum uidere, oportet quod ſeruiamus diligenter in feruore charitatis ſuccenſi, ſicut Maria Magdalena. Nam uidemus quod humor abundans maxime impedit claritatem ſolis uidere, ſed ſicci oculi bene uident. Sic homo habens oculos cordis plenos humore uoluptatis carnalis, non poteſt Chriſtum uidere. Vnde Maria Magdalena quandiu uixit uoluptuoſe, Chriſtum non uidit interius, quia oculus interior plenus erat humore impediente eam. Sed poſtquam feruor diuine dilectionis eam excitauit, tūc Chriſtus ei apparuit. Ideo uolentes quod Chriſtus eis appareat, debent omnem humorem prauum remouere, & feruorem diuine dilectionis in ſeipſos excitare. Romanorum duodecimo. Spiritu feruentes, Domino ſeruientes. Quarto debemus gaudere & letari, quia per reſurrectionem ſuam nobis ianuam celi aperuit. Nam multum gaudent, qui ad ſocietatem principum aſſumuntur, ſic, &c. Vnde ſicut Chriſtus in reſurrectione quatuor dotes habuit, licet non ſecundum propriam rationem dotis, ſicut nec angeli, ut dicit docto. ſ. iiij. diſtinct. xlix. queſtio. iiij. articul. iij. & iiij. ſic beati in futura reſurrectione dotabuntur quatuor dotibus in corpore, ut etiam doctor. ſ. tangit in. iiij. diſtinctione xliiij. & ij. parte. queſtio, xlv. articul. j. ad. iij Fuit enim corpus Chriſti ſubtile, agile, clarum & impaſsibile. Iſtis quatuor erit corpus noſtrum dotatum. Que ideo uocantur dotes, quia dabit eas Dominus in dotem ſanctis, qui ſibi copulabuntur hic per ueram fidem & dilectionem, & in futuro per eternam fruitionem, ſicut ſponſa dotatur a ſponſo. Prima dos uel nobilitas eſt ſubtilitas quam recipiet corpus ab anima, que faciet corpus totaliter ſubditum anime, & eleuabit ipſum in quandam ſimilitudinem anime, ſicut & ipſa eleuata erit in ſimilitudinem Dei, ita ut corpus uideatur quaſi unus ſpiritus cum anima. Et hoc dicit Apoſtolus prime Corinthiorum decimoquinto. Seminatur corpus animale, id eſt habens beſtiales motus inordinate concupiſcentie, ſicut in aliis animalibus; ſed reſurget corpus ſpirituale, id eſt totaliter ſpiritui ſubiectum & conforme, ita quod in nullo preſtabit impedimentum anime. quo minus Deū cōtempletur, amet, & inhereat ei, quod non habet anima in ſtatu huiꝰ uite. Nūc enim corpus ꝙ corrūpitur aggrauat animā. Sap. ix. Et caro cō

Dotes glorioſi corporis

cupiſcit aduerſus ſpiritum. Gal.v.& impedit animam, ne poſsit Deum continue meditari, nec ad perfectam eius notitiam attingere uel amorem,& hoc facit groſsities & pondus corporis animam deprimentis. Et ſignum huius accipi poteſt in ſomno, dum anima non occupatur uſu ſenſuum exteriorum ſicut uigilando, tunc conſueuerunt fieri reuelationes. Mens enim habet duos reſpectus, ſcilicet ad ſuperiora a quibus illuſtratur,& ad corpus reſpectu cuius ligatur in ſomnis, non autem reſpectu primi, ſed fit liberior quam in uigilia ut di. bea. Thom. in de ueritate. q. xij. artic. iij. ad ſecundum,&. q. xxviij. artic. ij. ad ſextum. Videmus inſuper quod groſsities corporis impedit, quod non poteſt tranſire ad libitū, quia aliqua corpora ſibi reſiſtunt, ſicut murus uel paries. Sed corpus glorioſum ita ſubtile erit, quod omne corpus penetrabit ſine reſiſtentia. Cuius ſimile uidemus in natura. Nam oleum penetrat uas continens ipſum ſine uaſis diuiſione. Per oleum enim intelligitur gratia. Sicut enim nauta deſcendens in mare, portans oleum in ore, mediante quo illuminatur uidens maris pericula, ſic gratia Dei illuminat & dirigit nauigantes inter mundi pericula ne pereant. ij. Cor. xij. Sufficit tibi gratia mea. Ideo corpus glorioſum eſt plenum non ſolum gratia, ſed potius gloria, que eſt gratia conſummata. Omne corpus etiam celum penetrat ſine diuiſione. Prouerb. xxix. Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Secunda dos erit agilitas, que etiam prouenit de gloria anime in corpus, ut ſtatim ubi uelit ſpiritus, ibi erit corpus abſque ullo impedimento. Nam propter ponderoſitatem corporis in hac uita non poteſt anima eſſe ubi uult. Vnde quando anima putat pondus corporis ſecum leuare & ducere ad bona opera, ſeipſam frequenter precipitat, ſicut ſimia cum credit globum ſibi alligatum ſuper tectum leuare, pondus globi ſimiam in lutum precipitat, ſic corpus precipitat animam in lutum peccati. Sed in reſurrectione corpus omnino obediet anime. Auguſtinus. Vbicunque uoluerit ſpiritus, protinus erit & corpus. Ideo dicit Apoſtolus ibidem .j. Corinthiorum v. Seminatur in infirmitate, reſurgent in uirtute. Cuius ſimile uidemus in natura. Nam aliquis lapis iacens in terra non poteſt moueri a decem, qui mouebatur tamen a puero extra terram ſiue locum proprium exiſtens. Sic corpus quod non poteſt moueri ab anima quandiu iacet in terra, in reſurrectione eleuabitur ad celum, & mouebitur ab anima ad nutum. Hanc uirtutem dedit Deus ipſi corpori glorioſo. Eccleſiaſtici decimoſeptimo. Deus de terra creauit hominem, & ſecundum imaginem ſuam fecit illum, & iterum conuertet illum in ipſam, & ſecundum ſe ueſtiuit illum uirtute. Nam ſicut radius ſubito pertranſit ab oriente in occidentem, & oculus ſubito de terra uidet ſtellam, ſic ſubito ad nutum corpus erit ubi anima uoluerit. Tertia dos erit claritas, que etiam fluet de gloria anime. Et ſecundum quod quilibet ſanctus erit

maioris

maioris meriti, ſed hoc erit maioris claritatis in corpore. prime Corinthiorum decimoquinto. Stella differt a ſtella in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum, quia erit & apparebit unus ſplendidior altero, nihilominus quilibet habebit claritatem corporis excedentem ſepties claritatem ſolis, quia erit tunc lux ſolis ſicut lux ſeptem dierum, & tunc fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum. Matthei trigeſimo. Et licet nunc lux ſolis non ſit proportionata oculis, tamen ſic non erit ibi, quia erit claritas demulcens, & oculi erunt fortiores & nobiliores. Hec etiam claritas ſecundum Gregorium erit peruia, ita ut ſine impedimento corporis unus ſanctorum uidebit quid eſt in corpore alterius, & quanto abundabit in lumine glorie, tanto clarius uidebit ſicut in claro fonte. Ideo Apoſtolus ubi ſupra. Seminatur in ignobilitate: ſurget in gloria. non tamen in illa gloria, de qua prime Machab. ſecundo. Gloria eius ſtercus & uermis eſt. Sicut ſerpens totam uirtutem ſuam ponit in pelle pulchra & colorata, & ſub pelle non habet niſi putredinem & uenenum. Sic quidam tantum curant de pulchritudine corporali, quod interius non remanet niſi putredo peccati. Talis puchritudo non erit ibi. Sed quia pulchritudo corporis glorioſi ueniet ab anima. Pſalmo quadrageſimo quarto. Omnis gloria eius filie regis ab intus. Ideo ſemper durat. Non ſic de pulchritudine moderna, de qua Iacob⁹ primo. Exortus eſt ſol cum ardore, & arefecit fenum, & flos eius decidit, & decor uultus eius deperiit. Tunc autem omnes defectus corporales ceſſabunt, & quicquid pulchritudinis eſt, habebit corpus. Quarta dos erit impaſsibilitas & immortalitas, ita ut neque fames aut ſitis, frigus aut eſtus, nec aliquod leſiuum a quo corpus modo patitur, ibi locum habebit. Et hoc etiam erit in gloria anime, quia ſicut tunc ipſa tota erit eleuata in diuina ſimilitudine, ita & corpus per animam conſequetur impaſsibilitatem & immortalitatem. Auguſtinus. Tam potenti uirtute fecit Deus animam, ut redundet in corpus incorruptionis uigore. Ratio eſt, mutatio alterat naturam, ſicut patet, arbor ſita in terra mala non fructificat, ſed ſublata ad terram bonam, ſtatim fructificat, quia arbor trahit alimentum a terra, ideo fructus ſequitur conditionem terre in qua ſita eſt. Propter quod dicit Auguſtinus, quod primi parentes ſi ſtetiſſent in innocentia, corpora eorum fuiſſent immortalia & incorruptibilia, prepter eſum ligni uite quod incorruptibile erat. Hoc pro tanto dico: Nunc comedimus cibum corruptibilem & putibilem, ut patet de pane & uino, & ideo corpus modo tali cibo nutritum, habet corrumpi, imo quo plus comedit & delicatius, citius putreſcit & moritur. Sed poſt reſurrectionem in paradiſo edemus cibum uite, in quo nulla corruptio ſeu putredo eſt. Apocalypſis ſecundo. Vincenti dabo edere de ligno uite, quod eſt in paradiſo Dei mei. Item bibemus

iu fonte uite. Apocalypſis ſeptimo, Deducet eos ad fontes aquarum uite. Bibere delicias huius mundi, eſt bibere de fonte mortis. Ideo ſicut oportet nunc corpus noſtrum corrumpi propter corruptionem cibi quem ſumit, ita in paradiſo erimus immortales propter cibum quo utemur. Ioannis ſexto. Qui manducat ex hoc pane, uiuet in eternum. Igitur propter conditionem cibi in paradiſo oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. j. Corinthio. xv. Hoc eſt quod Apoſtolus dicit ibidem ſupra. Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione. He ſunt quatuor dotes uel nobilitates quas recipient corpora noſtra a Deo, mediante gloria anime. Et ut nos aſſecuraret, in preſenti uoluit eas in corpore ſuo monſtrare ad tempus, cum adhuc in mundo eſſet. Nam ſubtilitatem habuit, quando de clauſo uirginis utero exiuit. Agilitatem, quando ſuper undas maris ambulauit. Matthei decimoquarto, & Ioannis ſexto. Claritatem, quando in monte Thabor transfiguratus gloriam claritatis ſue diſcipulis oſtendit. Matthei xvij. Impaſsibilitatem, quando de manibus Iudeorum ipſum precipitare, ſeu lapidare uolentium euaſit. Luce quarto. & Ioan. viij. Si ergo in reſurrectione renouari deſideramus ſecundum has nobilitates corporis, quas ante reſurrectionem dominus in ſuo corpore oſtendit, & poſt reſurrectionem perpetuo conſeruauit, oportet quod ſic in nouitate uite ambulemus, & nos hac in uita eas ſpiritualiter in anima repreſentemus, ita ut habeamus ſubtilitatem & agilitatem, &c. Subtilitatem habemus, quando cor noſtrum purgatum eſt ab inordinato amore terrenorum, in quibus impuritatem & groſsitiem contrahit. Amor enim inordinatus impuritatem facit in anima per hoc, quod eam extra ſe effluere facit in id quod amat, & cum eo uniri. Pſalmo xxj. Factum eſt cor meum tanquam cera liliqueſcens, &c. Sicut enim argẽtum per liquefactionem mixtum cum cupro impurum efficitur, ita anima per inordinatum amorem mixta terrenis, impura efficitur. Igitur quanto plus anima eleuatur ſuper terrena ea contemnendo, tanto ſubtilior eſt. Sicut enim aer dicitur ſubtilis quando non eſt ingroſſatus nebula groſſa, & uinum ſubtile, quando eſt eleuatum ſupra feces & depuratum: ſimiliter homo dicitur ſubtilis ingenio, cuius mens non eſt depreſſa ſuper ſenſibilia & groſſa, qui ſpiritualia poſsit & latentia comprehendere. Sicut etiam uidemus in omnibus bene ordinatis, quod id quod ſubtilius eſt ſupereminet, ut flos in arbore, ignis inter elementa. Sic & anima quando ſuperfertur iſtis terrenis, ſubtiliatur, ex hoc quod tunc unitur Deo, qui eſt in termino omnis ſubtilitatis. Quelibet enim res quanto magis appropinquat ſuo perfectiuo, & illi a quo recipit ſuam perfectionem, tanto plus nobilitatur, ſicut aer illuminatus nobilior eſt quam obſcurus, & ſimiliter corpus coniunctum anime quam ſeparatum. Cum igitur anima ſoli

ma ſoli Deo inherens, que ſurſum ſunt querit, non que ſuper terram, ut dicat cum Apoſtolo, Noſtra conuerſatio in celis eſt. tunc ſubtilis eſt, & etiam habilis, & etiam meretur ſubtilitatem in corpore. Econuerſo autem quando conuertitur ad terrena, qui deſideria corporis perfecit ingroſſata efficitur, ut patet in auaro, qui animam habet terrenam, quia totam uoluptatem ponit in acquirendo terrena. Similiter luxurioſus animam habet luteam, quia in luto per luxuriam iacet. Superbus habet animam de uento. & ſic de aliis. Ideo ſi anima uelit ſubtilitatem habere, oporteret huiuſmodi remouere, & ab inordinato amore terrenorum ſe extrahere, & ad celeſtia contemplanda eleuare per hanc ſubtilitatem. Sequitur alia nobilitas, ſcilicet agilitas. Dum enim mente abſtracti ſumus ab amore & groſsitie deſideriorum terrenorum & mente totaliter elati in amorem Dei, & deſiderium celeſtium, tunc efficimur agiles & prompti ad currendum per incrementa bonorum operum illuc quo amor noſter, & deſiderium tendit. Auguſtinus, Amor meus, pondus meum, eo feror quocunque feror. Ad hanc agilitatem proficiendi hortatur nos Apoſtolus dicens, *Sic currite, ut comprehendatis.* prime Corinthiorum nono, & dat inde exemplum Philippen. quarto dicens, Sequor autem ſi quo modo comprehendam. Et per hunc curſum & ſequelam nihil aliud intendit, quam perfectum in bono & uirtutibus per exercitium bone operationis, & ad hoc obligamur quandiu ſumus in hac uita. Quia ſecundum Hieronymum, Gregorium, Auguſtinum, & Bernardum nemini conceſſum eſt ſtare, nec in corpore, nec anima, quia in uia Dei non progredi, regredi eſt. Tertio oportet nos habere claritatem preuiam, ſi uere uelimus reſurgere cum Chriſto. Et uoco preuiam claritatem, quando homo clarus eſt intus & extra. Intus per teſtimonium bone conſcientie, extra per redolentiam bone fame. De primo dicit Apoſtolus ij. Cor. j. Gloria noſtra, id eſt gaudium, hec eſt teſtimonium conſcientie noſtre, & merito, quia naturaliter clara & lucida letificant, ut patet in auibus, nã cõſurgẽte aurora letificãtur & cãtant. Etiã homines in locis tenebroſis exiſtentes timẽt, & uiſo lumine cõfortantur. Si talia extrinſeca letificant, quanto magis claritas intrinſeca qua lucet in conſcientia? Prouerb. xv. Secura mens quaſi iuge cõuiuiũ. Et ſicut conſcientia pura letificat, ſic econuerſo conſcientia obumbrata peccatis conturbat & contriſtat. Sap. xvij. Semper preſumit ſeua perturbata conſcientia. Quarto oportet nos habere impaſsibilitatem, id eſt nõ extolli per proſpera, & deprimi per aduerſa, ſed omnes tribulationes, id eſt aduerſitates patiẽter ſufferre propter Chriſtũ: nõ tamen debemus patientiam habere aſininã. Nã dicunt naturales, quod aſinus quando uidet lupum uenientem, abſcondit caput ſub uepribus, & permittit ſe a lupo morderi, quouſque appropinquat ad cor, & tunc uult reſiſtere.

ſiſtere. Ita plures, nam lupus, id eſt diabolus, aſinus, id eſt homo, in peccatis querens delectationē. Talem patientiam non debemus habere, ſed fortiter reſiſtere diabolo in ſuggeſtionibus malis & in principio tentationum, ſcilicet contumelias & opprobria gratanter & hilariter propter Chriſtum, & exemplo ſui ſuſtinere, orare pro malefactoribus noſtris, ut tandem impaſsibilitate anime qua anima Chriſti cum corpore in reſurrectione ſua ueſtita eſt, in generali reſurrectione indui mereamur.

Feria ij. Paſche. Sermo j.

TV ſolus peregrinus es in Ieruſalem. Luc. ult. Quamuis Chriſtus in propria uenerit, & Dominus omnium fuerit, tamen in mundo uoluit conuerſari ſicut peregrinus. Vnde nullam domum habuit in hoc mundo. Si aliquis naſceretur in peregrinatione, oporteret quod in aliena domo nutriretur, & poſtquam creuiſſet, oporteret quod in aliena domo conuerſaretur, & ſi moreretur, oporteret quod in alieno monumento ſepeliretur. Iſto modo Chriſtus fuit peregrinus. Nam in aliena domo fuit natus, in aliena domo cōuerſatus, & in alieno ſepulchro ſepultus. Ideo uere fuit peregrinus. Nam ipſe dicit, Luc. ix. Vulpes foueas habēt, & uolucres celi nidos, filius autem hominis non habet ubi caput ſuum reclinet. Ac ſi diceret, Ego non habui in uita nidum, id eſt domum ſicut uolucres ubi poſſem habitare, ego in natiuitate mea nō habui cer uical, ubi aurem meam potuiſſem reclinare, in morte etiam foueam non habui, ſed in alieno ſepulchro ſepultus fui. Vt tamen melius uidea mus quomodo Chriſtus fuit peregrinus, dicēdū quod peregrinus fuit,

Quantum ad habitum quem aſſumpſit,
Quantum ad uias quas fecit,
Quantum ad hoſpitia que intrauit,
Quantum ad pericula que ſuſtinuit,
Quantum ad ſigna que reportauit.

Primo igitur dicitur peregrinus, quātum ad habitum quem aſſumpſit. Chriſtus enim habuit ſclauiam, ſcartellā, baculum & pileum. Per ſclauiam ſignificatur eius caro, quam uirgo beata in utero ſibi miniſtrauit. Dicit enim ſanctus Thomas in iij. parte. queſtio. xxxiij. artic. iiij. ad quintum. & iij. ſcrip. diſt. iij. queſt. ij. arti. j. quod beata uirgo ſe habuit actiue in preparatione materie, ſed non in conceptione Chriſti, quia ut idem dicit in textu ubi ſupra, & iij. diſt. iiij. quod conceptio Chriſti attribuitur ſpiritui ſancto efficienter, licet ſit a tota trinitate & a ſingulis perſonis. Iſta ſclauia primo fuit albiſsima, id eſt puriſsimis guttis ſanguinis beate uirginis facta ſine omni peccato. Vnde Chriſtus dicit de ſe & de aliis qui habent ſclauias, id eſt corpora ſua pura. Apoca. iij. Ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt, &c. Deinde iſta ſclauia facta

eſt to

eſt tota rubea in cruce, quia tota ipſa fuit aſperſa ſanguine. Vnde admirantes angeli dixerũt, Eſa. lxiij. Quare rubrum eſt indumentum tuum, & ueſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Reſpondit, Torcular calcaui ſolus, &c. Vltimo facta eſt iſta ſclauia tota nigra, quando remanſit in cruce mortua & liuoribus plena. Apoc. vj. Sol, id eſt Chriſtus factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus. Per ſcartellã intelligitur eius anima. Peregini enim in ſcartella ſolent portare argentum, anima autem Chriſti plena fuit argento triplici argento, ſcilicet glorie, gratie, & ſapientie. Ioannis j. Vidimus gloriam eius. ecce primum argentum. plenum gratie, ecce ſecundum. & ueritatis, ece tertium. Chriſtus enim in primo inſtanti ſue conceptionis habuit plenitudinem gratie, ut dicit ſanctus Tho. iij. par. queſt. vij. arti. iij. & iiij. & iij. ſcrip. diſtinct. xiij. & xiiij. Nam homines erant a celeſti regno excluſi, ideo apportauit Chriſtus argentum glorie & gratie, per quod eos patri reconciliaret. Erant ceci & tenebris inuoluti, neſcientes uiam inuenire que ducit ad uitam. ideo apportauit argẽtum ſapientie, per quod uiam celeſtis patrie demonſtraret. Tertio aſſumpſit pileum ſiue capellum, id eſt coronam ſpineam. Solent enim peregrini portare capellum contra eſtum, uẽtum, & pluuiam. Sic cõſideratio corone ſpinee debet nobis eſſe in umbraculum diei, ab eſtu carnalis uoluptatis, ut refrigeremur, quia ſicut dicit Auguſtinus, Non decet ſub ſpineo capite membrum fieri delicatum. Debet eſſe in defenſionem a pluuia tribulationum, ut alleuiemur, quia ſicut Grego. dicit, Si paſsio Chriſti ad memoriam reducitur, nil eſt omnino quod non equo animo toleretur. Debet eſſe in abſconſionem a uento tentationum, ut propulſentur. Hec ſignificantur Num. xxj. ubi dicitur, quod ad uiſionem ſerpentis enei in patibulo ſuſpenſi, ſanabantur illi qui a ſerpentibus percutiebantur. De his tribus dicitur Eſa. iiij. Tabernaculum erit in umbraculum diei ab eſtu, & in ſecuritatem & abſconſionẽ a turbine & a pluuia. Per baculum intelligitur crux. Peregrini enim utuntur baculo ad ſuſtentationem, & ad tranſeundum flumen, & ad malarum beſtiarum percuſsionem. Sic Chriſtus ſue crucis baculo homines tribulatos ſuſtentauit, ne fatigarentur. Hebr. xij. Recogitate eum qui talem ſuſtinuit a peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem, ut ne fatigemini animis ueſtris deficientes. Ipſe etiam Chriſtus per baculum ſue crucis flumen iſtius mundi tranſiuit, & ad patriam uenit. Gene. xxxij. in baculo meo tranſiui Iordanem iſtum. Luc. ulti. Oportebat Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam. Tertio per baculum crucis diabolum percuſsit. Eſa. xxx. A uoce Domini pauebit Aſſur uirga percuſſus, id eſt diabolus. timent enim demones nimis baculum crucis. Vnde ubicunque demones baculum crucis uident, territi fugiunt, timentes baculum quo plagam acceperunt. Secundo dicitur peregrinus propter uias quas fecit. Solẽt peregrini diligere

uias planas & mundas,& odiſſe aſcenſus & deſcenſus.Iſte autem pere grinus nihil habuit, ſcilicet de plano,ſed tota uia fuit aſcẽſus & deſcẽ ſus.Primo enim fecit magnum deſcenſum & ſaltum,quando ſcilicet ue nit de celo in hunc mundum.Io.xvj.Exiui a patre,& ueni in mundum. Deinde fecit magnum aſcenſum,quando de mundo aſcendit ad pati bulum crucis.Io.iij. Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto , ita exaltari oportet filium hominis.Etiam fecit magnũ deſcẽſum,quan do a cruce deſcendit in tumulum & in limbum. Et inde fecit magnum aſcenſum,quando ſcilicet de limbo rediens & de ſepulchro . & reſur gens aſcendit in celum.Ephe.iiij.Qui deſcendit ipſe eſt,& qui aſcendit ſuper omnes celos.Notate,uita preſens eſt quedam uia, in qua nullus ferre uult aliquam difficultatem in aſcendendo ad aliqua ſublimia,nec in deſcendendo & in ſuſtinendo aliqua aduerſa , ſed tantum ire uult p planum,id eſt habere omnia proſpera & delectabilia. Sed quicunque uadit poſt Chriſtum,non errat,cum ipſe ſit uia,ueritas,& uita. Io.xiiij. Quatuor ſunt,que non permittunt aliquem errare in uia, ſcilicet ferra mentorum impreſsio. Vnde cõmuniter dicitur, Tene uiam ferratam, ſi uis habere bonam uiam. Secundum eſt crucum erectio,quando cru ces in uia recta eriguntur. Tertium eſt ramorum & plantarũ reflectio. Quartum eſt lapidum congregatio.Et iſta quatuor ſigna uoluit habe re Chriſtus.Habuit ferramenta,id eſt uulnera in corpore ſuo ferramẽ tis impreſſa.Habuit crucem quam ſuper humeros ſuos portauit,ſuper quam aſcendit. Habuit reflectionem plantarum , id eſt coronam ſpi neam.Habuit congregationem lapidum,quia ipſum Iudei pluries lapi dare uoluerunt.Io.viij.& x.Qui ergo nõ uult errare,ſequatur iſta qua tuor ſigna,que Chriſtus in uia poſuit ne erremus.Et hoc fuit neceſſa rium,quia uie eius non fuerunt plane ſed aſpere. Qui ergo non uult ſu ſtinere aliqua aſpera,ſed omnia uult habere proſpera , conſtat quod multum errat a uia.Tertio dicitur Chriſtus peregrinus propter hoſpi tia que intrauit.Solent peregrini ter in die intrare hoſpitium , ſcilicet in tertia ad prandium,uel ad prandendum . In meridie ad bibendum, & quieſcendum.In ſero ad cenandum & dormiendum. Sic iſte peregri nus habuit tria ho ſpitia.Primum fuit uterus uirginis , & iſtud intrauit in tertia,id eſt in Martio,qui eſt tertius menſis a Ianuario.uel in tertia, id eſt tertio tempore,ſcilicet gratie.Preceſſerat enim duplex tempus, ſcilicet nature & legis ſcripte.In tertio tempore,id eſt gratie.In iſto ho ſpitio Chriſtus prandium fecit,habens carnem uirgineam pro cibo & ſanguinem pro potu,& iſtum potum & cibum etiam dat nobis. Io.vj. Caro mea uere eſt cibus,&c.Secundum hoſpitium fuit patibulum cru cis.Et iſtud hoſpitium ingreſſus eſt in meridie,ibi bibit quando dixit. ſitio.Sed tamen quia Iudei obtulerunt ei acetum,cum guſtaſſet,nolut bibere,ut patet Matt.xxvij.Ibi etiam requieuit,& inclinato capite tra-

didit

didit ſpiritum. Luc. xxiij. Ideo dicit ſponſa Canticorū j. Indica mihi ubi paſcas, ubi cubes in meridie. Tertium hoſpitium fuit ſepulchrū ubi dormiuit. Pſal. iij. Ego dormiui, & ſoporatus ſum. Secundo anima Chriſti in triduo mortis in limbo fuit, ubi Chriſt⁹ etiā cenā fecit oībus ſanctis Heſter j. Aſſuerus tertio anno imperij ſui, id eſt tēpore gratie, fecit grā de conuiuiū cunctis hominibus, id eſt patriarchis & prophetis, & apoſtolis & pueris ſuis, id eſt uirginitatem ſeruantibus & puritatem. fortiſſimis Perſarum, id eſt martyribus, & Medorum inclytis, id eſt cōfeſſoribus, & prefectis prouinciarum, id eſt angelis. Quarto Chriſtus dicitur peregrinus quātū ad pericula. Sunt enim peregrini in multis periculis, quandoq; a ſociis, qui eos perdunt, quādoq; ab hoſpitibus q eos occidunt, quādoq; a latronibus, q eos ſpoliāt. Sic Chriſtus a ſuo ſocio, ſcilicet Iuda fuit traditus. Mat. xxvj. Amē dico uobis q unus ueſtrū me traditurus eſt. A Iudeis, inter quos fuit hoſpitatus, fuit uulneratus & occiſus. Zach. xiij. Quid ſunt plage iſte in medio manuū tuarū? Et dicet, His plagatus ſum in domo eorū q diligebāt me. A militibus, a quibus fuit uestibus ſpoliatus. Io. xix. Milites cū crucifixiſſent eū, acceperūt ueſtimēta ſua, & fecerūt quatuor partes, unicuiq; militi partē. Pſal. Diuiſerūt ſibi ueſtimēta mea. Quinto dicitur peregrinus ꝓpter ſigna q̄ reportauit. Solēt peregrini in ſclauia ſua reportare queda ſigna, ad oſtendendum quod ſuā peregrinationē pfecerūt, & ut homines citius moueantur ad benefaciendū eis, ut ſecurius per uiam incedant. Sic Chriſtus ad patriā rediens, quas habuit in cruce cicatrices retinuit, triplici ratione. Primo propter oſtenſionē paterne obediētie. Pater enim ſibi cōmiſit, ut genus humanum ſua paſſione redimeret. Vt igitur oſtēderet patri, quod opus ſibi iniunctum cōſummauit, cicatrices retinuit. Ioann. xvij. Opus cōſummaui, quod dediſti mihi ut faceré. Secundo propter prouocationem paterne miſericordie, ut his oſtenſis patri, eum ad miſericordiam prouocaret, ut nobis benefaciat, & nobis miſericordiā ſuam impartiatur. j. Ioan. ij. Aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtū, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Tertio in ſignū ſecuritatis nobis acquiſite, ne ſcilicet hoſtes de cetero in uia timeam⁹, ſicut hoſtes timent & fugiunt, quando uident crucis ſignaculum. Eſa. xiij. Super montem caliginoſum, id eſt diabolum, leuate ſignum, &c. Alias rationes uide in iij. parte ſancti Thome. queſt. liiij. arti. ulti. &c.

Cur ſeruarit ſibi Chriſtus uulnerū cicatrices.

Feria ij. poſt Paſcha. Sermo ij.



MAne nobiſcum Domine, quoniam adueſperaſcit. Luc. xxiiij. Sermo noſter erit de ſancto euāgelio hodierno, in quo agitur de quadam notabili apparitione Chriſti manifeſtantis ſuam glorioſam reſurrectionem, quomodo apparuit duobus diſcipulis ſuis cūtibus per uiam in Emaus. Iſta apparitio continet magna ſecreta, & ſpeculationes, ad illumina

illuminationē intellectus noſtri. Sed ſalutetur prius uirgo Maria, &c. Verbum propoſitum eſt quedam breuis oratio, ſed deuota, quam frequenter ſancta mater eccleſia iſto tempore reſurrectionis dicit, Mane nobiſcum Domine. Pro pleniori declaratione, & materie introductione ſciendum, quod tam in ueteri quam in nouo teſtamento Chriſtus dicitur ſol. Ratio, quia ſicut ſol naturalis per ſuam penitentiam illuminando & calefaciendo cauſat diem in mundo, & per ſuam abſentiam obtenebrando & infrigidando relinquit noctem. Sic Chriſtus quādiu eſt preſens creature per gratiam, cauſat in ea diem gratie, illuminādo contra errores, dubitationes, falſas apparitiones, & calefaciēdo in die amoris, confortat ad uitandum uitia & delectationes carnales, &c. & facit fructificare in operibus miſericordie, penitentie & iuſtitie, & ſic de aliis bonis operibus. Et ſicut ſol naturalis abſentatur & occidit per interpoſitionem terre inter ipſum & nos: Sic Chriſtus ſol iuſtitie, quādo homo inter Chriſtum & ſe interponit terram, ſcilicet terrenas affectiones honorum, diuitiarum, officiorum, dignitatum, & huiuſmodi, Chriſtus abſentatur, & relinquit noctem tenebroſam culpe, & homo ambulat ceſpitando de peccato in peccatum. Ecce ratio quare dicitur ſol. Authoritas, Orietur uobis timentibus nomen meum ſol iuſtitie, & ſanitas in pennis eius. Malach. iiij. Nota, uobis timentibus nomē meū, quia non timentibus Deum licet eis oriatur ſol nature, non tamen eis oritur ſol gratie. Itē & ſanitas in pennis eius, gratia & gloria ſunt due ale eius. Gratia enim confert ſanitatem contra infirmitates culparum mortalium, & uulnera peccatorum. Gloria eſt ala, que confert ſanitatem miſeriis temporalibus. Item in nouo teſtamento dicitur ſol. Nam eccleſia dicit uirgini Marie, Ex te ortus eſt ſol iuſtitie Chriſtus Deus noſter, &c. Item ſol in quadrageſima erat ſuper nos, quia eramus in penitentia, & ieiuniis & orationibus & uiligiis, &c. Sed modo uideo quod uadit ad occidentem, quia iam multi redeunt ad uanitates ornamentorum, &c. dimittendo bonam uitam. Multi credunt, quod non debent tenere bonam uitam, nec facere penitentiam niſi in quadrageſima. Quia ergo in cordibus multorū ipſe dies gratie per exceſſus uite iam incipit in ueſperum culpe declinare. Ideo eccleſia petit in themate, Mane nobiſcum Domine, &c. Modo uidendi ſunt modi, quibus retinetur Chriſtus. Et noui in euangelio hodierno tres modos quibus Chriſtus manebit nobiſcum, ne cadamus in noctem culpe ſcilicet,

Loquendo uerba ſpiritualia,
Audiendo documenta celeſtia,
Faciendo miſericordie opera,

Dicit thema, Mane nobiſcum Domine, &c. Dico primo, quod Chriſtus manet nobiſcum loquēdo uerba ſpiritualia. Ratio naturalis, quia omne ſimile naturaliter attrahitur & retinetur a ſuo ſimili, ut patet de magnete,

magnete, qui trahit & retinet ferrum, non ex aliquibus qualitatibus ca liditatis uel ſiccitatis, ſed ex ſimilitudine & conuenientia quam habet a tota ſpecie, ut dicunt Philoſophi. Idem de Agateſteyn attrahenti paleam ex ſimilitudine naturali quã habet a tota ſpecie. Idem de animalibus ſi ſint hic diuerſa mixtim congregata, ſtatim ad unam partem ſeparabunt ſe boues, ad aliam equi, ad aliam aſini, & ad aliam oues, & ſic de qualibet ſpecie. Idem de omnibus, qui ſibi ſimilibus coniungun tur, uanus cum uanis, pauper cum pauperibus, diues cum diuitibus, bonus cum bonis. In hoc concordat ſcriptura. Omne animal diligit ſibi ſimile, ſic & omnis homo proximum ſibi. Omnis caro ad ſimilem ſibi coniungetur, & omnis homo ſimili ſibi ſociabitur. Eccleſiaſ. xiij. Patet ergo quod ſimilitudo eſt ratio attractionis ſeu coniunctionis. Modo uideamus quam ſimilitudinem habet Chriſtus cum uerbis ſpiritualibus. Dico quod magnam, quia ipſe eſt uerbum non corporale nec trã ſitorium, ſed ſpirituale & eternum. De quo Dauid, Verbo Domini celi firmati ſunt. & Apoc. xix. Vocabatur uerbum Dei, ſcilicet ante incarnationem. Si ergo ſimile attrahitur a ſuo ſimili, cum Chriſtus ſit uerbũ ſpirituale, rationabiliter trahitur & retinetur a loquentibus uerba ſpiritualia. Authoritas. Vbi ſunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi ſum ego in medio eorum. Matt. xviij. Iſtud oſtenditur in principio euangelij uſque, Oculi autem eorum tenebãtur ne eum *cognoſcerẽt*. Vnus iſtorum diſcipulorũ uocabatur Cleophas. Alius, ut dicitur a quibuſdam, erat Lucas. Sed Hieronymus dicit, quod Lucas nunquam fuit diſcipulus Ieſu, ſed Apoſtolorum, preſertim beati Pauli. Et exeuntibus de Ieruſalem, inceperunt loqui uerba ſpiritualia de Chriſto & eius paſſione, & ſtatim Chriſtus fuit cum eis. Si dicatur, & unde uenerat Chriſtus? non legitur clare ubi ſtabat illo tempore, non in celo, inquantũ homo. Sed dicunt doctores aliqui, quod ſtabat in paradiſo terreſtri cũ ſanctis patribus. Ratio que fundatur in philoſophia eſt, quia locus & locatũ debent proportionari, ut dicitur in iiij. Phyſicorum. Cum ergo poſt reſurrectionem Chriſtus habuiſſet corpus glorioſum, immortale, & impaſsibile, & incorruptibile, decebat eum habere locum conuenientem. De hoc Dauid in Pſalm. Domine probaſti me, in perſona Chriſti dicit, ſi pro quia, Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Pſal. cxxxviij. Penne ſunt corpus glorioſum, & anima ſanctiſsima. Sanctus Tho. dicit in iij. parte. q. lv. art. iij. in ſolutione ſecundi argumenti, quod incognitum eſt in quibus locis tempore intermedio, ſcilicet inter reſurrectionem & aſcenſionem corporaliter eſſet Chriſtus, cum hoc ſcriptura non tradat, & in omni loco ſit dominatio eius. Cum ergo illi duo diſcipuli irent de Ieruſalem ad caſtellum Emaus, quod erat in ſpatio ſtadiorum. lx. ab Ieruſalẽ. Sicut nos computamus

De loco inquo Chriſtus in corpore iã glorioſo qua tenus homo erat.

putamus uiam per leucas, Italici computant per milliaria, Greci autē
Diſtantia ſtadii. computant per ſtadia. Stadium dicitur quantū currebat Hercules gi
gas uno anhelitu, & xv. ſtadia faciunt leucam. Ita quod lx. ſtadia ſunt
quatuor parue leuce, & ſic incedebant triſtes, loquentes de paſsione
Chriſti magiſtri eorum, & ſtatim quando fueruut extra murale Ieru-
ſalem, ſoli ambulantes loquebantur adinūicem de his omnibus que
acciderant. Ecce materia de qua loquebantur. Ego ſi uobis dico aliqd
de his que loquebantur, non poſſum errare, quia ſi de omnibus loque-
bantur, ergo & de aliquibus, arguendo ab uniuerſali ad particulare.
factum eſt dum fabularentur. Fabulari eſt loqui cum dubitatione, cū
homo non firmat cor ſuum in aliquo. Et ſecum quererent, ergo ibāt.
Dicatur practica. Quando ipſi fuerunt extra murale ciuitatis Ieruſalē,
dixit unus alteri, Socie quid tibi uidetur de iſto noſtro magiſtro Ieſu.
Reſpondit alius, Neſcio quid dicam. Credebam ipſum eſſe filium Dei,
propter miracula que faciebat, ſed modo non credo, quia ita crudeli-
ter mortuus eſt, nūquid ſi filius Dei eſſet, pater iuuiſſet filium poſitum
in tali preſſura? Reſpondit alter, Nec ego credo ipſum eſſe Dei filium.
Et ipſe Ieſus appropinquans, ibat cum illis. Dixit alius, Si non eſſet fi-
lius Dei, quomodo potuiſſet Lazarum ſuſcitaſſe? nunquid ibi fuiſti, &
uidiſti quando ſuſcitauit Lazarum quatriduanum? ita etiam & ego fui
& uidi. Item de illo ceco a natiuitate, cui dedit uiſum. Et ſic loquendo,
& fabulando ibant, & flendo. Poſt modicum dicebat alter, O ſocie,
quanquam Elias & Eliſeus ſuſcitauerunt mortuos? tamen non ex hoc
creduntur filij Dei fuiſſe, nec ipſi dicebant ſe eſſe filios Dei. Chriſtus
autem retro ſequebatur eos, audiendo uerba eorum, ſed ipſi calefacti
de uerbis non curabant de eo, quia nec ipſum cognoſcebāt. Dicebat
alter, Verum eſt quod multi prophetarum fecerūt miracula multa, ſed
quomodo? non per ſe nec uirtute propria, ſed aliena. Sed Ieſus uirtu-
te propria faciebat imperando, alij autem faciebant orando. Dixit Al-
ter, Verum dicis, pro certo iſta ratio eſt bona. Et poſt modicum dixit
alius ſocius. Neſcis tu ſocie, quod in nocte paſsionis ſue orauit ne mo
reretur? ſi fuiſſet filius Dei, nunquid pater audiuiſſet eum? Reſpondit
alter, Verum dicis, tamen ſi noluiſſet mori, bene potuiſſet fugere, uel
latere, ſicut quando Iudei uoluerunt ipſum lapidare, ſed ipſemet uenit
ad paſsionem uoluntarie & non uiolenter, imo dixit nobis, Ecce aſcē
dimus Hieroſolymam, &c. Matt. xx. Dixit alius, Modo ponamus quod
non ſit filius Dei, tamen non poſſumus negare, quin ſit Meſsias. Nam
omnes doctores ponunt & dicunt, quod tempus Meſsie eſt comple-
tum, & iſte habuit omnia ſigna data & poſita a prophetis de Meſsia,
quia cecis dedit uiſum, claudis greſſum, &c. Reſpondit alter, O ſocie,
rex Meſsias debuit nos liberare a captiuitate, & iſte nō liberauit nos,
ſed mortuus eſt, & nos remanemus hic in captiuitate ſub imperio Ro-

mano

mano,&c. Dixit alter socio, Ecce quid ego cogito, Nunquam iste predicauit de dominio istius mundi, nec de bonis tẽporalibus. Ideo quoniam Prophete dicunt, quod Messias debuit nos liberare & redimere a captiuitate, non intelligitur de ista captiuitate Imperatoris Romanorum, sed diaboli, ut credo. Dixit alius, O quam bona ratio est ista, uerum dicis. Et alter dixit, Ponamus quod non sit filius Dei nec Messias, tamen ipse fuit sanctissimus propheta & bonus. Tu scis quod nunquam uidimus in eo aliquem defectum, nec Pilatus qui examinauit eum, inuenit in eo aliquam causam, pro qua ipse esset dignus mori, imo erat plenus uirtutibus, humilitate, sanctitate, castitate, patientia, abstinentia, ieiuniis, uigiliis, &c. Respõdebat alter, Si ipse fuit ita sanctus & amicus Dei, quomodo in cruce dixit, Hely Hely, id est Deꝰ meus, Deus meus, ut quid, &c. Nunquid Deus omnipotens iuuat, & conseruat suos? nunquid dicit Dauid de amicis Dei, Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, &c. Si forte sanctus fuisset, non reliquisset eũ. Ecce quomodo ibant, & loquebantur de omnibus, & intus ipsum amabant, & dubitabant. Dixit alter, Videtur mihi quod quando dixit, Hely Hely, &c. quod hoc dicebat de amicis, apostolis & discipulis qui eum derelinquebãt, & de hoc dicebat patri, qui ordinauit ita fieri. Respondit alter, Vere bene dicis, & non recordaris de sole obscurato, & de terra que tremuit, item de mortuis qui surrexerunt. Item de multis qui conuersi fuerunt, ut Longinus, & alij de simplicibus, qui percutientes pectora sua reuertebantur. Et Christus sequebatur eos. Ideo Greg. De se ergo loquentibus presentiam exhibuit, sed de se dubitantibus cognitionis sue speciem abscõdit. Ex his faciam rationem, quia isti discipuli non habebant fidem, & si hominibus non credẽtibus per solam loquelam uerborum spiritualium se iunxit Iesus, quanto magis nobis qui famus credentes, si loquamur uerba spiritualia? Considerandum est autem hic, quare Christus istis duobus discipulis euntibus in uillam nomine Emaus, apparuit in aliena effigie, sicut dicitur Mar. ulti. Ad illam questionem respondet sanctus Tho. iij. parte. q. lv. articu. iiij. quod resurrectio Christi manifestanda fuit hominibus per modum quo eis diuina reuelantur. Innotescunt autẽ diuina hoĩbus, secũdum ꝙ diuersimode sunt affecti. Nã illi qui habẽt mẽtem bene dispositam secundum ueritatẽ, diuina percipiunt. Illi autẽ qui habent mentem nõ bene dispositã, diuina precipiũt cum quadã cõfusione dubietatis uel erroris. Animalis enim hõ nõ ꝑcipit ea que sunt spũs Dei, ut dicitur, prime Cor. ij. Et ideo Christus quibusdã ad credendũ dispositis ꝑ resurrectionẽ apparuit in sua effigie. Illis aũt in alia effigie apparuit, ꝙ iam uidebãtur circa fidẽ tepescere. Vnde dicebant, Nos sperabamus quia esset redempturus Israel. Vnde Grego. dicit in homilia, quod talem se exhibuit eis in corpore, qualis apud illos erat in mente. Quia

enim adhuc in cordibus eorum peregrinus erat a fide, ire se longius finxit, ac si esset peregrinus. Nec illa fictio fuit mendacium, quia secundum Aug. in lib. q. euangel. Non omne quod fingimus, mendaciū est, sed quando illud fingimus quod nihil significat. Cum autem fictio nostra refertur in aliquam significationem, non est mendacium, sed aliqua figura ueritatis. Alioquin omnia que a sapientibus, & etiā ab ipso Domino figurate dicta sunt, mendacia reputabuntur, quia secundum usitatum intellectum non consistit ueritas in talibus dictis. Sicut autem dicta illa etiā finguntur facta sine mendacio ad aliquam rem significandam, & ita factum est hic. Clarum est ergo quod dixi ex uobis spiritualibus attrahitur & retinetur Christus. Iuxta quod dicit thema, Mane nobiscum Domine, &c. ne scilicet cadamus in noctem peccati. Habemus hic exēplum morale, ut loquamur uerba spiritualia, nō carnalia, nec mūdana, nec mēdacia. Turpi⁹ est mēdaciū in ore quā sterc⁹, qa puertit officiū lingue. Ideo cauete a falsis iuramentis, a diffamationibus, a blasphemiis. Propter hoc Apostolus dicebat, Deponentes mē daciuṁ, loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo. Et omnis sermo malus ex ore uestro non procedat, &c. ad Ephes. iiij. Dico secundo, quod est alius modus attrahendi & retinendi Christum per gratiam, scilicet audiendo uerba celestia, sicut modo me predicante, uobis audientibus, nunc Iesus est in medio nostrum. Ideo dicunt naturales Philosophi, quod sicut similitudo est causa societatis & dilectionis, ita & uacuum. Secundum enim Philosophos, ut impleretur uacuū si esset, citius descēderet celum, quam ut permaneret uacuum in aere. Si enim uas plenum a parte inferiori euacuetur, subito per foramen superius attrahit uentum, alias non euacuaretur. Sic quando cor hominis audientis doctrinas celestes euacuatur, a cogitationibus mundanis, trahit ad se penitentiam Dei. Act. x. Adhuc loquente Petro uerba hec, Cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum. Nota consequenter secundam partem euangelij. Et ait Dōminus ad illos, Qui sunt hi sermones quos, &c. usque, in omnibus scripturis que de ipso erant. Nota, nos autem sperabamus. Glosa. iam non speramus. Ad quos dicit Christus, Et uos fuistis discipuli sui? Dixerunt, Imo. Et audistis eius sermones? Ita. Et dixit, O stulti & tardi corde ad credendum. Stultitia sumitur hic pro cecitate secundum literam. In omnibus que locuti sunt Prophete. O dixerunt illi, Et tu scis quid dicut Prophete? Ita, audite. Textus. Qui incipiens a Moyse & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erant. Ergo si dico uobis de aliquibus nō potero errare. Alia practica. Dixit eis Christus, Non scitis, quod a principio quando creauit Deus mundum, in medio Paradisi constituit arborem uite, que habebat talem uirtutem, quod qui comederet de illo fructu, nullam haberet senectutē, & euaderet

Non omnis fictio est mendacium.

Non admittit natura uacuum.

Stultitia interdum pro cecitate cordis in sacris literis accipitur.

deret mortem. Vnde hoc? Nunquid ſine arbore potuit Deus preſeruare gentes in uita corporali? Reſponderunt illi, Neſcimus, credimus quod ſic. Et Chriſtus, Imo potuit, ſed illa arbor fuit figura Ieſu Chriſti, qui in medio mundi operatus eſt humani generis ſalutem. De quo Dauid, Deus autem rex noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio terre. Pſal. lxxiij. Medium terre eſt ibi, ubi crux magiſtri veſtri fuit poſita. Ibi enim eſt centrum terre ſiue mundi. Ecce ibi arbor uite, qui comedit de illo fructu cum duabus mandibulis, ſcilicet credendo & obediendo, non morietur eternaliter. Dixerunt illi, Nunquam audiuimus tale ſecretum. & dixerunt, Dicatis nobis plus. Et dixit, Poſtquam Deus formauit Adam, & uoluit formare mulierem, quomodo fecit? Reſponderunt, Miſit ſoporem in Adam, cumque obdormiſſet, tulit unam de coſtis eius, &c. Gene. ij. Et Chriſtus, Nunquid Deus aliter poterat formare mulierem? imo, ſed figura fuit, quod ſic de latere Chriſti dormientis per mortem debuit formari eccleſia ſponſa ſua per ſanguinem redemptionis, & aquam regenerationis. Item quando Deus tempore Noe uoluit deſtruere mundum per aque diluuium ex abundantia peccatorum, nonne mandauit fieri arcam, in qua ſaluaretur ſemen, ſcilicet Noe, & alij? Nunquid poterat aliter eos ſaluare? imo, ſed hoc fuit figura. Figurabat enim diluuium peccatorum, quod ſubmergit animantia, ſcilicet homines animales & mundanos, & uolucres, ſcilicet multos contemplatiuos & nō habent remedium ſaluationis niſi per arcam crucis, cuius porta aperta eſt in latere Chriſti. De quo illi admirantes dicebant, Verum dicit pro certo. Ille ſcit plus quam magiſter noſter, & ſimilia uerba. Item cum Abraham non haberet niſi unum filium de Sara. ſ. Iſaac, & Deus precepit ſibi ut ſacrificaret filium ſibi. Gene. xxij. Quare Deus precepit hoc maxime, quia nō fuit factum ſacrificium de eo, ſed de ariete, niſi quia fuit figura paſsionis Chriſti, in qua diuinitas figurata per Iſaac nō fuit paſſa, ſed humanitas figurata per arietem? Item de patriarcha Iacob quando debuit mori, & Ioſeph collocauit coram patre ſuo Iacob duos filios ut benediceret eos, & Iacob cancellatis manibus in modum crucis benedixit eis, ſcilicet Manaſſem & Effraim. Et illa benedictio figurabat Chriſti paſsionem. Duo filij Ioſeph figurabant duos populos, Manaſſes maior filius, quod idem eſt quod obliuio, ſignificabat populum Iudaicum qui propter ſcelera & peccata ſua nō meretur benedici cum dextera, imo benedictio tranſlata eſt in Chriſtianos. Effraim uero filius iunior, quod idem eſt quod augmentum, ſignificabat populum Chriſtianum. Chriſtianitas enim creuit, & amplius creſcet in fine mundi. Item filij Iſrael quod remedium habuerunt in deſerto contra ſerpentes? Nume. xxj. erectum fuit lignum cum ſerpente eneo in modum crucis, & figura fuit crucis, que eſt remedium contra ſerpentes inferni. Poſtquam declarauit eis figu-

Preclara figura in Manaſſe & Effraim.

tas, dixit eis quomodo Chriſti paſsio fuit a prophetis ꝓphetizata. Dauid fecit de ea totum illum pſalmum, Deus Deus meus reſpice in me. In quo cõprehendit fere totam eius paſsionem. Item Eſa. liij. Vere languores noſtros ipſe tulit, &c. Item Danielis ix. Poſt hebdomadas lxxij. occidetur Chriſtus. Et ſic interpretabatur illis ſcripturas. O dicere potuerunt illi, Magiſter noſter nõ predicabat nobis iſta, imo, ſed erat cupa eorum, quia nõ intelligebant. Patet ergo quomodo audiendo doctrinas attrahitur & retinetur Chriſtus. Moraliter. Ergo audiendi ſunt ſermones, miſſe, & uerba Dei. Propter hoc dicit Hiere. Tu in nobis es Domine, & nomen ſanctum tuum inuocatum eſt ſuper nos, &c. Hiere. xiiij. Aures enim ſunt porte, per quas intrat Chriſtus, quando homo audit doctrinas celeſtes. Ideo magnum malum faciũt ſibi illi, qui nolunt audire ſermones. Ideo Apoſtolus dicit, Fides eſt ex auditu, auditus autem per uerbum Chriſti. ad Ro. x. Nota per uerbũ Chriſti, nõ dicit Oui dij, nec Philoſophorum, nec poetarum. Et ideo maius malum quod fecit Machometus, fuit precipiendo ſuis quod nõ audirent predicatiões Chriſtianorum, per hoc claudens eis portam ſaluationis, que eſt auditus uerbi Dei, quia ſi audiſſent, indubie omnes pene eſſent Chriſtiani. Vnde nullus eſt, qui iugiter audiat uerbum Dei, quin cõuertatur, ſi bene predicetur. Dico tertio, quod eſt alius modus attrahendi & retinendi Chriſtũ ne recedat a nobis, ſcilicet faciendo opera miſericordie. Nã ſecundum Philoſophos tria attrahunt. Primum eſt ſimilitudo. Secundũ eſt uacuum, ut dixi. Tertium eſt calidum, quod etiam habet uirtutẽ attractiuam, ſicut patet in lampade, ubi oleum trahitur ab igne, ſic calor charitatis & miſericordie trahit preſentiã Dei. Authoritas. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. j. Ioan. iiij. Et hanc tertiam rationem oſtendit euangelium in fine. Et appropinquauerunt caſtello, uſque ad finem. Et nota ꝙ ipſi ibant ad caſtellum, & ipſe Dominus finxit ſe longius irẽ, quia non uenit ſolum ad ſaluandum illos, ſed etiam alios multos. Et coegerunt illum dicentes, Mane nobiſcum Domine, quoniam adueſperaſcit. Potuit cogitare, Ita cogitis me, bene placet mihit. & intrauit cum illis. Poteſt autem imaginari quod ipſi uoluerũt ſolucre cenam, & facere ſibi miſericordiam & eleemoſynam, etſi in alieno erant hoſpitio, & ſic retinuerunt eum. Patet ergo quod eleemoſynis Deus retinetur a creatura. Quando autem fuerunt in hoſpitio, probabile eſt, quod rogauerunt hoſpitem ut pararet bonam cenam, bene poterat admirari hoſpes, quod homines pauperes uellent tantum expendere. Qui dixerunt quod ille peregrinus licet ſic incederet, erat literatiſsimus, quia plus oſtẽdit nobis in iſta uia in uno ſermone, quam magiſter noſter in tot ſermonibus. Ideo uolumus eum inuitare ad cenam. Ideo paretis nobis bonam cenam. Et illa quaſi iam parata, dederunt aquã ad manus, honorando ualde peregrinum. Et Chriſtus incepit be

pit benedictionem mensę iuxta suã consuetudinem di. Oculi omnium in te sperant Domine,&c. Et illi admirantes quomodo sciebat ipse benedictionem eorum & magistri, respiciebant eum, nec cognoscebãt. Et cum fuissent in mensa, Christus fregit panem ac si cultello esset diuisus,& in hac fractione panis cognouerunt eum, & subito disparuit. Albertus tamen dicit super Lucam, quod Cleophas in propria domo parauit sibi cenam,& eadem hora reuersi sunt in Ierusalem. Moraliter. Ergo faciatis eleemosynam pauperibus, frangatis eis panem, recipiatis pro uobis necessitatem,& nõ superfluitatem, de aliis autem subuenatis pauperibus, uerecundis, uiduis, pupillis, hospitalibus, & sic retinebitis Christum per gratiam. Idem dicebat Christus. Matt. v. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur,&c.

Feria tertia Pasche. Sermo. j.

APeruit eis sensum, ut intelligerent scripturas. Lu. xxiiij. Sciendum quod inter omnes difficultates & ueritates fidei Christiane articulus resurrectionis fuit maioris difficultatis ad credẽndum non solum infidelibus, paganis,& Philosophis, sed etiam Apostolis,& discipulis Christi. De philosophis legitur Act. xvij. ꝙ cũ Apostol⁹ Paulus predicaret Athenis articulos fidei, Philosophi ipsum libẽter audierũt, quousq; fuit peruẽtũ ad articulũ resurrectiõis, quia tũc ipsum deridẽdo dixerũt, quid uult seminator uerborũ hic dicere? Alij dixerũt, Nouorũ demoniorũ uidetur annũtiator esse, quia Iesum & resurrectionẽ annũtiabat eis. Ratio, ꝙa Philosophi habebãt ꝙ regula & pro principio, ꝙ a pura priuatione nõ est processus ad habitũ, sicut a cecitate ad uisum, uel a surditate ad auditũ. Cũ ergo mors sit priuatio omniũ sensuũ,&c. Ideo articulus resurrectionis fuit maxime difficultatis ad credendũ. De hoc ꝓphetia, Aspicite in gẽtibus,& uidete, & admiramini,& obstupescite, ꝙa opus factũ est in diebus uestris, ꝙ nemo creder cũ narrabitur. Abacuc. j. Et loquit de ope pasiõis & resurrectionis. Itẽ Esa. liij. Quis credidit auditui nostro,& brachiũ domini,&c. scꝛegẽ Messiã, quia sicut miles brachio defendit se, ita Deus per regẽ Christũ defendit nos a diabolo. Patet ergo difficultas credulitatis huius articuli. Propter hoc Christ⁹ multipliciter ostẽdere uoluit,& manifestare Apostolis suã glorioſam resurrectionẽ.

σκῶμμα λέγω. Qui rumores nouos spargit.

Primo per auditum,
Secundo per tactum,
Tertio per uisum,
Quarto per gustum,
Quinto per odoratum, Sexto per intellectum.

De sexto dicit thema, Aperuit eis sensum, ut intelligerent scripturas. Dico primo, quod Christus ostendit suam resurrectionem per sensum auditus, ibi, Stetit Iesus in medio discipulorũ suorũ,& dixit eis, Pax uobis,

bis,ego ſum,nolite timere.Diſcipuli omnes erant congregati, qui loquebantur inter ſe,nec credebant Chriſti reſurrectionem,quam audiuerant a tribus Mariis. Et Chriſtus intrauit ianuis clauſis dicens, Pax uobis,Ego ſum,nolite timere.Dico quod hic per auditum Chriſtus oſtendit diſcipulis ſuis ueram ſuam reſurrectionem, quia dubitabant ne forte eſſet ſpiritus malignus, quia ſic intrauerat ianuis clauſis. Ideo Chriſtus ipſos certificãdo locutus eſt diſcipulis dicens,Pax uobis.Ego ſum,&c.quaſi dicat ſpiritus malignus non affert pacem, ſed guerram, diuiſiones,inimicitias,& fugit pacem. Ideo quando Chriſtus miſit Apoſtolos ad predicandum,dixit eis, In quancunque domum intraueritis,primum dicite, Pax huic domui.Luce x.dixit eis, Pax uobis, &c. Que quidem uerba ueniebant ad aures Apoſtolorum cum infinita dulcedine mellis,oſtendendo auditui Apoſtolorum quod non erat ſpiritus malus,ſed bonus.De hoc prophetia.Cantic.v.Anima mea liquefacta eſt.ut dilectus locutus eſt.Et loquitur in perſona cuiuſlibet Apoſtoli Chriſti. Queſtio. Si aliquis diceret,Frater,& ſi uerba Chriſti ueniebant cum tanta dulcedine,quare Iudei non credebant in eum?Reſpondeo quod quando infirmus habet palatum inordinatum, & infectum aliquo malo humore,dulce uidetur ſibi amarum, ſecus de ſanis & bene ordinatis & diſpoſitis. Ideo ſani & bene ordinati crediderunt in Chriſtum,& non Iudei malitioſi.Auguſtinus,Impius non ſentit dulcedinem Dei, &c. De hoc prophetia, Nonne uerba mea bona ſunt cum eo qui recte graditur? Mich.ij. Et loquitur in perſona Chriſti, & ideo qui ſine obſtinatione ueniunt ad audiendum ſermones, illuminantur uerbo Dei,alias nõ. Secundo oſtendit Chriſtus ſuam reſurrectionem per tactum.Poſtquam diſcipuli crediderunt quod non erat malus ſpiritus,opinati ſunt aliud, ſcilicet quod anima eſſet Chriſti ſola ſine corpore. Tunc dixit eis Ieſus,Palpate & uidete,quia ſpiritus carnem & oſſa non habet,ſicut me uidetis habere. Ecce quomodo per tactum oſtendit ſuam reſurrectionem. Ipſe qui uidebat corda eorum & falſam opinionem,per tactum uoluit eis oſtendere ueritatem di.Palpate & uidete,&c.Dic practice quomodo uocauit Petrum di. Veni Petre palpa, & uide nunquid ſunt hic carnes & oſſa.Idem de aliis Apoſtolis.Ex iſto tactu trahitur una talis cõſideratio uel diſtinctio inter uetus & nouum teſtamentum.Quia Deus antiquitus noluit quod arca teſtamenti tangeretur,imo ſi tangebatur ab aliquo, ſtatim moriebatur, ut patet de Oza.ij.Reg.vj.Sed arca uite noui teſtamenti,ſcilicet corpus uoluit tangi & palpari. Ecce qualis &ifferentia, ſicut inter amorem & timorem, quia tunc uolebat timeri,nunc autem amari.Ideo deus tunc aſſumpſit formam terribilem ignis,ſed nunc aſſumpſit formam amicabilem hominis. Et ſicut tunc adorabatur in forma arce, ſic modo adoratur in hoſtia.Et ſicut in arca erãt tria,ſcilicet uirga Aarõ,tabule legis Moyſi,

& urna

& urna manne. Virga significat passionem & regnum regale Dauid. Tabula uero animam Christi, qua ostenditur scientia Dei. Manna autem diuinitatem sapidam. Et modo potest tangi hostia. Et sicut tunc ex tactu arce moriebantur, ita modo de tactu Christi uiuunt, & saluantur. Marci vj. Quotquot tangebant eũ salui fiebant. Tertio per uisum. Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda uestra? Videte manus meas & pedes meos & latus, quia ego ipse sum. Depressa illa opinione falsa, quòd erat sola anima Christi, receperunt aliam falsam opinionem. Cogitabant enim quòd Christus assumpsit aliud corpus, quia corpus suum erat ita clausum & custoditũ in sepulchro, quòd credebant ipsum non posse exire de sepulchro. Contra hoc Christus dixit eis, Quid turbati estis? nunquid uidistis uulnera? quia illud idem corpus quod uidistis, est. Tunc ex uisu discipuli crediderunt. Ecce differentiam inter legem ueterem & nouam, quia in ueteri lege non uidebant eum, ut patet Exod. xxxiij. de Moyse, qui stetit in monte quadraginta diebus, & loquebatur cum Deo, tamen non uidit eum, imo petiit pro gratia dicens, Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam. Vnde dixit Deus Moysi, Non uidebit me homo & uiuet. Idem de arca, que si uidebatur ab aliquo, statim moriebatur. Ideo precepit Dñs Moysi, ne intrarent Leuite ad uidendum arcam, ne morerentur. Ideo legitur. j. Regum. vj. de illis qui ex uisu arce mortui sunt. Ratio, quia illa tota lex fuit uelata & cooperta, & figura. Ideo Deus nolebat uideri, sed modo uult uideri, quia iam sunt figure manifeste & clare. Ideo petebat Dauid dicens, Reuela oculos meos, & cõsiderabo mirabilia de lege tua. Reuela, scilicet figuras, sed modo uidetur & tangitur in hostia. De hoc prophetia, Parauit Dñs brachium sanctum suum in oculis omniũ gentiũ, & uidebunt oẽs fines terre salutare Dei nostri, &c. Esa. lij. Quarto, per gustũ, ibi, Adhuc autẽ illis nõ credentibus & mirãtibus dixit. Habetis hic aliquid q̃ mãducetur? At illi obtulerũt ei partẽ piscis assi, & fauũ mellis. Et cũ manducasset corã eis, sumens reliquias dedit eis. Depositis primis opinionib⁹ falsis, opinati sunt quarto, q̃ Christus nõ surrexit a mortuis ueraciter, sed phantastice & similitudinarie. Propter hoc Christus uolẽs probare & ostendere suã uerã resurrectionẽ dixit, Habetis hic aliquid q̃ manducetur? Si dicatur hic, Quõ corp⁹ glorioſum potest comedere? Dico q̃ corpus glorioſum perdidit necessitatẽ comedẽdi, sed nõ perdidit potestatẽ, quia nõ indiget cibo, tamen si uult, potest comedere. Ideo Christus comedit uere & realiter, & cibus descẽdit in stomachũ, sed non fecit ibi digestionẽ. Quid ergo factũ est de illo cibo? Dic quid fit de gutta aque, que cadit circa ignẽ uel solem, que euaporatur? Idẽ de illo cibo. Et fuit cõpleta ꝓphetia Sãsonis. Iudi. xiiij. Dic historiã de leone quẽ occidit, &c. & quõ ꝓposuit ꝓblema Tociis dicẽs, De comedẽte exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. To

Potest glorioſũ corpus edere: sed cibus nõ in eꝰ substantiam conuertitur.

tum hoc fuit figura Chriſti,quia leo mortu⁹ nõ erat comedẽs,nec fortis,ſed uult dicere de comedẽte.i. Chriſto,qui quãdo comedit cũ Apoſtolis in cena,exiuit cibus,ſuite. De quo dicit ipſe,Caro mea uere eſt cibus,& ſanguis meus,&c.Io.vj.Ecce ſacramentũ altaris. Et de forti.i. Chriſto mortuo,quia corpus Chriſti mortuum ex cõiunctione diuinitatis tantã habuit fortitudiné,quantã habet nũc egreſſa dulcedo.ſ.glorioſe reſurrectionis. Quinto per olfactum.Et de hoc nihil dicit Luc.ſed Ioan.xx.dicitur,inſufflauit. Quare?Reſpõſio, Vt ex illo odore ſuam ueram reſurrectionẽ ꝓbaret propter quintam opinionem falſam, quam multi habent,Opinantur nõnulli,quod poſt reſurrectionem nõ habebimus inteſtina.Dico quod imo habebimus uentrẽ & inteſtina,ſed nõ ſicut modo,ſed erũt plena optimo liquore odorifero aromatico.Ideo Chriſtus ad probandum hoc, inſufflauit in diſcipulos ſuos anhelitum odoriferum,neque mirum.Legitur in Iob.xl.de Leuiathan ſeu cete,de quo B. Tho.ibi ad literam dicit,ꝙ habet anhelitum odoriferum & clarum, & clarificat mare, & quando uult comedere, emittit multum de anhelitu, ad cuius odoris fragrantiã ueniunt piſces, & abſorbet eos. Modo fiat ratio per locum a minori. Si illa fera beſtia habet anhelitũ odoriferum & clarũ,& clarificat mare,& quando uult comedere,emittit multum de anhelitu, quanto magis corpus Chriſti glorioſum, qui eſt Deus,& homo?Et ſic extraxit diſcipulos ex illa falſa opinione, & ſuit completa prophetia de Iſaac.Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni,cui benedixit Deus. Gen.xxvij. Non dicit odor de muſcatis, uel de ciueta,uel de algalia,ſed ſicut odor agri pleni.Nota differentiam inter agrum & hortum,quia hortus eſt clauſus, &ager non.Ecce differentiã inter legem Moyſi, & legẽ Chriſti,quia lex Moyſi fuit tanquã hortus clauſus & ſtrictus,quia ſolũ data fuit illi populo Iſrael.Ideo Can.v.Deſcendat dilectus meus in hortum ſuũ,non dicit agrum ſuum,ut comedat fructum.Deſcendit in incarnatione,ut colligeret fructus obedientium.Sed lex Chriſti euãgelica eſt tanquã ager apertus,quia nõ ſolum uni populo,& in una patria,ſed in omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ, & in omnes gẽtes.Et ſicut Iacob iunior preripuit benedictionẽ Eſau antiquioris,ita populus Chriſtianus q̃ uenit poſt populũ Iudaicũ, abſtulit populo Iudaico benedictionẽ.Lex euãgelica dicitur ager plen⁹. Quia in lege euãgelica cõpletur lex Moyſi & ceſſat ſicut portus cõplet & pficit nauigationem nauis & ceſſat.Item ſicut cõpletio domus dat complementũ edificationis,& ſicut uirilitas dat cõplementũ homini, ſic & lex euangelica dat complementum legi Moyſi. Ideo dicebat Chriſtus Iudeis,Non ueni ſoluere legem,ſed adimplere. Mat.v. Sexto oſtendit Chriſtus ſuam reſurrectionem per intellectum. Nam dubitauerunt Apoſtoli,an Chriſtus ſurrexit uerus Deus & homo.Ideo ad illud probãdum Chriſtus aperuit illis ſenſum, id eſt intellectum, ut intelligerent

Natura piſcis Leuiathan.

ſcriptu

ſcripturas, quia nullus alius poteſt cito ſcientiam dare ignoranti & rudi, niſi ſolus Deus. Apoſtoli autem omnes erant ignorantes & idiote & ſine literis, & Chriſtus ſubito oſtẽdit eis ſcripturas, propherias, & figuras, quas intellexerunt melius quam prophete. Quis potuit illuminare Salomonẽ in tanta ſcientia niſi Deus? Sed maiorem illuminationem cognouerunt Apoſtoli. Et ſic Apoſtoli cognouerũt uere ꝙ Chriſtus ſurrexit a mortuis, uerus Deus, & uerꝰ homo. Et fuit cõpleta prophetia Dauid in perſona cuiuſlibet Apoſtoli di. Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum, inſuper & uſque ad noctem increpauerũt me renes mei. Pſal. xv. Iudei dicuntur renes. Dicunt Philoſophi, quod uirtus generatiua hominum maxime eſt in renibus. Et quia Iudei genuerunt Apoſtolos, ideo dicũtur Iudei renes. Vult ergo dicere renes, id eſt Iudei uſque ad noctem, id eſt ad finem mundi. Verbo & ſcripto increpant, id eſt reprehẽdunt Chriſtum, & Chriſtianos, ſanctos & ſanctas Dei, ſed in fine debent deſtrui. Zacha. v. Et conuerſus ſum, & leuaui oculos meos, & uidi, & ecce uolumen uolãs; & dixit ad me, Quid tu uides? Et dixi, Ecce ego uideo, &c.

Feria iiij. Paſche. Sermo unicus.

MAniſeſtauit ſe iterum Ieſus. Ioan. xxj. Sermo erit de ſancto euangelio hodierno, quod continet unam gratiam & mirabilem apparitionem, quam fecit Chriſtus diſcipulis ſuis poſt ſuam reſurrectionẽ. In qua continentur multa ſecreta ſpeculatiua ad illuminandum intellectus noſtros & moralia pro bona inſtructione uite noſtre. Sed primo ſaluetur uirgo Maria. Manifeſtauit ſe iterũ, &c. In ſacro euãgelio ſunt quatuor moralia circa apparitionẽ quã fecit Chriſtꝰ diſcipulis ſuis, ſcilicet,

Occaſio neceſsitoſa,
Operatio miraculoſa,
Cognitio uirtuoſa,
Refectio gratioſa.

De omnibus iſtis dicit thema, Manifeſtauit ſe iterum Ieſus, &c. ſcilicet iſtis quatuor modis. Dico primo, quod de iſta apparitione Chriſti oſtenditur in euangelio occaſio neceſsitoſa, ſcilicet ex qua neceſsitate hec apparitio fuit facta. Pro quo ſciendum eſt, quod Chriſtus ante ſuã paſsionem quando ibat predicando de uilla in uillam, non ſolum ipſe, ſed etiam ipſum ſequentes inueniebant prouiſionem propter deuotionem, quam populus habebat ad doctrinam Chriſti & eius conuerſationẽ, intantũ quod quãdo miſit Apoſtolos predicare, precepit eis ne portarẽt ſacculũ, neq; perã, & bene puidebãtur. Ideo dicit Chriſtꝰ eis in nocte paſsionis, Quãdo miſi uos ſine ſacculo & pera & calciamẽtis, nũquid aliqd defuit uobis? Et dixerũt, Nihil. Lu. xxij. ſed poſt Chriſti paſsionem maiores Iudeorũ ad ſe iuſtificandũ, dabant intelligere populo, quod

lo, quod ideo crucifixerũt Chriſtũ, quia erat magnus incantator, ideo populus amiſit deuotionẽ de Chriſto. Propter quod eius diſcipuli non inueniebant ad comedendum, propter hoc quilibet ipſorũ redibat ad ſuum officium mechanicũ, ut haberẽt uitam, ſicut Chriſtus predixerat eis in nocte paſsionis dicens, Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis. Mat. xxvj. Itẽ Io. xvj. Ecce uenit hora ut diſpergamini unuſquiſque in propria, & me ſolum relinquatis. Ideo propter neceſsitatẽ uite redibant ad officia ſua. Petrus & alij iuerunt ad piſcandũ. Ecce occaſio neceſsitoſa quare uenit miraculum. De hoc dicit prima pars euãgelij. Manifeſtauit ſe iterũ Ieſus, uſq; aſcenderunt in nauim. Illi alij duo diſcipuli qui nõ nominantur, creduntur fuiſſe Andreas & Philippus. In hoc enim quod ibi nominatur Petrus, innuitur qa alius erat frater eius Andreas: in hoc quod nominatur Nathanael, innuitur ꝙ alius erat frater eius Philippus. No. practice quomodo dixit, Vado piſcari, nunquid debemus mori fame? Reſponderunt alij, Venimus & nos tecum. Et iuerunt ad mare Galilee, quod eſt Tiberiadis, ſic dictum ab illa ciuitate. Et per totam noctem piſcando, laborãdo nihil prendiderunt. Ideo hodie mane erant triſtes & famelici, tunc apparuit eis. Sed notanda ſunt hic duo ſecreta. Primũ, cum dixit Petrus, Vado piſcari. Querit beatus Gregorius in homilia hodierna, Vtrum fuit licitum & ſine peccato redire ad officium dimiſſum ex ſequela Chriſti? Hec queſtio habet difficultatem ex uerbo Chriſti. Luc. ix. dicẽtis, Nemo mittens manũ ad aratrum. & reſpiciẽs retro, aptus eſt regno Dei. Aratrũ eſt penitentia, uel ſignificat penitentiam, quia ſicut aratrũ frangit terram ad fructificandum, ſic penitentia colit terram corporis, ut faciat fructus ſpirituales. Ergo non reſpicere retro poteſt intelligi dupliciter, ſcilicet redire ad officium, quod includit uel inducit peccatum, uel ad officiũ quod fieri poteſt ſine peccato. Primo modo nullus debet retro reſpicere, ſcilicet redeundo ad officium, quod includit uel inducit peccatum, ſed poſt uitam ſpiritualem licitum eſt redire ad officium quod non includit peccatum. Verbi gratia, De religioſo qui intrauit religionẽ, talis miſit manum ad aratrum ex obligatione, ſed reſpicit retro dimittendo habitũ, non eſt aptus regno Dei. Idem de presbytero quando recipit ſacros ordines, tunc mittit manum ad aratrum, ad uiuendum caſte, & honeſte, & dicendo officium diſtincte, ſed reſpicit retro, retinendo concupiſcentiam, uel dimittendo horas, uel iurat, ludit, mentitur, non eſt aptus regno Dei. Idem de uobis, qui in ſacra quadrageſima miſiſtis manum ad aratrum, faciendo penitentiam, conterendo, confitendo, bonum propoſitum aſſumendo. Si autem modo reſpicitis retro dicentes, Vere nimis eſſet, reuertamur ad ludendum, iurandum, & ad malas uoluptates, &c. nõ apti eſtis regno Dei. Idẽ de illis ꝙ dimiſerũt officia que includunt peccata, ut latrones, uel facientes taxillos, tales nõ debent

bent redire. Ideo beatus Mat. qui ante conuerſionem fuit cambiator, quod includit peccatum, uel prouocat ad peccatū, iuxta illud, Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Eccleſi. xiij. Ideo Grego. in homī. hodierna. Sunt enim plura officia & negotia q̄ uix, &c. Sed ad officia que non includunt, nec prouocāt peccatū. licitū eſt & bonū redire, ſicut eſt officium piſcationis. Idem legitur de apoſtolo Paulo, qui erat ſcenofactorie artis. Act. xviij. dicit glo. a ſcenos Grece, id eſt chorda uel tēda Latine. Et quando ibat ad aliquē locum, ubi nō prouidebatur ſibi, ipſe operabatur cum aliquo magiſtro de officio ſuo certis horis diei, ut inde uiueret, & in aliis horis p̄dicabat uel diſputabat. Ideo dicit ipſemet Act. xx. Argentum & aurū aut ueſtem nullius cōcupiui, ſicut ipſi ſcitis, quoniam ad ea que mihi opus erāt & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſte. Ideo perſone deuote ſicut domicelle, que nolūt nubere propter Deum, debēt certis horis diei operari manibus, & certis horis orare & audire miſſam. Iſto modo tenēt uitā beate uirginis Marie. Et talis uita eſt benedicta tam pro hominibus, quam pro mulieribus. Etiam pro religioſis ſcribere, uel libros ligare, uel habeatis prouiſionem. Idē de presbyteris, non oportet facere ſimonias, nec uēdere cōfeſsiones, nec, &c. Ideo Apoſtolus, Rogamus uos fratres ut abundetis magis, & operam detis, ut quieti ſitis, & ut ueſtrū negotiū agatis & operemini manibus ueſtris ſicut precepimus uobis. j. Theſſal. iiij. Dicūt domini Iuriſte, quod ubi apponitur Precipimus, obligat ad mortale. Ecce quare Petrus & alij redierunt ad officium piſcationis, ſed ex hoc non dimiſerunt officiū ſpirituale inceptum. Secundū ſecretū eſt ibi, Illa nocte nihil prendiderūt, ideo debebāt eſſe triſtes. Nota q̄ nocte huius uite multi laborāt tam per mare, quā per totā terrā, tam de die quā de nocte negotiādo cū magnis periculis, congregando bona tēporalia, domos magnas edificando, caſtra & uillas emēdo. Sed trāſacta nocte, ſ. poſt mortē multi p̄ totā noctē laborātes nihil prendiderunt niſi ſtercora, ſ. bona tēporalia, quibus dicet Chriſtus, Vbi ſunt illa que congregaſtis? Reſpondebūt illud uerbū Luc. v. Preceptor, ſcilicet qui precipis operari, ſcilicet meritorie, per totam noctem laborātes nihil cepimus. Ideo ſapiens ille eſt qui in nocte huius uite ut apprehēdat piſces operatur opera meritoria, ieiunia, orationes, eleemoſynas, opera miſericordie & penitentie. Ideo Chriſtus contulit dicens, Operamini nō cibum qui perit, ſcilicet in hoc mundo per mortem, ſed qui permanet in uitā eternam. Io. vj. Secundo oſtenditur in euangelio preſenti apparitio miraculoſa, ibi, Mane autem facto uenit Ieſus & ſtetit in littore, uſq;, pre multitudine piſcium. Dic practice quomodo Apoſtoli erant triſtes & famelici, & nō cognouerūt Dominū, q̄ apparuit eis in littore maris, & forte in ſpecie mercatoris uolētis emere piſces, dicēs, O pueri habetis piſces? Qui reſpōderūt, Nō habemus piſces. Dixit eis Ieſus,

ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην. Erat arte eorū, texere tabernacula, ſeu aulea.

Mittite in dexteram nauigij rete,&c. Potuit dicere Petrus, Et unde uos ſcitis tantum de arte piſcandi? Et iuxta cõſilium ſuũ ita fecerũt,& prendiderũt cliij. magnos piſces,&c. Nota hic quomodo Chriſtus poſt ſuã reſurrectionem apparuit diſcipulis & amicis ſuis in tribus formis, ſeu figuris. Primo in forma peregrini Lu. xxiiij. Secundo in forma hortulani. Io. xx. Tertio in forma mercatoris, ut hodie. Nec inuenitur ꝙ in alia forma apparuit, quod fecit Dominus ad oſtẽdẽdũ uitã quam tenuit in hoc mundo. Quoniã ipſe fuit peregrinus in ſua cõuerſatione, fuit hortulanus in ſua predicatione, fuit mercator in ſua paſsione. Quantũ ad primum, inſtar peregrini noluit habere in hoc mundo domum, nec cameram, nec cellam propriam, ſed uoluit ire ut peregrinus de domo in domum. ideo dicebat Mat. viij. Vulpes foueas habent, & uolucres celi nidos, &c. Ecce uita peregrini. Secundo fuit hortulanus in ſua predicatione. Officiũ autẽ hortulani eſt, malas herbas eradicare, & bonas plãtare, ſicut fecit Chriſtus, q ligone lingue ſue predicauit, & cum ligone bone uite ſue de cordibus gentium eradicauit malas herbas errorum, peccatorum, falſarũ opinionũ, & plãtabat uirtutes. Ideo dicebat Deus pater, Ecce dedi uerba mea in ore tuo, quantum ad predicationem. Ecce cõſtitui te ſuper gẽtes & regna, ut euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſsipes, & edifices, & plantes. Hier. j. Tertio fuit mercator in ſua paſsione, quia in hoc mundo emit totũ genus humanum pretio ſanguinis ſui dicens Patri, Pater, recipiatis hoc pretiũ pro redẽptione. Ideo j. Pe. j. Redẽpti eſtis de uana ueſtra cõuerſatione paterne traditionis pretio ſo ſanguine agni immaculati Ieſu Chriſti. Ecce quomodo in his formis oſtenditur tota uita Chriſti. In quibus tropologice oſtẽditur nobis, ꝙ in hac uita debemus eſſe peregrini cõuerſando, hortulani operãdo, & mercatores perſeuerando. Iuxta illud Grego. Omnis Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio. Mundus iſte eſt ad inſtar domus, que habet duas portas, unam ad intrandum, ſcilicet natiuitatem, aliam ad exeundum, ſcilicet mortem. Nullus decipiatur, quia in hoc mundo ſumus omnes peregrini & uiatores, ideo non debemus facere ſuperfluitatẽ, quoniam peregrini nõ faciunt exceſſus in ueſtibus, nec ſuperfluitates, nec uanitates, ſed ſolũ curant de neceſsitate. Vnde, Peregrini enim ſumus corã te, & aduene ſicut omnes patres noſtri. j. Paral. ulti. Et talem ſe reputabat ille magnus rex Dauid, potens & glorioſus di. Quoniam aduena ego ſum apud te & peregrinus, ſicut omnes patres mei. Pſal. xxxviij. Nota ſicut omnes patres, quia nõ legitur de patribus antiquis, ꝙ edificarẽt domos, ut patet de Noe, q uixit nõgentis quinquaginta annis. Gen. ix. Et nõ edificauit domum, &c. modo quilibet edificat domum, &c. Et in alio mũdo nõ faciunt unam paruam cellã. Tales ſe nõ reputant peregrinos, ſed habitatores huius mundi. Quibus dixit Apoſtolus, *Obſecro uos fratres tanquam aduenas & peregrinos, abſtinere*

uos a

uos a carnalibus deſideriis que militãt aduerſus animam, cõuerſationem ueſtrã inter gẽtes habẽtes bonã.j.Pet.ij.Item Apoſtolus,Quãdiu ſumus in hoc mũdo corpore peregrinamur.ij.Cor.v.Secũdo debemus eſſe hortulani,qlibet noſtrũ habet unũ hortũ,ſ.corpus propriũ,ſeu uitam preſentẽ.ideo diligẽter attẽdẽdũ eſt & notãdũ,ſi ſint ibi male herbe,ſilla mala herba,ſcilicet ſuperbia,&c.eradicare debemus ligone diſcretionis,& plãtare ibi illã bonã herbã, plantã humilitatis.& ſic de aliis. Tertio debemus eſſe boni mercatores pſeuerãdo in bona uita, ut in fine quãdo aĩa debet ſeparari a corpore,intremus poſſeſſionẽ glorie.Angelus eſt creditor,Chriſtus uẽditor,& homo mercator, & in fine uenit angel' & ut creditor dicit,Quid dabis Chriſto ꝑ gloria habẽda?Reſpõdet bonus religioſus, Vitã bonã quã tenui iuxta regulã, &c. De quo pretio Deus eſt cõtẽtus & ſufficit.Idem de bono clerico,q̃ dat Chriſto tot annos bone uite. Idẽ de laicis, q̃ dãt Chriſto tot annos de penitẽtia,ideo dicit ipſe Ioh.x. Sequũtur me,tenẽdo ſ.bonã uitã quod eſt pretiũ iuſtum,& ego uitam eternam do eis. Secundũ ſecretum eſt morale,ibi,Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis,&c. Dextra autem & ſiniſtra ſignificant uitam eternam & temporalem,ſiue ſtatum gratie & culpe. Authoritas,Leua eius ſub capite meo , hoc eſt ſtatus uite preſentis,& ſtatus culpe:& dextera illius amplexabitur me , hoc eſt ſtatus gratie,ſiue ſtatus glorie.Canti. ij. Illi mittunt rete, & piſcantur ad ſiniſtram,quicquid faciunt,faciunt ad habendum temporalia,ut diuitias,honores & dignitates,uel illi qui in ſtatu culpe mortalis faciũt bona opera de genere,non comprehendunt piſces meritorũ pro gloria & honore Dei.Verbi gratia,de illo qui mittit filium ſuum in religionem,ut ſeruiat Deo , ut oret pro ſe & pro eo,& ſic tales piſcantur ad dexteram.Secus,qui mittit filium ſuum in religionem,ut ſit Abbas uel Epiſcopus.Idem de religioſo,qui ſuam intentionem ordinat in omnibus ſuis operibus & predicationibus,ut fiant pro honore Dei & ſalute animarũ,talis piſcatur ad dexterã.Secus de illo,qui ordinat totã intentionem ſuam ad bona temporalia habenda,uel ut reputetur ſubtilis,&c.Idem de clericis,qui quaſi omnes piſcantur ad ſiniſtram , uendentes ſacramenta eccleſie. Idem de laicis, quando dimittunt iniurias amore Dei,tunc apprehendunt piſces meritorum.Ideo j. Petri.j. In omnibus honorificetur Deus.Secus quando remittunt amore dominorum temporalium,uel pro pecunia.Ideo dicit Deus Mat.vj. Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.Propter hoc ſcriptura ſacra,Vias que a dextris ſunt nouit dominus,approbatiue ſcilicet,peruerſe uero ſunt, que ſunt a ſiniſtris.Prouerb.iiij.Tertio oſtenditur in ſancto euangelio cognitio uirtuoſa,quomodo Chriſtus fuit cognitus a ſuis diſcipulis. De hoc dicit euangelium.Dixit ergo diſcipulus ille quem diligebat Ieſus,Petro,Dominus eſt,&c.uſque,trahẽtes rete piſcium.Beatus Ioannes ad

Opus bonũ ex genere, & quaſi gratia factũ.

nes admirans quis eſſet homo ille, qui tantum ſciebat de arte piſcandi,& curioſius inſpexit illum: & cognouit illum eſſe Dominum Ieſum Chriſtum, & dixit Ioannes Petro,Dominus eſt.Dic quomodo Petrus uenit ad Ieſum. Notanda ſunt hic duo ſecreta. Primum quare Ioannes pre aliis Chriſtum cognouit? Reſponſio, quia Ioannes inter alios habebat illam excellentiam,quod erat uirgo puriſsimus.Ideo pre aliis habebat oculos anime clariores.Ideo primo cognouit Chriſtū, iuxta illud Matth.v.Beati mundo corde,quoniam ipſi Deum uidebunt.Oppoſitnm eſt de luxurioſis,qui habent oculos anime lippos. De quibus Sapien.j.In maleuolam animam non intrabit ſapientia. Ideo religioſi, uel presbyteri qui uolunt intelligere arcana ſacre ſcripture, debent ſe conſeruare in pura caſtitate. Secundum ſecretum, cum Ioannes prius cognouit Dominum,quare ergo Petrus uenit ad Chriſtum?Reſpōſio, Simon Petrus ſignificat obedientem & penitentem, Simon obediēs, Petrus eſt dolor meroris.Ecce penitentes,in quo innuitur,quod obedientes & penitentes citius ueniunt ad Chriſtum quam uirgines, quoniam uirgines multe damnantur ex inobedientia,obedientes uero ſaluantur.Ideo Chriſtus,Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Matth. xix.Idem de penitentibus.Mat.iiij.Penitentiam agite,appropinquauit enim regnum celorum.Quarto,oſtenditur in euangelio refectio glorioſa,ibi,ut ergo deſcenderunt in terram,uſque in finem. Dic practice,quomodo quando omnes diſcipuli fuerunt in terra,uiderunt quod Chriſtus eis parauerat prandium, fecerat ignem, & poſuit piſcem ſuper prunas,& parauerat menſam,& panem & uinum, ſciens famem & laborum diſcipulorum. Vnde dicit de ipſo Dauid, Tu ſolus laborem & dolorem conſideras. Nam dicit ipſemet Matth.undecimo. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis. Nota duo ſecreta. Primū traxerunt centum quinquagintatres piſces magnos. Quidam dicunt, quod hoc figurabat, quod poſt Petrum erant uenturi centum quinquaginta ſummi pontifices.Hec opinio diu durauit, ſed non eſt uera, ſed iſta eſt ueritas.Nam tres ſunt perfectiones neceſſarie,ut perueniamus ad littus celeſtis glorie, ſcilicet obedientia ad decem precepta, quod ſignificatur per numerum centenarium, quia decies decem faciunt centum,qui eſt numerus perfectus. Secundo,neceſſaria eſt obſeruantia quinque ſenſuum corporalium, que figuratur per numerum quinquagenarium. Tertio, eſt neceſſaria trium uirtutum theologaliū. Obſeruantie tales ueniunt ad littus glorie,iuxta illud Matth.xiij. Simile eſt regnum celorum ſagene miſſe in mare, &c. Secundum ſecretum. Chriſtus parauit prandium diſcipulis,quod ſignificat,quod poſtquam nos laborauimus in nauibus mundi in operibus miſericordie & meritoriis,ſcilicet in ſeruitio Dei & in penitentia, Chriſtus parauit nobis prandium dicēs, Ecce prandium meum paraui,tauri mei & altilia mea occiſa

occiſa ſunt, uenite ad nuptias. Matth. xxij. Item Luc. xxij. Ego diſpono uobis ſicut diſpoſuit mihi pater meꝰ regnū, ut edatis, &c. Deo gratias.

Faria v. Paſche. Sermo unicus.

Vidi Dominum, & hec dixit mihi. Ioann. xx. Quia ſanctum euangelium facit mentionem, quod Chriſtus Marie Magdalene apparuit in forma hortulani. Ideo in preſenti ſermone uolo tenere modum hortulani, qui primo parat terram, deinde ſeminat, & plantat hortum. Sic faciam de horto euangelice hiſtorie, deinde plantabo moralitates. Dicatur hiſtoria euangelica, ſicut recitatur a Ioanne, quomodo die reſurrectionis ſummo mane Maria Magdalena uenit ad monumentum cum unguento, ut ungeret corpus Ieſu, & ſtabat ad monumentum foris plorans, &c. Queſtio literalis, quare conuerſa fuit retrorſum? Reſponſio, quod angeli quibus Maria loquebatur, exhibuerunt reuerentiam Chriſto uenienti in forma hortulani, tunc Maria Magdalena conuertebat ſe, ad uidendum cui angeli fecerunt reuerentiam, & uidens Ieſum in forma hortulani, non cognouit eum, ſed credidit hortulanū eſſe & ſanctum hominem, quia angeli faciebant ſibi reuerentiam. Dixit Marie, Mulier quare ploras? quem queris? Illa eſtimans quod hortulanus eſſet, dixit ei, Domine ſi ſuſtuliſti eum, dicito mihi ubi poſuiſti eum, & ego eum tollam. Nota quomodo hic ſunt tria reuelatiua ſine antecedēte aliquo. Conditio eſt amantis, quia credit quod omnes teneāt in corde id quod ipſe amat, ſicut mulier que perdidit filium, quē perquirendo dixit, Vidiſtis eum, &c. O qualis amor. Deinde conuertit ſe ad angelos, tunc Chriſtus uocauit eam ſuo nomine Maria. Tunc ipſa cognouit eum, uoluit eum tenere, & oſculari pedes eius, & Chriſtus noluit dicens, Noli me tangere, nondum aſcendi, ſcilicet in corde tuo ad patrem, ſcilicet per immortalitatem, uult dicere, tu non credis adhuc meam reſurrectionem, uade ad fratres meos, & dic eis, Aſcendam ad patrem meum, ſcilicet per eternam generationem, & patrem ueſtrum, ſcilicet per temporalem adoptionem. Deum meum per unitatem eſſentie, & Deum ueſtrum, ſcilicet per creationem. Tunc Maria feſtinanter uenit ad Apoſtolos di. Vidi Dominum, & hec dicit mihi. Patet hiſtoria. Nota quod in iſto ſancto euangelio ſunt quatuor tabule, in quibus poterimus ſeminare uel plantare bonas moralitates. Diuiſio ſermonis hec eſt. Prima eſt diligentia ſpiritualis. Secunda eſt confidentia cordialis. Tertia credentia generalis. Quarta audientia diuinalis. De quarta dicit thema. Vidi Dominum, & hec dixit mihi. De prima dicit principium euangelij. Maria ſtabat ad monumentum foris plorans. Ecce hic diligentia, quia Petrus & Ioannes, & alie Marie fuerunt ad monumentum in die reſurrectionis, in aurora. Et non inuento corpore, redierunt ad domos, ſed Magdale

gdalena ſola remanſit dicens, quod ibi maneret, quouſque ſciret ubi eſſet,& fleret quouſque inueniret Chriſtum. Ideo quilibet qui communicauit in Paſcha, eſt monumentum & ſanctum ſepulchrum Chriſti. Ratio, quia ſicut quando corpus Chriſti fuit poſitum in ſepulchro, primo fuit unctum unguentis precioſis, deinde inuolutum fuit in ſindone. Sic & in communione primo dolet de peccatis, & proponit de peccatis abſtinere homo, & confitetur, ſic ungitur corpus Chriſti inter nos aromatibus. Secundo ungitur aloe que multum confortat, quando homo reſtituit & remittit iniurias, orat, &c. audit miſſas, ſermones, &c. Tertio inuoluitur infra illam cortinam albam hoſtie, & ponitur in ſepulchro dignius & ſanctius, quam ſepulchrum in quo ſemel corpus Chriſti fuit poſitum, ſed in corpore hominis non ſolum ſemel, ſed pluries ponitur. Item quia in illo ſepulchro fuit corpus Chriſti ſine anima, & ſine ſanguine, quia fuit corpus mortuum, ſed in ſepulchro corporis hominis ponitur cum anima & ſanguine, & corpus eſt uiuum & glorioſum. Nota, In die illa, ſcilicet reſurrectionis, quia tunc ex precepto & ordinatione eccleſie debetis communicare. Qui illa die non recipit Deum, anima eius non recipietur a Deo in paradiſo, nec eius corpus debet recipi ad ſepulturam eccleſiaſticam, ut habetur extra de penitent. & rem. c. omnis. De illa dicit Dauid, Hec dies quam, &c. Exultemus & letemur in ea. Et dicit Scriptura tropologice, Iſaie undecimo. In die illa radix Ieſſe que ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur. Et erit ſepulchrum eius glorioſum. Radix Ieſſe uocatur Chriſtus propter eius diuinitatem, & flos quantum ad eius humanitatem, que ſtat in ſignum populorum, ſcilicet in miſſa, quando eleuatur hoſtia, ſicut in paſsione fuit eleuatus in cruce. Et erit ſepulchrū eius glorioſum, non intelligitur de illo ſepulchro materiali, quia non eſt capax glorie. Nota, quandiu Maria Magdalena uidit monumentum clauſum, non credidit corpus Chriſti furatum, ſecus quando uidit ipſum apertum. Sic poſt communionem ſi uultis ne Chriſtus tollatur a uobis, faciatis quod ſepulchrum ſit clauſum, ſcilicet in oculis, auribus, & ore. Quoniam quando ſentimenta & ſenſuum organa ſunt ſic bene gubernata, non oportet timere quod Chriſtus furetur a nobis. Sed quando monumentum eſt apertum in oculis, in auribus, & in ore, uacuum remanet, Dauid pſal. v. Quoniam non eſt in ore eorum ueritas, cor eorū uanum eſt. Remedium ergo eſt diligentia ſpiritualis, quā oſtendit Maria Mag. perquirendo Chriſtum, plorando & plangendo, id eſt penitentiā faciendo. Dic quomodo pueri. xij. annorum cōicare debent, ut dicunt doctores, concordat textus euangelij. Luc. viij. Surrexit puella, & Dominus iuſsit ei dare ad manducandum. Ideo Chriſtus Io. vj. Amen amen dico uobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Secunda tabula eſt confidentia cordialis. Iſtam

etiam

etiam oſtendit Magdalena, quando dixit Chriſto, credens ipſum hortulanũ fuiſſe, Domine ſi ſuſtuliſti eum, dicito mihi, &c. Nota, Ego eum tollã. Cum eſſet mulier nobilis & delicata, & Chriſtus magnus homo, quomodo una mulier poſſet portare unum corpus hominis mortui? oſtenditur hic confidentia cordialis. Pauidus & timidus nunquam faciet aliquid boni, de corde enim procedit fortitudo uel metus. Ideo legitur Deuterom. xx. quod antiquitus quando debebant ire ad bella, preconizabatur, Quis eſt homo formidoloſus & corde pauidus, uadat & reuertatur in domum ſuam, &c. Idem in prelio ſpirituali, quando confeſſor dicit, Poteſtis facere hoc uel illud? Dicunt, Non poſſum. Ratio, quia corde pauent. Ideo nullum bonum facient, ſed quando dicunt, Pater, bene poſſum facere. Ideo dixit Chriſtus cuidam, Si potes credere, omnia poſsibilia ſunt credenti. Marci ix. Cõfide ergo in Deo de omnibus & in omnibus, nec eſt recurrendum ad diuinos pro aliqua mundi neceſsitate, ſed ad Deum, tam pro filiis habendis, quã pro ſalute, &c. Tertia eſt credentia generalis, que oſtenditur in hoc quod Maria Magdalena uoluit tenere pedes domini, & ipſos oſculari, ſicut fuerat aſſueta in uita, & Chriſtus ſibi dixit, Noli me tangere. Secundum hunc textum Maria Magdalena dubitabat in ſexto articulo fidei, ſcilicet tertia die reſurrexit a mortuis. Dicatur, Credo in Deum. Ideo Chriſtus non permiſit ut eum tangeret, tanquam minus credentem in illo articulo. Habemus hic doctrinam quod caueamus, ne in aliquo articulo fieri dubitemus, quia Chriſtus non permitteret quod ſibi unire mur in gloria. Ideo addiſcatis Credo in in Deum, & in tẽpore antichriſti eritis armati, quia eius nuntij uenient dicendo, Quam credentiam habetis nobis dicatis. Si neſcitis Credo, decipient uos, & facient credere errores. Item de anima quando exiit de corpore, ſtatim uenient coram Chriſto ad iudicium, & dicit Chriſtus, Quis es tu? Reſpondet, Domine, Chriſtianus ſum. Et ipſe, Que eſt fides Chriſtianorum? Neſcio. Et Chriſtus, Neſcio te. Vnde Scriptura dicit, Qui ignorat, ignoretur. prime Corinthiorum xiiij. Sed quando dicet, Iſta eſt, & dicit Credo in Deum pat. &c. tunc dicet Chriſtus, Euge ſerue bone, & fidelis quia &c. Romanorum x. Si confiteatis in ore tuo Dominum Ieſum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum ſuſcitauit a mortuis, ſaluus eris, &c. Quarta eſt audientia diuinalis, quando Maria dixit, Vidi Dominum, & hec dixit mihi, &c. Moraliter, hoc poteſt dicere quilibet noſtrum in dominica poſtquam audiuerit miſſam, Vidi Dominum, ſcilicet in manibus presbyteri, & hec dicit mihi, ſcilicet uerba miſſe. Nota, dominica ſeruanda, & de completa miſſa audienda, non ſicut faciunt multi, qui in die feſto non poſſunt ſtare in eccleſia per horam in ſaluationem anime, ſed ſtant extra, locutionibus uacantes, & quando pulſatur pro corpore Chriſti, tunc ueniunt ut porci.

Tales

Tales poſſunt dicere, Vidi Dominum, ſed nihil dixit mihi, quia non au diui miſſam. Quomodo creditis, quod Deus det uobis prouiſionem, ſi non facitis ſibi ſeruitium quod tenemini? Nullus Dominus prouide ret ſeruitoribus nec uaſallis non ſeruientibus ſibi.

Feria ſexta Paſche. Sermo unicus.

DAta eſt mihi omnis poteſtas. Matth. ulti. Hoc eſt uerbum Chriſti proprie, appropriate uero poteſt eſſe uerbum cuiuslibet chriſtiani. Dixit Chriſtus proprie, tãquã dominus & ſaluator, Data eſt mihi omnis poteſtas. Hoc dicit diſcipulis ſuis, quando eis apparuit poſtquam ſurrexit a mortuis. Data eſt mihi omnis poteſtas, ſcilicet ſup omnes creaturas merito paſsionis. Ratio, nam lex Dei eſt, qui uult in hac uita pro honore Dei humiliare ſeipſum, in alia uita exaltabitur. Dixit ergo Apoſtolis contendentibus de maioritate regni celorũ, Quicunque humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno celorum. Matt. xviij. Ecce lex Dei. Modo uideamus quomodo Chriſtus merito ſue humilitatis meruit exaltari ſuper omnes creaturas. Nota quatuor gradus humilitatis Chriſti. Primus quia uoluit humiliari ſub creaturis corporalibus, ſcilicet ſub elementis corporalibus, que dabant ei tedium, calorem, frigus, pluuiam, uentum & ſiccitatem. Ideo ſecundum legẽ Dei meruit inquantum homo dominiũ & exaltationem ſuper omnes creaturas corporales, ideo omnes ſubiiciũtur imperio ſuo, ita quod ſi preciperet monti ut ſe mutaret, ſtatim eſſet factum. Idem ſi preciperet ſoli, lune, uel ſtellis ut ſtarent. Et ſic homo meruit, quia ſub eorum influentiis uoluit humiliari. Secundus gradus eſt, quia uoluit humiliari ſub creaturis angelicis, aſſumens non angelos, ſed carnem paſsibilem & mortalem. Item quia uoluit ab angelis gubernari, quia quando erat paruus, per angelum qui apparuit Ioſeph, uoluit in Egyptum fugere, & redire de Egypto. Item ab angelo uoluit confortari, licet non indigeret, quia maior eſt angelis, ſed uoluit humiliari. Ideo meruit habere dominium ſuper angelos, intantum quod ſtatim faciunt quicquid preceperit eis. Tertius gradus eſt, quia uoluit humiliari ſub creaturis humanis, ſingulariter in ſua paſsione, in qua fuit humilis & obediens ſagionibus & miniſtris, eorũ imperio expoliando & ponendo ſe in cruce, &c. extendendo brachia. Ideo meruit habere dominium ſuper omnes homines mundi qui ſunt, & fuerunt, & erunt. Quartus gradus eſt, quia uoluit humiliari ſub creaturis infernalibus, quando a demonio uoluit tentari in templo, in deſerto & in monte. Ideo meruit habere dominiũ ſuper omnes demones, qui fugiunt quando audiunt nomen eius. Patet ergo ex lege Dei, quomodo in alia uita exaltatur, qui in hac uita pro Deo uult humiliari. De quo authoritas ad Philipenſes ij. Humiliauit ſemetipſum factus obediẽs. Nota humiliauit ſemetipſum, ſub

his pre

his predictis quatuor gradibus creaturarū. Ideo proprie Dominus Ie-
sus potest dicere thema, Data est mihi oīs potestas. Secundo ꝙ appro-
priate qlibet Christianus pōt dicere aliquo mō, Data est mihi oīs pote
stas. Et hoc ꝓpter quatuor potestates, quas De⁹ dedit cuilibet homini.

Prima est de generatione diuinali,
Secunda de reconciliatione spirituali,
Tertia de sanatione corporali,
Quarta de saluatione celestiali.

Ex his dicet Christianus, Data est mihi omnis potestas, &c. Prima pote
stas data cuilibet homini est de generatione diuinali, quia quilibet ho
mo efficitur filius Dei, scilicet in baptismo, baptismus enim est spiritua
lis generatio. Semē est uerbū Dei, ꝙ mittitur a Deo per os sacerdotis
baptizantis, isto mō efficitur hō filius Dei. Magna potestas est ista ꝙ
de filio rustici uel pastoris subito efficiatur filius Dei, & habeat ius in re
gno Dei, quod non habuit ante baptismum. Ratio, quia nōdum est fili⁹
Dei, sed post baptismum puer intrat paradisum ita secure, sicut filius in
domo patris. Ecce magna potestas. De ista potestate dicit Ioannes, De
dit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Io. j.
Et ad Rom. viij. Spiritus, supple, sanctus, reddit testimoniū spiritui no-
stro, quod sumus filij Dei. Moraliter. Ex quo omnes boni sunt filij Dei
& regis Iesu Christi, patet quantum debent cauere de tribus maxime
peccatis. Primo ne bibant in tabernis, quia non decet hoc filios regis,
licet uiatores possunt, non tamen debent hoc facere illi qui habent ibi
domos, uxores & filios. Ideo Apostolus. j Cor. xj. Nunquid domos nō
habetis ad manducandum & bibendum? Secundo, ne ludant cum ta-
xillis. Nō enim cōuenit filiis regis, quod sint lusores, imo omnes mira
rentur, si uiderent filium regis cum lusoribus. Idem de Christianis, qui-
bus nō licet. Ratio, quia ludus taxillorum est fons iurandi per Deum,
& furandi: quia ex ludo nihil potest lucrari, quia oportet restituere, sed
quod perditur hoc est perditum. Vnde talis ludus est inuentus a diabo
lo ad damnandum animas, quoniam ex ludo cōdemnantur septē cōdi
tiones gentiū, & hoc ostēditur taxillis, quia inter duas partes semper
ostendit unam, & aliam deprimit, & illa pars depressa significat damnā
dos. Primo dānantur illi, qui inuitant alios dicendo, ludamus. Secundo
cōsentientes. Tertio iuuātes. Quarto taxillos prestātes, uel pecunias.
Quinto qui intrant domum uel tabernā. Sexto dominus domus. Septi
mo rectores cōmunitatis, quia sciūt, & nō corrigunt. Quod est tā ma
gnum peccatū? Hinc dixit Sara Tob. iij. Mundā seruaui animam meam
ab omni cōcupiscentia. Nunquam cum ludentibus miscui me, neque
cum his qui in leuitate ambulabant, participem me prebui. Est enim lu
dus alee prohibitus. dist. xxxv. cap. Episcopus. quare uitandus. Sed bo-
nus ludus est ludus balistę & cum pila. Tertium peccatum, cauendum

Sācta doctrina ad uersumlusores potissimum alee.

ad est

eſt Deū iurare uel renegare, ꝙ eſt tā magnū peccatū, ꝙ terra nō poteſt ſuſtinere. Dicā uobis unū magnū miraculū de biblia. Legitur. iiij. Reg. xix. de quodā rege Aſſyriorū uocato Sennacherib, qui habebat centū octuaginta quinq; millia hominū armatorū, qui dixit unā blaſphemiā cōtra Deū dicens, Et nō poteſt Deus tuus tantū ꝙ liberaret te de manib⁹ meis. Hoc dixit regi Iſrael. Ex iſta blaſphemia oēs ſui homines armorū fuerūt incinerati illa nocte. Modo attē de quoties luſores dicāt, nō poſſet De⁹ ꝙ ante ueniat quater quā cink. Ideo cauete uos ab iſtis blaſphemiis. Ideo eſt bonū affirmare per aduerbia, & honorare nomē Domini. Vnde dicit ſcriptura, Maledicti erunt qui contempſerint te, & cōdemnati erunt oēs, qui blaſphemauerint te. Tob. xiij. Caueatis ergo ab illis &c. Secunda poteſtas nobis a Deo data, eſt de reconciliatione ſpirituali. Dic poſtquā ſumus filij Dei per baptiſmū, tanquā filij mali & ingrati per malā uitā & pctā, efficimur inimici Chriſti, & perdimus primam poteſtatē. Ideo oportet nos refugiū querere ad ſecundā poteſtatem, que eſt de recōciliatione ſpirituali. ſ. per penitentiā, per quā poſſumus patri noſtro Ieſu Chriſto recōciliari. Nullus eſt in mundo ita magnus pctōr & malus, quin ſi dolet de peccatis, Chriſt⁹ ſtatim parcet ei, quia pater eſt, & nō obliuiſcitur filios ſuos. Ideo quando filij humiliter petunt ueniam, & proponūt emendare ſe, ſtatim pius pater parcit eis. Nota miraculū Mat. xix. de illo paralytico qui nihil poterat facere, amici uero eius portauerunt ipſum Chriſto, dicendo ſuā infirmitatem. Ad quē dixit Chriſtus, Cōfide fili, remittuntur tibi pctā tua. Et ecce quidā de ſcribis dixerunt intra ſe, Hic blaſphemat. Et cū uidiſſet Ieſus cogitationes eorū, dixit, Vt quid cogitatis mala in cordibus ueſtris? Quid eſt facilius dicere, remittuntur tibi pctā tua, an dicere, ſurge & ambula? Vt autē ſcias quia filius hominis, &c. uſq;, Videntes autē turbe, glorificauerunt Deum, qui dedit talē poteſtatē hominibus. Hic paralyticus eſt peccator, qui nullū opus meritoriū poteſt facere, licet poſſet ieiunare, orare, & eleemoſynas dare, nō tamen eſt meritoriū ad gloriam. Si dicatur, ergo dimittā. Reſpōdeo, ꝙ ideo huiuſmodi opera nō ſunt dimittenda. de pe. diſ. v. falſas pe. quia licet nō ualeāt ad gloriā, tamen ualent ad multa alia bona, & finaliter ad habendū cōtritionē. Ideo quantumcunque ſit peccator, & ſit in pctō, bona nō ſunt dimittenda, imo tunc ſunt magis neceſſaria, ſed nō ſunt meritoria. Authoritas, Ioan. xv. Sine me, dicit Chriſtus, nihil poteſtis facere. Sed hic paralyticus curatur, ſi in lecto penitētie per quatuor ante ipſum portatur. Duo portatores a parte ante ſunt cōtritio, & propoſitum abſtinendi a peccatis. Duo a parte poſt ſunt oris cōfeſsio, ut exeant immunditie, ſicut ſanies de apoſtemate. Secundus eſt penitentie a cōfeſſore iniuncte obſeruatio. Talis peccator ſi ſic portatur ante Chriſtum, recōciliabitur cum Chriſto, & Chriſtus uocat eum filiū, dicens, Cōfide fili, remittuntur tibi, &c. Tertia poteſtas

Verba Sēnacherib ſunt hec, Non te ſeducat Deus tuus in quo habes fiduciā, &c.

Bona opera in peccato facta ſūt meritoria de cōgruo licet non de condigno.

teſtas nobis a Deo collata, eſt de ſanatione corporali. ſ. ſi habemus infirmitates, plagas, dolores, & ſic in corporibus noſtris poſſumus curari, etiam ſi nō eſſet aliqua medicina in mundo. Ratio, Chriſtus nō ſolū eſt Dominus & medicus animarum noſtrarū, ſed etiā corporum, que ipſe format, quia pater & mater modicum ibi faciunt. ſ. uile. Mater neſcit quid portat, ſed Deus eſt ille qui ſuis manibus format corpus, deinde creat animam. Ideo Chriſtus curat de animabus, quibus prouidet p baptiſmum, & per alia ſacramēta eccleſie, & dedit etiā remediū & medicinā pro corporibus. ſ. in die aſcenſionis, quando debuit aſcēdere in celū. Primo ordinauit medicinam pro corporibus noſtris, dicēs, Signa autē eos qui crediderint, hec ſequentur, &c. Mar. ulti. Nota eos qui crediderint, non eos. ſ. qui ſancte uiuunt. Nota in nomine meo, cuius nomē eſt Ieſus Chriſtus, & alia omnia ſunt cognomina. Linguis loquentur nouis. i. mutis dabit uerbū, ſi ſit utile anime, ſed multis eſſet utilius ꝙ eſſent muti, ut mulieres loquaces. De infirmitatibus, nota ꝙ multis utilis eſt infirmitas, quia humiliantur & ſequūtur eccleſias. Dic practice de nomine Ieſu cū ſigno crucis, &c. Si haberemus fidem, nō oporteret nos ire ad medicos, nec diuinos, nec ſortilegos. Dic de illo homine curato in Sabaudia a uulnere cū nomine Ieſu. Ideo Chriſtꝰ Lu. x. Ecce dedi uobis poteſtatē calcandi ſupra ſerpētes & ſcorpiones, & ſuper omnē uirtutē inimici, & nihil uobis nocebit. Quarta poteſtas a Chriſto nobis data, eſt de ſaluatione celeſtiali. Hec eſt aliis melior, ſcilicet habere poteſtatem regnandi in paradiſo. De hac poteſtate dicit ſcriptura, Tob. j. Dedit illi poteſtatē quocunque uellet. Nota quocunque uellet. In alio mundo ſunt due ciuitates, ſcilicet paradiſus & infernus. In paradiſo eſt gloria, in inferno eſt pena, &c. Dedit autem Deus poteſtatē hominibus ex libero arbitrio aſcendere quocunque uellent, ſi uis ad ciuitatē paradiſi ire, poteſtatem habes eūdi, ſi uis ad ciuitatem inferni ire, poteſtatem habes eundi ad eandem. Eccleſiaſt. xv. Appoſui tibi ignem & aquam, ad quod uolueris porrige manum tuam. Ante hominem uita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi. Diceret aliquis, ergo oēs ibimus ad paradiſum, quia omnes uolunt illuc ire. Nota quomodo licet dicāt ore, uolumus ire ad paradiſum, tamē opere & facto oppoſitum faciunt, & ideo recipiuntur in alia ciuitate, ſcilicet in inferno. Ideo mendacium dicunt, ſicut ſi quis dicit ſe uelle ire in Bethaniam, & ceperit uiam ad Valentiam, ſic omnes dicitis quod uultis ire ad paradiſum, & recipitis uiā inferni, ſcilicet uiam ſuperbie, &c. que ducit ad infernum, dimiſſa uia plana humilitatis, que ducit ad paradiſum. Idem de aliis uitiis & uirtutibus. Ecce quare dicit, Dedit illi poteſtatē, &c. Si dicatur, predicta repugnant predeſtinationi. Reſpondeo, quod hoc eſt erroneum, quoniam predeſtinatio nō aufert liberum arbitrīū. Etiam ſi ſis predeſtinatus & finis uitam tuā in peccato mortali, damna-

tus es,quia predeſtinatio includit,ut impleatur per bonam uitam.Iob. xxxvj.Annuntiat de ea,id eſt de uita eterna,amico ſuo quod poſſeſsio eius ſit,& ad eam poſsit aſcendere.De his poteſt dicere quilibet, Data eſt mihi omnis poteſtas,&c.

Sabbato poſt Paſcha. Sermo unicus.

MOnumentum uidit,& credidit. Ioan.xx.Verbũ propoſitũ declarat nobis modũ,quomodo Ioannes euãgeliſta credidit Chriſti reſurrectionẽ.ſ.quando uidit monumentũ apertũ,&ſudaria.Hoc dicit thema.Monumentũ uidit, ſcilicet apertũ,& credidit Chriſti reſurrectionẽ. Sciendũ quod Chriſti reſurrectionẽ credere fuit ualde difficile gentibus mũdi, & etiã diſcipulis Chriſti.Ratio,Nam in ſacra ſcriptura inuenitur reſurrectio multorum,ut.iij.Reg.xvij.de Elia,qui ſuſcitauit unum mortuum nõ uirture propria,ſed Dei.Itẽ.iiij.Regũ.iiij.de Eliſeo, qui ſuſcitauit unum mortuũ,& poſt mortem etiã ſuſcitauit aliũ,iiij.Reg.xiij.Itẽ de nouo teſtamento legitur,q̃ multi ſurrexerunt a mortuis, nõ tamen propria uirtute,ſed Dei. Sed Chriſtus propria uirtute & poteſtate ſurrexit a mortuis propter cõiunctionem diuinitatis cũ corpore & etiã cũ anima.De quo uide San.Tho.iij.parte,q.liij.ar.iiij.& ex hoc habebat poſſe infinitum,ideo fuit quoddam ſingulare & ualde difficile ad credendum de Chriſti paſsione & reſurrectione.De hoc prophetia Iacob.Gene.xlix.Ad predã aſcendiſti fili mi,requieſcens accubuiſti ut leo,& qua ſi leena quis ſuſcitabit eum ad predam.Aſcendit Chriſtus in cruce brachiis extenſis.Brachiis enim ſapientie & iuſtitie amplexatus eſt totum mundũ,quando quieuit in paſsione.Leo dormiẽs tantã fortitudinẽ habet & uirtutẽ quantã uigilans.Idẽ de anima.Quia ergo Chriſti reſurrectio fuit ita difficilis & mirabilis, & ad uitam immortalem, quia aliqui quando reſurgebant,iterũ morituri reſurgebant, Chriſtus uero ſurrexit ad uitam glorioſam & immortalem.Ideo fuit ita difficilis eius reſurrectio ad credendum.Propter hoc Chriſtus multipliciter uoluit oſtendere & manifeſtare ſuam reſurrectionẽ,ut dicit Lucas Actuũ j.Prebuit ſeipſum uiuũ poſt paſsionẽ ſuam in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis,& loquens de regno Dei.Nota nouem argumẽta,que inueni in euãgeliis,ex quibus argui poteſt etiã noſtra reſurrectio a morte peccati mortalis ad uitã gratie.Primũ argumentũ fuit thema ꝓpoſitũ.Monumentũ uidit,& credidit,&c.Nõ credatis q̃ in Chriſti reſurrectione monumentum aperiretur ut poſſet inde exire,quia in ſuo exitu de monumẽto ipſum nõ fuit apertũ. Quoniã ſicut exiuit uterũ uirginis ut radius ſolis tranſiens per feneſtrã uitreã,ita exiuit de monumẽto clauſo & ſignato ſine aliqua apertura.Sed poſt exitũ de monumẽto angelus Domini deſcẽdit de celo,& accedẽs reuoluit lapidẽ, & ſedit ſup eũ.Mat.ui.Quia alias nõ potuiſſent uidere,ſi corpꝰ erat intra

uel

uel extra monumentū. Et sic Ioānes monumētū uidit, & credidit Christi resurrectionē. Ecce primū argumentū quo Ioannes credidit. Moraliter. Sic pctōr primo potest cognoscere ex apertura monumēti, si surrexit de morte peccati ad uitā gratie. Dic quō corpus pctōris est ut monumentū depictū foris, intus uero plenū corruptionibus. Sic pctōres extra sunt picti & ornati, &c. intus uero fetent ex malis cogitationib⁹, desideriis, odiis, &c. quibus dicit Christus, Ve uobis hypocrite, quia similes estis sepulchris dealbatis, que a foris apparēt speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorū & omni spurcitia, sicut & uos. Matth. xxiij. Patet ergo ratione & authoritate, q̄ peccatores sunt monumenta, & anima iacet intus mortua, sed potest resurgere per aperturam sepulchri. s. cōfitendo peccata, aperiendo os, & proiiciendo peccata extra. Isto modo pctōr resuscitatur de morte culpe ad uitā gratie, p apertūrā monumenti. Ideo Esa. xxxviij. Viuens uiuens ipse cōfitebitur tibi, sicut & ego hodie, &c. Nota uiuens. Uita nature, uiuens. Uita gratie, cōfitebitur tibi, &c. Et uiuentes in inferno nō cōfitentur Deo, sed diabolo ui tormētorū. Sicut ille qui torquetur, cōfitetur suū peccatum, sic in inferno quando superbus calcatur a demonibus, & auarus mittitur in metallo liquefacto: & sic de aliis, cōfitentur sua peccata dicendo, O miser, maledicta dies in qua fui superb⁹, uel auarus, uel luxuriosus, &c. sed illa cōfessio nihil ualet eis, sed cōfessio que fit ab homine uiuente uita nature & gratie, illa est optima. Ideo Prouer. xxviij. Qui abscondit scelera sua, nō dirigetur, qui autem cōfessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiā cōsequetur. Secundū argumentū fuit per testimoniū angelorū, qui mentiri nō possunt, nec fallere, ideo eorū testimonio uoluit Christus ostendere & probare suam resurrectionē. Dicit beatus Matheus, quod quando ille Marie uenerunt ad sepulchrū, ut ungerent Iesum, angelus dixit eis, Scio enim quod Iesum queritis crucifixum. Nō est hic, surrexit enim sicut dixit, uenite & uidete locum, &c. Matth. ulti. Ecce secundum argumentum. Moraliter, sic quilibet uestrum ex testimonio angeli boni potest cognoscere si surrexit, &c. Angelus bonus est cōfessor. Ratio, quia sicut angelus bonus est purus & honestus, talis debet esse sacerdos. Item angelus non curat de pecuniis, sic nec cōfessor, &c. Ideo bonus sacerdos dicitur angelus in sacra scriptura, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, q̄a angelus Domini exercituū est. Malah. ij Sacerdos bonus cōputatur p̄ angelo bono, mal⁹ uero p̄ diabolo. Tūc enim hō habet testimoniū. s. in cōfessiōe boni sacerdotis, quādo cōfessor dicit, Audiui cōfessionē uestrā, & uideo q̄ doletis de peccatis, & p̄ponitis abstinere. Ideo authoritate mihi cōmissa absoluo te. Isto testimonio patet, q̄ anima uestra surrexit de morte culpe ad uitam gratie. Et potest tunc dicere peccator, Vitam & misericordiam tribuisti mihi, & uisitatio tua custodiuit

ſpiritū meum. Iob x. Nota, uitam & mīam tribuiſti mihi, tanquā uicari⁹ Dei. Sicut enim uicarius regis remittit & abſoluit reū, quia nullus alius poſſet remittere crimina cōtra legē regis facta. Itē ſolus ſacerdos eſt uicarius Dei, qui poteſt remittere peccata, quia ſolis presbyteris Chriſtus dicit, Quorū remiſeritis peccata, remittuntur eis. Io. xx. Tertiū argumentū, aliis melius fuit per uulnerū oſtēſionē. Dic quō Chriſt⁹ poſt ſuā reſurrectionē uoluit retinere ſigna quinq; plagarū principaliū, nō ꝙ habeat manus perforatas, nec pedes, nec latus, ſed ſunt ad inſtar ſtellarū. Sed ſanctus Tho. dicit in. iij. parte. q. liiij. ar. ul. ad ſecundum, ꝙ illa apertura uulnerū poſt reſurrectionē quāuis ſit cū quadā ſolutione cōtinuitatis, totū tamen hoc recōpenſatur per maiorē decorem glorie, ut corpus non ſit minus integrum, ſed magis perfectū. Et ſubdit, Tho. nō ſolū uidit, ſed & uulnera tetigit. Quia ut dicit Leo papa, Sufficit ſibi ad fidē propriam uidiſſe ꝙ uiderat, ſed nobis operatus eſt ad ſalutem, ut tangeret quē uidebat. Et ad primum arg. dicit ꝙ cicatrices ille que in corpore Chriſti permanſerunt, non pertinent ad corruptionem uel defectum, ſed ad maiorē cumulum glorie, inquantum ſunt quedā uirtutis inſignia, & in illis locis uulnerum quedam ſpecialis decor appare bit. Oſtendit diſcipulis manus & pedes & latus, q nolebant credere reſurrectionē. Tūc gauiſi ſunt diſcipuli uiſo domino. Ioā. xxj. Moraliter, ſic nos habemus uulnera animarum, ſ. peccata mortalia, que ſunt ſeptem, ſcilicet ſuperbia, & ſic de aliis. Si iſta uulnera mutantur in ſigna clara, ſ. uirtutes oppoſitas, ſignum eſt, quod ſurrexiſtis de morte culpe ad uitam gratie. uerbi gratia, Quādo uulnus ſuperbie & uanitatis mutatur in humanitatē, ſignum eſt ꝙ ſurrexiſtis. Idem de plaga auaritie, quando fur uel uſurarius reſtituit, &c. Sicut ille qui recepit ſuperfluas, & inordinatas potiones, ſi uult ſanari, oportet ipſum uomitare, ita qui recepit iniuſte aliqua bona, que ſunt tanquam inordinate & ſuperflue potiones, ea oportet reſtituere, alias oportet mori eternaliter. Quando ergo fit reſtitutio, eſt ſignum reſurrectionis. Idem de uulnere luxurie. Vir & uxor ſeruando debitum modum, nō faciunt luxuriam, ſed aliter totū eſt luxuria. Quādo ergo mutatur in ſignum clarū caſtitatis, ſignū eſt, quod anima ſurrexit a mortuis, & ſic de aliis. Ideo j. Pet. ij. Conuerſationem ueſtrā inter gentes habentes bonā, ut in eo quod detractant de uobis tanquā de malefactoribus, ex bonis operibus nos cōſiderantes, glorificēt Deū. Quartū argumētū fuit per tactū. Dicit Luc. ꝙ diſcipuli eſtimabāt ſe ſpiritū uidere, quādo Chriſtus apparuit eis. Quibus dixit Chriſtus, Palpate & uidete, qa ſpūs carnē & oſſa nō habet, ſicut me uidetis habere. Luc. ul. Moraliter, iſto modo tactu ꝓbatur, ſi homo ſurrexit a morte peccati, &c. Nō bene eſt ꝓbabile uiſu. Nā multi uidentur boni, & ſancti, & benigni, &c. Viſus enim bonū argumētū eſt, ſed nō ꝓbat ſufficiēter, qa multa lucēt ut aurū q̄ nō ſunt aurū. Iō florenus non

Quales cicatrices uulnerum in Chriſto māſerint

nus nō ꝓbatur ſolo uiſu uel ſono, ſed etiā tactu. Ita de multis hominibus, q̄ nō bene ꝓbātur uiſu, q̄a uidētur ſancti, & ſunt pleni ſuperbia & hypocriſi, nec bene ꝓbātur ſono, q̄a habēt bona & pulchra uerba. Multi p̄dicāt humilitatē q̄ ſunt ſupbi, & ſic de aliis. Sed quādo tāgūtur aliquo uerbo iniurioſo, uerbū iniurioſum eſt tāq̄ lapis durus, & ſi nō tenēt uirtutē patiētie, nihil ualēt. Perſona hypocrita nō pōt ſe tenere ad tactū. Exēplū de Iob, q̄ faciebat multa bona, de quo dixit Deus Satane, Nunq̄d cōſideraſti ſeruū meū Iob, ꝙ nō ſit ſimilis ei in terra? homo ſimplex & rectus & timēs Deū, &c. Iob j. Reſpondit Satanas, Extende paululū manū tuā, & tāge cūcta q̄ poſsidet, niſi in faciē benedixerit tibi. Deus uero ad probādū dedit hcētiā diabolo ut tāgeret eū. Sed Iob habuit patiētiā in omnibus dicēs, poſtquā omnia ꝓdiderat, Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factū eſt, ſit nomen Domini benedictū. Iob j. Iſte erat de probatis. Sic multi credūtur eſſe iuſti, boni, & perfecti, ſed quādo tāguntur, ipſū deturpāt ſeipſos. Ideo poteſt dicere quilibet talis, O miſer, parū de bono eſt in me. Quintum argumentū fuit ꝓ māducationē. Quādo angeli apparēt, nōnūquā uidentur comedere, ut patet Gen. xviij. de Abrahā, q̄ inuitauit tres angelos, & uidebātur comedere, ſed non erat uera comeſtio. Tob. xij. dixit Raphael angelus. Cū eſſem uobiſcū, ꝓ uoluntatē Dei erā, uidebar quidē uobiſcū māducare & bibere, ſed ego cibo inuiſibili, & potu q̄ ab hominibus uideri nō pōt, utor. Sed Chriſtus poſt reſurrectionē uere comedit ad ꝓbandū ſuā reſurrectionē, q̄a habebat os, guttur, & ſtomachū, q̄a in his trib⁹ cōſiſtit comeſtio, ſed nō faciebat digeſtionē, q̄a hoc eſt facere nutrimētum, quo ipſe nō indigebat, q̄a habebat corpus glorioſum. Et iſtud tāgit doctor S. Tho. j. par. q. lj. art. iij. ad quintū argumētū. & iij. par. q. liiij. arti. ij. ad iij. arg. ubi ponit ꝙ Auguſt. dicit in xiij. de ciuitate Dei. Saluator noſter poſt reſurrectionē iam quidē ſpirituali carne, ſed tamen uere cibū & potum cum diſcipulis ſumpſit nō alimentorum indigētia, ſed ea qua hoc poterat poteſtate, ut enim Beda dicit ſup Lucam. Aliter abſorbet aquā terra ſitiēs, aliter ſolis radius calens. Illa indigentia, iſte potentia. Manducauit ergo Chriſtus poſt reſurrectionē nō quaſi indigens cibo, ſed ut eo modo naturā corporis reſurgentis aſtrueret. Et propter hoc non ſequitur quod fuit eius corpus animale, quod eſt indigēs cibo, ſed ſpirituale, ut patet j. Cor. xv. Sic nec nos poſt reſurrectionem comedemus cibū corporalem. De iſto argumēto Luc. ulti. Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerūt ei, &c. Moraliter, ſic uos etiam per comeſtionē poteſtis probare ueſtrā reſurrectionem. Si comediſtis agnum paſchalem communicando digne, ſignum eſt quod ſurrexiſtis, &c. Quia Deus ordinauit, quod ſicut totum noſtrū malū uenit ex comeſtione cibi, &c. ſic uult etiā ꝙ ex comeſtiōe fructus uētris uirginis Marie ueniat totū noſtrū bonū. Dicatur qūo in

Quo pacto Chriſtū & angelos eſſe legitur.

Auguſt.

Beda.

hoſtia conſecrata eſt Chriſtus uerus Deus & homo,& uirtute illius cibi,uiuemus uita nature,gratie,& glorie, & confortat intellectum,me-
Qualiter Chriſti corpus nos nutrit. moriam,& uoluntatem.Ideo Chriſtus inquit,Panis quē ego dabo,caro mea eſt,&c.Io.vj.Sextū argumentum fuit per ambulationē, quādo ambulauit cū duobus diſcipulis euntibus in caſtellū Emaus.Luc.xxiiij. Quia ambulare eſt ſignū reſurrectionis. Ideo Chriſtus poſtquā ſuſcitauit Lazarū dixit,Soluite eū & ſinite abire,in ſignū reſurrectionis.Moraliter,iſto argumēto patet ſi uere ſurreximus ambulādo ſecūdū quod dicit Dauid in Pſal.lxxxiij. Ibūt de uirtute in uirtutē, &c.in Sion, id eſt in gloria celeſti.Practice,& incipiamus a religioſis.Dicatis uos domine religioſe,modo eſt annus quādo eratis deuotus, & modo quomodo uerecūdor dicere,qa nō cōtinue ꝓfeci in uirtutibus.Et ſic hoc altero anno nō ambulaui,ſed potius ſteti aut etiā retroceſsi. Quia ſecūdū Ber.in uia Dei ſtare & nō progredi,retrogradi eſt.Idē de clericis,quomodo dixiſtis miſſam,eratis deuoti?Pater ita.& modo quomodo?pater uecūdor dicere,qa modo nō dico officiū, teneo cōcubinā,&c. Idē de ſeculariḇ,anno preterito nō fui cōfeſſus,nec modo.Dicatur quomodo miraremini,ſi eūdo & redeūdo ꝑ uiā, inueniretis aliquē in eodē loco,&c.Videtis periculū nō ambulare,cū dicat ſcriptura,Ambuletis digne,Deo per oīa placētes , in omni opere bono fructificātes. ad Col.j. Septimū argumētū fuit ꝑ locutionē,quādo illis duobus diſcipulis interpretabatur ſcripturas.Luc.xxiiij.Loqui enim rationabiliter eſt opus hominis uiui.Ideo dixerūt diſcipuli poſtquā ipſum cognouerūt, Nōne cor noſtrum ardens erat in nobis,dum loqueretur in uia,& aperiret nobis ſcripturas?Moraliter iſto argumēto probatur noſtra reſurrectio.Si loquimur rationabiliter,orando,uel legendo,uel proximum corrigendo,ſignum eſt reſurrectionis.Loqui uerba Dei,ſignū eſt uite anime.Quādo enim arbor facit flores,folia,& fructus, ſignū eſt quod radix uiuit.Sic quādo homo loquitur de Deo cum reuerentia, & orat, nō mentitur,nec diffamat proximū, ſignum eſt quod anima uiuit. Secus quādo homo non curat,& loquitur malū de proximo , ſignum eſt mortis anime.Ideo Chriſtus ait,Bonus homo de bono theſauro cordis profert bona,malus homo de malo theſauro cordis ſui profert mala.Matth.xij.Dicit Philoſophus in Ethicis, Qualis unuſquiſque eſt,talia loquitur & operatur.Item primo Perihermenias, Voces ſunt note, id eſt ſigna earum que ſunt in anima paſsionum. Octauum argumētū fuit per fractionem panis,quādo illi duo diſcipuli inuitauerunt ipſum ad cenam,credentes ipſum fuiſſe peregrinū,parauerunt bonam cenā, & ipſe iuxta modū ſuū dixit uerſum pro benedictione mēſe, Oculi omniū in te ſperāt Domine,& tu das eſcā,&c.In fractione panis cognouerūt eū.Luc.xxiiij.Cognouerūt ꝙ uere ſurrexerat a mortuis.Moraliter,in hoc poſſumus cognoſcere,ſi uere ſurreximus a morte culpe.Panis enim

nis enim in ſacra ſcriptura ſignificat prouiſionem corporalē. Vnde dixit Deus Ade, Gen. iij. In ſudore uultus tui ueſceris pane tuo. Sumitur hic panis pro tota ꝓuiſione. Si ergo frāgitis panē de bonis ueſtris, dādo pauperibus uerecūdis, &c. ſignum eſt quod uiuitis. Vnde ſcriptura Tob. xij. Eleemoſyna a morte liberat, & ipſa eſt que peccata purgat, & facit inuenire uitā eternā. Nonū argumentum fuit per teſtimoniū ſcripture, ſcilicet ſcripturarū impletionē, quādo aperuit illis ſenſum ut intelligerēt ſcripturas. Luc. ult. Quia ſic oportebat pati Chriſtū, & ita intrare in gloriā ſuā. Quia ita fuerat figuratū, qa quando Deus formauit Adā, obdormiuit, & tunc accepit coſtā de qua formauit Euā. Ita Chriſtus debuit dormire in cruce, & aperire latus, de quo exiuit ſanguis & aqua, unde formata eſt eccleſia. Itē tēpore Noe ſaluati ſunt aliqui homines, aues, & iumēta in arca a diluuio. Arca fuit crux, ut ſaluētur gentes a diluuio peccatorū & uitiorū, in qua & ꝑ quā ſaluātur homines literati, & aues, ſcilicet contēplatiui, & iumēta, ſcilicet homines terreni. Idē de ſerpēte eneo, Num. xxj. Signū fuit Chriſti, ut gētes euaderent a morſibus ſerpētis inferni, &c. Moraliter, ſic per ſcripturarū impletionē patet noſtra reſurrectio ſpiritualis. Tota ꝓfectio ſcripture cōſiſtit ī obſeruātia decē ꝑceptorū legis. Si ergo ſeruamus decē ꝑcepta, ſignū eſt uite. Ideo Chriſtus Mat. xix. Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata, &c.

Dominica in Albis, ſcilicet in octauis Paſche. Sermo j.

POſt dies octo iterum uenit Ieſus. Ioan. xx. Verbum propoſitum ſecundum intellectum hiſtoricum uel literalem loquitur de aduentu Chriſti & de apparitione quā fecit, ut conuerteret Thomam Apoſtolum incredulum. Ideo ne damnaretur, Chriſtus iterum poſt dies octo apparuit ei, hoc dicit the. Poſt dies octo iterū, &c. Secūdū uero intellectū myſticū & ſpiritualē thema loquitur de aduētu Chriſti in animā ad iuſtificādū eandē de peccato, & ad dandū gratiā ſibi & benedictionē. Et iſtos duos intellectus uolo nunc declarare in preſenti ſermone. Iuxta primū intellectū literalē dicatur hiſtoria euāgelij literaliter. Nota inſufflauit, dicens, Accipite ſpiritum ſanctū. Anhelitus habet duas conditiones, qa eſt calidus & humidus. Hec duo dat ſpiritus ſanctus. Primo dat caliditatē amoris & deuotiōis. Secūdo dat humiditatē cōtritionis & lacrymarū. Hi duo ſunt effectus ſpiritus ſancti. Chriſtus uero inſufflauit, innuens quod ſpiritus ſanctus nō ſolū ꝓcedit a Patre, ſed etiam ab ipſo, dans Apoſtolis & presbyteris poteſtatē remittēdi peccata, dicēs, Quorū remiſeritis peccata, &c. Ex iſta Chriſti cōmiſsione ſacerdotes poſſunt remittere peccata inſtrumētaliter, qa Chriſtꝰ remittit principaliter. In iſta Chriſti apparitione Thomas nō erat cū aliis diſcipulis, q̄ dixerūt Thome, Vidimus Dominū. Qui reſpōdit dicēs, Niſi uidero in manibꝰ, &c. Ac ſi uellet dicere, reſurgat ipſe nūc? Certe nō credo,

quia cum pependit adhuc uiuus in cruce, & Iudei dicebant sibi, Si rex Israel est,&c.offerebāt sibi cōuersionē suā,nō potuit descēdere de cruce.Quomodo ergo mortuus potuit exire de clauso monumēto & custodito?Dico uobis quod nisi uidero,&c. Ecce quomodo Thomas erat dubius & min⁹ credēs,intantū quod si in incredētia tali fuisset mortuus,fuisset eternaliter dānatus.Cogitate,ego & uobis hoc dico, fortasis q̄ p̄ totā hebdomadā apostoli laborauerūt ad ipsum cōuertendū.Etiam uirgo Maria & Magdalena,& Thomas uerecūdabatur forte corā uirgine Maria negare,sed retro forte dicebat,Nūquid mater diceret unū mēdaciū p̄ filio suo?Vidēs Christus q̄ nec apostoli,nec mater sua poterat ipsum cōuertere,ipsemet Christus misericordia mot⁹,post octo dies, s.a prima apparitione uenit, & ianuis clausis intrauit dicēs, Pax uobis.Secretū huius nota,q̄ Iesus tribus uicibus salutauit apostolos in euāgelio hodierno, ad docēdum q̄ omne bonū cōmunitatis si debet cōseruari in bono,tres paces debet habere.Prima inter maiores & minores,s.supportādo minores,& honorādo maiores. Secūdo inter ipsos primates debet esse cōcordia & charitas, ut in charitate bona intēdant bonū cōmune. Tertia pax īter plebeios,ut inter se cōcordēt,ideo dixit tribus uicib⁹,Pax uobis,pax uobis,pax uobis. No,quomodo potuit Christus dicere Thome,Nōne tu es ille q̄ noluisti credere meā resurrectionem?Respōdit Tho.Imo Domine ego credo,tu es Deus meus,& dominus meus.O qualē uerecūdiā habuit de sua īcredulitate Tho.quādo uidit Christū,& Christus uocauit eū dicēs,Infer digitū tuū,&c.& Tho.credidit.Dicit gl.Au.q̄ Tho.nolebat tāgere,q̄a iam firmiter credebat statim quādo uidit Christū.Sed dicit beatus Greg.q̄ Christus uoluit oīo q̄ tāgeret loca clauorū,ne de cetero aliqs dubitaret.Et dicebat Tho.Credo Domine.Cui dixit Christ⁹, Quia uidisti me Thoma, credidisti,&c.nō dicit q̄a tetigisti.Dico tibi q̄ beati q̄ nō uiderūt & crediderūt.Patet the.iuxta intellectū historicū & literalē.Modo oportet declarare iuxta īntellectū mysticū & spūalē. Pro quo sciēdū q̄ duo opera sunt in summa p̄ q̄ Christus uenit in creaturā p̄ gratiā.Primo uenit p̄ baptismū.Secūdo p̄ pnīam. Si enim p̄dīt Christus postq̄ uenit p̄ baptismū in creaturā,iterū uenit p̄ pnīam post dies octo.Dico primo q̄ Christus p̄ gratiā uenit in creaturā p̄ baptismū,q̄a ante baptismū Christus nō est in creatura p̄ gratiā,imo dico uobis, q̄ ante baptismū creatura est habitatio demonū. Dic qūo Adam & Eua ex peccato facti sunt captiui diaboli.Sic quādo duo milites in cāpo clauso faciūt duellū,& unus di.Heu me,reddo me tibi, efficīt captiuus alterius, ita inter illos duos milites,s.Adā & diabolū ī cāpo clauso paradisi terrestris fuit duellū,ubi Adā fuit uictus,& reddidit se diabolo p̄ cōsensum.Iō fuit ipe captiuus cū uxore sua.Et est lex talis,q̄ si captiui generāt filios,etiā filij sunt captiui.ita de Adā.Aut.Es.v. Propterea captiuus ductus est populus

Sunt qui dicant Io cē uulnerū tetigisse Thomā, & q̄ aiunt nō tetigisse, credidisse tamen.

pulus meus, i. genus humanū, qa nō habuit sciētiā, & loquitur prophe-
ta in psona Dei. No. qa nō habuit sciētiā, quoniā peccatū Ade uenit ex
desiderio sciētie, quia serpēs dixit, Eritis sicut dij sciētes bonū & malū.
Gen. ij. Patet ergo ꝙ omues erāt captiui diaboli. Quomodo diabolus
expellitur? Respō deo, ꝙ per baptismū. Ideo quādo creatura debet ba-
ptizari, nō pmittit sacerdos ꝙ intret ecclesiā, quousq; est cōiurata uel
exorcizata di. Exorcizo, &c. Exi maledicte diabole. Ex hoc infertur cō
clusio, ꝙ oēs Iudei & infideles sunt demoniaci, qa nō sunt exorcizati.
Ergo i baptismo expellitur, quo expulso & mūdata camera, uenit Chri
stus p gratiā. Ecce primus aduētus Christi in creaturā. Aut. Hic est q ue
nit p aquā & sanguinē Iesus Christus, nō in aqua solum, sed in aqua &
sanguine. j. Io. v. No. p aquā & sanguinē. Si dicatur, Ego fui in baptismo
multoties, & nō uidi sanguinē ibi. Respō deo, ꝙ uirtute sanguinis Chri
sti baptismus habet uirtutē & efficaciam. Aug. Que est tāta uis aque, ut
corpus tāgat, & animā abluat? q. d. sanguis Christi. Sed ecce post baptis
mū quādo peccamus, expellimus a nobis Christū ex immūditiis pec-
catorū, quia non est porcus, ut uelit stare in luto luxurie. Et tūc diaboli
porci inferni redeūt illuc, & Christus recedit, ut ipse dicit, Cū immun-
dus spiritus exierit ab homine, &c. Mat. xij. & Luc. xj. Nota, & fiūt nouis
sima hominis illius peiora prioribus, quia peiora sunt peccata actualia
intēsiue quā originale peccatū, ut dicit sanctus Tho. iij. par. q. j. arti. iiij.
qa plus habet de ratione uolūtarij, licet originale sit maius malū exten
siue. Modus iterū expellēdi diabolū est p cōuersionē penitētialē. Ecce
diuina ꝓuidētia qūo ꝓuidit ut p penitētiā humilē & deuotā cōsciētiā
depurēt & mūdetur, & diabolus expellatur. Ideo Iac. iiij. Resistite dia-
bolo, & fugiet a uobis. Ideo dicit thema, Post dies octo iterum, &c.
Hic octo dies sunt opera penitentialia, quibus completis iterum ue-
nit Christus.

Actuale peccatū est grauius originali, quia pena sensus punitur: originale uero nō ita graue, quia soli pene damni est obnoxium.

Primus dies est peccatorum cognitio,
Secundus cordis contritio,
Tertius oris confessio,
Quartus uite correctio,
Quintus iniuriarum remissio,
Sextus debitorum restitutio,
Septimus fame reparatio,
Octauus eucharistie communio.

De his dicit thema, Post dies octo iterum uenit Iesus. Dico primo ꝙ
primus dies est peccatorum cognitio, quando ex claritate diuine gra-
tie homo cognoscit peccata sua dicendo, O miser ego sum religiosus,
& nō tenui obediētiā, paupertatē, nec castitatē, nec ceremonias nostri
ordinis in uictu & uestitu, & inclinationibus, &c. Ecce primus dies. Idē
de cle

de clericis & laicis. Et possunt dicere post recognitionem cum Apostolo ad Romanos xiij. Nox precessit, dies autem appropinquauit. Secũdus dies est cordis contritio. Quid ualeret cognoscere grauissima peccata, nisi displicerent? Hoc est contra illos qui gloriantur cum malefecerint, &c. Oportet ergo post cognitionem peccatorum, dolere & flere ex contritione, exemplo pueri cadentis in lutum, qui plorat, quia deturpauit tunicam, &c. Sic & tu qui peccatis deturpasti tunicam tuam nouam innocentie, quam pater tuus Christus fecerat tibi in baptismo, quia cecidisti in luto luxurie, uel auaritie, uel gule. Ideo debes flere & accusare teipsum. Iuxta illud Prouerb. vj. Zelus & furor uiri nõ parcet in die uindicte, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Not. Zelus, sicut qui habet pulchrã uxorem uel filiam, est zelotypus, & hoc ex nimio amore, multo magis debet esse zelotypus de anima sua, ne tangatur a demonibus uel peccatis. Furor est illa reprehensio quam homo habet de se ex contritiõe, dicens, O miser, quantum offendi Deum, &c. Tertius dies est oris confessio, ex qua persona cognoscit peccata & dolet, ideo proiiciantur extra, sicut ancilla portat, uel proiicit stercus de camera domini sui per fenestram. Ista scopa cum qua scopatur camera conscientie, est memoria peccatorum. Dauid, Meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopabam spiritũ meum. psal. lxxvj. Ideo proiiciẽda sunt per fenestram oris in sterquilinio cõfessionis. De isto cantatur modo, Hec dies, scilicet confessionis, quam fecit Dominus, exultemus & letemur in ea. Confessio dicitur dies propter claritatem gratie Dei. Et dicitur dies *Domini*, quia Christus ordinauit confessionem, sed Iacobus cũ dicit, Cofitemini alterutrum peccata uestra. Iac. v. Sed hoc est error, qa nec Iacobus nec beatus Petrus poterant ordinare aliquod sacramentum, sed Christus ordinauit septem sacramenta. Sed Iacobus recitat istud. Quia dicit sanctus Tho. in iij. parte. q. lxiiij. art. ad tertium, quod Apostoli & eorum successores sunt uicarij Dei, quantum ad regimen ecclesie, constituti per fidem & fidei sacramenta. Vnde, sicut non licet eis constituere aliam ecclesiam, ita non licet eis tradere aliam fidem neque instituere alia sacramenta, sed per sacramẽta que de latere Christi pendentis in cruce fluxerunt, dicitur esse fabricata ecclesia Christi. Et in corpore articuli dicit, qđ solus Deꝰ est sacramẽtorũ institutor, & admonet ad hoc qđ Christus ordinauit. Ecce quare dicit, Hec est dies quam fecit Dominus, quia ordinauit confessionem, exultemus & letemur in ea, & post confessionem homo remanet letus ualde, quia remanet deoneratus ab onere peccatorum. Quartus dies est uite correctio. Facta confessione oportet corrigere & emendare uitam suam per deuotas oratiões. Et utile est cuilibet mane & sero cogitare, quod uidetis Christum in cathedra sue maiestatis iratum ad uos. Idem de uir-

gine Ma

gine Matia. Item caſtigare carnem, occaſione cuius fiunt omnia peccata, per ieiunia, uel ciliciū, uel diſciplinam. Item facere eleemoſynas aliquas maxime in dominica quando uenietis ad miſſam cogitando, modo ergo uado ad petendum eleemoſynam a Deo. Ideo ut optimā habeam eleemoſynam, dabo etiam eleemoſynam corrigēdo uitam, quia ſi ante eratis ſuperbus, uanus de cetero humiliamini, & ſic de aliis peccatis. De iſto die dicit Apoſtolus, In die, ſcilicet correctionis uite, honeſte ambulemus, non in commeſſationibus & ebrietatibus. ad Rom. xiij. Quintus dies eſt iniuriarum remiſsio, ſcilicet quod uelitis remittere iniurias inimicis, & nolle recipere uindictam, ſed amore Ieſu parcere, dicendo Deo. Domine talis iniuriam mihi intulit, ſed domine maiores iniurias ego feci uobis. Ideo ne uos recipiatis uindictam de me, nolo recipere uindictam, ſed amore ueſtri totum remitto. De iſto die dicit Chriſtus, ſi quis ambulauerit in die non offendit, quia lucem huius mundi uidet. Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non eſt in eo. Ioann. xj. Offendit, ſcilicet cadendo in infernū, quia lux Dei, ſcilicet pax & amicitia nō eſt in eo. Quia quando ille qui non uult remittere moritur, anima que uellet celum ex naturali deſiderio aſcendere, tunc offendit & cadit in infernum. Sextus dies eſt debitorū reſtitutio, ſcilicet quod quilibet qui habet pulchram domum, uel taſſeam debet reſpicere ſi eſt aliquid ibi de furto, rapina, deceptione, retentione iniuſta, aut inuentione, & reſtituere. Benedicta eſt dies talis reſtitutionis. De qua dicit Scriptura, In die enim bona uenimus ad te. j. Reg xxv. Septimus dies eſt fame reparatio. Multi ſunt qui non furarentur bona, nec pecunias, & tamen furantur plus, ſcilicet bonam famam, que ualet plus. Prouerb. xxij. Melius eſt nomen bonum quam di uitie multe. Fama enim bona nobis neceſſaria eſt, & propter nos, & propter alios. Propter nos, quia eſt precipuum bonum inter exteriora bona. Quia facit idoneum ad officia humana, & preſeruat a peccatis. Et propter alios ne ſcandalizentur, & malum exemplum ſumant ad peccandum, ut dicit, ſcilicet Tho. de uerita. q. iij. ar. ij & ſecunda ſecunde. q. lxxiij. art. ij. Sicut enim fur tenetur ad reſtitutionem, ſic qui furatur famam proximi ex malitia, etiam ſi ſit uerū quod dixit, & erat ſecretum, tenetur ad reſtitutionem fame, alias non poterit intrare paradiſum. Sed queritis quomodo reſtituet? Reſpōdeo, quod coram omnibus coram quibus fuiſtis male locuti, tenemini reuocare, dicendo ꝙ non credant, quia malitioſe locuti fuiſtis, & ſi ille qui eſt diffamatus ſcit hoc, oportet etiam ab eo petere ueniam, alias non oportet. De iſto uide ad longum, ſanct. Tho. ſecunda ſecunde. q. lxxiij. ſcilicet per totum. Multi damnantur ex his diffamationibus, quia uerbum tranſit, deinde non curant nec confitentur, nec inde faciunt ſibi cōſcientiam. De iſto die dicit Dauid tropologice. Ordinatione tua perſeuerat dies.

De fame bone reſtitutiōe.

Pſal.

Psal.cxviij.No.perseuerat in tantum, quod si in hoc mundo non restituat famam,uel quia non habet opportunitatem, & moritur cum contritione & proposito petendi ueniam, anima ut interdum contingit, iredit de alio mundo ad petendum ueniam. Vnde nota quod erant duo qui quendam diffamauerunt, & diffamatus & unus diffamans adhuc uiuunt, & unus diffamator obiit, & stetit per aliquod tempus in purgatorio. Et cum exiuit, credidit statim ire ad paradisum. Et dixit Deus, Non intrabis,quia primo habes facere restitutionem fame istius.Et ego scio istud esse uerũ quod anima rediit, quia ego ipse fui per ipsum diffamatus,& a me ueniam petiuit.Quoniam omnia seruiunt tibi quia non solum boni christiani seruiunt Christo,sed etiã bona fama. Quoniam si predicator uel sacerdos sit male fame, nihil appreciatur.Ideo bona fama multum seruit Christo. Octauus dies est eu charistic cõmunio, postquam enim persona cognoscit peccata sua,& conteritur,confitetur,corrigit uitam suam, remittit iniurias, restituit debita,reparauit famam, & finaliter communicat deuote,tunc uerificatur thema post dies octo, id est per octo opera penitentialia predicta,iterum uenit Iesus. De isto die dicit Dauid, Melior est dies una in atriis tuis, id est ecclesiis, ubi est communicandum super millia. Ergo post dies octo iterum uenit Iesus,&c.

Res admiranda & rara.

De eadem dominica. Sermo secundus.

PAx uobis,pax uobis,pax uobis. Ioã.xx. Thema propositum colligitur ex sancto euangelio huius dominice. In quo dicit Christus apostolis ter,Pax uobis. primo cõsolando eos, quia quãdo apparuit eis timuerunt ualde, ut habetur Luc.xxiiij. Tunc consolãdo eos dixit,Pax uobis.Ego sum,nolite timere.Secũdo dixit eis,Pax uobis,exaltãdo eos, faciẽdo eos suos legatos dicẽs, pax uobis.Sicut misit me pater,& ego mitto uos.Tertio dixit eis, Pax uobis ad firmandum eos. Quoniam quidã eorum non erant bene firmi in credentia,ideo dixit eis, Pax uobis.Beati qui non uiderunt & crediderunt.Ecce unũ colligitur thema. Et quia Christus ter dixit,Pax uobis, innuitur quod triplex pax est nobis necessaria in hoc mundo:si uolumus uenire ad patrem glorie.

Prima est pax interior,scilicet cum seipso,
Secunda est pax exterior,scilicet cum proximo,
Tertia est pax superior,scilicet cum Deo.

Et pro qualibet dicit thema, Pax uobis, &c. Dico primo ꝙ prima pax uobis in hoc mundo necessaria,est pax interior,s.cũ seipso.Si dicatur, & habet guerram cum seipso,respondeo,ꝙ omnes. Vnde guerra naturalis est in quolibet homine,s.inter corpus & spiritũ, siue inter carnẽ & aiam. Quia quicquid placet uni, displicet alteri. Anima enim de sua natura semp uellet contẽplari Deũ, quia est de substãtia spũali ut

angelus

angelus. Sed caro quia de terra eſt,ut dicitur Gene.ij. Formauit Deus hominē de limo terre,& inſpirauit in faciem eius ſpiraculū uite. Ideo trahit animam & inclinat ad terram,ad uilitates,& corruptiones. Anima trahit ſurſum,& caro deorſum. Ecce guerra in hoīe. Vultis iſtā guerram bene intelligere,cogitate,ille qui torturatur in quali guerra eſt & tribulatione,quādo ſurſum trahitur chorda,deorſum lapide,nōne uidetur uobis q̄ eſt ibi guerra? Talis guerra eſt in quolibet hoīe,trahitur ſurſum chorda cōditionis naturalis anime, deorſum uero ponderе carnis ad terrena inclinātis. Ecce guerra in ſcriptura. Corpus quod corrumpitur aggrauat animā, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Sap.ix. Verbi gratia. Si incipitis orare,anima aſcendit contēplando, ſed ſtatim corpus trahit eam inferius ad cogitādum de coquina, uel de taberna. Ideo deprimit ſenſum,id eſt ſpiritū multa cogitantē. De iſta guerra dicit Apoſtolus, Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,ſpiritus autem aduerſus carnem, hec enim ſibiinuicē aduerſantur,ut non quecūque uultis illa faciatis,ad Gal.v. Modo uideamus & reſpiciamus nos in iſta tam forti guerra quomodo fiat pax. Dico q̄ uno duorū modorū. Vel quod anima ſubiiciatur corpori, iſte modus eſt malus reprobatus & indecēs,ac ſi domina dom⁹ nobilis & prudēs ſubiiceretur captiue fatue,cum qua haberet guerram, talis domus nō eſſet bene ordinata. Sic in domo corporis nobilis domina & prudens filia creatoris eſt anima. Ancilla & fatua de ſe,& fetida & immunda eſt caro. O quam fetida eſt caro,quilibet qui aduertit, bene ſcit licet pluries modo lateat,publicabitur tamen finaliter. Nota de domicella Pariſienſi, que noluit deponere cornua de capite propter admonitionē mariti,qui tandem depoſuit ſibi uiolenter, & tunc apparuit caput ſcabioſum, ita, &c. Ideo non eſſet bona pax,ſi anima ſubiiceretur carni. Ber. Non decet dominam ancillari, nec ancillam dominari. Alius modus faciendi iſtam pacem eſt quod ancilla, ſcilicet caro humilietur & ſubiiciatur domine,ſcilicet anime. Et fit hoc per penitētiā. Ecce quare eſt neceſſaria penitentia. Quia ſicut equus pinguis & laſciuiens humiliatur,quādo ſibi amouetur annona,ita & corpus, amouēdo ſibi annonā,&c. Iſto mō ancilla ſubiiciē domine. Et hoc mō ſancti patres noſtri Dominic⁹ S. Tho. & S. Petr. Frāciſ. Bened. Bernard. Aug. &c. ſubiiciebāt carnē aīe,& habebant pacē ſecum. Et hunc modū ponit Aug. di. Carnē ueſtrā domate ieiuniis & abſtinētia eſce & pot⁹, quātū ualetudo p̄mittit. No. domate,nō dicit occidite. Ideo diſcrete fiat abſtinētia. Iō dicit notāter. Aug. Quātū ualetudo p̄mittit, quilibet ſcit quātū poteſt portare animal ſuū,nec ultra ſibi imponeret,quia p̄deret animal. Idē de corpore. Quilibet debet cogitare,& attendere fortitudinem ſuam & longitudinē uite,ſ. quātū p̄ot uidere,&c. De iſta pace dicit ſcriptura, Pacē habeat tabernaculum tuū,& uiſitās ſpeciē tuā,non peccabis. Iob v. Et conſeq

conſequenter dicit idem Iob, Et ſcies quoniam multiplex erit ſemen tuum,& progenies tua quaſi herba terre. Ingredieris in abundantia ſepulchrum,ſicut infertur aceruus tritici in tempore ſuo. Ecce hoc ut inueſtigauimus ita eſt,quod auditum mente pertracta. Nota tabernaculum tuum,id eſt perſonam tuam. Et uiſitans ſpeciem tuam,ſcilicet animam, non peccabis,ſcilicet defendendo partem anime. Sed oppoſitū faciūt multi,qui in iſta guerra fouent, & iuuant carnem contra animā. Nota ad hoc ſimilitudinem de illo rege qui habebat filiam ualde dilectam ſibi. Qui uolens ire ultra mare ad uiſitandum loca ſancta,commiſit filiam ſuam uni militi, promittens ſibi facere magnum honorem ſi filie ſue ſeruiret bene, & ipſam cuſtodiret, qui dedit etiam ſibi ancillā ſeruitricem. Poſt receſſum regis miles adamauit ancillam,intantum ꝙ nō curabat de filia,imo ibat nuda,diſcalciata & improuiſa,&c. Et flēs diſcebat militi,Nūquid ego filia regis ſum? quomodo hoc faceré? &c. Ad quam dicebat ancilla. Si uis diligi a milite, conſentias ſibi corpus tuum. Que omnino contradicebat. Sed finaliter uicta tedio conſenſit ſibi. Sed quando uenit rex pater eius, ipſum militem, ancillam & filiā meretricem proiecit in ignem ad comburendum. Rex iſte eſt Dominus Ieſus Chriſtus. Apoc.xix. Rex regum & Dominus dominantium. Filia huius regis eſt anima,quia in illa nihil agunt parentes, ſed ſolus Deus creat ipſam ad imaginem ſuam, cum tanta pulchritudine quod mirum eſt,&c. Ancilla eſt caro. Rex autem Ieſus transfretauit in die aſcenſionis ad illam Ieruſalē que ſurſum eſt,ad Gala.iiij. Miles cui Deus commiſit filiam ſuam, ſcilicet animam eſt quilibet noſtrum cui dicit Deus, Cuſtodi temetipſum,& animam tuam ſolicite. Deute.iiij. Sed ſi adamatis ancillam,id eſt carnem, quia pro ipſa paratis magnas eſcas, gallinas,&c. quia illud non eſt cibus anime. Item expenditis in ueſtibus totū pro ancilla dimittendo filiam nudam,quia ueſtes anime ſunt uirtutes. Item paratis bonum lectum pro ancilla, non curando filiam, quia lecti anime ſunt Chriſti uulnera,ubi contemplando quieſcit. Idē de equis,ſcutiferis & aliis. Et filia regis eſurit,quia cibi eius ſunt uerba Dei,miſſe,ſermones. Matt.iij. Non in ſolo pane uiuit homo,ſed in omni uerbo quod procedit de ore Dei. Et moritur fame. Finaliter ancilla dicit anime ut conſentiat,& uicta tedio cōſentit,& ſimul faciunt multa mala & peccata. Sed quando uenit Chriſtus, ſcilicet in iudicio particulari, uel uniuerſali, quid faciet rex? Dico quod totum ſimul proiiciet in infernum, quia talis pax multum diſplicet Deo, iuxta illud Dauid in perſona Dei, Zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum,ſcilicet hominis cum ancilla & filia,quam corrumpit,uidens, Pſal.lxxij. Non eſt reſpectus,ſcilicet miſericordie,nec firmamētum in plaga eorum, quia in eternum ardebunt. Ideo neceſſaria eſt interior pax,ut caro ſubiiciatur anime. De qua dicit thema. Secunda pax neceſſaria ad ſaluationem

eſt pax

est pax exterior. s. cū proximo. Primo debēt habere pacē Domini cum uasallis ipsos defendendo, & nihil aliud preter suos reditus ab eis recipiendo, & in pace & iustitia eos cōseruādo. Et uasalli cum dominis eis obediēdo & fidelitatē seruando. Itē diuites debēt habere pacem cum pauperibus, ipsis dando uel mutuando sine usura, & ecōuerso pauperes diuitibus seruiendo, dietam cōpletam faciendo, alias nō debent recipere salarium. Itē debet esse pax inter sanos & infirmos. Sani infirmis seruiendo, & ecōuerso infirmi patientur sustinendo. Itē inter uirū & uxorem sibiinuicē fidelitatem seruando, quia alias non est pax. Item inter filios & parentes honorando corde, ore, & opere & iuuando, & ecōuerso parentes filiis prouidendo, nutriendo, & instruēdo, maxime quādo sunt parui ne iurent, ne mentiantur, ne furentur aliquid, ut ore cōfiteantur & cōmunicent. Itē cum inimicis nolendo uindictā, sed cōmittendo totū Deo. Ratio, quia nullus quantumcūq; esset audax in palatio regis presente rege reciperet uindictam, licet dicat in corde. O si istū inuenirem extra. Si totus mundus est domus Dei. Baruch. iij. O Israel, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius. Et oēs sumus intra suum palatiū & in presentia sua. Ideo in hoc mūdo debemus habere pacem cū inimicis. Sed quando inuenis inimicum tuū extra. s. in inferno, tunc audacter recipias uindictam, quia tunc incipiet tēpus rixe, sed nūc dimitte totū, & nō aufer ei uerbum, sed ei loqui debes & salutare, &c. Itē habere pacem cū omnibus, nihil ab eis recipiēdo, nec etiam fructus. Ratio, quia nō placet patri, ex quo dedit partem filiis, ꝙ unus recipiat partē alterius. Sic Deus diuisit omnia bona huius mundi, & uni dedit multū, alteri parū, ut sibi placet. Ideo sitis cōtenti, quia ipse diuisit & precipit nō tangere partem alterius. Ideo furtum est peccatū mortale, quia est cōtra ordinationem Dei. Ideo Apostolus ad Ephe. iiij. Qui furabatur iam nō furetur, magis autē laboret operando manibus suis, quod bonū est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Itē nō diffamare aliū. de ista dicit scriptura sancta. Soliciti seruare unitatē spūs in uinculo pacis. Vnū corpus & unus spiritus sicuti uocati estis in una spe uocationis uestre. Ad Ephe. iiij. Nota soliciti, nō dicit dispositi. Quidā sunt dispositi ad faciendū pacem cum proximo, sed nō sunt soliciti dicēdo si petat ueniam, & faciat emendā, uel si aliquis Dominus interponat se, uel prelatus amore sui, parcam, alias non. Tales dispositi sunt, sed nō sunt soliciti, quia nō curant de pace. O quātū bonū perdit talis. Sic quādo anima talis uenit corā Christo ad iudiciū, & Christus ostēdit sibi uulnera di. Ecce quid feci pro te, uideamus quid tu feciſti ꝓ me. Si uellet dicere anima, Domine, remisi mortem patris, &c. Et Christus, Amore cuius, &c. Ideo quando aliquis Dominus dicit alicui homini, Amore mei faciatis pacē: quia ego do uobis, &c. Debet talis respōdere, Plus uolo ego remittere sibi amore Christi, quā uestri,

quia consequi regnum suum ex hoc uolo, quod non possetis mihi dare, sed Christus. Ideo non amore uestri, sed amore domini nostri Iesu Christi ego remitto, & facio pacem. Et tali anime dicet Christus in iudicio. Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã, intra in gaudium domini tui. Ma. xxv. Ideo Dauid cõcordans cum apostolo, Psal. xxxiij. dicit, Quis est homo qui uult uitã, scilicet eternã &c. Respondet ipsemet di. Inquire pacẽ & persequere eam. Ecce solicitudo. Non expectes ꝙ inimicus ueniat ad te, uel ꝙ aliquis dominus te roget, & persequere eam. Continue quere pacẽ quousque habeatur. Nota nunc corpus, scilicet christianitatis, in quo multa sunt membra. Caput est Christus, ad Eph. iiij. Oculi sunt contẽplatiui, aures sunt iudices temporales & confessores. Nares sunt deuoti sentientes odorẽ Christi uirtutũ & sanctorum. Os quantum ad officium loquẽdi sunt prædicatores. Quantũ ad officium comedẽdi sunt sacerdotes qui recipiũt escas corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi. Brachia sunt milites. Vterus burgenses & diuites. Tibie sunt Christi laboratores, qui portant onus. Auto. ad Rom. xij. Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autẽ membra non eundẽ actum habent, ita multi unũ corpus sumus in Christo, singuli autẽ alter alterius membra &c. Et quandiu membra corporis sunt cõiuncta & unita, ibi manet spiritus, secus quando sunt diuisa. Ista est ratio quare omnes esse debem⁹ uniti, quia sic manet in nobis spiritus qui uiuificat. Ideo si uolumus ad pacẽ glorie peruenire, habeamus hic pacem. Quoniã deus in paradiso non uult aliquẽ brigosum, imo si aliquem uellet intrare, diceret. Nolo quia tu poneres hic guerram. Ideo Apostolus ad Heb. xij. Pacem sequamini cum omnib⁹ & sanctimoniã, sine qua nemo uidebit Deum. Tertia pars, nobis necessaria est pax superiorum, scilicet cum deo, que pax est facienda & habenda ad instar uasallorũ qui habent pacẽ cum domino si sunt sibi obedientes. Idẽ de nobis erga deũ seruando sua precepta. Et sicut prima pax habetur per penitentiam, secunda per amicitiã, sic hæc tertia habetur per obedientiã. Autori. Acquiesce ei, & habebo pacẽ cum eo, & per hec habebis fruct⁹ optimos. Iob. xxij. Acquiescit hõ corde per fidelitatẽ deo, non frangẽdo iuramentum ꝙ facimus in baptismo. Dicmodũ. Frangitur autẽ fides huius homagij, quando hõ recurrit ad diuinos, &c. ut ꝓditor, quia in suis necessitatibus nõ debet recurrere ad diuinos. Pax autẽ seruatur, quãdo homo tenet fidelitatem ꝓmissam sibi. Secundo ore loquendo de eo cũ honore & reuerentia. Contra hanc faciunt iuratores & blasphemi, quando emendo uel uendendo iurant falsẽ. Ideo ipse defendit se mittendo lapides & tẽpestates, & quando creditis colligere bladum & uinum, nihil est, &c. quia ipse uastat totum. Ideo non debetis iurare, sed per aduerbia affirmare. Tertio habetur pax cum deo in opere soluendo sibi reditus, alias uasalli

ſalli non haberent pacem cum dominis ſuis. Deus autem ſibi retinuit reditus de fructibus, decimas & primitias, ideo ſoluere debetis. Item de tẽpore quod currit per ſeptem dies retinuit ſibi unam diem, ſcilicet dominicã. Ideo ſoluere debetis, non tangere partem ſuam, faciendo aliquod opus temporale &c. ſed ſpirituale, audire miſſam cum ſilentio, ſermones, &c. Et dicit q̃ per hoc habebitis fructus optimos. Boni fructus ſunt abundantia bonorũ temporaliũ que dantur a deo. Meliores fructus ſunt bona ſpiritualia, ſcilicet remiſſio peccatorũ, gratia dei. ſanctitas & huiuſmodi. Sed optimi fructus ſunt fructus glorie qui dantur illis qui habent deum. Ideo Dauid, Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis, ſcilicet ut ſimus ſibi obedientes, quia iſta eſt uirtus ſua. Deo gratias.

De eadem Dominica. Sermo. iij.

VEnit ianuis clauſis, & ſtetit in medio. Ioan. xx. Sermo noſter erit de gloria corporis domini noſtri Ieſu Chriſti poſt reſurrectionem. Materia erit alta in theologia. Sed primo ſalutetur uirgo Maria. Pro huius uerbi declaratione & materie predicande introductione ſciendũ eſt, q̃ cõmunis doctrina eſt theologie, quòd domin⁹ noſter Ieſus Chriſt⁹ diuerſimode habuit, & recepit gloriam anime & corporis, quia in uno tẽpore recepit gloriã anime, & alio, gloriam corporis. In conceptione enim quando uirgo Maria dixit angelo, Ecce ancilla domini, fiat mihi, &c. in ultimo uerbo, ſcilicet tuum, anima Chriſti tunc habuit & recepit tantam gloriam a deo quantam habet nunc in celo. Ratio, quia anima Chriſti ex unione diuinitatis habuit & recepit ineſtimabilẽ claritatem gratie & glorie. Sicut ſi cryſtallus uniretur ſoli, maximã in ſe reciperet claritatem. Ita de anima Chriſti cum diuinitate unita. Ideo Ioannes dicit, Vidimus gloriam eius gloriam quaſi unigeniti a patre. Io. j. Videbant gloriam anime Chriſti intellectualiter, quia per opera Chriſti miraculoſa, uidebant in Chriſto diuinitatem. Sed corpus Chriſti non fuit glorioſum, quando fuit formatum, licet eſſet ſanctum & purum, imo fuit paſsibile & mortale uſq; ad reſurrectionẽ pro noſtra redemptione, quia aliter non fuiſſet paſsibile, ideo uoluit quòd eius corpus non haberet gloriam uſq; poſt reſurrectionem. Patet ergo quod diuerſimode Chriſtus habuit gloriam in anima & corpore. De gloria corporis. Lu. xxiiij. Nonne hec oportuit pati Chriſtum, & ita, &c. Gloria autem corporis oſtenditur ſubtiliter in themate cum dicitur, Venit Ieſus ianuis clauſis, &c. Dicit autem Apoſtolus. j. Cor. xv. & gloſa, & doctores etiam ponunt hoc quod gloria corporis glorioſi conſiſtit in quatuor excellentiis. Et omnes oſtenduntur in themate.

Prima eſt agilitas uigoroſa, ibi, Venit Ieſus.

Secunda ſubtilitas uirtuoſa, ibi, ianuis clauſis.

Tertia impaſsibilitas rigoroſa, ibi, ſtetit,
Quarta claritas glorioſa, ibi in medio.

Prima ergo excellentia corporis glorioſi eſt agilitas uigoroſa, quia ſubito, id eſt imperceptibili tẽpore, nõ autem in inſtanti de uno loco uenit ad alium ſicut uult. Magna eſt agilitas equorum cutrentiũ, maior autem uolucrũ & auium uolantiũ, & maior ſagittarũ. Et adhuc maior eſt agilitas, & leuitas ſolis, qui ſubito, id eſt imperceptibili ſiue paruo tempore tranſit magnũ ſpatium, ſed pre omnibus maior eſt agilitas corporis glorioſi. Ratio, quia ſol in ſuo curſu indiget multis horis, ſed corp⁹ glorioſum ſubito tranſit, & uadit de oriente in occidẽtem, nec indiget una hora. Dicatur quomodo imaginatio ſubito uadit quo uult, & in puncto, ſic & corpus glorioſum ex excellentia agilitatis corporis glorioſi. Et ponitur ab apoſtolo, j. Cor. xv. Sic erit reſurrectio mortuorũ. Seminatur corpus in infirmitate, ſurget in uirtute. Nota ſeminatur. ſ. in ſepultura. Sepelire uocat apoſtolus ſeminare, quia ſicut granum ſeminatur ut faciat fructũ, ita ſeminatur corpus ut reſurgat glorioſum. Iſta excellentia corporis glorioſi tangitur in themate, cum dicitur. Venit Ieſus. Et unde uenit? de paradiſo terreſtri. Quoniam doctrina eſt cõmunis, quod Chriſtus poſt reſurrectionem ſtetit cũ ſanctis patribus in paradiſo terreſtri uſq; ad diẽ aſcenſionis. De hoc dicatur ratio & authoritas. Ratio eſt iſta, quia ſecundũ Philoſ. locus & locatum debent proportionari, & quia Chriſtus poſt reſurrectionem habuit corpus glorioſum & impaſsibile, cõueniẽs ergo fuit quod ſtetit in excelſiori loco huius mundi. Igitur uenit Ieſus, ſcilicet de paradiſo terreſtri ad diſcipulos in Ieruſalem ſubito. Authoritas. Dauid in perſona Chriſti, Quo ibo a ſpiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Si aſcendero in celum, tu illic es, ſi deſcendero ad infernum, ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua, &c. Pſal. cxxviij. Verbum eſt Chriſti apud Deum patrẽ de glorioſa ſua reſurrectione. No. ſi ſumpſero pẽnas meas. Chriſtus in ſua reſurrectione recepit duas alas. Dexteram. ſ. animã ſanctiſsimã, & ſiniſtrã. ſ. corpus glorioſum & impaſsibile. Patet ergo ratione & authoritate quod Chriſtus poſt ſuam reſurrectionem ſtetit in paradiſo terreſtri. Ideo cum dicitur, Venit Ieſus, oſtenditur eius agilitas uigoroſa, quia in puncto, hoc eſt in paruo & imperceptibili tempore ueniebat de tanta diſtãtia. Moraliter autem hanc uirtutem poſſumus habere nos merito diligentie ſpiritualis in bonis operibus, Verbi gratia, Religioſus qui cum diligẽtia ſeruat ea ad que tenetur, hic talis merito huius uirtutis cõſequetur agilitatẽ corporis poſt diẽ iudicij. Idẽ de preſbytero q cũ diligẽtia dicit officiũ ſuũ, ſurgit ad matutinas, & cũ diligentia cõfitetur & dicit miſſam ſuã, & diligẽter ꝓcurat ſalutẽ animarũ, &c. Idẽ de laicis q diligẽter exercẽt officiũ ſuũ, q habẽt officiũ iudicãdi ut

Locus quẽ Chriſtus una cum ſanctis patribus a reſurrectione ad aſcẽſionẽ uſque in celum.

iudi

judices, assessores, procuratores, notarij, nō dilatando questiones, nec ꝓtrahendo sententiā, tales merito huius diligētie cōsequenter excellentiā agilitatis. Idē de aliis, si diligētes sint in orādo mane & sero, & cū diligētia ueniūt ad missam in dominica. Itē cōfitentur ꝓ tēpore & cōmunicāt cū diligētia. & dāt eleemosynas pauperi, uel dāt cōgeriū sibi, & nō faciunt ipsum expectare, merito huius cōsequentur excellentiam agilitatis in die iudicij. Ideo dicit scriptura, Cōfortamini & agite diligēter, & erit Dominus uobiscū in bonis. ij. Paral. xix. ibidē paulo ante. Sit timor Domini uobiscū: & cum diligētia cuncta facite. Per oppositum, quando homo est negligēs in operibus spiritualibus, ut religiosus, &c. uel presbyter & iurista &c. & laici licet in die iudicij suscitētur, tamen corpora eorū erunt grauia & pōderosa, quod ad eundū mediam leucā indigerent tota die, ibunt ut ligati, &c. & hoc propter eorū negligentiam quam habuerunt. Ideo dicit scriptura Hiere. xlviij. Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter. Secunda excellentia corporis glorioſi est subtilitas uirtuosa, quia nihil eo subtilius. Subtilis est aer uel uentꝰ transiens per parua foramina, subtilior est lux que trāsit per fenestram uitream, per quā nō potest uentus transire, sed adhuc subtilior est uox hominis, uel sonus cāpane, quam uos auditis in camera & ianuis clausis intrat eo. Pre omnibꝰ his subtilius est corpus glorioſum. Quia licet sit uerum corpus, tanta est tamen eius subtilitas quod etiam de capsa ferrea exiret si in ea clauderetur, sine eius apertura, cum tamē inde nō posset exire uentus nec lux, nec aqua nec uox. Hec excellentia subtilitatis ponitur j. ad Cor. xv. Sic erit resurrectio mortuorum. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale, quia habet cōditiones spiritus. Hoc ostenditur de corpore Christi glorioſo cū dicitur, ianuis clausis, scilicet, intrauit ad discipulos. Die quomodo discipuli timore Iudeorū erant in cenaculo ianuis clausis. Io. xx. cū fores essent clause. &c. Sicut enim exiuit uterū uirginis sine fractura & exiuit de monumento sine eius apertura: ita intrauit ad discipulos ianuis clausis. Moraliter. istam excellentiā subtilitatis possumus nos habere merito abstinentie corporalis, scilicet abstinendo a nimio cibo & potu, & a delectationibus, quia persona abstinens attenuatur, & subtiliatur in corpore. O quam bonum est in hoc mundo attenuari, ut in die iudicii resurgamus cum illa excellentia subtilitatis. Ideo dixit Christus, Attendite uobis ne forte grauentur corda uestra in crapula & ebrietate. Luc. xxi Per oppositum persone qui nolunt abstinere a superfluitate cibi & potus, deliciarum, nec ieiunant ieiunia ecclesie, in resurrectione erunt corpora eorū ita grossa quod uix poterunt se mouere & cum magna uiolentia aer permittet eos trāsire. De illis dicit Apostolus, Quorū deus uenter est, ad Phil. iii. quia sicut deberēt seruire deo, sic seruiunt uentri. Tertia excellētia corporis glorioſi est impassibilitas rigorosa, quia nō pote-

runt pati de cetero aliquod malū seu dolorem, & erūt semper in etate triginta annorū, in qua omnes resurgem⁹, tam senes quam iuuenes, ac etiam pueri in utero matris mortui resurgent in etate triginta annorū, nec seneſcent, & erimus impassibiles. Sicut radius solis nō potest scindi gladio, nec submergi aqua, nec comburi igne, nec etiā coinquinari turpitudine. Sic nec corpus glorioſum ense potest scindi, nec aqua submergi, etiam si descenderet in profundū maris, nec igne potest comburi, nec etiā ignis inferni potest sibi nocere, si uult illuc intrate ad uidendum dānatos, nec ignis, nec demones possunt sibi nocere uel aliquod facere tedium, nec aliqua immūditia potest coinquinari. De hoc dicit sacra scriptura, Sic erit resurrectio mortuorū. Seminatur corpus in corruptione, surget in incorruptione. j. Cor. xv. Hec excellētia ostenditur de Christo, cum dicitur Stetit. Nos in hoc mundo nō stamus, sed continue fluimus, sicut aqua continue fluit per fluuen usq; ad mare, sic nos omnes cōtinue uadimus in mare amare mortis. ij. Re. xiiij. Omnes morimur & quasi aque dilabimur in terrā que non reuertuntur. Corpus uero glorioſum fluit cōtinue impassibiliter. Ideo de corpore Christi glorioſo dicit, Stetit. Authoritas allegorice, Deus stetit in synagoga deorum, id est angelorum. psalmo lxxxj. Moraliter istam excellentiam impassibilitatis possumus nos habere, scilicet merito patientie, quod aufert sentimentum doloris & passibilitatis. Nam qui uere est patiens, non sentit iniurias, sicut impatiens qui statim ascendit ad quintam. Si occiditur amicus patientis dicit, Fecit Deus hoc. Sicut dixit Iob speculum sapientie post tot iniurias sibi illatas ab inimicis, Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedictum. Iob j. Patiens semper dicit, Deus fecit hoc & non talis, quia solum fuit minister. Ideo dicit Scriptura sacra, Patiētia uobis necessaria est ut uoluntatē Dei facientes reportetis promissionem, ad Heb. x. Nota promissionem, ſ. huius excellentie impassibilitatis. Omnia mala pene sunt a Deo, ideo nō impatiēter debemus sentire. Mala autē culpe sunt a nobis. Per oppositū impatientes, qui de nihilo statim, ascendunt ad quintam, resurgent in iudicio, nō tamen impassibiles, sed passibiles, quia totum corpus erit plenum doloribus a capite usq; ad pedes. Et nihil corporis erit impassibile, & quilibet eorum dicet, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? ad Rom. vij. Quarta excellentia corporis glorioſi est claritas glorioſa. Nō solum erit corpus agile, subtile & impassibile, imo etiam erit ita clarū, q; in mūdo nihil est ita clarū, nec stelle, nec luna, nec sol. Clarum est uitrū, clarius crystallū, adhuc clarior est ignis, sed sol est clarior. Omnes doctores dicunt, q; septies erit clarius sole corpus glorioſum. Ex hoc sequit, quod si Deus loco solis poneret corpus glorioſum, magis mūdū illuminaret quā sol. Vnde si nos possem⁹ uidere unū corpus

glorio

glorioſum, nollemus comedere nec bibere, &c. De iſta excellẽtia dicit ſcriptura ſancta, Sic erit reſurrectio mortuorum. Seminatur corpus in ignobilitate, ſurget in gloria. j. ad Corin. xv. Hec excellentia oſtenditur de Chriſti corpore glorioſo cum dicitur, In medio. Dicunt aſtrologi, quod ſol eſt in medio planetarum.

Septem planete.

Primus eſt Luna,
Secundus Mercurius,
Tertius Venus,
Quartus eſt Sol,
Quintus eſt Mars,
Sextus Iupiter,
Septimus Saturnus.

Sol igitur eſt in medio planetarum qui illuminat omnes alios planetas. Ita & Chriſtus in medio diſcipulorũ. Ideo cũ dicitur in themate, in medio, notatur claritas corporis Chriſti glorioſi. Eſt tamẽ in uolũtate corporis Chriſti glorioſi oſtẽdere ſuã claritatẽ quãdo uult, alias nõ uideẽt. Ideo quãdo Chriſtus apparebat apoſtolis nõ uidebãt ſuã claritatẽ. De iſta dicit ſcriptura, Tũc fulgebũt iuſti ſicut ſol in regno patris eorũ. Mat. xiij. Moraliter, iſta excellẽtia claritatis habẽt merito caſtitatis. Clara & pulchra eſt pſona caſta, ſiue ſit religioſus, ſiue clericus, &c. Autho. O quã pulchra eſt caſta generatio cũ claritate, alias charitate. Sap. iiij. No. cũ charitate, qa qdã ſunt caſti cũ timore, ſ. diffamationis, ut multi religioſi clerici & mulieres timore periculi, ſed habẽt deſideriũ, talis caſtitas nihil ualet. Sed quãdo ſunt caſti amore Chriſti dicẽdo, Sicut uos Domine q nũ quã guſtaſtis de illo, &c. amore mei, ſic nec ego uolo guſtare amore ueſtri. Talis caſtitas dicitur cũ charitate eſſe & deuotione. Per oppoſitũ pſona luxurioſa eſt ita uilis, & reſurget in iudicio, ſed ita immũda & fetida, ꝙ ſi modo nos uiderem⁹ unũ corp⁹ tale, ſtatim moreremur. No. hic miraculũ de malo quodã homine q habebat bonã uxorẽ & deuotã, que inducebat uirũ ſuũ ad cõfeſsionẽ, nec uolebat ſe continere a ſuis ribaldariis. Ipſa tamẽ cõtinue orabat ꝓ eo di. Dñe ex quo ego nõ poſſum corrigere, uos Domine faciatis ne dãneẽ. Accidit ſemel ꝙ ipſe ueniebat de lupanari & a Deo mutata eſt facies eius ĩ turpiſsimã figurã & horribilẽ, intãtũ ꝙ uxor ianuis clauſis aſcẽdit ad feneſtrã nolẽs ſibi aperire. & omnes de uico fugiebãt eius aſpectũ ac ſi demonem uiderent. Qui de hoc admirans trãſiuit per domũ barbitõſoris, & in ſpeculo uidit ſuã horribilẽ formã, & etiã terruit ſeipſum, q ſtarim iuit ad curatũ ut cõfiteretur, & curatus fugiebat. Sed pcipiẽs ad uocẽ clamoris eũ eſſe ſuũ ſubditũ, cõfeſsionẽ eius audiuit. Et cõfeſſus recuperauit priſtinã formã. In hoc oſtendebatur qualẽ faciẽ debẽt habere damnati, intantum quod nullus poterit ſuſtinere eorũ aſpectũ. Ideo cauete a corruptionibus & a cõcubinis, &c. De qbus Dauid, Corrupti

sunt,& abominabiles facti sunt,&c.Psal.xiiij. De istis dotibus quatuor uide sanctum Tho.ad longum in iiij.dist.xliij.

De eadem Dominica, Sermo iij.



Stendit eis manus & latus. Ioan.xx. Hoc uerbum dat mihi motiuum & rationem predicandi de quadam materia ualde utili & deuota,scilicet de quinq; plagis Christi.Si placet Deo erit materia magne consolationis animarum nostrarum.Sed primo salutetur uirgo Maria.Doctrina est generalis & certa in sacra theologia,quod quando Christus surrexit in die resurrectionis de morte ad uitam glorioſus in corpore & anima,uoluit resurgere cum quinq; plagis,quas etiã retineret & retinebit eternaliter. Non tamen intelligatis uos quod Christus habet manus & pedes perforatos, nec latus perforatum sicut habuit in cruce,imo perfecte fuit curatus gloria resurrectionis & impassibilitatis. De hoc Dauid in persona Christi dicit,Domine Deus clamaui ad te,& sanasti me.Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me a descendentibus in lacum.Psal.xxix.Sed remanserunt signa illarum plagarum sicut curato uulnere a perito medico,remanet tamen signum. Sic in Christo post resurrectionem remanserunt signa plagarum, non cum aliqua deformitate,seu turpitudine,sed resplẽdentia ad instar stellarum,& uulnus lateris ad instar medie lune, & ineternũ retinebit ista signa.Ego amore uestri quesiui quare,& inueni sex rationes cõfirmatas authoritatibus sacre scripture ueteris & noui testamenti, quare Christus uult signa plagarũ in suo corpore glorioso retinere, scilicet,

Prima propter confirmationem de credentia,
Secunda propter demonstrationem de beneuolentia,
Tertia propter commemorationem de uictoria,
Quarta propter impetrationem de uenia,
Quinta propter manifestationem de iustitia,
Sexta propter informationem de penitentia.

Vel sic & breuius,Propter fidei confirmationem,Victorie commemorationem,Venie impetrationem,Iustitie manifestationem,Penitentie informationem.His sex rationibus uoluit Christus resurgere cũ signis quinq; plagarum.Et de prima loquitur thema dicens, Ostendit eis manus & latus & etiam pedes.Luc.ulti.scilicet propter confirmationẽ credentie discipulorum incredulorum.Patet thema,Dico primo,quod prima ratio quare Christus uoluit resurgere cum signis plagarũ,fuit propter cõfirmationem de credentia,ut fides & credentia esset confirmata in apostolis,& consequenter in nobis.Hoc declaratur sic, Inter omnes articulos fidei maioris difficultatis fuit ad credendum articulus resurrectionis,quam alij articuli.Nota,non solum infideles Pagani, & Philosophi non potuerunt credere hunc articulum,imo etiã nec apo-

stoli.

ſtoli. Ratio, quoniam regula eſt philoſophie, quia a pura priuatione non eſt regreſſus ad habitum, ſcilicet naturalem, quoniam cecus nullo poſſe naturali poteſt reduci ad habitum ut uideat, nec ſurdus ad auditum, nec mutus ad loquendum. Modo maior priuatio que poteſt eſſe eſt mors, quia per ipſam priuatur homo non ſolum uiſu uel auditu, ſed etiam omnibus ſenſibus. Si ergo a priuatione cecitatis non eſt regreſſus ad habitum, multo minus a pura priuatione omnium ſenſuum, &c. Ideo legitur de Apoſtolo Paulo in Actibus Apoſtolorum, quod predicando iuit in Greciam ad predicandum in ciuitate Athenienſium, ubi erat tunc maximum ſtudium philoſophorum, qui patienter & cum magno ſilentio audierunt Apoſtolum, quouſque uentum fuit ad articulū reſurrectionis, tunc quidam dixerunt, Quid uult ſeminator uerborum hic dicere? Alij uero dicebant, Nouorum demoniorum uidetur annuntiator eſſe, quia Ieſum & reſurrectionem annuntiauit eis. Act. xvij. Vnde nō ſolum philoſophi nō poterant credere Chriſti reſurrectionem, imo etiam nec apoſtoli Chriſti. Luc. xxiiij. legitur quod tres Marie regreſſe a monumento, nuntiauerunt apoſtolis quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis. Et uiſa ſunt ante illos quaſi deliramentū uerba iſta, & nō crediderunt illis, intantum quod Thomas apoſtolus qui nō fuit cū aliis apoſtolis quādo eis apparuit Ieſus, quādo dixerunt ſibi apoſtoli, Vidimus Dominū. Io. xx. Reſpōdit Thomas, uultis me deludere. Niſi uidero in manibus eius fixurā clauorū, & mittam digitū meū in locū clauorum, & mittā manum meā in latus eius, nō credam. Quādo erat in cruce & Iudei ſibi promittebant q̄ cōuerterentur, ſi deſcēderet de cruce & nō potuit deſcendere, & quod modo ſurrexit nō credo. Ideo Mar. ul. Nouiſsime recūbētibus undecim apparuit eis Ieſus, & exprobrauit incredulitatē illorū & duritiam cordis, quia his q̄ uiderant eum reſurrexiſſe a mortuis, nō crediderūt. Nota nouiſsime quia in die aſcēſionis, que fuit apparitio ultima, exprobrauit incredulitatem eorū, qa primo nō crediderūt. Dicit Ambr. in lib. de uirginibus, quod uirgo Maria poſtquā Chriſtus ſurrexit & ſibi apparuit, uocauit apoſtolos, & nuntiauit eis, quod eius filius ſurrexerat, & noluerūt ſibi credere: imo dicebant, bonū eſt domina, corā ea, ſed retro dicebāt, qui uult credere credat. Ideo modo reſpōdeo ad queſtionē quā multi faciūt in articulo reſurrectionis, & reſurrexit tertia die, &c. quare additur ſecundū ſcripturas, & nō in aliis articulis fidei. Dic quomodo ſancti patres ordinauerūt, Credo in cōſilio Niceno, & de aliis articulis fidei gentes credebāt ſimpliciter eis, ſed in articulo reſurrectionis addiderūt ſecundū ſcripturas, ad maiorē cōfirmationē, & hūc modū habuerūt de biblia ab Apoſtolo Paulo dicēte, Tradidi uobis in primis quod & accepi, quoniam Chriſtus mortuus eſt, p̄ peccatis noſtris ſecūdū ſcripturas, & qa ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecūdū ſcripturas, q. d. nō ſolū dico

Maxima in Philoſophia.

σπερμολόγος, qui nouos rumores ſpargit.

ſecundum intellectum meum & credentiam meam, ſed ſecundum ſcripturas. Et quia uiſus eſt Cephe, & poſt hoc undecim. j. Cor. xv. Sciens ergo Chriſtus difficultatē credēdi huius articuli propter duritiā & minus credentiam diſcipulorum ſuorum, uoluit reſurgere & retinere ſigna plagarum pro confirmatione credentie. Ideo dicit Ioannes, quod apparuit eis dicens, Pax uobis, & oſtendit eis manus & latus, quia dixit, Credite ego ſum. Deinde uocauit Thomam dicens, Infer digitum tuū, &c. Et Thomas credēdo dixit, Dominus meus, & Deus meus. Nō ſolum hoc fuit cōfirmatio credentie Thome & aliorum apoſtolorum, ſed etiam pro cōfirmatione noſtra & omniū Chriſtianorū, & quando audiunt uel legunt totam probationem. Gregorius, Plus nobis contulit Thome incredulitas, quam Marie credulitas. dum enim ipſe uulnera tangit carnis, in nobis uulnera ſanat infidelitatis. Ecce prima ratio. De iſta authoritas, Surge propera amica mea & ſponſa mea. Veni columba mea in foraminibus petre, in cauerna macerie. Canti. ij. Nota hic eccleſia, uel Chriſtianitas uocatur a Chriſto amica, ſpōſa & columba. Primo uocat ipſam amicam, & bene, cum ſibi oſtēdit maximā amicitiam, nunquā aliquis tantum fecit pro uxore ſua. Ideo dicit, Surge amica mea, ſcilicet de infidelitate & minus credentia in quam ceciderūt, quia omnes perdiderant fidem in Chriſti paſſione. Deinde uocat eam ſponſam, quia ex ea generat Chriſtus filios. Tertio uocat eam columbam propter ſimplicitatē gentium. In primitiua eccleſia nō faciebāt rapinam, &c. dicit ergo Chriſtus eccleſie, Surge, &c. in foraminibus petre illius, ſcilicet de qua dicit Apoſtolus, Petra autē erat Chriſtus. j. Corint. x. In cauerna macerie. Humanitas eſt paries ſiue maceries. Nam ſicut maceries cooperit & abſcōdit, ſic humanitas diuinatem cooperiebat. Latus eius dicitur cauerna. Quia dicitur Io. xix. Vnus militum lancea latus eius aperuit, nō dicit uulnerauit, ſed aperuit. Ecce hic prima ratio. Moraliter cogitate hic Chriſti benignitatem, qui amore pauperum uoluit reſurgere cum ſignis plagarum, ut citius crederent. In quo nobis dedit exemplum habendi pietatem & compaſsionem de miſerabilibus perſonis, pupillis, uiduis, &c. ut eis ſubueniamus. Vidue & pupillo nō nocebitis. Si leſeritis eos, uociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, &c. Exodi xxij. Secunda ratio eſt propter demōſtrationē beneuolētie, quā ſcilicet habet erga nos. Hoc poteſt declarari quadā experiētia mūdana de milite diligente aliquā domicellā, amore cuius portat clenodiū ex auro, ad oſtēdendum ſuum amorē, & gloriatur de ea intantū quod ſi aliquis tangit clenodium illud, ſequitur duellum, &c. Sic miles Chriſtus philocaptus eſt de illa domicella, ſcilicet eccleſia ſeu Chriſtianitate uel de natura humana. Nunquam aliquis homo cum tanto ardore amauit aliquam mulierem, ſicut Chriſtus naturā humanā, pro cuius amore recepit clenodiū

in ue

ꝑ ueſte humanitatis,ſcilicet quinque uulnera,quaſi quinq; ſtellas que noluit retinere poſt reſurrectionem. Vnde ſi aliquis interrogaret, domine amore cuius portatis iſtud cl̃enodiū? reſpōderet, Amore philocapte mee. De hoc authoritas,Eſa.in perſona Chriſti dicit,Dixit Sion, dereliquit me Dominus,& Dominus oblitus eſt mei. Reſpōdet Chriſtus,Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum,ut nō miſereatur filio uteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit,ego tamen nunquam obliuiſcar tui. Ecce in manibus meis deſcripſi te,muri tui coram oculis meis ſemper. Eſa.xlix. Nota, Dixit Sion, id eſt Chriſtiana eccleſia ſpeculatiua in die aſcēſionis dixit,dereliquit me Dominus,& Dominus oblitus eſt mei. Cui reſpondit Chriſtus dicens,Quare dicis hoc? Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum,&c. quaſi dicatur,plus diligo te,ſcilicet ſpōſam meā,quam mater filium,quia ecce in manibus meis deſcripſi te,ſcilicet calamis clauorum. Nullus ſuſtineret amore ſue dilecte quod nomen ſuum dilecte ſcriberetur ferro ignito in carne ſua. Et muri tui,ſcilicet uulnera,quia ſicut muris defenduntur uille ab inimicis,ſic nos cruce Chriſti defendimur ab inimicis,ſcilicet demonibus. Moraliter ſicut Chriſtus amore noſtri portat diuiſam,ſic nos amore ſui debemus portare aliquam diuiſam. Dic quod quodlibet opus penitentiale eſt diuiſa Chriſti,q ergo amore Chriſti ieiunat,& eſt diſcoloratus,diuiſam Chriſti portat. Idē de illo q portat ciliciū,uel ſe diſciplinat. Idē de hominib⁹ uel mulieribus q amore Chriſti dimittūt uanitates ornamētorū,& uadūt humiliter. Greg. Euidētiſsimū ſignū reproborū eſt ſuperbia, & electorū humilitas. Nā quod illorū q̃ſq; ſupra ſe portat,ſub quo rege militat declarat. Tertia ratio eſt ꝓpter cōmemorationē uictorie de bello qđ habuit in die ueneris ſancta. Vult enim quod tātū negotiū nō tradatur obliuioni. Ideo retinuit ſigna plagarū. Hoc pōt declarari ꝑ parabolā de nobili ciuitate ab infidelibus inimicis obſeſſa crudeliter,ita q̃ nullū recipiebāt niſi ad mortē. Sed uenit nobilis fortis miles & ualēs, q pro liberatione bellauit cū inimicis, & finaliter habuit uictoriā,ſed fuit in prelio grauiter uulneratus. Rex autē ciuitatis habuit peritiſsimū medicū,qui poterat ipſum totaliter curare,ne in eo apparerent ſigna plagarū,ſed miles noluit,imo uoluit quod taliter curaretur, quod remanerent ſigna plagarum ad cōmemorationem uictorie. Hec magna & nobilis ciuitas eſt natura humana,que fuit ab illo magno principe Lucifero obſeſſa ultra quinque millia annorū,ſcilicet ab Adā uſque ad Chriſtū,intātū quod neminē recipiebat captiuum, ſed oēs ducebātur ad mortē in infernū. Quis eſt homo q uiuit & nō uidebit mortē, eruet animā ſuā de manu inferni? Nec poterāt habere remediū. Sed uenit ille nobilis miles filius uirginis Marie armat⁹ hūanitate ut poſſet recipere iđ⁹, qa in ſua diuinitate nō poterat pati,& in die ueneris ſancta intrauit preliū cōtra Luciferū,& ſimiliter liberauit ciuitatem,ſed fuit grauiter uul

ter uulneratus per totum corpus. Rex autem, id est Deus Pater poterat ipsum taliter curare, quod nullum signum remaneret in suo corpore, sed Christus uoluit retinere signa quinque plagarum principalium in signum & commemorationem uictorie. De hoc authoritas & prophetia Isa. lxij. in persona angelorum dicens, Quis est iste qui uenit de Edon, tinctis uestibus de Bosra. Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iustitiã, & propugnator sum ad saluandũ. Quare ergo, &c. In die ascensionis quando Christus ascendit, angeli qui erant in celo uidentes signa plagarum in Christo querebãt, Quis est iste qui uenit de Edom. Non querebant hoc angeli ex dubitatione, sed ex admiratione. Tinctis uestibus, scilicet mẽbris humanitatis de Bosra, id est tribulatione. Respondit Christus, Ego qui loquor iustitiam, quia cum possim liberare ciuitatem humane nature, per potentiam & uiolentiam, nolui nisi per iustitiam liberare eam. Ecce tertia ratio. Moraliter dicit Augus. quia sicut Christus retinuit signa plagarum in commemorationem uictorie, sic & in die iudicij omnes martyres resurgent cum signis plagarum & dolorum, in signum commemorationis & glorie ipsorum. Dicit enim S. Augu. xxij. de ciui. Dei. ut doctor sanctus dicit iij. parte. q. liiij. art. ult. quod fortasis in illo regno in corporibus Martyrum uidebimus uulnerũ cicatrices, que pro Christi nominé pertulerunt. Non enim deformitas in eis, sed dignitas erit, & quedam qualitas in corpore, non corporis, ser uirtutum, fulgebit pulchritudo, uerbi gratia de bea. Tho. Cant. qui in capite fuit uulneratus, in die iudicij resurget cum illo signo speciali rutilanti & perlucido in capite, ita quod omnes cognoscent signum martyrij in commemorationem suam. Idem de beato Petro martyre. Idem de b. Paulo & Dionysio, qui fuerunt decapitati propter Christum. Idem de illis qui fecerunt penitentiam, apparebunt uestigia cilicij disciplinarum, &c. Authoritas, Semper mortificationẽ Iesu Christi in corpore nostro circunferẽtes. ut & uita Iesu manifestetur in corporibus nostris. ij. ad Corinth. iiij. & ad Gal. vj. De cetero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Secretum quando aliquis uult facere penitentiam, non statim reperit socios, sed qui facit penitentiam portabit splendorem glorie. Quarta ratio est propter impetrationẽ uenie, seu misericordie pro nobis apud patrem, supplicando, inquantum homo, quia inquantum Deus non conuenit sibi supplicare, quia supplicatio fit maiori, & Christus inquantum Deus est equalis patri & Spiritui sancto, sed in quantum homo supplicat patri & orat pro nobis & bene expedit nobis, quia alias iam fuissemus consumpti ex peccatis. Authoritas, Christus Iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Ad Rom. viij. Ad declarandum modum huius interpellationis, noraui

historiam

hiſtoriam quam recitat Ioſephus de Antipatre patre Herodis Aſcalonite, qui occidit innocentes, quia pro imperatore fuit uulneratus in multis preliis. Qui fuit ab inuidis accuſatus apud imperatorem de proditione. Et citatus ab imperatore comparuit, & reſpondit, non uerbo, ſed facto, quia nudatus oſtendit uulnera imperatori dicens, Non ſunt iſta ſigna proditionis, ſed fidelitatis. Tunc amplexatus eſt eum imperator & oſculatus. Sic miles Chriſtus pro honore Dei patris bellauit. Et in domo Chriſti, ſcilicet eccleſia, & in genere ſuo, ſcilicet humano fiunt multa mala & proditiones contra Deum patrem recurrendo ad diuinos inimicos Dei, &c. Et clamores, querimonie & accuſationes ueniunt quotidie coram Deo patre, qui dicit filio, Fili in domo ueſtra ſuſtinetis uos proditiones contra me, &c. Chriſtus reſpondet patri oſtendendo uulnera di. Et quare recepi ego iſta uulnera? Nunquid ut excitetis eos ad penitentiam? Et Deus pater licet ſciat, ipſum interrogat, Que ſunt iſte plage in medio manuum tuarum? Reſpondet Chriſtus, His plagatus ſum, ſcilicet pro honore ueſtro in domo eorum qui diligebant me. Zacharie xiij. Nota in domo eorum, ſcilicet patriarcharum & prophetarum qui dilexerant Chriſtum, ſed eorum filij fuerunt mali, & ipſum odio habuerunt, & ipſum uulnerauerunt. Ecce quarta ratio. Moraliter patet quomodo ſecure poſsimus confidere, ſi uolumus corrigi de peccatis, quod Deus parcet nobis, quia talem aduocatum ibi habemus. Vnde ſi miles in terra regis haberet aduocatum eloquentē, ſapientem, & a rege ualde dilectum, poſſet ſecurus eſſe de gratia regis. Talis aduocatus eſt Chriſtus in curia Dei. Miſer eſt enim qui defendit ſe in peccatis, uel deſperat, & non corrigit ſe. Ideo j. Ioann. ij. Filioli mei hec ſcribo uobis, ut non peccetis, ſed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtū, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Quinta ratio eſt propter manifeſtationem iuſtitie. Quoniam Chriſtus in die iudicij deſcendet, & ſtabit in aere, & omnes gentes in circuitu eius. Dicit Chryſo. ſuper Matth. xxiij. quod tunc Chriſtus oſtendet ſigna plagarum dicens, Ecce quid ego feci pro uobis ut uos redimerem, & ianuā paradiſi aperirem. Ecce manifeſtatio iuſtitie. Quid feciſtis uos pro me? Benedictus erit ille, qui poterit oſtendere aliquod opus nobile factum pro Chriſto. uerbi gratia, Dicent illa die deuoti religioſi, Domine nō feci tantum pro uobis quantum uos feciſtis pro me, ſed amore ueſtri renuntiaui libero arbitrio, cui naturaliter inclinabar per uotum obedientie. Item dimiſi diuitias temporales per uotum paupertatis. Idem de bonis clericis & laicis dicentibus, Domine uos amore mei fuiſtis plagatus in capite, & ego amore ueſtri dimiſi ornamenta. & uanitates capitis. Item ſicut uos habuiſtis faciem deturpatam, &c. amore ueſtri amiſi pulchritudinem faciei, ſcilicet ieiunando, &c. Item uos amore mei extendiſtis manus in

cruce,

cruce,& ego amore ueſtri extendi manum dexteram dando eleemo ſynam,& ſiniſtram,faciendo reſtitutionem. Item habuiſtis latus apertum,& ego remiſi de corde inimicis.Item habuiſtis pedes clauatos,& ego abſtinui a malis paſsibus. Tunc dicet Chriſtus,Ex quo fuiſtis mihi ſimiles in doloribꝰ, eritis mihi ſimiles in gloria. Venite benedicti,&c. Matth.xxv.Deinde dicet Chriſtus his qui erunt a ſiniſtris,Ecce quid feci pro uobis oſtendendo ſigna plagarum, quid feciſtis pro me? At illi tacebunt.Et tunc Chriſtus dicet.Ecce ſuſtinui pro uobis dolores in capite,& uos habuiſtis caput plenum uanitatibus, pompis,ſuperbia,&c. Ego habui manus perforatas, & uos feciſtis rapinã. Idem de aliis &c. Ideo Ite maledi.&c.Diſcedite a me ma.Matth.xxv.De hoc prophetia, Aſpicient ad me quem confixerunt,& plangent eum planctu quaſi ſuper unigenitum,&dolebunt ſuper eum ſicut doleri ſolet in morte primogeniti. In illa die magnus erit planctus in Ieruſalem,quia ibi erit iudicium, ſicut planctus Adremon in campo Magedon. Zacha.xij.Sexta ratio eſt propter informationem, ſiue continuationem penitentie. Dominus Ieſus in tempore penitentie, ſcilicet in die ueneris ſanctare cepit quinque plagas principales, & poſt reſurrectionem in tempore paſchali,ipſas uoluit retinere, ſed non ita magnas ſicut quando ipſas recepit,ſic nos in tempore penitentie,ſcilicet in xl.recipimus quinque plagas,in quibus conſiſtit tota penitentia, & modo tempore quadrageſimali & paſchali debemus eas retinere, licet non ita magnas & fortes.Prima plaga fuit contritio doloroſa de peccatis commiſsis, ſi bonus chriſtianus es in xl.doluiſtis de peccatis. De iſta plaga debet nunc remanere ſignum,ſcilicet propoſitum non redeundi ad peccata. ſunt multi qui credunt quod ſolum in xl. debent facere penitentiam, &c. imo omni tempore neceſſarium eſt cauere a peccatis. Ideo Chriſtus dixit,Vade & iam amplius noli peccare.Io.viij.Secunda plaga fuit cõfeſsio pudoroſa, & illa plaga dicitur,quia doloroſum eſt ſeipſum diffamare.De iſto eſt tenendum ſignum,quod die dominica ſitis in confeſsione miſſe, quoniam illa confeſsio ſignum eſt illius plage,ſcilicet confeſsionis in quadrageſima.ideo pro uobis dicitur ante miſſam cõfiteor.Nam ſacerdos debet eſſe confeſſus ſacramentaliter, ſi mortaliter commiſit,&c.Ideo Dauid pſal.xcix. Populus eius & oues paſcue eius introite portas eius in conf. Tertia plaga eſt afflictio doloroſa,ſcilicet ieiunare,non comedere carnes, plaga eſt doloroſa non conſuetis,&c.Signum retentionis huius plage eſt temperantia in cibo & potu.Item ut ieiuni ueniatis ad miſſam die dominica.qui habet loqui cũ rege uel Papa non bibit ante,&c.& talis poteſt dicere, Dirigatur Domine oratio mea ſicut incen.in conſpe.tuo. pſal. cxl. Quarta plaga eſt reſtitutio copioſa. Signum retinendi huius eſt de cetero non facere uſuram nec ſimoniam, nec rapinam, nec furtum,nec retinere mercedem eis

dem eis debitam, nec rem inuentam, nec decimas, nec primitias, nec bona ecclesie, nec hospitalium, nec defunctorum, iuxta illud Apostoli, Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, &c. ad Ephe. iiij. Quinta plaga est remissio iniuriosa, scilicet remittere iniurias. Ista est plaga lateris que respicit cor, & dolorosa plaga est. Signū retinendi huius est, ne decetero portemus odium, rancorem, &c. sed pacem & amorem & unitatem & cōcordiam. In hoc enim cognoscent omnes quod discipuli mei estis, si dilectionem habetis adinuicem. Io. xiij. Vel hec mando uobis, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Io. xv. De his signis dicit Ber. Data sunt quedam signa & indicia manifesta, saltem ut indubitabile sit eum esse de numero electorū, in quo hec signa permanserint. Nota hanc materiam de cicatricibus, & rationes propter quas cicatrices seruauit Christus in eternum in eo permansuras, quas ut Beda super Lu. dicit, Non ex impotentia curandi seruauit, sed ut in perpetuum uictorie sue circunferat triumphum. Tangit beatus Thom. iij. parte. q. liiij. art. ultimo per totum.

De eadem dominica. Sermo v.

NOli esse incredulus, sed fidelis. Ioan. xx. Sermo noster erit de fundamento bone uite, scilicet de fide catholica. Sed primo salutetur uirgo Maria. Pro cuius declaratione & materie introductione sciendum, quod doctrina communis est & certa & uera in sacra theologia, quod a principio mundi semper fuit necessarium ad saluationem, fidem habere de Deo, sine qua nullus poterit hic habere gratiam Dei, nec in alio mundo gloriam, sed diuersimode, quoniam tempore legis nature sufficit fides explicita, que poterat haberi in intellectu naturali sine libris, scilicet credere primo unum Deum, quia intellectu naturali potest cognosci sicut cognoscitur potentia Domini in edificio magne domus. Secundo quod ipse est Deus iustus retributor, &c. Hi duo articuli fuerunt semper necessarii ad credendum. Authoritas, Sine fide impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit, ad Hebr. xj. quoniam iustus Dominus bonis seruitoribus retribuit bona, & malis dat punitionem. Tempore autem legis Moysi debuerunt habere maiorem fidem explicitam trium articulorum, scilicet predictorū duorum, quod Deus est, & quod remunerator. Tertio credere quod Deus deberet mittere filium saluatorem mundi, quia hoc fuit clare reuelatum in lege scripture. De hoc Dauid, Qui annuntiat uerbum suum Iacob, iusti. & iudi. sua Israel. psal. cxlvij. Nota uerbū suum, illud de quo Io. j. j. In principio erat uer. &c. Et uerbum caro factū est. Alia secreta fidei nō tenebātur scire nisi magni literati, sed modo tpe legis gratie tenemur cre

Fides implicita omni tēpore ad salutē necessaria.

mur credere plus,ſcilicet xij.articulos fidei,iam publicatos & declaratos in eccleſia Dei. Ideo Athanaſius, Quicunque uult ſaluus eſſe,ante omnia opus eſt ut teneat catholicã fidem. Quam niſi quiſque integrã inuiolatamque ſeruauerit, abſque dubio in eternum peribit. Ex quo fides eſt ita neceſſaria ad ſaluationem,ideo dicit thema cuilibet Chriſtiano,Noli eſſe incredulus,ſed fidelis. patet thema. Fides catholica eſt a nobis credenda tripliciter, ſcilicet Simpliciter ſine diſputatione. Plenarie ſine diminutione.Firmiter ſine dubitatione. Et pro quolibet dicit thema,noli eſſe incredul.&c.de primo quod debemus credere fidem catholicam ſimpliciter ſine diſputatione,uel contradictione.Credere ſimpliciter,eſt quando homo credit alicui ſimplici uerbo ſine iuramento, ſine teſtibus de re mirabili, in quo ſibi fit magnus honor. Hunc honorem debemus nos facere Domino noſtro Ieſu Chriſto credendo ſimpliciter ſuo ſimplici uerbo,ſine probatione,iuramento,demonſtratione &teſtibus,quod falli non poteſt,nec fallere,nec mendacium dicere,talis ſimplex credentia eſt multum meritoria, & neceſſaria.Ratio,quia ueritas fidei, ſeu ueritates fidei,ſunt altiſsime,& tranſcendentes, intantum quod intellectu naturali non poſſunt comprehẽdi,ideo oportet credere ſimpliciter ſine diſputatione.Stultus eſſet cecus,ſi uellet diſputare de coloribus,quos nunquam uidit,ſed oportet eum credere quod dicitur ſibi. Sic nos ceci ſumus in hoc, quod nunquam uidimus ueritates fidei,ideo non oportet diſputare, ſed credere Domino Ieſu Chriſto. Dicit namque.ij.Meta.philoſophus. Sicut ſe habet oculus noctue ad lumen ſolis,ita ſe habet intellectus noſter ad manifeſtiſsima nature. Quod autem oculus noctue non poſsit clare intueri ſolem,non eſt defectus ſolis,ſed noctue. Sic ueritates fidei clariſsime ſunt in ſe, ſed ex defectu intellectus noſtri comprehendi non poſſunt.Ideo dicit Scriptura,Qui confidunt in Domino,intelligẽt ueritatem,& fideles in dilectione acquieſcent illi.Sap.iij.Nota qui confidunt in Domino,ſcilicet quod non poteſt mentiri nec fallere in dilectione,acquieſcent illi,non dicit in diſputatione, quoniã cum aliquis uult ſecum diſputare in fide, diabolus facit ſibi argumentum, & tunc non ſcit reſpondere,ideo cadit in errorem,ſicut cadunt multi dicẽtes, Quomodo Chriſtus poteſt eſſe in tam parua hoſtia?& quomodo ſtat, nunquid frangitur in fractione hoſtie? Cogitate quod omnes ueritates fidei iam ſunt diſputate, ergo oportet credere, cum dicit Apoſtolus ad.Cor.qui diſputabant de fide, Timeo ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua,ita corrumpantur ſenſus ueſtri,& excidant a ſimplicitate fidei que eſt in Chriſto Ieſu.ij.ad Corinth.xj.Dic practice quomodo Eua diſputãte cum diabolo dicebat,diabolus, Cur precepit uobis Deus ut non comederetis ex omni ligno paradiſi? Geneſ.iij.Ecce prima queſtio mundi. Et per hanc cecidit in dubitationem di. Ne forte

moriamur.

moriamur. cum tamen deus ſine dubio dixiſſet, moriemini. Reſpondit diabolus, nequaquã moriemini. Scit enim deus, quod in quacunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi ueſtri, &c. Eua debuit reſpondere diabolo, O proditor tu facis mihi queſtionem de uoluntate dei, recedas, &c. & non fuiſſet uicta. Sic debetis reſpondere queſtionibus quas uobis facit diabolus de fide, loquendo imaginationi ueſtre, & nõ diſputare, ſed dicere, Credo. Ecce quare dicit Apoſtolus, Timeo, &c. Moraliter ex diſputatione fidei ſunt in mundo multi increduli. Verbi gratia, Primo uſurarij dicentes, quare de pecunia mea quam ille tenet cum qua lucratur, & facit ſibi commodũ, non potero recipere lucrum? Ecce error contra fidẽ, quia recipere aliquid ex mutuo, uſura eſt. Vnde ſi pro mutuo mille florenorum recipitis obolum, uſura eſt. Et quando dicitur, Eſt de mea pecunia, &c. Error eſt. Pecunia nõ eſt ueſtra ſed dei, qui eſt dominus. Et dominus nõ tenetur dare cõputum nec rationem, ſed uos habetis dare rationem de omnibus etiam obolis, qualiter acquiſiuiſtis, cuſtodiuiſtis & expẽdiſtis, quia domini eſt terra & plenitudo eius. Diuites enim ſolũ ſunt diſpenſatores. Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti & diſpenſatores .j. ad Cor. iiij. Ideo tenẽtur diſpenſare iuxta uoluntatem domini. Et alibi ipſe iam dedit regulã iuxta ſuã uoluntatem di. Non fenerabis fratri tuo ad uſuram, nec pecuniam, nec fruges, nec quãlibet aliam rẽ, &c. Deut. xxiij. Sed uſurarius magis confidit de inſtrumento alicuius notarij falſi quam dei. Ecce in hoc eſt defectus fidei, quia eſt articulus fidei. Credere ſanctam eccleſiam catholicam, que ſcilicet determinat quòd uſura eſt peccatum mortale. Eſt enim contra preceptum, Non furaberis. xiij. q. v. penale. Alii diffamant eccleſiam di. ꝙ papa licentiat uiduis, pupillis, hoſpitalibus &c. Error eſt. Quoniam non ſunt facienda mala, ut eueniant bona. Ro. iij. Secundo luxurioſi diſputant quod fornicatio ſimplex non eſt peccatũ & cadunt in hereſim dicendo, cui facimus iniuriam, &c. Si cum filia regis faceres, nunquid faceres iniuriam regi &c. Sic omnes ſunt filie regis Chriſti, ideo, &c. Ideo dicit ſcriptura, Abominatio facta eſt in Iſrael & in Ieruſalem, quia cõtaminauit Iudas ſanctificationẽ domini, quam dilexit, & habuit filiam dei alieni. Malac. ij. quanto ergo maius periculum eſt diſputare de altiſsimis. Sunt & alij diſputantes & reprobantes imagines dicentes, quòd eſt peccatũ idolatrie, uel quod eſt idolatrare. Ecce ignorantia ex qua cadunt in hereſim. Imagines enim ſunt in eccleſia dei non ad adorandum eas, ut res quedam ſunt, ſed ad repreſentandum, & ſunt libri laicorum, &c. Nota quod ſecundum. S. Tho. in. iij. ſcrip. di. ix. qj. q. ij. ar. ij. ad. iij. &. ij. ij. q. xciiij. art. ij. ad primũ. Triplici de cauſa imagines Chriſti & ſanctorum fiunt in eccleſia. Vnde ſic etiam eſt error & peccatum amouere imagines laicis. In ueteri enim lege precepit deus ne fierent imagines, ſcilicet ad adorandum Non facies

tibi ſculptile,&c. Exod. xx. Primus homo qui in nouo teſtamento inuenit imaginem,fuit Chriſtus. Die hiſtoriã quomodo miſit imaginem ſuam regi Abagaro,ut dicit.S.Tho.iij.ſctip.di.ix.q.j.ar.ij.q.ij.ad tertiũ. Dico ſecundo,quod debemus credere fidem catholicam plenarie ſine diminutione.Vnde concluſio eſt beati Tho.do.in.ij.ij.q.v.art.iij.quod ſi aliquis credit omnes articulos fidei preter unũ, dicit quod de nullo articulo habet fidẽ,ſed ſolum opinionem.Ratio,quoniam oẽs articuli fidei habent unum fundamentũ.ſ.ueritatem diuinam infallibilem.Qui ergo non credit unũ articulum fidei,non credit fundamentũ, ideo de nullo habet fidẽ. Nota ſimilitudinem de domo.xij. cameratũ fundata ſuper columnã unam.quia deficiente columna fundamenti nõ ſolum una cadit,ſed oẽs cadunt.Sic de fundamento fidei.De quo Apoſtolus, Fundamentũ aliud nemo poteſt ponere,&c.j.ad Cor.iij.Ideo credere ſine diminutione debemus. Et charitas omnia credit. j.Cor.xiij. Credendi ſunt magni articuli ſicut parui & econuerſo.Vnde Chriſtus.Qui fidelis eſt in minimo,& in maiori fidelis eſt. Et qui in modico iniquus eſt,& in maiori iniquus eſt.Luc.xvj. ideo ad melius ſeruandũ hanc fidelitatem fidei eſt conſiliũ eccleſie. ſ. dicere quolibet die mane & ſero. Credo.ad inſtar militis q fecit homagium regi.ad Rom.x. Si credideris in corde tuo dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum,quia deus illum ſuſcitauit a mortuis,ſaluus eris,&c.Ratio,quare oportet ut ore dicatur, quia alias ſicut lucerna in laterna extinguitur niſi ſpiret,&c.Sic fides in corde eſt ut lucerna accenſa in laterna.Autoritas.Pſalm.xvij. Quoniam tu illuminas lucernã meam.ſ.credentiã fidei, domine Deus me⁹ illumina tenebras meas.ſ.ne cadam in errores contra fidem.ideo niſi ſpiret per foramen oris extinguitur paulatim.Ideo Apoſtolus.Voſmetipſos tentate ſi eſtis in fide,ipſi uos probate.ij.ad Cor.xiij.Probatur fides in ore confitendo, ſicut firmatur in ore credendo, ſicut trabs quãdo fortius percutitur,tanto magis in terra firmatur. Iſto modo Dauid qui ſpiritu prophetie ſciuit omnes articulos fidei,ore hilariter confitebatur. Authoritas, Pſal.cxv.Credidi.ſ. propter quod lo.ſum.ſ.ore. Et quomodo reſpondet,Ego autẽ hu.ſum nimis. Qui hoc conſilium ſeruauerit diligenter,ſaluabitur uirtute fidei,que non permittet ipſum mori ſine uera penitẽtia & cõtritione.Ergo noli eſſe incredulus.Dico tertio,quod debemus credere fidem catholicam firmiter ſine dubitatione. Vnde cum maiori certitudine credendi ſunt articuli fidei quam illa que uidentur oculis propriis. Ratio quia ſenſus poſſunt leuiter decipi ex aliquo defectu,uel in diſpoſitione obiecti uel ſubiecti,ſiue medii, ut patẽt de ſenſu uiſus in ebriis,& de guſtu in infirmis.Ideo Apoſtolus,Poſtulet in fide nihil heſitans.Qui enim heſitat,ſimilis eſt fluctui maris,q a uento mouetur & circunfertur.Iac.j. Sicut enim unda maris agitatur uentis hinc inde, ſic ꝑſona que dubitat in fide, agitatur hincinde argumentis

mentis & rõnibus,& nihil poteſt obtinere a Deo.Secus in fideli in nullo dubitante.Ideo Apo.ij.Eſto fidelis uſq; ad mortem,& dabo tibi coronã uite.Nota ꝙ tã fortiter & fideliter eſt tenenda fides catholica, ꝙ citius deberet hõ amittere bona tẽporalia,diuitias &c. & famã etiam, & uitã,quam fidẽ uſq; ad mortẽ.ſ.incluſiue.Et qd homo cõſequitur ex hoc,dicit Chriſtus Apo.ij.Dabo tibi coronã uite.De qua corona habetur Apoc.xij.Signũ magnũ apparuit in celo.Mulier amicta ſole,& luna ſub pedibus eius,& in capite eiꝰ corona ſtellarũ duodecim.Hec autoritas intelligitur ad literã de eccleſia,allegorice de uirgine Maria,tropologice de aĩa beata. Et ſecundũ hunc intellectũ modo loquor. Hec mulier eſt quelibet aĩa deo fidelis & deuota,amicta ſole.ſ.Chriſto.Vade eccleſia,Sol iuſtitie Chriſtus deus noſter.Induitur enim ꝑ ueram fidẽ & credentiã. Et luna.i.ſcientia Philoſophie ſub pedibꝰ eius,quia qui ſecundũ principia & regulas Philoſophie ſe uellet gubernare in his q̃ fidei ſunt,caderet.Dicit enim principiũ philoſophie,ꝙ multiplicatis ſuppoſitis,multiplicantur & eſſentie.Sub pedibus ponatur,quia nõ tenetur in creatore.Item ꝙ finiti ad infinitũ nulla eſt ꝓportio,ſallit in Chriſto Deo& homine.Itẽ quod locus & locatũ debent ꝓportionari.Item quod impoſsibile eſt Deũ mori,&c.& ſic de aliis.Ideo Apoſtolus,Videte ne quis uos decipiat ꝑ Philoſophiã & inanẽ fallaciã.ſ.Logicã,&c. ad Col.ij.Ex tali fidelitate datur corona ſtellarũ duodecim in alio mundo.Sicut ſunt duodecim articuli fidei, ſic corona glorie eſt duodecim beatitudinũ eis correſpõdentium.Tres ſtelle a parte ante ſunt.Prima, credere deum Patrẽ:ſecũda,credere deũ Filium equalem patri:tertia, credere ſpiritũ ſanctũ a patre & filio procedentẽ in equalitate. Tres a ſiniſtris.Prima,credereChriſti incarnationẽ,ſecunda,Chriſti paſsionẽ, tertia,ſanctorum patrum liberationem.Tres a dextris. Prima, credere Chriſti reſurrectionem:ſecunda, Chriſti aſcenſionẽ:tertia,eccleſie gubernationem uirtute ſacramentorũ.Tres retro ſtant.Prima,ꝙ Chriſtꝰ ueniturus eſt iudex:ſecunda,quod omnes reſurgemus:tertia,quod dabit omnibus retributionẽ ſecundum opa ſua.Ex his duodecim credentis corona eſt glorie. Duodecim ſtelle ſunt duodecim articuli fidei, quibus anima coronatur iam in hoc mundo per gratiam,& in alio per gloriam,quibus correſpondent duodecim beatitudines.Ideo Apoſtolus.ij.ad Timo iiij. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui,fidem ſeruaui,in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitie,&c.

De eadẽ Dom.Ser.vj.notabilis de quatuor ſignis q̃ deꝰ dat in anima.

VIta quidem & alia ſigna fecit Ieſus. Ioan.xx. Pro declaratione huius uerbi iuxta intellectum quem uolo practicare,ſciendum quod deus in hominum ſaluatione tenet modum,quem tenuit in eorum formatione,quia primo formar corpus in utero matris,deinde creat animam

& creando infundit. Isto modo fecit de Adam, quia primo creauit corpus eius de luto, & inde creauit animam eius, & in corpus infudit. Genesis ij. Formauit igitur dominus deus hominem de limo terre, & inspirauit in faciem eius spiraculum uite, & factus est homo in animam uiuentem. Dico, similem modum tenet deus in saluatione. Quoniam in ueteri lege primo dedit legem ad solum corpus pertinentem. Ideo Apostolus, Non prius quod spirituale est, sed quod animale est, deinde quod spirituale est. j. ad Cor. xv. Verbi gratia. In ueteri lege primo de⁹ populo suo dedit ad distinctionem & differentiam aliorum Apostolorum signa carnalia, sicut sunt signa circuncisionis. Gen. xvij. Dixit deus Abrahe, Circuncidetis carnem preputij uestri, ut sit in signum federis inter me & uos. Nota, quod Abraham fuit primus homo qui unquam recepit circuncisionem. Sed quia hoc signum erat secretum, ideo uoluit deus dare populo suo signum notorium extra, scilicet in pilis & in capite & in barba, quod nullus de populo suo raderet pilos capitis nec barbe, sicut faciebant alij populi. Leuit. xix. Non in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam. Ecce signum corporale. Item dedit signum populo suo ad differentiam in uestibus, de quatuor uittis hyacinthinis, que dicuntur fimbrie. Numer. xx. Dixit quoque dominus ad Moysen. Loquere filijs Israel, & dices ad eos, ut faciant sibi fimbrias per angulos quatuor palliorum ponentes in eis uittas hyacinthinas. Item dedit eis etiam signum in cibis. Leuit. xj. ne comederent, &c. Sed omnia signa ista fuerũt corporalia, quia prouidit solum corpori, & pro tunc non curauit animam. Ideo sapiens orabat di. Domine innoua signa, & immuta mirabilia. Glorifica manũ & brachiũ dextrũ. Ecc. xxxvj. Nota, innoua signa. q. d. quia ista carnalia sunt. Manum, id est, potentiã & brachium dextrum, id est, nouum testamentum. Brachium sinistrum est uetus testamentum, modicam habens uirtutem. Deinde deus dedit illa signa spiritualia, de quibus dicit thema, Multa quidem & alia signa, scilicet a corporalibus uel carnalibus signis, fecit Iesus que dedit populo suo Christiano. Patet thema. Amore uestri quesiui quot sunt signa, & que sunt, que Christus dat in nouo testamento animabus nostris. Et inueni quod sicut dedit quatuor signa in ueteri testamento, sic dat quatuor signa spiritualia in nouo testamento.

Primum de innocentia baptismali.
Secundum de militia spirituali.
Tertium de presidentia spirituali.
Quartum de penitentia sacramentali.

Ideo dicit thema, Multa quidem & alia signa, &c. Primo Christus suis fidelib⁹ in nouo testamẽto dat signũ spirituale de innocentia baptismali, quod a doctoribus uocatur character Grece, ꝙ est signũ Latine. Anima enim ante baptismũ ꝓpter peccatũ originale est immunda & abom

abominabilis, in tãtum quod si persona moritur ante baptismum, non potest intrare paradisum, sed in baptismo aĩa mũdatur & recipit ibi illud pulcherrimũ signũ characteris. Ad hoc melius intelligendũ, dic similitudinẽ de imagine facta, ut ponatur in tẽplo, &c. & dũ portatur ad tẽplũ, cadit in lutũ, nec ponitur in altari nisi prius lauetur. Sic aĩa rationalis est imago Dei a magno argẽtario trino Deo facta ad imaginem suam. Gen. ix. Ad imaginẽ quippe Dei factꝰ est homo, que inquantũ est ad imaginẽ Dei, pulcherrima est, sed in generatione carnali cadit in lutũ, quia in utero creatur, & creãdo infunditur, ut dicit Aug. Vnde si aliter crearetur aĩa sine illa generatione carnali, nõ haberet peccatũ originale, sicut aĩe Ade & Eue nõ habuerũt peccatũ originale, ut ostẽdit pulchre. s. Tho. j. ij. q. xxxj. ar. iiij. ubi querit, Vtrũ si aliquis formaretur ex carne humana miraculose, deriuaretur ad eã peccatũ originale. Et respondet & concludit ꝙ nõ, quia talis nõ fuisset in Adã secundũ seminalẽ rationem, ꝙ solum causat traductionẽ peccati originalis, ut Aug. dicit supra Gen. ad literã. Sed illi soli peccatũ originale cõtrahunt, qui ab Adã descendunt secundũ seminalem rationem. Et ideo nisi talis sic descendens ab Adã, & in peccato originali existẽs, prius lauetur aqua baptismi, nõ recipitur in tẽplo paradisi. Et si uellet dicere, quia nunquã peccaui, nec feci aliquod peccatũ, permittatis me intrare, diceret sibi Christus, Respicias quomodo es immũda, qd faceres tu inter istas mũdissimas? De ista materia dicit scriptura, Quid est homo ut immaculatus sit, & ut iustus appareat natus de muliere, usq;, quãto magis abominabilis & inutilis homo, &c. Iob. xv. Nota abominabilis & inutilis homo, scilicet ad gloriam. Quia sicut meretrix nuda si ueniret, abominaretur a uobis, sic & aĩa non baptizata abominatur a sanctis. Sed in baptismo mũdatur, cũ dicitur, Ego te baptizo &c. & datur sibi a Christo illud signum in fronte ad instar stelle fulgide. Vnde si tunc aĩa posset a nobis uideri, tãta est pulchritudo quod &c. Et si ante quam peccet recedat a corpore, recta uia uadit ad paradisum, ut dicit S. Thom. iij. par. q. lxviij. ar. ij. ad secundũ. &. iiij. script. di. iiij. q. ij. ar. j. q. iij. ad quartum. Et omnes angeli uolũt ipsam osculari. De isto signo dicit Apostolus, Credẽtes signati estis spiritu promissionis sancto, q est pignꝰ hereditatis nostre, ad Ephe. j. Nota credentes, quia requiritur credentia propria, si sit adultus, uel credentia ecclesie in paruulis. Hoc signum est glorie. Huius signi existentis in anima datur capida siue mitra, que datur pueris immediate post baptismum extra tota picta, que signat uestem innocentie, qua anima induitur, quousque peccat mortaliter, quia tunc perditur uestis innocentie, & signum characteris deturpatur, sed non peditur, imo remanet semper in damnatis, quia indelebilis est. quarta distinct. iiij. questio. j. artic. iij. quest. iiij. &. iij. parte. quest. l. artic. iiij. ad tertium &. questio. lxiij. &. lxvj. &. lxxij. Ideo Ioannes Apocal. xvi.

Par ratio est de Christo Domino.

Beatus qui uigilat & cuſtodit ueſtimenta ſua ne nudus ambulet, & uideant turpitudinem eius. Quia anima nuda magis eſt abominabilis quam corpus nudum. Moraliter. Dic quomodo parentes debent prouidere ne filii eorum perdant hanc ueſtem innocentie, nutriendo eos, & dando bonas doctrinas. Primo, ut ſciant ſe ſignare. Secundum uirginem Mariam ſalutare tanquam reginam, &c. Item ne iurent, ne mentiantur, &c. Quoniam magna eſt culpa parẽtum, ſi filii ſunt mali. Quia quãdo ſunt parui, & iuuenes ad inſtar uirgule, dirigi poſſunt, &c. Ideo dicit Chriſtus beato Ioanni, Habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt ueſtimenta ſua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt. Apoc. iij. Nota. Sardis interpretatur principatus uel pulchritudo. Ecce innocentia baptiſmi, in qua pauci ſunt. Ideo dicit, Habes pauca nomina in Sardis. Vnde dicit Apoſtolus, Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum, ſcilicet qui habitat in uobis, in quo ſignati eſtis in die redemptionis, ſcilicet baptiſmi, ad Epheſ. iiij. Secundo dat Deus ſignũ de militia ſpirituali, & hoc in ſacramento confirmationis, que non poteſt dari niſi ab Epiſcopo, imo eſt queſtio, Vtrum Papa poſſet committere ſimplici ſacerdoti ut cõfirmet? & aliqui doctores tenent quod non: beatus Thomas tamen in iiij. ſcrip. diſt. vij. q. iij. art. j. q. iij. & diſt. xxv. queſtione j. ad tertium. & iij. parte. q. lxxij. art. xj. ad primum, dicit quod confirmatio conferri poteſt a ſimplici ſacerdote ex commiſſione ſolius Pape, non autem a diacono. Hoc ſignum datur a Chriſto, quando epiſcopus dicit, Conſigno te ſigno crucis, &c. & dat ſibi alapam ut recordetur. Sic etiam percutitur miles alapa uel enſe, quando fit miles. Ideo dicitur ſignum militie, quia in ea datur robur ad pugnam ſpiritualem, ut dicit S. Thomas iij. parte. q. lxxij. art. iiij. ad tertiũ. & art. v. vij. ix. & x. hoc ſignum eſt ad inſtar monilis aurei in fronte, intantum quod quando anima intrat Paradiſum, ſtatim cognoſcit quomodo unus fuit confirmatus & non alius, ex illo ſigno militie ſpiritualis. Ideo faciatis confirmari filios ueſtros, quia confirmati habent maiorem gloriam in celo quam nõ confirmati, ut dicit ſanctus Thomas iij. parte. q. lxxij. art. viij. ad quartum. Et in confirmatione confertur plenitudo gratie ſpiritus ſancti, ut in dicto art. j. & cõfirmatio roborat animam contra alias impugnationes quo ad fidem, ut in iiij. diſt. vij. in literali expoſitione. & iij. c. q. artic. ix. De illo ſigno dicit ſcriptura, Nolite nocere terre & mari, neque arboribus, quoaduſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum. Et audiui numerum ſignatorum cxliiij. millia ſignati. Apoc. vij. Nota, Nolite nocere, preceptum eſt Chriſti ad Antichriſtum & ſuos di. Nolite nocere terre, id eſt laicis laborantibus pro terrenis: neque mari, id eſt penitentibus, qui dicuntur mare ob cõtritionis amaritudinem: neque arboribus, id eſt perſonis perfectis in bonis operibus fructificantibus. Ideo ex iſto ſacramento cor Chriſtiani con

De miniſtro confirmationis.

Quid cõfirmatio cõferat.

ri confirmatur in tantum, quod tempore Antichristi fortior erit confirmatus quam alter non confirmatus. Ideo Christus precepit Apostolis Luc. ult. Sedete in Ierusalem, donec induamini uirtute ex alto, id est donec sitis confirmati. Quia licet Apostoli fuerunt a Christo baptizati baptismo Christi, ut dicit sanctus Thomas iiij. scrip. dist. xxix. & arti. iiij. ad tertium. non tamen fuerunt confirmati usque ad diem Pentecostes. Ideo dixit eis, Sedete, id est non intretis bellū predicationis, quia non estis fortes, donec induamini, &c. Fuerunt enim Apostoli cōfirmati a Christo. Sed sine materia, ut dicit sanctus Tho. dist. vij. q. j. ar. ij. q. j. ad tertiū. iij. par. q. lxxij. ar. ij. ad primū. Sic in quatuor prelijs Antichristi multi erūt nō fortes, qa nō sunt cōfirmati, q timore negabunt fidem.

Primum prelium erit per dona placentia,
Secundum per miracula apparentia,
Tertium per insolubilia argumenta,
Quartum per durissima tormenta.

Sed illi qui erunt cōfirmati erunt fortes in omnibus istis prelijs, dicentes illud Act. xiij. Per multas tribulationes, &c. Ecce quare dicit, Nolite nocere terre, &c. Et sequitur, Et audiui numerum signatorum. cxliiij. millia signati. Vbi ponit tria composita, quia tres conditiones personarum debent recipere sacramentum confirmationis, scilicet centum millia, id est senes: quadraginta millia, id est iuuenes: quatuor millia, id est pueri. Millia autem significat perfectionem confirmationis, que potest dari senibus, iuuenibus, & pueris quatuor annorum & supra. Dicit enim sanctus Thomas iij. parte. q. lxxij. dist. v. ar. viij. & iiij. scrip. dist. vij. quest. iij. art. ij. De hoc quod confirmatio debet dari cuilibet baptizato cuiuscunque etatis, sexus, & conditionis, & etiam morienti. O quales honor est habere hoc signum, quia sicut in curia regis, licet omnes sint domestici, tamen magna differentia inter milites & scutiferos, &c. Sic omnes Christiani sunt domestici regis ipsius Christi, tamen nobiliores sunt confirmati, quia sunt milites qui dicere possunt, arma militie nostre non sunt carnalia. Quilibet nostrum magis uellet quod filius suus esset miles in curia regis quam scutifer tantum. Idem de curia regis Christi. Ergo labora sicut bonus miles Christi. ij. ad Tim. ij. Tertium signum est de presidentia spirituali. Hoc signum datur presbyteris in sacramento ordinum, quando ordinatur ad sacerdotium, quod signum dicitur esse character indelebilis, unde magna presidentia est, remittere peccata. Quis potest remittere peccata nisi solus Deus? Hoc posse commisit Deus sacerdotibus. Item posse aperire celum in consecratione. Quis enim fideliū habere dubiū posit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis uocem celos aperiri, & in illo Iesu Christi mysterio angelorū choros adesse, summa ac ima sociari, ut dicit Greg. in iiij. dialogorū, de consec. dist. ij. Quid sit sanguis, uersi. quis. Angeli autē dicere possunt

re poſſunt cantando, Panis angelicus fit panis hominum, dat panis celicus figuris terminum. O res mirabilis, manducat dominũ ſeruus pauper & humilis. De iſto ſigno dicit ſcriptura, Vidi alterum angelũ aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei uiui. Apo. vij. Nota, quod alter angelus dicitur ſacerdos, quia licet non ſit angelus in natura uel perſona, debet tamen eſſe angelus ſimilitudine, ut bonus frater predicator dicitur alter Dominicus ſimilitudine. Dic quomodo debet tenere uitã angelicam, &c. Ideo Exod. xix. Sacerdotes qui accedunt ad Dominum, ſanctificentur, ne percutiat eos. Dic quãdo ſunt boni ſacerdotes, quomodo ab angelis cõmendantur, quando uero ſunt mali, deteſtantur. Ecce quare dicit, Vidi alterum angelum. De ſacerdote Malach. ij. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legẽ requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum eſt. Nota, aſcendẽtem ab ortu ſolis, quia miſſa non eſt celebranda ante ortum ſolis, id eſt lucis, niſi de ſpeciali licentia Pape. Vnde dicit ſanctus Tho. iiij. parte. q. lxxxiij. art. ij. ad quartum. & iiij. ſcrip. diſtinct. xiij. queſt. j. arti. ij. queſt. iiij. quod miſſa poteſt dici quando incipit apparere aurora, non autẽ de nocte niſi in natiuitate Chriſti, & in uigilia Paſche, tunc enim ex digna celebratione miſſe ſacerdos aſcendit in ſcala gratie pluſquam ex aliquo alio opere. Per oppoſitum, mali ſacerdotes ex illo deſcendunt uſque ad profundum inferni. Dauid Pſal. cvj. Aſcendunt uſque ad celos, ſcilicet boni, & deſcendunt uſque ad abyſſos mali presbyteri, anima eorum in malis tabeſcebat. Nota, habentem ſignum Dei uiui, ſcilicet preſidentie ſpiritualis, ſeu preſidẽtie ſacerdotalis. Hoc ſignum habuit etiam Dominus Ieſus, non ſub ratione characteris, quia dicit ſanctus Tho. iiij. diſt. iiij. q. j. art. iij. & iij. parte. q. lxiij. arti. v. quod Chriſtus nullum habuit characterem. Dauid, Iurauit Dominus & non penitebit eum, tu es ſacerdos ineternum ſecundum ordinem Melchiſedec. Quartum ſignum eſt de penitentia ſacramentali. Vnde quando aliquis cum cordis contritione confitetur peccata ſua, quando ſacerdos abſoluit ipſum, in illo puncto datur in anima ſignum quod dicitur ornatus, & non dicitur character, ſed ornatus, intantum quod quando anima ſic penitens recedit a corpore, demones qui ueniunt ad mortem cuiuſlibet, uidentes hoc ſignum, fugiunt. Secus de anima impenitenti que non uult exire de corpore, ſicut nec captus de carcere ad audiendam ſentẽtiam damnationis. De hoc ſigno dicit ſcriptura, Preceptum eſt illis ne lederent fenum terre, neque omne uiride, neque omnẽ arboreẽ, niſi tantũ homines qui nõ habent ſignũ Dei in frontibus ſuis. Apoc. ix. Preceptũ eſt illis, ſ. demonibus. Ideo Dauid orãdo hoc ſignũ petebat, dicens Pſal. lxxxv. Fac mecũ ſignũ in bonũ, ut uideant qui oderunt me, ſ. demones, & cõfundantur, quoniã tu Domine adiuuiſti me, & cõſolatus es me, ſ. p gloriã. Ecce quare dicit thema, Multa qdẽ & alia ſigna fecit, &c. Deo gratias.

De ea

De eadem Dominica, qualiter Christus stat in medio presbyterorum. Sermo vij.



Tetit Iesus in medio discipulorum suorum. Ioan. xx. Secundum quod clare inueniri potest ratione & authoritate, sacerdotes noui testamenti, & etiã omnes ecclesiastici dicũtur proprie discipuli Christi. Ratio, Illi enim qui continue studeñt & cogitant, loquuntur & ratiocinãtur de doctrina alicuius doctoris, recte dicuntur eius discipuli, ut grammatici dicuntur discipuli Prisciani. Philosophi etiam de doctrina Philosophi. Idem qui corde cogitant & ore loquuntur doctrinam & legẽ doctoris Iesu Christi, & seruant eius precepta, recte dicuntur eius discipuli. Autho. Liga testimoniũ, signa legem in discipulis meis. Esa. viij. No. liga testimonium. Lex euangelica dicitur testimonium, scilicet de secretis celestibus testificando. Io. iij. Quod scimus loquimur, & quod uidimus testamur. Signa legẽ, scilicet ueterẽ que nõ debet seruari, quia figura fuit noue legis. Itẽ alia authoritas, Si mãseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis. Io. viij. No. Si manseritis, s. studendo, cogitando, loquendo, conuersando, tales sunt clerici qui cõtinue cogitant, student, loquuntur, & ratiocinantur doctrinam Christi in officio. Ideo dicit thema, Stetit Iesus in medio discipulorum suorum. Modo uidendũ est ex quibus operibus Christus stat in medio discipulorum. Et inuenio ex tribus, scilicet,

Primo per collaudationem angelicalem,
Secundo per consecrationem sacramentalem,
Tertio per conuersationem spiritualem.

Ergo stetit in medio discipulorum suorum. Dico primo q̃ Christus stat in medio presbyterorũ per collaudationẽ angelicalẽ. Officia enim ecclesiastica dicuntur collaudatio, a con, quod est simul, & laudatio, quia angeli nobiscũ laudant Dominum. Nunquã fit officiũ in aliqua ecclesia quin angeli sint presentes nobiscũ. Autho. Psal. lxvij. Preuenerunt principes cõiuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum. Principes dicuntur sancti angeli, ut exponit Bernar. Ratio, quia sicut quilibet rex huius mundi dicitur princeps, ita angelus, imo magis, eo quod minor angelus celi est maior quolibet rege huius mundi in honore & dignitate. Preuenerunt enim principes, scilicet angeli, quia antequam dicatis psalmos, iam sunt cõiuncti uobiscum ad psalmodiã dicendam, ut exponit Bern. No. in medio iuuencularum tympanistriarum, nõ dicit uetularum. Synagoge dicuntur uetule, sed ecclesie Christiane dicuntur iuuencule tympanistrie. Nõ solũ angeli, sed & etiã ipse rex angelorũ est in medio, q̃d patet ex suo testimonio. Matt. xviij. Vbi sunt duo uel tres cõgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. In hac authoritate Christus ostendit nobis tria que debemus habere

faciendo officium diuinum. Primo, quod simus duo uel tres & nõ plures neq; pauciores, duo sunt chorus dexter & sinister, uel tres pro illis qui sunt in pulpitro, uel duo sunt, cor cogitando, & os loquendo, quia officium nõ debet dici solum cõtemplando, sed simul cõtemplando & loquendo, unde si os dicit officium, & cor cogitat aliud, iam sunt duo. Ideo dicit Aug. Psalmis & hymnis cũ oratis Deum, hoc uersetur in corde quod profertur in ore, &c. Alias Christus dicet Mat. xv. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me, &c. Duo representant duas Christi substantias, scilicet diuinitatem & humanitatem, tres autem, tres personas trinitatis. De his tribus dicit scriptura, In tribus beneplacitum est spiritui meo que probata sunt corã Deo & hominibus. Eccles. xxv. Corã Deo & hominibus comprobatur, quãdo chorus dexter & sinister cantant ordinate. Sed hodie taliter cantant cõtendẽdo, &c. quod reprobati sunt coram Deo & hominibus. Ideo auisetis uos, &c. Nota cum dicitur in nomine meo. Lu. ij. Vocatum est nomen eius Iesus, id est saluator. Tunc clerici sunt congregati in nomine Iesu, quando procurant honorem Dei, & saluationem animarum uiuentiũ & defunctorum. Multi tamen cõgregantur in ecclesia non in nomine Iesu, sed denarij, quia alias nõ uenirent, nisi sint ibi pecunie. Dicit aliqui, Non introducam malã cõsuetudinem surgendi ad matutinas, &c. Vnde raro uisitatur ecclesia a pluribus nisi amore denarij, nec audiunt confessiones, & sic de aliis sacramentis. tales receperũt mercedẽ suã. Mat. vj. Et ex ista ratione dicebat Apostolus, Omne quodcũq; facitis, in uerbo aut in opere, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite. ad Col. iij. Nota ibi ego sum in medio, quãdo opus fit pro suo honore cer titudinaliter, ipse est in medio, ex hoc signo sequitur q̃ in quolibet sermone facto in nomine Iesu Christi, ipse est ibi. Ideo sitis auisati, & confiderate, quia ibi est Papa, Iesus & Cardinales, scilicet angeli, quapropter debetis composite stare in choro, quomodo staretis si rex uel Papa esset in uesperis, &c. Dic quomodo sunt dicende deuote septem hore canonice. De quo loquitur cap. dolentes, extra, de celeb. missarum, ubi precipit ecclesia quod officium diuinum diurnũ pariter & nocturnum, quantum Deus dederit, studiose & deuote persoluatur. Dico secũdo q̃ Christus stat in medio p cõsecrationẽ sacramentalẽ. Iam uidetis q̃ in missa sacerdos tenet hostiam consecratam in medio manuum suarum, & ipsam recipit in medio populi. Dauid in Psal. Deus stetit in synagoga, id est congregatione deorum, id est angelorum qui dicuntur dij non essentialiter, sed participatiue. In medio autem deos, id est sacerdotes diiudicat, id est diuersimode iudicat & condemnat, propter defectus quos faciunt in missa. Primo iudicat sacerdotes, & ipsos reprehendit de materia sacrificij, si non est ita preparata ut decet, scilicet quod hostia sit munda, alba, & sine macula, & rotunda, quia significat

ſtat eternitatem Dei. Item de materia ſanguinis, quod ſit uinum purum & bonum & non acetoſum. De quo ſanctus Tho. uide iiij. ſcrip. di. xj. queſt. ij. arti. iiij. queſt. ij. & iij. parte lxxiiij. arti. v. ad ſecundum. ubi dicit quod de aceto non poteſt confici ſanguis, ſed de uino acetoſo bene, licet ſit peccatum. Secundo iudicat ipſos de forma, ſi dicitur ut debet dici. Dic contra illos qui anhelant, & cum capite faciunt ſignum crucis. Item de forma conſecrationis ſanguinis, & quomodo aliqui dicunt feſtinanter nimis, aliqui nimis ſpatioſe. Tertio iudicat de inſtrumentis immundis, ſcilicet corporalibus, pannis ſeu mappis, & calice & candelis. Item quod illud quod ſeruit altari, ut candelabra, &c. non ſeruiat uobis in domo ueſtra uel in menſa, quia ut dicit regula iuris. libro vj. Quod ſemel dicatum eſt Deo, amplius ad uſus humanos nō eſt transferendum. Quarto iudicat intentionem, ſi celebrant pro pecunia, ut Iudas uendendo Chriſtum, quia accipere promiſſa aliquid quaſi pretium eius eſt ſimonia. non autem ſi ſumatur quaſi ſtipendium. dicit ſanctus Thomas ij. ij. queſt. c. artic. ij. ad ſecundum. & iiij. diſt. xxv. queſt. iij. arti. ij. queſt. j. ad quartum. Et tales communiter dant miſſas pro penitentia in confeſsione. Quia dicit ſanctus Tho. iij. parte, queſt. lxxxij. articu. ix. & quolibeto x. queſt. viij. & iiij. ſcrip. diſt. xiij. queſt. j. arti. ij. & diſt. xiiij. queſt. j. art. iij. quod celebrans miſſam in peccato mortali, uel inducens talem ſcienter, peccat mortaliter. Quinto, iudicat utrum celebrant male parati, & ſine deuotione. Ecce quare diiudicat, id eſt diuerſimode & ex diuerſis cauſis iudicat. Ideo Apoſtolus j. ad Cor. xj. Probet autem ſeipſum homo, & ſic, &c. Probet, ſcilicet motiuum celebrandi quod habet, & ſic de pane illo edat, &c. Dictis uerbis nihil remanet ibi de pane, niſi ſolum accidentia, ut dicit Doctor iiij. ſcript. diſt. xij. & eſt de neceſsitate fidei. Si dicatur, De quo ergo fiunt uermes in hoſtia? &c. Reſpondeo, quod illud ſacramentum eſt miraculis plenum, ita quod illa accidentia habent uigorem ſubſtantie, quia per ſe ſubſiſtunt. Ideo de illis accidentibus generantur uermes, quia habent uirtutem ſubſtantie. De hoc uide ſanctum Thomam quarta ſcript. diſtinctio. xij. queſt. j. articu. ij. & iij. parte. queſt. lxxvij. arti. ij. Et dicitur panis non materialis, ſed celeſtialis. Illud, Ego ſum panis uiuus, qui de celo deſcendi, ſi quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in eternum. Ioannis ſexto. Nota, iudicium ſibi manducat, id eſt damnationem. Dicit gloſſa Ambroſij, Ita punietur, ac ſi Chriſtum propriis manibus interfeciſſet. Nota de hoc ſanctum Thomam in tertia queſtione, articulo ſecundo. & quarta ſcriptura, diſtinctione nona, dicentem, quod peccatum indigne ſumentium euchariſtiam eſt minus graue peccatis commiſsis in Deum, & grauius peccatis contra proximum, uel contra ſeipſum, & eſt etiam minus graue peccato occiſionis Chriſti, & proditionis eius, & etiam minus graue proiectione eius in lutum. Ideo antiqui

Nō ſacrificat abſque peccato in acetoſo uino.

ſancti

ſancti dubitabãt & ualde timebant ſi eſſent digni ſacerdotio,&c. Tertio, Chriſtus eſt in medio per conuerſationem ſpiritualem. omnes debemus ſpiritualiter conuerſari, & dicet nobis Chriſtus, Ego in medio ueſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat. Luce xxij. Sed conuerſatio ſpiritualis debet eſſe per quatuor uirtutes, quas debemus habere in uita noſtra, que ſunt,

Continentia perſonalis,
Abſtinentia corporalis,
Temperantia humanalis,
Sufficientia temporalis.

Primo enim in noſtra conuerſatione, debemus habere continentiam perſonalem, ſcilicet uiuere caſte. Dic contra illos qui dicunt, Luxuria minimum peccatum eſt mortale, uerũ eſt in laicis per reſpectum ad ſpiritualia peccata. Et dicit tamẽ S. Thomas ij.ij.q.cliiij.art.iij.& in q.de malo.q.j.art.j.ad xiij.quod fornicatio eſt maius peccatum his que ſunt circa exteriora,& minus his que ſunt contra Deum, uel contra perſonam proximi. Et ſecundum eundem.iiij.ſcrip.di.xxxiij.q.j.art.iij.& j.ij. ubi ſ.art.ij.cõcubinatus,& quilibet coitus extra matrimonium eſt contra legem nature,& peccatum mortale. In ſacerdotibus tamen & religioſis eſt de maioribus peccatis carnis, quia ſacrilegium eſt, ergo ratione iſtius magnum peccatũ eſt furtum, maius eſt homicidiũ,& adhuc maius periurium. Et dicit ſanctus Thomas in ij.ij.q.lxxxviij.quod maius eſt adhuc fractio uoti ſimplicis, & maius fractio uoti ſolennis, uel expreſsi, ut in religioſis, uel annexi, ut presbyteris ex ordinatione eccleſie. Ideo oportet habere continentiam perſonalem. Ideo dicit Chriſtus ſacerdotibus, Sint lumbi ueſtri precincti,& lucerne ar.&c. Luc.xij. Et ita nullus & preſertim ſacerdos habere debet concubinas, nec ſuſpectas familiaritates. Secundo, neceſſaria eſt abſtinentia corporalis, quia aliter non poteſt homo uiuere caſte. Luce xxj. Attendite ne grauentur corda ueſtra, &c. Ideo hodie tot ſunt luxurioſi, quia non habent abſtinentiam, quia ſecundum Hiero. Venter mero eſtuans de facili in luxuriam ſpumat. Tertia uirtus neceſſaria eſt temperantia humanalis, ſcilicet ne nimis uelitis conuerſari cum laicis. Ratio, Nam habemus conditiones imaginum, que de longe apparent pulchre, ſecus de prope, quia tunc uidentur defectus imaginum. Idem de eccleſiaſticis, antiquitus enim quando presbyteri uel religioſi ibant per uillam raro,& ex magna neceſsitate honorabantur ab omnibus,&c. Ideo Apoſtolus, Exite de medio eorum, & ſeparamini dicit Dominus. ij.ad Corinth.vj. Quarta eſt ſufficientia temporalis. Habentes enim alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus. j.ad Tim.vj. Non facere debetis ſimonias, uſuras, nec tenere pecunias in poſſe Iudeorum, nec facere mercantias. Presbyter qui bene facit officium ſuum, nunquam

egebit,

egebit, quia dicit Christus, Primum querite regnum Dei, &c. Luce xij. & Matthei sexto.

Dominica prima post octauam Pasche. Sermo primus.

EGo sum pastor bonus. Ioannis x. Sermo noster erit de sancto euangelio huius dominice. Et habebimus multas bonas doctrinas pro intellectus illuminatione & uite reformatione. Sed primo salutetur uirgo Maria. Verbum propositum pro themate & fundamento nostri sermonis est uerbum Domini Iesu Christi de se loquentis, dicens, Ego sum pastor bonus. Bonitas huius Benedicti pastoris erga oues, scilicet fidelium Christianorum, ostenditur in sancto euangelio hodierno qua duplici ratione.

Prima ratio, quia comparauit oues pretiose.
Secunda quia custodiuit eas studiose,
Tertia quia pascit eas copiose.
Quarta quia collocat eas secure.

Dico primo quod Christus ut bonus pastor emit suas oues pretiose, scilicet pretio sanguinis sui, non habet eas de furto uel rapina, siue ex deceptione, sed emit eas pretio iusto & superabundanti. De hoc dicit ipse in principio euangelij, Ego sum pastor bonus. Ratio, Quia bonus pastor animam suam, id est uitam corporalem dat pro ouibus suis. Ratio, Quare dat tam pretiosum pretium, est ualor incomparabilis anime, quia nulla creatura corporalis comparabilis est anime in ualore. Vnde si in statera diuine iustitie que est iusta & equa, in parte una ponerentur omnes creature corporales, scilicet aurum, & argentum, margarita, elementa, sol, luna, & omnes stelle: & in alia parte una anima rationalis, plus ponderaret in ualore anima rationalis, quã omnes creature. Authoritas, Quid enim prodest homini si mundum uniuersum lucretur, anime uero sue detrimẽtum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Matth. xvj. quasi dicat, nullam sufficientem. Parum lucratur qui perdit animam. Si ergo pro redemptione unius anime non sufficit totus mundus, quanto magis pro omnibus animabus? Ideo nullum erat pretium sufficiens, nisi sanguis Christi infiniti ualoris, ex coniunctione diuinitatis. Vnde si statera diuine iustitie in una parte essent omnes anime, & in alia minima gutta sanguinis Christi, plus ponderaret in ualore sanguis Christi, quam omnes anime ex coniunctione diuinitatis, nec aliud pretium sufficiens poterat dari. De hoc dicit Scriptura, Scientes quod non corruptibilibus auro & argento redempti estis de uana uestra conuersatione paterne traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Iesu Christi. j. Pet. j. Nota, paterne traditionis, id est uenditionis. Dic quomodo pater noster Adam uendidit se, & totum genus humanum

pretio

pretio unius pomi, licet non legatur cuius erat ſpeciei, & fuit captiuus diaboli ipſe, uxor, & cõſequenter omnes filij. Authoritas, A quo enim quis ſuperatus eſt, ſcilicet duello, huius & ſeruus eſt. ij. Petr. ij. Sic Adã & Eua conſentientes peccato, reddiderunt ſe diabolo. Si ergo captiui generant filios, filij etiam ſunt captiui. Sed uenit Chriſtus optimus mercator de celo in terram, ſciens ualorem animarum, dedit non pomum, nec aurum, &c. ſed ſolum ſanguinem pretioſiſsimum ineſtimabilis ualoris, qui redemit nos. Ideo dicit, redempti eſtis. Nota redempti, id eſt iterum empti. Vnde concluſio eſt theologie, quod minima gutta ſanguinis Chriſti erat pretium ſufficiens & ſuperabundans pro mille mundis redimendis uirtute diuinitatis & infinite charitatis. Modo cogitate quot guttas ſanguinis Chriſtus pro nobis dedit. Primo adhuc puer in circunciſione & in prima gutta redemit nos. Idem in ſecunda, &c. Secundo in nocte paſsionis quot guttas ſanguinis emiſit. Luce xxij. Factus eſt ſudor eius ſicut gutte ſanguinis decurrentis in terram, &c. quelibet gutta fuiſſet pretium ſufficiens. Tertio quando fuit adductus in domo Pilati, &c. Quarto quando fuit coronatus ſpinis, totum caput fluxit ſanguine. Quinto quando fuit crucifixus in manibus & pedibus, quot gutte ſanguinis cadebant ſuper caput uirginis Marie. Item quot lacrymas, quot guttas ſudoris, quot labores dum iret predicãdo. Ideo non dicit empti eſtis, ſed redempti, id eſt pluries empti. Ideo Apoſtolus, Habemus redemptionem, non dicit emptionem, per ſanguinem eius remiſsionem peccatorum ſecũdum diuitias gratie eius que ſuperabundauit in nobis. ad Epheſ. j. Ecce prima ratio quare Chriſtus eſt paſtor bonus, quia oues ſuas emit pretioſe. Moraliter. Hic penſari poteſt ſi tanti ualoris eſt anima, & Chriſtus tantum pretium dedit, quomodo quilibet debet animã ſuam cuſtodire. Quomodo eſt dignus magna reprehenſione ille qui pro aliqua utilitate mundana, uel pro aliquo bono terreno conſequendo, dat animam ſuam diabolo peccando moraliter, quia tunc anima uenditur diabolo modico pretio ſuperbie uel auaritie, & ſic de aliis peccatis, tunc animam hare a Chriſto emptam das pro tam uili pretio. Dicatur parabola de mercatore ditiſsimo, qui in nundinis expoſuit totam ſuam pecuniam, & emit unam pretioſam margaritam, & dedit illam uxori, que poſuit ad burſam ſuam, & tranſiuit quedam mulier portans lactucas, & dedit illam pro lactucis. Nunquid iudicatis uos ipſam fore ſtultam, uel fuiſſe? Similiter uos eſtis in hac uel tali fatuitate. Iſte mercator eſt Chriſtus qui uenit de celo ad forum, & feriam huius mundi, & emit pretioſiſsimam margaritam, ſcilicet animam, pro qua dedit totum ſuum ſanguinem, & commiſit eam mihi meam, tibi tuam. Vetula cum lactucis tranſiens eſt tentatio, dicens, O qualis delectatio, &c. Et quãdo ſibi conſentis, tunc tradis ſibi margaritam, id eſt animam. Verbi

gratia.

gratia. Quando tentatio tentat te de uana gloria, ſuperbia, & ſic de aliis peccatis, tunc uendis animam, uel quando pro modico lucro iuras falſe. Alij dant pro modica delectatione, ſicut luxurioſi. Alij pro uno prandio uel tacea uini, ut guloſi frangendo ieiunia. Alij pro una dormitione, ut pigri quando dimittunt miſſam, &c. Ideo Scriptura dicit Deuteronomij quarto. Cuſtodi temetipſum, & animam tuam ſolicite, ſcilicet ne redeat in ſeruitutem diaboli. Quando reuertetur mercator, id eſt Chriſtus in morte hodie uel cras, quid dicet uobis? Videte ergo quomodo eſt cauendum a peccatis. Dicit ille doctor Leo Papa in ſermone paſsionis Domini. Agnoſce, o Chriſtiane dignitatē, &c. Dico ſecundo, Bonus paſtor Chriſtus cuſtodit oues ſuas ſtudioſe. Iam uidetis quomodo quilibet dominus qui habet oues in terra ubi ſunt lupi, bene cuſtodit. Sic facit Chriſtus Chriſtianis ne a lupis infernj deuorentur. De hoc dicit ipſemet in ſecunda parte euangelij, Mercenarius autem & qui non eſt paſtor, &c. uſque, me mee, ubi ponit differentiam inter uerum paſtorem, & mercenarium. Nota quomodo domini qui habent oues in deſertis, dant duas cuſtodias ouibus, ſcilicet paſtorem, & canem contra lupum latrantem. Sic Chriſtus ad cuſtodiam ouium ſuarum, dat duas cuſtodias, ſcilicet paſtorum miniſtrorum. Paſtores ſunt ſancti angeli. Vnde doctrina eſt ſacre theologie, quod quilibet ab ortu natiuitatis ſue habet angelum ad cuſtodiā deputatum. De hoc uide Thomam prima parte. queſtione cxiij. Dic practice. Quando mulier debet parere, Chriſtus in celo uocat unum angelum nomine ſuo, quia omnibus eis nomina dedit, dicens, Committo tibi filium uel filiam, cuſtodias, &c. Proles naſcendo per prius recipitur per angelum in manibus angeli, id eſt in cuſtodia & diligentia, quam obſtetricis, quantumcūque ſit preſto. Ex quo ſequitur quod nunquam aliqua mulier parit ſine obſtetrice. Dicit Hieronymus, ſuper illo uerbo, Angeli eorum, id eſt hominum, ſemper uident faciem patris mei qui in celis eſt. Matthei xviij. Dicit hic gloſſ. Hieronymi, Magna eſt dignitas animarum, ut unaqueque habeat ab ortu natiuitatis ſue bonum angelum ad cuſtodiam deputatum. Nota, unaqueque, nullus dominus dat unum paſtorem cuilibet oui, ſed committit. c. uel cc. uni paſtori. Chriſtus uero tantum diligit animas, quod cuilibet dat ſuum paſtorē, ſiue cuſtodem. Ecce quomodo cuſtodit oues, Cogitate hic, &c. Si rex haberet oues ſicut antiquitus habebāt Dauid & alij reges, & diceret militibus ſuis & baronibus cōmitto uobis illas oues deſerti, ut ipſas cuſtodiatis, quō indignarētur ipſi, nec haberēt patientiā, & ſancti angeli quorū minor eſt maior quam ſit hic Papa, rex, uel Imperator, reputāt ſibi ad honorē, quod Deꝰ uelit eis cōmittere creaturas, quas fecit ad imaginē, & ſimilitudinē ſuam, & redemit ſanguine

ſuo

ſuo, & regratiantur Deo. Nec unquam angelus deſerit creaturam ſibi commiſſam uſque ad mortem, quam tunc ducit ad paradiſum ſi ſit perfecta, uel ad purgatorium, uel ipſam dimittit in manibus demonum, ſi ſit impenitens & mala. De hoc Dauid, Angelis ſuis mandauit de te, ut cuſtodiant te in omnibus uiis tuis. Nota, uniuerſaliter in omnibus, & per mare & per terram, &c. Moraliter habetis hic doctrinam, quando habetis aliquam tentationem, uel occaſionem peccandi, quod cogitetis penitentiam angeli. Nullus enim fur faceret furtum alio uidente, nec luxurioſus luxuriam. Cogita quod angelus ſemper te uidet, &c. Item Ber. In quolibet angulo, & quolibet diuerſorio da reuerentiam angelo, & noli preſente eo facere quod me preſente facere non auderes. Secundo Chriſtus ad cuſtodiam ouium ſuarum dat canes qui latrant contra lupos inferni. Sed canes ſunt omnes qui habet officium predicandi, magis enim timent, & terrentur demones clamore & latratu predicationis, quã lupi latratu canum. Maior dignitas eſt eſſe talem miniſtrum & canem, quia eſt officium apoſtolicum ouium Chriſti, quam eſſe patriarcham uel prophetam. Authoritas, Iob in perſona Chriſti crucifixi di. Nunc deriderunt me iuniores, tempore quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Iob xxx. Nota, Nunc, ſcilicet in articulo paſsionis deriderunt me iuniores tempore, ſcilicet Iudei qui tunc erant, quorum patres, qui ſunt patriarche & prophete, non dignabar ponere cum canibus gregis mei, ſcilicet cum Apoſtolis, quia maioris dignitatis fuerunt Apoſtoli, & uiri apoſtolici, quam patriarche & prophete. Nota ergo quomodo eſt magnum officium predicatoris, & cum quãta uigilantia exercendum uiriliter latrãdo. Ideo Dauid pſal. lxvij. Dicit Dominus ex Baſan, cõuertã, cõuertã in profundũ maris, ut intingatur pes tuus in ſanguine, lingua canũ tuorum ex inimicis ab ipſo. No. Dixit Dominus, ex Baſan, id eſt confuſione, conuertam, ſcilicet peccatorem, conuertam in profundum maris, id eſt amare contritionis. Et quomodo fiet iſtud? Reſpõdet Dauid, Vt intingatur pes tuus, ſcilicet corpus, in ſanguine, ſcilicet paſsionis, & lingua canum tuorum, ſcilicet predicatorum, de Chriſti paſsione predicantium: ex inimicis ſupple, liberentur oues, ab iſto ſcilicet Chriſto, & non uirtute predicationis. Moraliter. Modo canes dati a Chriſto ad cuſtodiam ouium fecerunt pacem cum lupis inferni. Ideo oues male cuſtodiuntur. Nota hic parabolã de Eſopo de canibus, & lupis uolẽtibus bellare. Quidã lupus antiquus q multa uiderat & audiuerat dixit, Rogo quod ante preliũ permittatis me loqui cũ canibus. Qui dixit canibus, Magnum malum erit uobis bellare nobiſcum, quoniã uel eritis uicti, & ſic male pro uobis, uel uictores, & ſi morimur, uos perditis uitam, quia nobis mortuis non indigent uobis. Hoc audito canes diſſimulauerũt & fecerunt pacem. Significatũ huius parabole eſt bonum.

Lupi

Lupi sunt demones, canes autem predicatores, qui debent bellare, sed pacem fecerunt, quia iam predicatores non latrant contra demones pro custodia ouium, sed ut uideantur clerici, aut habeãt familiaritates, pecunias, &c. predicant doctrinas Poetarum & non Christi. Ideo iam uerificatur illud Esa. lvj. Omnes bestie agri uenite ad deuorandum, uniuerse bestie saltus. Speculatores eius ceci omnes nescierunt, uniuersi canes muti non ualentes latrare, uidentes uana, dormientes, & amantes somnia, & canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt scientiam, alias intelligentiam, omnes in uiam suam declinauerunt, unusquisq; ad auaritiam suam a summo usq; ad nouissimum. Ideo deuorant lupi, scilicet demones, tot oues. Si dicatur, Mirum est quod aliqua ouis pereat, quia habet angelum custodem, &c. Respondeo quod deus per angelos custodit oues, sed non cogit liberum arbitrium. Christus precipit, angelus uero consilium dat, & inducit, sed non cogit. uerbi gratia, Christus ut Dominus & pastor principalis precipit humilitatem, & angelus te inducit ad eandē, sed es ita malus & induratus in malitiis tuis, &c. ꝙ non uis credere Christo precipiēti, nec angelo cōsulenti, sed uis facere superbiam, pōpam, &c. Item de aliis uirtutibus & uitiis oppositis. Ecce quare perduntur oues Christi, quia nolunt stare sub cura seu regimine pastoris. Ideo Dauid, Erraui sicut ouis que perit, &c. Dico tertio, ꝙ bonitas pastoris Christi ostenditur in hoc, quod oues suas pascit copiose, scilicet in sacramēto altaris. Multum est enim quando Dominus permittit comedere oues in horto suo, multo magis quando in sua mensa & de suo pane. Plus facit Christus in ouibus suis, quas permittit comedere in domo, scilicet ecclesia, & in mensa sua, scilicet altari, quibus dat non panem, sed corpus suum in cibum, & sanguinem suum in potum, non unum frustum sed totum corpus. De hoc dicit euangelium, Sicut nouit me pater, & ego nosco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis. Dicit hic Greg. quod hoc dicit de sacramento altaris. Fecit Christus quod monuit, ostendit quod iussit. Bonus pastor animam suam pro ouibus suis posuit, ut in sacramento nostro corpus suum & sanguinem uerteret, & oues quas redemerat, carnis sue alimento satiaret. De ista pastura prophetia. Ezech. xxxiiij. Hec dicit dominus. Ego pascam oues meas in montibus Israel. In pascuis uberrimis pascam eas & in montibus excelsis, scilicet in tribus substantiis altissimis que sunt in hostia consecrata. Vnde altior mons seu creatura mundi corporalis, & melior est corpus Iesu Christi, quod ibi est in hostia. Matt. xxvj. Accipite & manducate, hoc est corpus meū. Dixit Christus in cena apostolis. Secundus mons altissimus super omnes creaturas spūales melior & excellentior est aīa Christi, q̄ ibi est etiā in hostia consecrata p naturalem concomitantiā. Tertius mōs altissimus, quia de omnibus substantiis liquorosis

melior & excellentior eſt ſanguis Chriſti, qui ibi eſt per naturalem cõcomitantiã Ideo nõ datur uobis in calice. Item ſuper oẽs creaturas corporales & ſpũales & liquores eſt diuinitas, que eſt tota in hoſtia cõ ſecrata. Ecce qualis bolus. Ecce quare dicit ego paſcã oues meas, &c. Moraliter. Si ergo uultis eſſe cũ angelis in paſcuis paradiſi, cõmunicate quolibet anno in paſcha bene parati, alias nũquã recipiemini in paradiſo. & eſt magna rõ, ꝙ qui nolunt recipere Chriſtũ in domo ſua, nõ recipiantur a Chriſto in paradiſo. Amen amẽ dico uobis, niſi manduca ueritis carnẽ filii hoĩs, & biberitis eius ſanguinẽ, non habebitis uitã in uobis. Io. vj. Qui aũt cõmunicant, recipiũtur a Chriſto di. Dignũ eſt, qa me recipiſti, ut te recipiã in domo mea. Mat. xv. Euge ſerue bone & fidelis. Nota ꝙ ſicut quolibet anno Chriſtus debet recipi ſacramẽtaliter ſic in qualibet dñica debet recipi ſpiritualiter in miſſa, in qua ſacẽrdos ipſum recipit ſacramentaliter, & totus populus ipſum recipere debet ſpiritualiter. Ideo dicit ſacerdos in cõicãdo. Refecti cibo potuq; celeſti, &c. Nõ dicit refectus, quia ſicut oĩa mẽbra corporis reficiũtur cibo ab ore ſumpto, ſic de corpore eccleſie oĩa mẽbra cõiuncta reficiuntur &c. Dic quõ ſeruatis quatuor cõditionib⁹ debẽt Chriſtum recipere in miſſa ſpiritualiter. In dominica prima ne ſint potati. j. Cor. xj. Cum cõuenitis ad mãducandũ inuicẽ expectate. ſ non bibatis quando, &c. Secunda ut ſint in confeſsione, quia quando hõ inuitauit, ſemper debet eſſe in manuum ablutione. Dauid, Populus eius & oues paſcue eius in troite portas eius, ſcilicet eccleſie, in cõfeſsione. Non dicit in epiſtola, uel in euãgelio. Tertia ne loquãtur in eccleſia. Hec dicit dominus de⁹ ſctũs Iſrael. Si reuertamini & quieſcatis, ſalui eritis. In ſilentio & in ſpe erit fortitudo ueſtra. Eſa. xxx. Nota ſi reuertamini. ſ. a laborib⁹ & negotiis tẽporalibus. Quarta, ne recedãt quouſq; datur cõgeriũ benedictiõnis, iuxta illud Deut. xxxij. Date magnificentiã deo noſtro, dei perfecta ſunt opa, &c. Dico quarto, ꝙ Chriſtus tanquã bonus paſtor oues ſuas collocat ſecure. Sicut paſtor in ſecuro collocat oues ſuas, &c. Idẽ facit Chriſtus. De hoc quarta pars euãgelii. Alias oues habeo, q̃ non ſunt ex hoc ouili, &c. uſq; in finem. Vnde bona gens uideo ꝙ uos qui habetis oues in monte in paſcuis, cum uenit nox, ponitis eas in aliquo ouili, ne lupi deuorent eas. Sic facit Ieſus de nobis quando uenit ueſper, ſcilicet dies mortis, Ieſus collocat animas in paradiſo, ſi bene uixerunt, ne lupus, id eſt, diabolus eas deuoret. Et loquitur Chriſtus angelis dicens, Alias oues habeo, ſcilicet homines & mulieres, & illas oportet me adducere, ſcilicet per innocentiam, uel per obedientiam, uel per penitentiam. Ouile ſeu locus ouium harum ubi in nocte mortis ſecuriſsime requieſcent, eſt celum empyreum, ſcilicet ſocietas angelorum & fit unum ouile & unus paſtor, &c.

De eadem dominica. Sermo ſecundus.

Fiet

Fiet unum ouile & unus paſtor. Io.x. In preſenti ſermone iuxta mortiuū thematis uolo uobis predicare & declarare quō anime ſancte collocantur, & ordinantur in paradiſo, & ſi uultis tenere bonam uitam, ſcietis cum quibus angelis eritis collocādi in paradiſo. Credo quod erit materia deo gratioſa & acceptabilis, & nobis proficuoſa & meritoria. Sed primo ſalutetur uirgo Maria. Pro huius uerbi declaratione & ueniendo ad materiam predicandam, ſciendum q̄ inter antiquos doctores & magiſtros fuerunt due magne queſtiones, de ordinatiōe animarum & angelorum in paradiſo. Queſtio prima erat de preeminentia. Secunda de reſidentia. Prima de preeminentia, Vtrū angeli in celo ſint ſuperiores & altiores animabus, uel econuerſo, uel ſint equales. Secunda de reſidentia, Vtrum angeli oēs in gloria ſint ad dexterā Chriſti, & anime ad ſiniſtram, uel per oppoſitum, uel ſi ſtent ſimul. He queſtiones erant difficiles ad ſciendum, ſed Chriſtus eas declarauit reſpondendo ad unam queſtionem quam ſibi fecerunt Iudei, de qua loquuntur tres euangeliſte, ſcilicet Mat xxij. Mar. xij. & Luc. xx. Dic hiſtoriam de queſtione facta Chriſto de muliere que habuit ſeptem uiros, in reſurrectione cuius eſſet uxor. Quibus Chriſtus reſpondens dixit, Filii huius ſeculi nubunt, & traduntur ad nuptias, illi uero qui digni habebuntur ſeculo illo in reſurrectione ex mortuis, non nubent, neque ducent uxores, neque ultra mori poterunt. Equales enim angelis ſunt. Luc. xx. Patet reſponſio ad primam queſtionem de preeminētia, quod angeli non ſunt ſuperiores animabus, nec econuerſo, ſed anime & angeli ſunt equales, ſcilicet in puritate, dignitate, & gloria. Secunda queſtio eſt de reſidentia, que patet ex alia Chriſti reſponſione, quam fecit Iudeis dicens, Erratis, neſcientes ſcripturas, neq; uirtutem dei. In reſurrectione enim neq; nubunt neq; nubentur, ſed erūt ſicut angeli dei in celo. Mat. xxij. Nota, ly ſicut eſt aduerbium, & dicit ſimilitudinem, ergo angeli non erunt ad dexterā, & anime ad ſiniſtram uel econuerſo, ſed erunt ſimul. Et hoc dicit thema propoſitum, Fiet unum ouile, ſcilicet de hominibus bone uite, & de angelis, ſub uno paſtore. ſ. Chriſto regnante ſup oēs. Mō ex doctrina Chriſti, & Apoſtoli Pauli, & Ioannis euangeliſte qui hoc uiderūt ex Chriſti oſtenſione eis facta, nos ſcimus ordinationem paradiſi quomodo ibi ſunt nouē ordines angelorum, ut expreſſe hic ponit Dionyſius qui habuit a Paulo, quos ordines beatus Ioannes uocat plateas, Et platee ciuitatis aurum mundum, tanquam uitrum perlucidum. Apoc. xxj. Nota corporalē pulchritudinē platearum. In tantū q̄ ſi poſſent uideri. &c. In prima platea ſunt angeli ſic dicti. Et de iſto ordine quilibet noſtrū habet unū angelū ad cuſtodiam ſibi deputatū, ubi ſunt plures q̄ ſunt in mundo folia arborum. Dicit S. Tho q̄ ſicut quantitas continua iſtorū inferiorū non eſt niſi punct⁹ re-

ſpectu quantitatis celi: Sic quantitas diſcreta rerum mundanarum nihil eſt reſpectu quantitatis diſcrete illorum qui ſunt in celo. Et in hac prima platea eſt capitaneus Raphael. Secunda platea altior eſt archangelorum, capitaneus eſt Gabriel. Tertia platea eſt principatuũ, Capitaneus eſt Michael. Autoritas. Dan. x. Ecce Michael unus de principibus primis. Quarta omnibus predictis excellentior eſt poteſtatum. Neſcitur quis eſt ibi capitaneus, quia deus non reuelauit niſi de tribus predictis. Quinta pulchrior eſt uirtutum. Sexta donationum. Septima thronorũ. Octaua cherubim. Nona omnibus aliis maior, nobilior, & pulchrior ſeraphim. Anime autẽ collocãtur quedam in primo ordine, quẽdam in ſecundo, &c. Nulla autẽ eſt ſuper oẽs ordines angelorum niſi ſolus Chriſtus cũ uirgine Maria a dextris eius. Hieronymus, Non eſt fas credere aliquem ſanctorũ oẽs ordines angelorũ tranſcendere, niſi ſolum uirginem Mariã, de qua dicit eccleſia, Exaltata eſt ſancta dei genitrix ſuper choros angelorũ ad celeſtia regna. Et ſic fit in celo empyreo unum ouile & unus paſtor. Modo declarabo uobis que aĩe uadunt in primo ordine, & que in ſecundo, &c. Et dum ego dicam quilibet ueſtrũ cogitet de ſe & uideat ſi teneat talem modum uiuẽdi. Vnde ſicut ſunt in celo nouem platee ſeu ordines angelorum, ſic ſunt in hoc mundo nouẽ modi bone uite correſpondentes nouem ordinibus angelorũ, & qui ſunt in primo gradu bone uite, collocantur in primo ordine. Primus modus ſeu gradus bone uite eſt afflictio penitentialis. ſ. de peccatis, de quibus nullus poteſt ſe excuſare, facere penitentiã, pro tẽpore conuerti ad Deum, conteri cum propoſito nõ redeundi ad peccata, confiteri, uitare occaſiones peccãdi, affligere carnem aliquo modo uel ieiunio, uel cilicio, uel diſciplinis, &c. quia occaſione carnis peccamus. Tales quando decedunt, facta condigna penitentia, quia alias complebitur in purgatorio, quando talis eſt in articulo mortis, ſubito angelus cuſtos aſcendit in celum. Et Chriſtus interrogat, Que noua? licet ſciat oĩa, tamen ipſe interrogat iuſtum & impium. Pſal. x. Reſpondet angelus dicens, Domine modo ſunt tot anni ꝙ uos commiſiſtis mihi talẽ, & modo eſt in articulo mortis, & domine uixit ſic, &c. Et uirgo gaudet, & dicit filio ſuo. Fili honorandus eſt ex quo amore ueſtri fecit hoc, & non ex uana gloria. Tunc Chriſtus uocat Michaelẽ, di. ꝙ uocet angelos & mittat ad ſociandum & liberandum a demonibus. De hoc authoritas, Si fuerit pro eo angelus loquẽs unus de milibus ut annunciet hominis equitatẽ, miſerebitur eius & dicet, Libera eum ut non deſcendat in corruptionem. Inueni in quo ei ꝓpicier. Iob. xxxiij. Hoc uidentes & ſcientes filij ueſtri parui, petunt pro gratia a Chriſto ut honorent patrem uel matrem, &c. Et deſcendunt cum angelis, ut hoc patet ex multis miraculis. Anima ſtatim ſentit preſentiam angelorum, & ſeparata a corpore ſtatim uidet angelos & animas, &

cogn

cognoſcit omnes, & ſalutat eos dicens, O angeli benedicti & unde hec mihi? Deinde uocat filios nominibus di. & ubi frater tuus maior? Reſpondet in inferno eſt. Nota quomodo de magnis pauci ſaluantur, quia ſunt pleni ſuperbia. Quamuis anima dum eſt coniuncta carni, nō poteſt uidere niſi carnalia uel corporalia, &c. Deinde aſcendunt in celum, & anima aſcendit in medio angelorum ad inſtar nobilis ſpōſe, que in die nuptiarum aſſociatur a baronibus &c. De hoc autoritas. Factum eſt ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahe, id eſt in gloriam paradiſi: Luc. xvj. Et quando ſunt in porta paradiſi, portarii aperiunt, & intrant, & ſtatim in prima platea fit magnum feſtum ab angelis. Authoritas, Dico uobis quod gaudium eſt corā angelis dei ſuper uno peccatore penitentiam agente. Luc. xv. Bis ponitur hec authoritas in dicto cap. quia gaudent tam angeli quam etiam ſancti. Quanto ergo magis gaudent & angeli & ſancti ſuper uno peccatore penitentiam complente, & celū introeunte? Deinde uenit anima uſq; ad Chriſtum & ibi coronatur ab ipſo Chriſto. O qualis amor. Authoritas. Iuſti autem in perpetuū uiuent, & apud dominum eſt merces eorum & cogitatio eorum apud altiſsimum. Ideo accipiēt regnum decoris & diadema ſpeciei de manu domini. Sap. v. Quantum gaudet rex in die coronationis ſue quando coronatur, que coronatio nihil eſt reſpectu illius corone que amitti non poteſt. Tunc de anima coronata dicit Chriſtus, Collocetur in ordine angelorum in cathedra. Ergo bonum eſt facere penitentiam de peccatis. Ideo Chriſt⁹, Penitētiam agite, appropinquabit enim regnum celorum. Mat. iiij. Secundus gradus ſeu modus bone uite eſt melior, ſcilicet deuotio ſpiritualis per additionē, que ultra afflictionem penitentialem habent deuotionē ſpiritualem qua eſt melior. Ratio, quia melior eſt aīa quam corpus. afflictio penitentialis tangit corpus, ſed deuotio tangit animā que eſt melior corpore. Spiritus eſt qui uiuificat, caro non prodeſt quicquam. Io. vj. Corpus enim omnia habet ab anima. ſ. uidere, audire, &c. Deuotio ſpiritualis eſt, quando homo libenter & cum gaudio facit ſpiritualia, ut orare. Quando religioſi & clerici dicunt ſuum officiū deuote & diſtincte, ſurgunt ad matutinas de nocte, quas dicunt in memoriā paſsionis ſeu captionis Chriſti. Idem de aliis horis canonicis. Secus de illis qui dicunt matutinas albas, uel rubeas, nec celebrant niſi pro pecuniis. Idem de deuotione ſpirituali ſecularium, facere orationem quolibet die deuote non induendo, &c. audire miſſam & ſermones in dominica cū ſilentio, confiteri & cōmunicare, &c. Quando tales decedunt collocantur in ſecūdo ordine, ſcilicet archangelorum, ſecundum practicā prius dictam, & fit eis maior honor, quia ultra afflictionem penitentialem habuerunt deuotionem ſpiritualem. Et in qualibet platea fit magnum feſtum dicendo, Felix dies, felix hora, felix tempus, felix mo-

ra in qua penitentiam compleuiſti cantando. Ratio eſt, quia decet qui in hoc mundo magis approximatur deo, quod etiam in alio ſit ꝓpinquior. Ideo dicebat Dauid, Ecce qui elongant ſe a te, ſcilicet per indeuotionem ſpiritualem, peribunt in corpore & anima. Mihi autē adherere deo, ſcilicet per deuotionem ſpiritualem, bonum eſt. Pſal. lxxij. Tertius modus eſt melior, ſcilicet miſeratio fraternitatis ſemper intelligitur per additionem, quando ultra afflictionem & deuotionem ſpiritualem habent miſerationem fraternalem. Dicunt doctores theologie, ꝙ bonum eſt ieiunium, quod eſt afflictio. Melior eſt oratio que eſt deuotio. Sed adhuc melior eſt eleemoſyna que eſt miſeratio fraternalis. Quando hō cōpatitur pauperi, tunc dat ſibi de corde. Quando iuuat eum, dando ſibi cibum uel potū, tunicam, &c. tunc dat ſibi eleemoſynam de burſa. Dic modum dandi eleemoſynam portando pecunias in manu, &c. Sic enim uitat uana gloria in te, & uerecūdia in paupere. Seneca, Nihil carius emitur, quā ꝙ precibus obtinetur. Cogitate ꝙ quando uaditis ad eccleſiam, uadatis ad petendum eleemoſynam a Chriſto, &c. uel ſanitatem uel pacem. Ideo date & dabitur uobis, uel mutuando ſine uſura. Vnde in aliquo caſu maior eleemoſyna eſt mutuare quam dare, &c. Item ſecrete mittere pauperibus uerecundis bladum uel uinum uel ueſtes. Item puellis ad maritandum. Item ſoluendo pro captiuis, quando tales moriuntur, anima collocatur cum maximo honore in tertio ordine. ſ. principatus, nō ſine ratione. ergo dixit Chriſtus, Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam cōſequentur. Mat. v. Quartus modus omnibus aliis predictis melior eſt patientia uirtualis. Rō, quia ſunt multi qui libenter faciunt penitentiam, & orant deuote, & faciunt eleemoſynas, ſed in aduerſitate neſciunt habere patientiam, quando Deus dat eis aliquam tribulationem, quia omnia mala pene ſunt a deo, ut infirmitates quas habemus, & paupertatem patienter ſuſtinere, non indignari in corde, murmurare contra Deum. De hoc dico uobis mirabile de illo ſancto homine Iob ditiſſimo, qui habebat ſeptem filios nobiles, & tres filias, ſeptē millia ouiū, mille boues, tria milia camelorum, quingētas aſinas, & multas poſſeſſiones & reditus, & una die perdidit omnia. Dic practice quō ueniebant ſerui nuntiantes ſibi quō Chaldei ceperūt boues, &c. Qui in fine patienter reſpondit, & dixit, Nudus egreſſus ſum, &c. Dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut domino placuit, ita factum eſt. Sit nomen domini benedictum. Iob. j. & ii. cap. Et quando uos perditis unum animal uel aliud quid, maledicitis, &c. ideo patienter ſuſtinete. hec eſt dei uirtus que uocatur magna, Act. viij. Quando tales decedunt, collocantur in quarto ordine altiores Michaele, ſcilicet in ordine poteſtatum cum tanto honore ꝙ non ſufficiunt uerba ad exprimendum, ſed cogitate. Ideo Apoſtolus, Patientia uobis neceſſaria eſt, ſcilicet pro iſta gloria habenda

habenda,ut uoluntatem Dei facientes,reportetis promissionem, scilicet illius glorie.ad Hebreos decimo.Quintus modus melior est concordantia proximalis que est maior.Ratio, quia habere patientiam in hoc quod Deus facit, est de necessitate facere uirtutem, quia non potes te uindicare de Deo, sed de iniuriis que fiunt a proximo, de quo homo potest se uindicare, & non uelle uindictam propter Deum,hec est magna uirtus,quando nec indignatur in corde, nec aufert uerbum,imo orat pro eis.quando tales decedunt, collocantur in quinto, scilicet uirtutum. Cogitate que festa fiunt in quolibet ordine cuando transit,&c.Ideo Apostolus, Si fieri potest, quantum ex uobis est cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uosmetipsos defendentes,id est uindicantes charissimi, sed date locum ire. Scriptum est enim,Mihi uindictam & ego retribuam dicit Dominus. ad Romanos duodecimo.& Deuteronomij trigesimo secundo.Nota,si fieri potest,scilicet quantum est ex parte uestra requirendo pacem, etiam si estis iniuriatus,quia ibi est meritum. Sextus modus aliis melior est presidentia humanalis,scilicet prelatorum ecclesie & dominorum temporalium. Hec est maior. Ratio, quia non solum respicit utilitatem proprie persone,ut alij quinque modi predicti,sed utilitatem etiam totius populi sibi subiecti,quia non solum gubernat se bene in persona sua & uirtuose,sed etiam totum populum sibi commissum. Verbi gratia,de bono Papa,&c.usque ad rectorem, & de bono Imperatore usque ad rectorem ciuitatis,quando habuit iustum titulum,&c.Et quando sunt in dominio,non solum gubernant personam in afflictione penitentiali,& deuotione spirituali,& miseratione fraternali,& in patientia uirtuali,& concordantia proximali,imo ultra hoc regunt populum in iustitia,quia nec amore,nec odio,nec pecunia faciunt contra iustitiam,contentantur de suis reditibus, non faciunt oppressiones, &c. Idem de prelatis ecclesiasticis,qui corrigunt peccata notoria, quia ex predictis secretis que non cadunt in iudicio hominum, sed Dei, non punitur siue ciuitas siue communitas. Quando tales decedunt, collocantur cum magno festo & honore in sexto ordine,scilicet dominationum.Dic quomodo ibi fit magnū festum in quolibet ordine transeundo.Dicit uirgo Maria filio,magnum festum debet fieri, quia tot anni sunt quod nullus ascendit de talibus,qa omnes se male gubernāt. Dic de illo qui post mortem apparuit amico suo dicens, Si fuissem de numero prelatorum,nō fuissem de numero saluandorum.Ideo dicit scriptura,Si delectamini in sedibus,& sceptris o reges populi, diligite sapientiam,ut in perpetuum regnetis. Diligite lumen sapientie omnes qui preestis populis,&c.Sap.vj.Septimus semper ascēdēdo est maior, scilicet paupertatis apostolicalis,quādo amore Christi homo despicit & amittit omnia bona tēporalia,& est ita philocaptus de paupertate,

quod nihil uult habere niſi neceſsitatem, & procurat honorem Dei & ſaluationem animarum. Quãdo tales decedunt, cum magnis honoribus collocantur in ſeptimo ordine, ſcilicet cũ thronis. Authoritas, Beatus Petrus pro ſe & pro aliis de uita apoſtolica queſiuit a Chriſto dicens, Ecce nos reliquimus, &c. Matth. xix. Reſpondit Chriſtus, Amen dico uobis quod uos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue, ſedebitis & uos ſup ſedes. Lucas dicit, Sedeatis ſuper thronos duodecim iudicantes tribus Iſrael. Luce xxij. Octauus gradus melior eſt ſapientia diuinalis, quando ultra paupertatem apoſtolicam habent ſapientiam diuinam, & ſunt illuminati, & in ſe habent intellectum clarum, & illuminant alios in ueritate fidei catholice predicando contra tenebras peccatorum. Quando tales decedunt, collocantur in octauo ordine, ſcilicet Cherubim, qui interpretatur plenitudo ſcientie. Authoritas, Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtelle in perpetuas eternitates. Dan. xij. Nonus gradus, omnibus aliis ſupradictis melior eſt charitas ſupernalis. Quia maior horum eſt charitas. j. ad Corin. xiij. Sunt aliqui ſed pauci ita ardentes & inflammati in amore Dei, quod omnino ſunt igniti, quod nihil aliud uolunt, nec deſiderant niſi Deũ, amore cuius omnes labores ſunt dulces, ſemper deſiderant eſſe cũ Chriſto. Vnde ſi Deus diceret eis, Adhuc oportet per annum expectare, & uiuere in mundo. Reſponderent, O Domine, & quare non ſtatim, &c. Nota cõtra illos qui fugiunt mortalitates exemplo duorum captorum. Iuſtus gaudet quando dicitur ſibi quod exeat de carcere, ſecus de illo qui eſt conſcius ſibi, &c. Sed pauci ſunt ſic inflammati diuino amore, ſed heu maior pars de uanitatibus mundi, ut miles de pulchro equo, ſacerdos de pingui beneficio, religioſus de ali quo libro, ſed non de libro uite, ſcilicet Chriſto, mulieres de pulchra ueſte, uel ornatu, laboratores de pulchra poſſeſsione, uel uinea. Inflammantur iſtis miſeriis ſtatim dimittendis, & non curant de iſtis bonis perpetuis, de Chriſto, de uirgine Maria, & de ſanctis. Qui uero in perpetuis & futuris, & Dei amore inflammati fuerint cum Paulo, qui ait, Cupio diſſolui, &c. quando tales decedunt, cum honore & feſtis indicibilibus collocantur in nono ordine, ſcilicet Seraphimorum. Dicatur quomodo illa anima leuatur a ſanctis angelis, ut depingitur de Magdalena, cum canticis & inſtrumentis, & angeli reſpiciunt per feneſtras ſuas, & ipſam ſalutant dicendo, O benedicta dies in qua incepiſti ſeruire Deo. Ideo Apoſtolus, Super omnia charitatem habete, quod eſt uinculum perfectionis, ad Collocenſes iij. Auiſetis uos, quia niſi teneatis aliquem modum uiuendi de nouem predictis, non intrabitis paradiſum, quia non ſunt alij modi bene uiuendi. Ecce quomodo fit unum ouile & unus paſtor.

De eadem Dominica. Sermo iij.

Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. j. Pe. ij. Sermo noſter erit de fructu paſsionis Chriſti, ſcilicet uitandi, deſtruendi, & expellendi peccata. Sed primo ſalutetur uirgo Maria. Verbum propoſitum habet ſubtilitatem & difficultatē in theologia. Item uolo ipſum declarare dupliciter intellectum ſecūdum duas rationes, propter quas Chriſtus peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. Prima p ſatisfactionem generalem, & hoc ut peccata preterita ſint indulta. Secunda per inſtructionē uirtualem, & hoc ut peccata futura ſint defenſata & propulſata, uel eiecta. Ideo dicit the. Peccata noſtra ipſe pertulit, id eſt perfecte tulit. Dico primo quod Chriſtus pertulit peccata noſtra in corpore ſuo ſuper lignū crucis pro ſatisfactione generali, ideo ut preterita dimitterentur, quia onus & penam quam nos debebamus portare pro peccatis noſtris, ipſe portauit. Pro declaratione dic caſum de communitate ſeu uniuerſitate, que commiſit crimen magnum contra ſuum principem & dominum, propter quod fuit data ſententia cōtra eos condemnationis, uel quod intra certū tempus mille millia florenorum ſoluerent, & non poterant nec centum, uel quod homines & mulieres & pueri ſuſpenderentur. Sed uenit homo quidam diues, & ſoluit principi pro uniuerſitate, & ſic illa communitas fuit libera a pena & ſolutione. Sic eſt de facto Domini noſtri Ieſu Chriſti. Nam iam uniuerſitas ſeu communitas generis humani ex peccato primi hominis & aliorum poſt obligata erat, & data ſententia fuerat contra eam in iudicio diuino, uel quod ſatisfacerent Deo, uel quod ſuſpenderentur in furca inferni. Et totum genus humanum nō poſſet Deo ſatisfacere pro uno peccato mortali. Ratio, quia peccatum contra Deum factum eſt infinite offenſe, propter dignitatem Dei qui offenditur. Vnde offendere laboratorem eſt peccatum, ſed maius peccatum eſt militē, maius peccatum eſt comitem, & ſic aſcendendo in infinitū, quo offenditur Deus. Sed uenit ille diues homo, ſcilicet Chriſtus, portans infinitum theſaurū in gazophylacio corporis ſui, dicēs Deo Patri, Pater cōpatior huic uniuerſitati, quod omnes ſuſpendantur. Ad quem pater, Fili ſicut ſum miſericors eternaliter eſſentialiter, ita ſum & tuit'. Ideo, &c. Et filius, Ideo pater ego ſoluam, ego ſolus ſuſpēdar in furca crucis, ne aliquis mihi credens & obediens ſuſpēdatur in furca inferni. & placuit Deo patri. Ideo Chriſtus ſoluit pretiū ſanguinis de capite per coronā, de manibus & pedibus ex clauis, &c. Ecce quomodo peccata noſtra, ſ. preterita ipſe Chriſtus pertulit per ſatisfactionem & redemptionē generalem, ut dimittantur. De hoc authoritas, Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis, ut nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, uiuificatos autem ſpiritu. j. Pet. iij. Nota, uiuifi-

Cum ex obiectio peccatū in. nitum ſit, in nita ſatisfactione ſ pētari de buit.

catos spiritu. Sunt hic due questiones. Prima diceret aliquis qualem redemptionem fecit Christus, cum tamen adhuc multi damnentur, ut infideles, Iudei & Agareni, & multi alij. Secunda questio de nobis Christianis. Si Christus sufficienter & abundanter redemit nos, & pro nobis soluit pretium, quid ergo oportet me soluere & facere penitentiã de peccatis meis ex quo Christus abundanter soluit, quare ergo confessores dant penitentiam? Hic dico istam ueritatẽ, quod Christus sufficienter & abundanter, imo & superabundanter soluit pro omnibus peccatis preteritis presentibus, & futuris, que possunt fieri, non solum pro peccatis Christianorum, imo etiam omnium infidelium, nõ solum pro isto mundo, imo etiam pro mille millibus mundis si essent. Authoritas. Ipse est propiciatio pro peccatis nostris, nõ pro peccatis nostris tantum, sed etiam pro totius mundi, sup. peccatis. j. Io. ij. Respõdeo ad questiones, quod licet pretium redemptionis sit solutum abundanter pro omnibus & superabundãter, tamen oportet ꝙ illa redemptio uel solutio sit aliquo modo applicata. Quod fit dupliciter, uel per lotionem baptismalem, uel per afflictionem penitentialem. De primo quando aliquis baptizatur paruus uel adultus, q.d. Christus soluit. ideo uenio ad baptismum gaudẽs de sua solutione & in signum huius recipio baptismum, talem nihil oportet soluere pro peccatis suis, etiam si fecisset omnia peccata mundi, nullam eum oportet facere penitentiam, ex quo diues homo soluit pro communitate. Si uos qui estis de cõmunitate protestatis dicendo, Nolo gaudere illa solutione, remanetis in illa obligatione. Ita faciunt infideles ut Iudei & Agareni. Sed si uos protestatis & dicitis ꝙ uultis gaudere illa solutione, non remanetis obligati. Patet ratio, quia Iudei & Agareni damnantur. Diceret aliquis quare solutio & redemptio Christi executatur & applicatur nobis per lauamentum aque baptismalis. Dicatur quomodo Christus fuit lotus & baptizatus in sanguine, sed quia homo non potest lauari in illo sanguine Christi, ideo lauatur homo in signum lotionis illius sanguinis Christi, uirtute cuius lauamentum aque baptismalis habet uirtutem & efficaciam lauandi animam. Ecce quare dicit authoritas. Christus mortuus est, &c. ut nos offerret Deo per baptismum. Patet solutio ad primam questionem. Ad secundam questionem de nobis Christianis quid dicemus? quod si Christus abundanter & superabũdanter satisfecit pro nobis, quare ergo dicit cõfessor, soluatis satisfaciendo penitentiam, &c. Respõdeo hic & dico ꝙ in prima applicatione solutionis Christi per baptismũ quem recepistis, nõ oportet quod uos soluatis aliquid, scilicet faciendo penitentiam de peccatis. Sed quia post baptismum iterũ uos obligastis ad supplicium inferni ex peccatis que post baptismũ fecistis, ideo oportet ꝙ iterum uobis applicetur illa solutio & redẽptio Christi, non per baptismum, quia non habet uirtutem nisi semel. Sic &

Applicatur nobis meritũ satisfactioque Christi per sacramẽta.

Christus

Christus nō est mortuus pro nobis nisi semel, ideo oportet ꝙ applicetur nobis per afflictionem penitentialem. Quoniam sicut Christus sensit dolores in passione sua, ita & nos in penitētia debemus sentire dolores in corpore nostro, ieiunando, cilicium portādo, orando, uigilando, disciplinando se, &c. Sic applicatur nobis secundo modo. Et sicut Christus in passione habuit multos dolores, sic iste modus penitentie potest iterari multoties, quia toties quoties. Ideo quando aliquis dicit, Nolo confiteri nec facere penitentiam, talis est ut Iudeus, qui dicit, Nolo gaudere de Christi solutione, propter hoc modo non uult recipere baptismum. Idem de impenitente, & licet hoc non dicat ore, dicit tamen facto & opere. Patet prima ratio. Dico secundo quod Christus pertulit peccata mundi in corpore suo super lignum crucis per informationem uel instructionem uirtualem, & hoc ut peccata futura uitentur. Dic quomodo omnia peccata mortalia mundi includuntur & reducuntur ad septem peccata mortalia que dicuntur capitalia, propter hoc Dominus noster Iesus Christus in cruce fecit septē opera, & in quolibet opere dedit nobis exemplum & instructionem uitandi unum peccatum mortale. Primum opus notabile quod Christus fecit, est, quia quādo debuit poni in cruce, ipsemet uoluit se denudare, quia nullus poterat eum cogere, si uoluisset. Est hic questio, quare sic nudus uoluit crucifigi, quia sicut uidetis nullus malefactor suspenditur totus nudus. Cum ergo Christus esset nobilis homo de genere Dauid, & hoc Iudeis erat notū, quare ergo uoluit nudari? respōdeo ꝙ hoc fecit Christus ut daret nobis exemplū & instructionem uitandi & expellēdi a nobis unū peccatū mortale quod dicitur peccatū auaritie. Voluit nudari antequam se poneret in lecto crucis, dando exemplum ꝙ si tenetis aliquid per auaritiam uel per rapinam coactā, ut domini temporales uel maiores cōtra minores, uel per furtū secretū, ut faciunt uasalli cōtra dominos & contra ecclesiā, retinēdo decimas uel primitias, &c. uel p usurā, ut faciunt usurarij mutuādo uel emendo, &c. uel per fraudem, ut faciunt aliqui mercatores, uel per calumniam, ut faciūt iuristē, iudices, assessores, aduocati, procuratores, uel per retentionem, ut faciunt domini qui retinēt soldaras seruorum, uel heredes bona defunctorū, uel alij retinendo rem inuentam, uel quocunq; modo. Si uis saluari fac ut Christus. Vnde antequam ponas te in lecto per infirmitatē denuda te ut Christus satisfaciendo & restituēdo. O qualis instructio pro usurariis qui dicunt cōfessori, Pater dimittam in testamento ut heres satisfaciat, &c. Nō credas te ex hoc euadere damnationem eternam, ex quo tu non uis satisfacere in uita tua, licet dimittas in testamento, quia tua uoluntas non est satisfacere si uiuis, & condemnas filium uel heredem qui etiam nihil faciet de satisfactione, ut patet ad oculum de omnibus, imo dicet, Ipse fecit usuram, & furta, & dicit quod

ego

ego ſatisfaciam, benefaciam, &c. Ideo multi ſunt in hoc decepti. De diuitiis talium dicit Scriptura ſancta. De mercedibus meretricis congregata ſunt, & uſque ad mercedem meretricis reuertentur. Super hoc plangam & ululabo, uadam ſpoliatus & nudus. Michee j. Nota de mercedibus meretricis. Hec meretrix eſt auaritia, que omnibus ſe communicat, & dominis tẽporalibus & prelatis eccleſiaſticis, religioſis & clericis, Iudeis & Agarenis. Pecunie ergo de malo iuſto, de mercedibus meretricis congregate ſunt, & uſque ad mercedem meretricis reuertẽtur, quia quando moriuntur depredantur ex auaritia, primo a ſcutiferis, amicis & parentibus, &c. Idem de prelatis, clericis & religioſis. Quia de mercede meretricis, ſcilicet ſimonie congregate ſunt, & uſq; ad mercedẽ meretricis reuertentur, quia collectores totũ recipiũt, &c. Remedium eſt ergo illud quod dicit propheta, Super hoc, ſcilicet malum quod feci congregando pecunias, plangam per contritionem & ululabo per confeſsionem, uadam ſpoliatus & nudus per ſatisfactionem. Si ergo aliquis ueſtrum eſt indutus, iſta mala ueſte auaritie, denudet ſe, ut Chriſtus, ne damnetur. Secundũ opus notabile quod Chriſtus fecit, eſt conclauatio. Poſtquam fuit denudatus dixerunt ſibi Iudei, Ponas te hic & clauabimus manus & pedes, & poſuit ſe ſuper lectum crucis aſperum & durum. Cogitate cum quanto dolore fuit illa conclauatio, quia manus ſunt neruoſe & etiam pedes. Eſt hic queſtio quare hoc, quia omnes doctores theologie dicunt ꝙ minimus dolor ſuus ſuffeciſſet ex coniunctione diuinitatis, quare ergo uoluit tot dolores ſuſtinere? Reſpondeo quod hoc fecit ut daret nobis exemplum uitandi peccatum luxurie, quod fit ad delectandum corpus, ut cogitet luxurioſus dolores corporis Ieſu Chriſti quos uoluit pro eo ſuſtinere, ut dicat, ego nolo delectari. Nota, quod Chriſtus in cruce in quinque partibus ſui corporis maxime ſuſtinuit dolores, ſcilicet,

Prima in toto corpore quando iacuit ſuper crucem duram, & grauem,
Secunda in clauatione manus dextre,
Tertia ſiniſtre,
Quarta pedis dextri,
Quinta ſiniſtri.

Chriſtus quinque precipuos dolores perfetẽs, quinque uenerãdas ſpecies fugere docuit.

Quare hoc? Reſpondeo quod ad exemplum uitandi quinque ſpecies luxurie. Prima dicitur ſimplex fornicatio, iſta eſt minor. Dic quid eſt & quomodo dicunt multi quod non ſit peccatum, &c. Et detur ratio de filiabus regis. Secunda ſpecies eſt adulterium, quando alter ipſorum, uel ambo ſunt de matrimonio, maius quia iam eſt peccatum, quia nõ ſolum fit iniuria Deo, ſed etiam proximo. Tertia ſpecies dicitur inceſtus, quando ibi eſt affinitas carnalis uel ſpiritualis, iam eſt maius peccatum. Quarta ſpecies eſt ſacrilegium, quãdo perſona eſt ſacrata, quia religio

religioſus uel clericus uel monialis maius peccatum facit, quia contra uotum facit, &c. Quinta ſpecies contra naturam tam magnum peccatum eſt, quod non debet nominari. Contra naturam eſt, quando fit tali modo, quod non poteſt ſequi generatio quomodocunque fiat. Ecce quare Chriſtus in quinque locis ſui corporis uoluit ſuſtinere dolores, ut he quinque ſpecies peccati luxurie uitentur. Ideo Apoſtolus, Qui Chriſti ſunt ut chriſtiani, carnem ſuam crucifixerunt cum uitiis & concupiſcentiis. Ad Gal. v. Tertium opus notabile Chriſti fuit in cruce propitiatio. Poſtquam fuit crucifixus, erexerunt crucem. Cogitate dolorem totius corporis, quod ſolum in clauis pendebat. Tunc Chriſtus uidit Deum patrem ad recipiendum uindictam de crucifixoribus filij, ſi filius uoluiſſet, pro quibus orauit dicens, Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Luce xxiij. Nota hic exẽplum & inſtructionem quã dat nobis, quia non ſolum non uoluit recipere ipſe uindictam, ſed nec ſuſtinuit quod alius, ſcilicet pater reciperet pro eo uindictam. Quare hoc? Reſpondeo, quod ad dãdum exemplum uitandi peccatum ire ſeu uindicte, quod peccatum multum & nimis regnat in mundo. Dicunt enim nonnulli, per caput uel per corpus Dei ego me uindicabo, &c. Quid dices in iudicio quando Chriſtus dicet tibi, quare non remiſiſti mortem patris, uel filij, &c. Si dicis, domine, quia certe malo modo & iniuſte fuit interfectus, &c. & cum falſo proceſſu ſentẽtiatus, Dicet Chriſtus, Et nunquid ego qui ſum Dominus, rex, & Papa, maior mundo, iniuſte & cum falſo proceſſu fui ſententiatus? tamen peperci. Dic contra aliquas mulieres duriores hominibus, quid dicetis cum uirgo Maria remiſerit mortem filij ſui, qui tantum & plus ualebat quã filius ueſter, & quando audiuit, quod filius pepercit, etiam & ipſa pepercit, & quando uidebat illos qui crucifixerant filium ſuũ, ſalutabat eos dicens, Dominus ſit uobiſcum, quia diabolus erat cum eis, ideo orabat pro eis. Oportet remittere. Vnde dicit Chriſtus, Matt. xviij. Pater meus celeſtis tradet uos tortoribus, ſi non remiſeritis unuſquiſque fratri ſuo de cordibus ueſtris. & ad Epheſ. iiij. Eſtote inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit uobis. Nota, benigni in loquendo, miſericordes in remittendo, ſicut Deus in Chriſto, ſcilicet exiſtente in cruce donauit uobis exemplum. Quartum opus fuit coronatio. Dic quomodo Iudei portauerũt coronam ſpineã, quam ſibi impoſuerant in domo Pilati, & dixerũt, Rex ueni huc, & ponemus tibi coronam quam mereris. Quare uoluit ſic coronari? Reſpõdeo, ut daret nobis exemplum, & inſtructionem uitandi peccatum ſuperbie. Superbus enim cõmuniter uadit capite erecto, ſed humilis uadit capite demiſſo, & ſtat ſimpliciter. Superbus autẽ pompoſe, &c. Cõtra quos dicit Scriptura, Ve corone ſuperbie, ebriis Effraim, & flori decidenti glorie exaltationis eius. Iſa. xxviij. Nota, ue corone ſuperbie.

Quem

Quemadmodū corona habet quatuor flores lilij, ſic corona ſuperbie uenit in capite ex quatuor. Flos ante ſuperbia ex genere, flos retro ex bonis ſpiritualibus, flos a dextris ſuperbia de officio uel dignitate, flos a ſiniſtris ſuperbia que uenit ex bonis temporalibus, ſiue ex diuitiis. Ebriis Effraim, quod interpretatur creſcens uel abundans, quoniam ſuperbia uenit uel ex abundantia bonorū, ideo faciunt uanitates, uel ebrietate ambitionum & honorum. Et ſic licet ſint pauperes, omnia expendunt in uanitatibus ornamentorum. Ideo Maria uirgo commēdatur de humili capite. Cantic. iiij. Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es, oculi tui columbarum, non falconum, qui hinc inde reſpiciunt, ſequitur, Abſque eo quod intrinſecus latet, ſcilicet humilitas cordis. Item Tob. iiij. A ſuperbia initium ſumpſit omnis perditio, ſcilicet angelorum & hominum, ut patet in Lucifero & in primis parentibus, qui prius peccauerunt per ſuperbiam quam gulam. Nota in legenda ſancti Ludouici regis, quomodo mater ſua docuit eum ſextis feriis non portare crinilia. Et dic cōtra illos, qui ornāt ſe periis. Quintum opus Chriſti fuit potatio. Quia Chriſtus in cruce propter perditionem ſanguinis, & propter malam noctem quam habuerat, & propter calorem habuit ſitim, & clamauit dicens, Sitio, & tamen ſciebat bene potum ſibi dandum, & licet peteret potum, etiam dederunt ſibi cibum. Menſa fuit arundo. Mappa folia. Cibus ſpongia. Potus acetum. Quare hoc? Reſpondeo ut daret nobis exemplum uitandi peccatum gule. Cogitandum eſt quale prandium fuit datum Domino noſtro Ieſu Chriſto, ideo de cibis noli recipere niſi neceſsitatem. Idem de uino bene limphato, & non comedere in dominica ante miſſam maiorem. Ratio, quia qui habet loqui cum rege uel Papa, &c. Item ſeruate eccleſie ieiunia. Item non bibere in taberna, ſed in loco ueſtro. Perſona guloſa ſemper uel frequenter eſt luxurioſa. Ideo ſunt tot mali eccleſiaſtici in mundo, quia dicit beatus Bernardus, quod guloſis perſonis, & ebrioſis uiuere caſte eſt maius miraculum quam ſuſcitare mortuos. Ideo Chriſtus, Attendite ne grauentur corda ueſtra crapula & ebrietate. Luce uigeſimo primo. Sextum opus Chriſti notabile fuit ſpiritualis occupatio. Quoniam exiſtens uiuens in cruce continue orauit. Dicit Hieronym. cui fuit reuelatum quod dixit Chriſtus, & incepit, Deus Deus meus, reſpice in, &c. uſque ad pſalmum, In te Domine ſperaui, ubi dicitur, In manus tuas commendo ſpiritū meum. Dicit decem pſalmos, ubi ſunt centum quinquaginta uerſus in commendationem pſalterij, in quo ſunt centum quinquaginta Pſalmi. Nota quare Chriſtus ſic uoluit occupari. Reſpondeo, ut daret nobis exemplum & inſtructionem uitādi peccatum accidie, ne otioſe dimittamus tempus tranſire nobis conceſſum ad operandum, non ſolum tēporaliter, ſed etiā ſpiritualiter orando. Dic modum orandi deuote. Otioſi

ſunt

ſunt multi qui credunt eſſe diligentes. Dic quomodo iudicatur ille otioſus, qui in ſero non portat lucrum, licet laborauerit per totam diē, ſed qui portat lucrum in ſero, dicitur diligens, etiam ſi fuerit ſedens per totam diem. Sic in ſero mortis oportet nos ire ad portam paradiſi. Et dicet Chriſtus cuilibet, Videamus quid portas de quo uues hic, quid lucratus es. Si non portas lucrum meritorium bonorum operum, dicet Chriſtus, In quo tu expendiſti tot annos quos tibi conceſſi? Reſpondebis, Domine in laboribus mundanis, &c. Tales iudicabūtur otioſi apud Chriſtum, qui hic iudicantur diligentes apud mundum. Diligentes iudicabuntur tunc ad Chriſtum illi, qui orant, audiunt miſſas, ſermones, &c. qui in ſero portabant manus plenas theſauro meritorum, qui cum gaudio recipientur a Chriſto, otioſi uero mittentur ad hoſpitale miſerorum, ſcilicet in infernū. Ideo dicit ſcriptura, Quodcunque poteſt manus tua inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos quo tu properas. Eccl. ix. Septimū opus Chriſti in cruce fuit lanceatio. Dic quomodo poſt mortem unus militū aperuit lancea latus eius. Ioan. xix. Quare uoluit hoc fieri? Reſpondeo quod ad dandum nobis exemplum & inſtructionem uitandi peccatum inuidie. Alia uulnera uoluit Chriſtus recipere dum uiueret, ſed uulnus lateris poſt mortem. Ratio, quoniam alia peccata mortalia omnia habent quid boni uel apparens bonum. Dic uerbi gratia de omnibus. Primo de ſuperbia, quia delectabile uidetur ſuperbo quando honoratur, &c. & ſic de aliis. Sed peccatum inuidie nullam habet rationem boni, totum eſt mors, quia inuidia non eſt niſi dolor de bono alterius qui in corde conſiſtit, licet etiā oſtendatur lingua. Quoniam cor inuidi habet linguam diffamatricem. Vnde ſi homo loquitur inuido de aliqua bona perſona, ſtatim dicit, non cognoſcitis eam ſicut ego, &c. Item de aliis plagis Chriſti exiuit ſolū ſanguis, de iſta ſanguis & aqua. Ratio, quia calefit inuidus gaudendo de malo proximi, ideo exiuit aqua ad refrigerandum. Secundo frigeſcit in amore & bono proximi, ideo ſanguis exiuit ad calefaciendum. Ideo dicit Scriptu. Deponentes omnem malitiam & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias & omnes detractiones, ſicut modo geniti infantes rationales, & ſine dolo, lac concupiſcite, ut in eo creſcatis in ſalutem. j. Pet. ij. lac, ſcilicet charitatis, dilectionis concupiſcite, &c.

Dominica ij. poſt octa. Paſche. Sermo primus.



Videſt hoc quod dixit nobis, Modicum & non uidebitis me, & iterum modicum uidebitis me? Ioan. xvj. Sermo noſter erit de ſancto euāgelio, & habebimus multas bonas doctrinas, ſed primo ſaluretur uirgo Maria, &c. Sanctum euāgelium hodiernum continet quoddam pium colloquium & gratioſum, quod fuit inter Chriſtum & diſcipulos

pulos ſuos in nocte paſsionis, in quo fit mentio non ſolum de Chriſti paſsione, ſed etiam de eius reſurrectione & aſcenſione. Ideo hoc euãgelium legitur modo inter reſurrectionem & aſcenſionem. In quo, ſecundum quod uidebitis, dicitur ſepties modicum non ſine myſterio. Ideo recepi pro themate, Quid eſt hoc quod dixit nobis, &c. Quoniã in nocte paſsionis Chriſtus dixit, modicũ & non uidebitis me, &c. uſque, ad patrem. Primum notat tempus paſsionis, quia tunc modicũ, id eſt tribus diebus non uiderunt eum. Modicum tempus fuit, quia ſolum per quadraginta horas durauit. Secũdum modicum fuit a reſurrectione uſque ad aſcenſionem, & de iſto dixit, Et iteruu modicũ, & uidebitis me. Tertium modicum fuit, quia diſcipuli ipſum non intelligẽtes dicebant ad inuicem, Quid eſt hoc quod dicit nobis modicum? ne ſcimus quid loquitur. Quartum, quando eis declarauit dicẽs, De quo queritis inter uos? quia dixi uobis, modicum & non uidebitis me, & iterum modicum, &c. Dicatur ſimilitudo mulieris parturientis, quia tẽpus partus uidetur ſibi lõgum propter dolores, licet ſit modicum. Sic poſtquam terra peperit filium Dei per reſurrectionem glorioſam gaudebitis, &c. Patet euangelium ad literam, in quo patet quod ſepties dicitur modicum. Mirum eſt quomodo in tam paruo colloquio, toties dicitur modicum. Ideo habemus rationem querendi & faciendi queſtionem thẽmatis. Quid eſt hoc quod dicit nobis, &c. in quo Dominus noſter Ieſus Chriſtus oſtendit ſecrete, quod nos habemus modicũ de ſeptem bonis ſpiritualibus que debemus habere,

Primo habemus modicum de diſcretione, uel cognitione intellectuali,
Secundo modicum de deuotione ſpirituali,
Tertio modicum de dilectione fraternali,
Quarto modicum de afflictione penitentiali,
Quinto modicum de ſubiectione diuinali,
Sexto modicum de miſeratione proximali,
Septimo modicum de duratione uirtuali.

Ecce ratio moralis, quare toties dicit modicum. Quibus declaratis habemus reſponſionem ad thema, quod dicit, Quid eſt hoc quod dicit nobis modicum? Quantum ad primum habemus modicum de diſcretione intellectuali, quia ut beſtie gubernamus nos, quia ſcimus, & cognoſcimus corporalia & carnalia que tangunt carnem, ſed nõ ſpiritualia que tangunt animam. Verbi gratia, quia ſtatim ſentimus lapidẽ in ore, quando comedimus legumina, &c. ſed non ſentimus ſaxum diaboli in anima, quando recurrimus ad diuinos, &c. ſtatim ſentimus calorem febris corporalis, ſed non febrem luxurie. Item ſtatim ſentimus modicum pulueris in oculo, ſed non terram auaritie, &c. Item ruſtici bene ſciunt quot ſolidi ſunt in uno floreno, ſed non quot ſunt precepta Dei.

pta dei. Item mulieres bene ſciunt incantationes & ſortilegia & coniurationes, ſed non ſciunt Credo in deum, &c. Ideo Chriſtus Ioan. xij. Adhuc modicum lumen eſt in uobis. Ambulate dum lucem habetis, ut uos tenebre non cõprehendant, &c. Not. mòdi cum lumen. ſ. diſcretionis ſiue cognitionis intellectualis. Quantum ad ſecundũ habemus modicum de deuotione ſpirituali, quia cum modica deuotione facimus ſpiritualia, ut ieiunia, orationes, ſed tantam diligentiã & feruorem ſpiritus ponimus in rebus tẽporalibus. Dic quomodo deus diuiſit totum tempus in ſeptem dies. De quibus dedit nobis ſex ad laborandum & lucrãdum, & retinuit ſibi ſeptimum diem ut pro anima laboremus. Et adhuc non uult totum. Nam in die ſunt. xxiiij. hore. da ſolum unã deo audiendo miſſam, alias horas poteris dare ad placita corporis licita & honeſta. Sed de iſto tẽpore modicum damus deo, frangẽdo feſta, &c. Vnde in hebdomada ſunt. clxviij. hore, & de iſtis ſolum datur una deo, in miſſa modicum expectando uſq; ad benedictionẽ. quid facitis, nõ niſi loqui de mercantiis, feriis, quid dicitur de papa, de rege, &c. uidetur uobis ſi habemus modicum de deuotione ſpirituali, quia quaſi nihil. imo defraudamus deum de ſuis regalibus, quia neſcimus ſeruare feſta. Ad intelligendum hoc peccatũ nota parabolam de rege diuidente gallinam cum ſuis, qui ſolum ſibi retinuit caput. Qui ceperunt de manibus regis caput galline, & ipſum dederunt canibus, ſic gallina dicitur hebdomada, cuius caput eſt dies dominica, & datur per nos canibus, id eſt demonibus, &c. Ideo quia nos Deum defraudamus, fraudamur ab eo, quoniam modicum proficiunt agri noſtri. Dic quomodo proficiunt omnia noſtra magis ex parte Dei hymnum dãdo Deo quã ex noſtris laboribus, quia ex fraude feſtiuitatum ueniunt ſiccitates, tempeſtates, lapides, &c. De iſto modico authoritas. Occupatio magna eſt omnibus hominibus, & iugum graue ſuper filios Adam a die exitus de uentre matris eorum uſq; in diem ſepulture in matrem omnium. Sequitur. Modicum autem tanquam nihil, in requie. Eccleſiaſtici quadrageſimo. Nota iugum graue eſt labor ſex dierum hebdomade, que incipit a die natiuitatis & durat uſq; ad diem mortis. In quo die mortuus hõ redit in uterum matris. ſ. terre, que eſt modo grauida modicum in requie. ſ. ſpirituali, quaſi ad nihilum uenit. Patet primum modicum cũ dicitur, Quid eſt hoc q̃ dicit nobis modicum? Cõſilium bonum Do. ſ. quod iſtud modicum diuidatur in quatuor partes. ſ. quod iſtud modicum de quolibet die, ſcilicet orare mane & ſero, &c. Secundum modicum de qualibet hebdomada, ſcilicet in dominica ceſſare a labore temporali, & occupare ſe in labore ſpirituali, & dare illam horam deo audiendo miſſam, &c. Tertium modicũ de quolibet menſe confiteri quaſi abluendo camiſiam anime ut camiſiam corporis, &c. Quartum modicum de quolibet anno communicare in paſcha, &c. Hoc conſi-

lium est beati Petri apostoli. Deus omnis gratie qui uocauit nos in eternam suam gloriam in Christo Iesu modicum passos, ipse perficiet, confirmabit solidabitque. j. Pet. v. Quantum ad tertium habemus modicum de dilectione fraternali, quia non diligimus proximos nisi amore bestie, quandiu facitis eis bonum, diligunt uos ut canis, qui licet sit rabidus, diligit uos quandiu facitis sibi bonum, sed latrat si facitis sibi malum. Sic de nobis qui nescimus diligere nisi parentes & benefactores, sed si nocent nobis aliquid, statim ut canes latramus, scilicet uindictam minando. Nullus cum hac dilectione potest intrare paradisum, oportet ut diligamus plusquam bestie, scilicet diligere etiam inimicos. Vnde in iudicio quando Christus dicet, Quid fecisti pro me, si dicis, Domine dilexi amicos, parentes & benefactores. Dicet Christus nec grates nec gratias, hoc modicum est. Sed si dicis, Domine amore uestri, quia uos precepistis dilexi inimicos, licet non mererentur hoc apud me. tunc dicet Christus, Non est hoc modicum, hoc est meritum, & recipiet te in paradisum. De isto modico dicit Christus ore beati Iohannis. Scio opera tua, & ecce dedi coram te ostium apertum quod nemo potest claudere, quia modicam habes uirtutem. Apoca. iij. no. Scio opera tua, que bona fecisti amicis, & mala inimicis, modicam habes uirtutem, id est charitatem, que per excellentiam dicitur uirtus simpliciter, quia maior horum est charitas. Hostium apertum dicitur uulnus lateris Christi. Ioan. xix. Vnus militum lancea latus eius aperuit quod nemo potest claudere. ita manifestum est, quoniã Christus orauit non solum pro amicis, sed etiam pro inimicis. Ratio quare inimici sunt diligendi, declaretur per similitudinem. Quidam homo tenebatur soluere mille florenos sub pena suspensionis, Cumque in crastinum esset suspendendus, quia nõ habebat unde solueret, de nocte quidam diues proiecit sibi unam bursam per trapam captionis cum mille florenis, & quasi fregit sibi caput. Qui sentiens dolorem maledicebat proicienti bursam. Inuenta autem bursa letatus est & soluit & liberatus est di. Benedictus sit qui dedit mihi bursam, &c. Idem est de quolibet peccatore, cum certum sit nobis quod sententia sit data quod non habemus soluere debitum Deo per penitẽtiam sub pena mortis, aliter ferrat furca inferni. Lu. xiii. Dico uobis quod nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis, & nõ possumus soluere, tot sunt peccata. Ideo quando uenit tribulatio, scilicet quando occidunt tibi fratrem, filium uel patrem. Ecce aurum quod frangit tibi caput, sed respice & attende quid est intus intra tribulationem. Nam licet tribulationes ueniãt ultra cor, tamen si patienter tolerantur de illis, homo potest soluere Deo plus quam cum ieiuniis & orationibus, &c. remittendo inimicis ut Deus remittat tibi. De hoc authoritas. Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorũ, qui cũ iratus fueris, misericordiã facies, & in tẽpore tribulationis

bulationis peccata dimittis his qui inuocant te. Tob. iij. Ideo Ioan. vj. Vnuſquiſque modicū quid accipiat. ſ. de patientia, &c. Quantū ad quantum, habemus modicū de afflictione penitentiali, & peccata ſunt multa & magna & grauia, penitentia uero modica. Determinatio eſt ſanctorum doctorum quod pro quolibet peccato mortali homo obligatur in ſeptem annis de penitentia. Tempus eſt equale ſiue pro magno peccato mortali ſiue pro modico. Sed qualitas penitentie eſt arbitraria ſecundum arbitrium cōfeſſoris, ut iuxta quantitatē peccati ſit qualitas penitentie. Sed quantitas temporis pro quolibet peccato mortali eſt ſeptem annorū. Ratio, in quolibet peccato mortali fit iniuria cōtra ſeptē dona Spiritus ſancti. Modo uideas quoties peccaſti mortaliter, quotieſcunque recurriſti ad diuinos, iuraſti, &c. computa pro quolibet ſeptem annos, & ſi nō complētur hic, complebuntur in purgatorio in alio mundo. Remedium eſt ergo lucrari indulgentias, ieiunare, orare, eleemoſynas dare, & alia bona opera facere, & ſic reſecatur tēpus. Ideo dico, quod reſpectu peccatorum modicum habemus de afflictione penitentiali, imo quilibet excuſat ſe dicendo cōfeſſori quod nō poſsit ieiunare, nec cilicium portare, &c. ſed modicam penitentiam detis. Ecce de iſto modico quid dicit Apoſtolus Petrus, Modicum nunc, ſi pro quia, oportet cōtriſtari in uariis tentationibus, ut probatio fidei ueſtre multo precioſior ſit auro quod per ignem probatur. j. Pet. j. No. quod tentationes uocat penitentias. Ratio, quia hodie ille qui uult facere penitentiam, ponit ſe in tētationem, quia quilibet deridet ipſum, ſed modicum curare debet de talibus, Quantum ad quintum habem⁹ modicum de ſubiectione diuinali, quia moderno tēpore pauci & modici ſubiiciuntur Deo. Probatur, quoniam nullus Dominus mundi eſt qui habet minorem ſubiectionem in ſubditis & uaſallis quam Deus. Verbi gratia, ſi dominus facit proclamationem penitentialem ſub pena quinque ſolidorum, quod nullus dicat malum de tali Iudeo, optime ſeruabitur. ſed proclamatio & ordinatio Dei eſt quod nullus dicat malum de creatore iurando, &c. ſub pena mortis anime & corporis, &c. nihil ſeruatur, &c. Deus precepit quod nullus uadat ad diuinos ſub pena perdendi omnia bona, corpus & animam, &c. Item quod nullus operetur aliquid temporale in die feſto ſub pena, &c. nihil ſeruatur. Item quod nullus ponat offendiculum coram ceco, &c. ſub pena, &c. & uos ponitis meretrices in hoſpitio in laqueum animarum, &c. Item q̄ null⁹ ludat ad taxillos, & nihil ſeruatur. Creditis q̄ Deus nō uideat iſtos deſpect⁹ ei⁹. Ecce modicū de ſubiectione diuinali. Itē Chriſt⁹ rex cū gēte armorū. ſ. ſiccitatū, tēpeſtatū, lapidū, mortalitatū. locuſtarū, &c. terremot⁹ & hmōi. De hoc ꝓphetia, Māda, remāda, māda, remāda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, modicū ibi & modicū ibi, &c. Eſa. xxviij. No, māda. ſ. in ueteri lege, remanda in noua, in qua cōfirmantur

precepta moralia. Manda. ſ. per teipſum, remanda. ſ. per predicatores, Apoſtolos, & alios. Expecta. ſ. iuuéututẽ, reexpecta. ſ. ſenectutẽ. Expecta. ſ. tempore carnali, reexpecta. ſ. in quadrageſima, ſed modicũ ibi, & modicũ ibi. ſ. ubiq;. Quantũ ad ſextũ, habem⁹ modicũ de miſeratione proximali, quia quaſi nihil eſt opus miſericordie quod facimus. Iſta miſericordia proximalis fit tripliciter, ſcilicet dando, mutuando, & perdonando. Sed de quolibet habemus modicũ. Primo non dando, quia talem modum tenemus dando eleemoſynã, faciendo aurẽ ſurdam pauperi, ꝙ quaſi nihil ualet, quia das malo corde propter importunitatem petentis, modicũ ualet. Nota modum dandi eleemoſynã. Sicut ille qui ponit pecuniam ſuam in menſa cãbii ut lucretur. Auto. Da pauperibus & habebis theſaurũ in celo. Mat. xix. Item mutuare eſt magna miſericordia, quandoq; in caſu eſt quam dare. Verbi gratia. Si dantur duo ſolidi mĩa eſt, ſed ſi mutuantur. xij. florem pauperi ruſtico ut poſsit ſe iuuare. &c. maiorem mĩam facitis ſibi. Ideo Dauid Pſal. cxj. Iocundus hõ qui miſeretur, & commodat, diſponit ſermones ſuos in iudicio, quia in eternum non cõmouebitur. Sed miſericordia iſta iã ad modicum uertit propter uſuram. Nota practicam uſurariorum diuitũ, quando pauperes ruſtici ueniunt ad eos mutuando. x. pro. xij. uel uendendo plus propter ſpem, uel emendo minus propter pecuniam promptam. Item perdõnando inimicis, ſed multi ſunt qui nolunt parcere propter Chriſtũ, ſed, &c. Si papa uel rex diceret, amore mei parcatis, quia ego poſſum uobis facere hec & illa, &c. Tunc dicunt, Domine. amore ueſtri faciam. Talis mĩa parcendi modicũ ualet, qa quando eritis corã Chriſto in iudicio. dicet, Quid feciſtis amore mei? &c. Remiſiſtis mortẽ patris uel fratris, ſed non amore mei, ſed talis domini. Ideo uadas ad eum, ut det tibi paradiſum. Ideo amore dei & pro eius honore remittere debetis ut habeatis paradiſum. De iſto modico autoritas Sementẽ multam facies in terra, & modicum cõgregabis, quia locuſte deuorabunt omnia. Deut xxviij. Magnum ſemen eſt dare eleemoſynas, & mutuare, & parcere, & remittere iniurias, ſed locuſte. i. mali modi deuorant totum. Quãtum ad ſeptimum modicum habemus de duratione uirtuali. Quamuis ſi aliquis incipit uitam uirtuoſam & bonam, modicum durat in ea, ſtatim dimittit, ſed ſi incipit uitam malam & in peccatis, ita firmatur in illa, ꝙ nec monitionibus nec huiuſmodi talib⁹ multi malam uitam dimittere. Verbi gratia. Credo ꝙ multi ſunt tacti in corde, & receperunt bonum propoſitum remittendi iniurias, & faciendi pacem, ſed ad uerbum alicuius mali hominis nihil boni facient. Ecce modicũ uirtutis. Itẽ de rectorib⁹ cõmunitatum qui proponunt corrigere peccata notoria, ſed in conſilio aliquis aduocatus diaboli contradicit, & nihil fit. Patet quõ bona uita ſtatim dimittitur. Idem de multis qui proponunt recedere a mala ſocietate, ſed non poſſunt, &c. magis nolunt.

sunt. Idem de multis qui proponunt restituere, sed quando uident pecunias, propositum mutant & non restituunt. Patet ergo quomodo habemus modicum de duratione uirtuali. Autho. Que est uita uestra, scilicet bona & uirtuosa, uapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur, Iac. iiij.

De eadem dominica. Sermo ij.

DIco uobis quia plorabitis & flebitis uos. Io. xvj. Sermoster erit de utilitate lacrymarum huius mundi, ex tribulationibus & miseriis, sed primo saluetur uirgo Maria. *Dico* uobis quia plorabitis, &c. Magna utilitas que sequitur ex lacrymis, potest uideri & declarari ex similitudine, & utilitate que sequitur ex pluuia quãdo descendit in terra. Quia postquam homo seminauit, si Deus dat pluuiam & rorem, homo colligit abundanter, alias non. Ita est de lacrymis. Quãdo homo facit bona opera. s. opera misericordie & penitentie, &c. hoc dicitur seminare in hoc mundo, ut colligamus tempore messis. Messis est consummatio seculi. Messores autem angeli sunt. Si ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur, sic erit in, &c. Mat. xiij. Si ergo Deus dat pluuiam. i. lacrymas, abundanter colligemus. Sed quando homo facit multa bona opera, si sine aqua lacrymarum, non ita abundanter homo colligit. De hoc autoritas. Esa xxx. Dabitur pluuia semini tuo ubicunque seminaueris in terra, & panis frugum terre erit uberrimus & pinguis. Nota in terra, quia nec in celo, nec in inferno possumus seminare. Item alia authoritas, Dauid. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem uenient cum exultatione, portantes manipulos suos. Psal. cxxv. Euntes quia uita nostra non est nisi uia eundi ad mortem, & sic ibant ad uitam eternam. Et quomodo ibãt dicit, Mittentes semina sua, scilicet bona opera faciendo, uenientes scilicet ad diem iudicij, uenient ad gloriam, portantes manipulos suos. s. bonorum operum misericordie, iustitie, penitentie, castitatis &c. Patet ergo utilitas lacrymarum. Ideo dicebat Christus bonis personis, Dico uobis quia plorabitis & flebitis uos, &&. Patet thema. Amore uestri ego quesiui quod sunt modi plorandi. Et inueni quod in hoc mundo quinq; sunt modi flendi seu lacrymandi.

Primus est de temporali afflictione,
Secundus est de fraternali compassione,
Tertius est de internali compunctione,
Quartus est de spirituali deuotione,
Quintus de celestiali affectione.

Et quilibet est meritorius si bene ordinetur, secundum q̃ ego declarabo uobis. de his dicit Christus in themate, Dico uobis quod plorabitis & flebitis uos. Primus fletus est de temporali afflictione. Vnde

quãdo homo perdit amicum charum, ſicut patrem uel matrem, filium uel fratrem: uel homo perdit bona temporalia, & uenit ad paupertatem, tunc ultimum remedium eſt flere. Ratio eſt naturalis, Quoniam letitia & triſtitia contraria ſunt, & habent effectus contrarios. Letitia autem dilatat & hilarat cor, ideo homo tunc ridet. Sed triſtitia aſtringit cor, & faciem, & oculos, & cerebrum. Et ideo homo tunc plorat, ſicut quando ſpõgia humida ſtringitur deguttat, ſic quando ſtringitur cerebrum a triſtitia, deguttat per oculos. Ideo legitur Threnorũ. j. de quadam muliere, que una die perdidit omnes filios & filias ſuas, & amicos. Et cum nõ haberet remedium, fleuit. De qua dicit Hiere. Plorãs plorauit in nocte, & lacryme eius in maxillis eius. Nõ eſt qui cõſoletur eam ex omnibus charis eius. Omnes amici eius ſpreuerunt eam, & facti ſunt ei inimici. Migrauit Iudas propter afflictionem & multitudinẽ ſeruitutis habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias. Threnonũ. j. Patet fletus ex temporali afflictione, & licet hic fletus ſit naturalis, tamen ſi homo gubernat ſe in hoc fletu, eſt meritorius. Verbi gratia. In morte amicorum homo naturaliter plorat, ſed tunc homo debet cogitare, intra ſe dicendo, Iſta pena ſcilicet mors unde uenit? nonne a Deo? Quia omne malum pene eſt a Deo, licet actio peccati ſit a diabolo. Exemplum in multis, in quibus culpa eſt a diabolo, & hanc non facit Deus, ſed malum pene: quod ego uerberer paſsiue, hoc eſt a Deo: ꝙ Iudas uendidit Chriſtum, eſt opus diaboli, ſed quod Chriſtus fuit uenditus, hoc erat opus Dei & ordinatio Dei omnipotentis, patris. Itẽ ꝙ fuit captus, ligatus, & ſpinis coronatus, crucifixus, & paſſus, actiue hoc erat diabolo, paſsiue aũt totũ erat a Deo, quantũ ad penã. Actio diſpli cuit, paſsio grata fuit. Authoritas, Act. iiij. Conuenerũt ergo uere in ci uitate iſta aduerſus puerum ſanctum tuum Ieſum quem unxiſti, Hero des & Pontius Pilatus cum gẽtibus & populis Iſrael facere. Ecce actionem diaboli: que manus tua & conſilium tuum decreuerunt fieri. Ecce paſsionem a Deo. Ideo de damnis nobis datis uel illatis in bonis tollendis, uel in perſonis percutiendo, actiue eſt a diabolo, ſed quod tu ſis damnificatus, percuſſus uel ceſus, hoc eſt a Deo quantum ad penã. Quando ergo homo plorat ex afflictione temporali, cogita quod iſta pena & paſsio eſt a Deo, qui uult quod habeas iſtum laborem, & tunc debes te conformare cum diuina uoluntate dicens, Domine, ex quo uobis placet, placet mihi, tunc totum eſt meritorium. De hoc authoritas de alia muliere, que perdiderat omnes filios, & plorabat, cui dixit Propheta, Hec dicit Dominus, Quieſcat uox tua a ploratu, & oculi tui a lacrymis, quia eſt merces operi tuo, ait Dominus. Hierem. xxxj. Et iſto fletu plorauerũt Apoſtoli, & alij ſancti naturaliter, ſed cogitabant.

Malũ alterũ culpe alterũ pene, qđ reuera medicina eſt, eaque a Deo.

Hoc

Hoc uult Deus,& ideo. Secundus modus lacrymarū eſt melior de fraternali compaſsione,quando homo nō habet in ſe afflictionem. Sed quando homo uidet proximum in dolore & miſeria, & homo compatitur ei in corde,& incipit plorare cum illo, Iſte modus eſt melior primo. Ratio, quia iſte fletus non uenit ratione naturali ut prior, ſed ratione morali ex dilectione fraternali, que ſecūdum Dionyſium eſt uis unitiua,quoniam dilectio facit unum quid ex amāte & amato. De hoc authoritas Actuum iiij. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. Quando ergo diligo aliquam perſonam uere, facimus unum cor & unam uoluntatem. Ideo quando ille patitur,ego recipio malum ſuum ut meum, nō ſic de inimico. Ideo homo plorat ex compaſsione. Hoc dicit Apoſtolus ad Roma. xij. Gaudete cum gaudentibus, flete cum flen. &c. Quia gaudium amici eſt gaudium meum. Idem de malo. Iſte lacryme ſunt magis meritorie quam prime. Ratio, quia hec eſt maior eleemoſyna que poteſt fieri proximo, ſcilicet compaſsio cordis, quia plus dat pauperi tribulato ille qui compatitur ei in corde quam ille qui dat ſibi eleemoſynam ſine compaſsione. Ratio quia maior eſt in conſpectu Dei eleemoſyna de burſa cordis quam de burſa corij ſine compaſsione cordis. Sed ſi totum concurrit ſimul, ſcilicet compaſsio cordis & eleemoſyna de burſa, talis eleemoſyna eſt ualde meritoria. Ideo quando portant aliquem ad ſepulturam, & ploratis cum illo qui plorat, iuuatis ipſum ad portandū onus doloris & dulcius trāſit. Ideo nos diuites cōpatiamini pauperibus, ſani infirmis, prudētes ſtultis, & ignorātibus, uos de matrimonio, uiduis. Ideo dicebat Iob, Flebā quōdam ſuper eo q afflictus erat, & cōpatiebaī aīa mea pauperi. Iob xxx. Sic Chriſtus cōpatiēdo Marie Magdalene & Marthe ſuper morte Lazari fleuit. Ioan. xj. Idem ſuper ciuitatem Ieruſalem dicit textus. Videns Ieſus ciuitatem fleuit ſuper illam, ſcilicet ex compaſsione. Luc. xix. Tertius modus lacrymarum eſt melior, ſcilicet de internali compunctione, ſcilicet ex cōtritione. Et hic fletus uenit quando homo cogitat peccata que fecit, & malam uitam quam tenuit di. O miſer ſi modo morer, quid dicerem in iudicio diuino. Et ex illa parte cogitat penā inferni, tunc ueniunt lacryme, quia ponit cor inter duas molas ad inſtar oliuarum, & diſtillat oleum lacrymarum compunctionum. Et iſte lacryme ſunt meliores, quia ueniunt per animam. Quādo cogitat quod eſt religioſus, &c. uel clericus uel laicus uel dominus uel iudex, & nō fecit quod debuit. Ideo diſtillat oleum lacrymarum, quia conſtringitur inter duas molas ut oliua. De hoc Dauid, Exitus aquarum deduxerunt oculi mei quia non cuſtodierunt legem tuam. Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum. Ecce hic due mole. Prima ibi, Iuſtus es Domine. Secunda ibi, & rectum iudicium tuum. Ideo eſt optimum flere pro peccatis, quia tanta eſt uirtus talium lacrymarum quod minima gut-

ta lacrymarum uere contritionis lauat omnia peccata quantum ad culpas, imo quod si anima unius damnati posset habere unam guttam lacrymarum uere contritionis, Deus illam saluaret, sed non potest, quia tales lacryme solum in hoc mundo possunt haberi. Ideo pretiosissime sunt lacryme contritionis, oleum est misericordie sanans animas. Dauid, Qui sanat contritos corde, & alligat omnes contritiones eorum. Quartus modus est melior, s. plorare de spirituali deuotione, iste lacryme ueniũt quando homo cõtemplatur opera uite Domini nostri Iesu Christi, scilicet humilitatẽ incarnationis, & statim psona plorat ex ardore & feruore deuotionis. Sicut cera liquescit ad ignẽ, sic fit quãdo persona deuota se applicat ad Christum cogitando humilitatem incarnationis & puritatem natiuitatis & puritatem uirginis matris, quomodo transiuit Christus ut radius solis per fenestram uitream nõ rũpendo, & persona plorat. Item cõtemplando Christi cõuersationem, predicationem, passionẽ, & sic anima liquefit, & persona plorat. Tales lacryme sunt deuotionis spiritualis. De isto fletu dixit Christus in euange. Beati qui lugent, scilicet ex deuotione spirituali, quoniam ipsi cõsolabuntur. Mat. v. Nota quomodo in omnibus operibus Christi magnam debemus habere deuotionem, sed singulariter in sacramento altaris, quia illa opera Christi iam trãsiuerunt, & solum semel facta fuerunt, sed istud opus quotidie. Nota quomodo factum fuit quando uirgo Maria dixit, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Luc. j. In ultimo uerbo effecta est grauida & mater Dei. Ita dictis istis uerbis, Hoc est enim corpus meum, Christus Deus & homo est in hostia consecrata. No. hic quante honestatis debent esse sacerdotes, &c. Itẽ nota contra concubinarios. Quomodo enim tripliciter potest corrigi illud peccatum. Primo intimando Pape, &c. Secundo modo non audiendo missam concubinariorum, &c. Tertio modo quod uilla faceret ordinationẽ ꝙ nulla mulier notoria meretrix sit ausa stare nisi in lupanari. Quintus modus lacrymarum est melior, s. de celestiali affectione. Quando persona cogitat quod est exul in hoc mũdo, & desiderat paradisum, & ex illo desiderio plorat, tales lacryme sunt optime. Vnde Deus in initio fecit tres habitationes. Vnã pro angelis & animabus sanctis, celũ, scilicet empyreum. Aliam pro hominibus, scilicet paradisum terrestrẽ. Aliam pro iumentis siue bestiis, scilicet istũ mundũ, ubi sumus nos modo, quia in paradisum terrestrẽ nulla bestia nec auis potest intrare. Sed ex peccato Ade homines fuerũt expulsi de paradiso terrestri, & fuerũt positi inter bestias tanquam proscripti siue exules. Quando ergo homo cogitat intra se di. O miser ubi sum ego modo? Quando ibo ad patriam meã. &c. & plorat, tales lacryme sunt de celestiali affectione. isto modo flebat Dauid, qui tamen erat ditissimus, qui dimisit filio suo Salomoni centum millia quintalia auri, & mille millia de argento. Qui habe-

Triplex cõtra cõcubinatũ antidotũ.

habebat ex diuina dispensatione duodecim uxores sine peccato,& tamen cognoscendo suum exilium plorabat dicens, Quemadmodũ desiderat ceruus,&c.Nota,Fuerũt mihi lacryme mee panes die ac nocte. Dic quomodo cum esset in mẽsa, incipiebat flere & lacryme miscebantur cum escis.Dicebant milites,Domine,quid ploratis?Respondebat, O miser,iste esce sunt corruptibiles, sed celestes sunt incorruptibiles. Idem de nocte in lecto in quo dicebat se iacere ut bestia. Sed nõ ploramus pro desiderio paradisi,imo nullus uellet de hoc mundo exire. Sed istud prouenit ex mala uita quam tenemus, sicut captus uellet stare semper in carcere fetido timore iudicis. Ita anima peccatrix in carcere fetido corporis, unde timet exire, secus de personis perfectis & beatis que cupiunt exire,intantum quod si Deus diceret eis,adhuc uiuetis per annum.Respõderent,O Domine tantum stabimus? De isto exilio dicitur uirgini Marie,Ad te clamamus exules filij Eue.Ad te suspiramus gementes & flentes.Cogitetis uos esse de paradiso,& nõ de hoc mundo,quia oportet ipsum dimittere.Ideo Christus Matth.vj.Primum querite regnum Dei & iustitiam eius,& hec omnia,&c.No. Hec omnia,scilicet pax,pluuia,sanitas,&c.quam petitis,adiicientur uobis. Nota & iustitiam eius,que habet quinque puncta.Primus punctus diuine iustitie est pro conseruatione communitatum,non sustinere diuinos,nec sortilegos.Secundus punctus non sustinere blasphemos,nec iuratores,nec renegatores,&c.Tertius non sustinere fractiones festiuitatum notorie.Quartus non sustinere truffatores de taxillis, hic ludus est fons renegationum.Quintus non sustinere meretrices in uicis seu hospitiis, que sunt laquei animarum ad instar putei in ingressu domus.

De eadem Dominica. Sermo iij.

TRistitia uestra uertetur in gaudium.Ioan.xvj.Pro huius uerbi declaratione sciendũ est quod in hoc mundo omnia gaudia sunt mixta cum tristitiis & tribulationibus,in hoc mundo non sunt uera gaudia. Ratio est & sumitur per regulam Philosophi dicentis,quod omne medium naturaliter participat naturam extremorum,ut patet de elementis,de aere calido ab igne,& humido ab aqua. Item de aqua humida ab aere,& frigida a terra. Sic ad propositum uita huius mundi est media inter duo extrema,scilicet paradisum & infernũ. In paradiso enim est gaudium purum.Esa.xxxv.Non erit ibi leo,& mala bestia nõ ascendet per eã nec inuenietur ibi.Et ambulabunt qui liberati fuerint,& redempti a Domino,conuertentur & uenient in Sion cum laude,& letitia sempiterna super caput eorum.Gaudium & letitiam obtinebunt,& fugiet dolor & gemitus.In inferno autem est totum oppositum, quia ibi damnati non habent nisi puram tristitiam, dolorem & desolationem,

nem, de nullo gaudent, sed tristantur.

Primo de eorum damnatione,
Secundo de bonorum saluatione,
Tertio de aliorum damnatione,
Quarto de malis & peccatis que fecerunt,
Quinto de bonis que fecerunt & perdiderunt.

Ideo plangendo dicunt, Defecit gaudium cordis nostri, uersus est in luctum chorus noster. Threnorum v. Si ergo omne medium participat naturam extremorum, cum ergo uita nostra sit media inter ista contraria, ideo participat de utrisque. Ideo Boetius, Omnis dulcedo felicitatis humane multis amaritudinibus est respersa. Sed personis bonis & deuotis tristitie huius mundi uertentur in gaudium ex diuina prouidentia. Hoc dicit Christus in themate, Tristitia uestra uertetur in gaudium. Sed malis gaudium huius uertetur in luctum. Et amore uestri uolui uidere in sacra scriptura quot sunt tribulationes huius mundi, & inueni quod sunt in quadruplici gradu, & hoc experientia docet, scilicet,

Prima de occupatione temporali,
Secunda de contritione cordiali,
Tertia de tribulatione mundanali,
Quarta de morte corporali.

Et omnia, diuina prouidentia ordinante, uertuntur in gaudium, nisi sit culpa nostra. Et de qualibet dicit thema, Tristitia uestra uertetur in gaudium. Prima tristitia huius mundi est de occupatione tẽporali, quia quandiu homo uiuit, oportet occupari in diuersis laboribus corporalibus, qui dant tristitiã in corde. Sic enim occupatus dicit, O miser quotidie habeo laborare, ut prouidere possim domui mee, &c. Hec tristitia fuit data Ade & in persona sua omnibus aliis hominibus post ipsum futuris in hoc mundo. Gen. iij. In sudore uultus tui uescẽris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia pũluis es & in pulucrem reuerteris. Nota quomodo sicut confessor facta cõfessione dat penitentiam peccatori, sic fecit Deus Ade dicens, In sudore uultus tui uescẽris pane tuo, &c. Si dicatur ab aliquo, imo sunt multi qui sine tali occupatione uiuũt ut magni domini & diuites qui sine sudore uultus habent suam prouisionem, ergo uidetur quod ista tristitia & penitentia non tangit omnes generaliter? Respondeo quod imo omnes tangit si uolumus loqui solum de facie corporali, uerum est quod solum tangit laboratores, sed si uolumus loqui de facie anime spirituali, plus laborant & sudant magni domini quam rustici, quia quotidie sunt in magnis negotiis & cum magnis tristitiis & angustiis. Rusticus uero in fero letatur, & gaudet & comedit cum uxore & filiis. Dic quomodo in quadam ciuitate erat quidam laborator, qui suis manibus procurabat

sibi ui

ſibi uitam, qui morabatur coram palatio regis, qui in ſero poſt cenam letabatur cum filiis. Quod attendens rex uocauit eum di. Quomodo ita letabatur, cum rex ipſe nō haberet tātā letitiā. Qui reſpōdit, ex quo in die laboraueram, ſero gaudebam de quiete. Cui cōpatiēs rex, dedit ſibi magnos reditus. Qui extunc nō letabatur ut cōſueuit, ſed cogitabat quid de illis pecuniis faceret. Si mutuaret ad uſuram, uel faceret ſe mercatorem, &c. Propter quod rex uocauit eum iterum, di. Quare nō letaris ut prius? Qui reſpōdit, O Domine, in magna imaginatione, ſeu anguſtia me poſuiſtis, ſcilicet quomodo augmētabo iſtos reditus. ideo reddo uobis reditus, &c. Ex quo ſequitur q̄ maior eſt labor mentis, ſcilicet ſecundū facié auime dominorū & diuitū, quam labor ruſticorum, qui comedūt, & bibūt, & dormiunt firmiter, etiam in duro lecto. Patet ergo regula generalis, quod omnes in ſudore uultus corporis, uel anime uiuunt. Aliud argumentū in oppoſitum eſt de prelatis qui habent ſuos reditus, qui nō habēt laborare, &c. Reſpōdeo q̄ imo. Quoniam ſi bonus prelatus eſt, cuiuſcūq; poteſtatis ſiue ſtatus ſit, magnos habet labores & triſtitias & anguſtias pluſquam aliquis ruſticorū, cogitando qualem cōputum reddet Deo nō ſolū de anima ſua & de domo, ſed etiam de omnibus animabus ſibi commiſsis. Vnde Aug. conſueuit dicere, Quid dicturus ſum cum redditurus ſum rationem de animabus que pendēt ad collum meū, imo mirū eſt quomodo cū gaudio poſſunt uiuere cogitādo tātū onus, quod ſupra ſe portant. Si uero eſt malus prelatus, tūc quādoq; dicit Deus, Quoniā tu etiā ſeruabis penitentiā quā ego dedi, & dat ſibi infirmitates. bonos uero prelatos cuſtodit ab infirmitatibus quādoq;, ex quo curā habēt de animabus. No. de illo ſancto eremita, de quo in uitis patrum dicitur, q̄ operabatur in eremo & nūquā ibi fuerat infirmus, qui ex ſua ſanctitate fuit electus in epiſcopū, q̄ coactus recepit: qui ſtatim fuit infirmus de podagra & dolore lateris: qui timens ne Deus ipſum dimiſiſſet, flēdo dicebat, O Domine quid eſt hoc, cum ante in eremo ſemper eſſem ſanus? Cui angelus dixit, Iſta infirmitas uenit tibi hac de cauſa, quia cum eſſes in eremo Deus te cōſeruabat, propterea q̄ nō habebas ſeruitorē, ſed modo habes ſeruitores & ut ipſi & tu q̄ habetis unde uiuere poteſtis ſitis occupati, Deus mittit tibi hāc, &c. Patet regula generalis, In ſudore, &c. Eccleſi. xl. Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus, & iugum graue ſuper omnes filios Ade. A die exitus de uēntre matris eorū, uſq; in diem ſepulture. Sed Deus preuidit, q̄ iſta triſtitia occupationis tēporalis uertitur in gaudiū, ſ. in die feſto quādo homo quieſcit. Quoniā poſtquā laboraſtis ſex dies in Dominica, illa occupatio laboris uertitur in gaudium quietis ceſſando ab omni labore temporali. Manus ceſſent ab omni labore, non lauent amplius, neque neant, neque, &c. pedes etiam debent quieſcere, non ambulare, niſi pro magna neceſsitate.

tate. lingua ne loquatur de negotiis temporalibus, quia non ſolũ manus & pedes, ſed etiam lingua debet quieſcere a tẽporalibus. Dic cõtra illos qui credunt ſolum manus debere abſtinere & non linguam. Item cor debet quieſcere non cogitando in negotiis. Ratio quia Chriſtus qui totam ſuam uitã habuit plenam laboribus redemptionis, in dominica reſurrectionis quieuit, non ſolum in corpore, ſed etiam in anima. Ideo uult quod chriſtianus requieſcat in dominica. Iſto modo triſtitia occupationis, uertitur in gaudium quietis, in bene colunt dominicam. Ideo dicit Scriptura. Quia ſanctus dies Domini eſt nolite cõtriſtari. Gaudium etenim Domini eſt & fortitudo noſtra. Neemie viij. Nota duas clauſulas, prima ibi, ſanctus dies Domini eſt. Quare dicit dies Domini, cum omnes ſint dies Domini, & nullus ſit malus? Nota contra illos qui dicunt tali die non eſt faciendum hoc, dies egyptiacus eſt, &c. Solum in negotiis temporalibus, naturalibus obſeruandi ſunt dies propter lunam ſicut in uene minutione, &c. In aliis autẽ operibus non ſunt obſeruandi, imo eſt error & peccatum magnum, quia omnes dies ſunt boni, & a Deo facti. Sed ſingulariter dies dominica dicitur dies Domini. quia ipſum fecit ſolennem propter ſuam gloriſam reſurrectionem. de conſe. di. iij. pronuntiandum. Omnem diẽ dominicam ob reuerẽtiam reſurrectionis Ieſu Chriſti a ueſpera in ueſperam precipimus obſeruari. De iſta dicit Dauid. Hec dies quam fecit Dominus, &c. Nob ſolum ob creationem ut alios dies, ſed etiam ob reſurrectionem. Ideo gaudendum eſt de illo die, ceſſando ab omni opere ſeruili. Secunda ibi, Gaudiũ Domini eſt, & fortitudo noſtra, quia qui bene cuſtodiunt dominicam, cuſtodiuntur a Domino ab infirmitate corporis, & cuſtodit eis agrum, uineam, gregem & omnia bona. Sed illis qui non ſeruant dominicam eſt dominus in debilitate. Nota, contra illos qui colunt ſabbatum & non dominicam, credentes uirgini Marie. Sed aliqui miſeri gaudium feſti conuertunt in triſtitiam, ludẽdo quicquid lucrati ſunt in hebdomada. Ideo non ſuſtineatur ludus. Maledictus eſt locus & dominus qui ſuſtinet ludum. Alij miſeri in taberna inebriantur & ebrij reuertuntur ad domum, & uxor & filij non biberunt forte ptiſana, & cõpletur in eis illa maledictio ſcripture, Dies feſti ueſtri conuertuntur in lamentationem & luctum. Tob. ij. Alij miſeri currunt ad lupanar. Ideo dicit dies feſti, &c. Secunda triſtitia huius mundi eſt melior, ſcilicet triſtitia de contritione cordiali, quando homo cogitat de peccatis & malis que fecit, & de tempore quod amiſit, & triſtatur ad inſtar militis qui ex culpa ſua uenit in odium & iram regis qui cogitat, O miſer rex occidet me, & perdam omnia bona, & triſtatur. Ita quilibet peccator eſt in ira regis Chriſti. Superbus enim ex ſuperbia ſua eſt in ira regis, auarus ex ſua auaritia. & ſic de aliis. intantum quod mirum eſt quomodo aliquis poteſt letari, uel uiuere cũ ſciat

Vbi in ſure pontificio extat precẽptum de colendo die dominico.

Sacratiſſima uirgo Maria, eſt infra Deũ colenda.

ſe eſſe

se esse in ira tanti regis. De ista tristitia dicit Scriptura.ij.ad Corint.vij. Que enim secundum Deum tristitia est, penitentiam stabilem in salutem operatur, seculi autem tristitia mortem operatur. Nota que secũdum Deum tristitia est. Quidam tristatur de peccatis, sed non secũdum Deum, sed secundum mundum, uel secundum periculum, uel secũdum penam, que tristitia nihil ualet, imo dicit, seculi tristitia morte operatur. Sed tristitia que est secundum Deum, quando homo tristatur & dicit, O miser tantum offendi Deum meum, &c. talis penitentia in salutem operatur. Hec tristitia conuertitur in gaudium, in confessione sacramentali, quando proiicit extra peccata, de quibus tristatur. sicut ancilla proiicit de domo immunditias domus, sic cum scopa cõtritionis peccata cõgregantur in angulo memorie, & proiiciuntur extra portam confessionis. Dicatur quomodo facta confessione, homo sentit gaudium & letitiam in corde. Sic ille qui obligatur ad soluendum sub pena mortis, quando sibi remittitur debitũ a domino, quomodo gaudet & letatur, ita in confessione dimittuntur debita peccatorum. Ioã. xx. Quorum remiseritis peccata, &c. Et facta absolutione totum debitum est remissum. Ideo sequitur gaudium in corde. Ideo dicit Scriptura Prouerb.xiiij. Cor quod nouit amaritudinem anime sue, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Nota non miscebitur extraneus, scilicet diabolus, sed dominus proprius per communionem, & post confessionem debet homo communicare. Tertia tristitia est de tribulatione mundanali, quia in hoc mundo multum abundat ut infirmitatum, paupertatum & miseriarum, &c. que dant tristitiam. Ratio naturalis, & regula est, quod omne medium participat naturam extremorum. Modo uita presens est inter duo extrema, scilicet paradisum, & infernum. Ideo secundum illam participamus de conditione extremorum. In paradiso est gaudium sine tristitia, & sine infirmitate. Apoc.xxj. Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum, & mors non erit ultra neque luctus, &c. In inferno autem est dolor & tristitia. Nos uero sumus hic in medio participantes cum utrisque. Cum enim gaudemus & letamur, participamus cum illis de paradiso, qa nihil aliud, est nisi de melle celesti. Quando tristamur, participamus cũ illis de inferno. Ideo dicit Scriptura, Exigitum & cum tedio est tempus uite nostre, & nõ est tedigerum in fine hominis. Sapien.ij. Sed conuertitur in gaudium in deuota oratione. Quoniam quando homo habet tedium, summum remedium est recurrere ad orationem eleuatis oculis & manibus uersus celum, & sic descẽdit dulcedo melliis spiritussancti. Authoritas, Tristatur aliquis uestrũ? oret equo animo & psallat. Iac.v. Nota equo animo, hoc dicit contra aliquos qui orãt, sed non equo animo, quia os loquitur unum & cor cogitat aliud. Sed in oratione quando homo dicit, Pater noster in ore, cor debet cogitare cum quo loquitur homo,

quia

quia cum rege celesti, &c. Idem quando dicitur, Aue Maria. alias modicum ualet oratio. Nota quod qui orat mane & sero, quotidie uiuit in gaudio & prosperitate. Die miraculum de milite Normāno cūte ad peregrinationem, &c. Ideo Christus. Oportet semper orare & non deficere. Luc. xviij. Quarta tristitia est de morte corporali. Magna tristitia est homini in morte parentum & amicorum charorum, sed in morte propria ibi est tristitia maxima, quia totum simul amittitur. Die similitudinem de arbore si eradicaretur per aliquam potentiam. Ita est de anima que habet radices in qualibet parte corporis, in neruis, ossib^a, uenis, &c. &, mors ipsam eradicat, ideo ibi est maxima tristitia, nec est aliqua similis. Iam uidetis quando aliquod membrum scinditur quantumcunque paruum, quomodo homo tristatur, quanto magis in morte quando anima separatur a toto corpore. Ideo Christus ante mortē cepit contristari, & mestus esse, ut habetur Matth. xxvj. quanto magis nos peccatores. Sed hec tristitia conuertitur in gaudium bonis personis quando anima egressa a corpore, statim uidet sanctos angelos ipsam comitantes honorifice ad instar sponse nobilis in die nuptiarum quando ducitur ad missam, uel sicut depingitur beata Maria Magdalena quando ab angelis eleuabatur. Isto modo tristitia uestra, scilicet mortis corporalis, uertetur in gaudium. ideo Christus. Nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Io. xvj.

De eadem dominica. Sermo quartus.

Militant aduersus animam. j. Pet. ij. Hoc thema dat motiuum predicandi de preliis que nobis dāt demones ut damnemur cum illis. Ideo auisando uos uolo nunc eorum prelia declarare, sed primo salutetur uirgo Maria. Militant aduersus animam, &c. Sancta Scriptura uolens nobis ostendere conditionem uite nostre in hoc mundo, breuiter declarat dicens, Militia est uita hominis super terram, & sicut mercenarij dies eius. Iob vij. Ratio quare dicit quod uita nostra est militia, quia sicut demones sunt damnati, sic bellāt contra nos ut peccemus & dānemur cum ipsis. Et sicut mercenarij dies eius, scilicet hominis, quia sicut mercenarius qui diligenter & fideliter laborat meretur salarium, alias, &c. Sic de nobis. Si fortiter bellamus non consentiendo demonibus, meremur magnū salarium glorie, sed si sumus uicti meremur supplicium eternum. Istud prelium declarat Dauid in psal. xix. di. Hi in curribus & hi in equis, nos autē in nomine Dei nostri inuocabimus. No. hic quare non uult ipsos nominare, iuxta illud, Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Nostra defensio est cum dicit. Nos autē in nomine Dei nostri inuocabimus, Nota hic in curribus, scilicet rotundis. Currus signat tentationes que ad instar rotarum uoluūtur de una

in aliam.

in aliam. Quando diabolus non poteſt per unam, tentat per aliam. Et hi in equis. Equi demonum ſunt peccata mortalia. ideo de demonibus dicit the Militãt aduerſus, &c. ſcilicet equeſtres aduerſus animam. Hãc militiam declarabat b. Io. in Apoc. ſecũdum intellectum moralẽ, iuxta reuelationem ſibi factam di. Vidi & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illum habebat arcum, & data eſt ei corona & exiuit uincens ut uinceret. De ſecundo dicit, Et exiuit alius equus rufus, & qui ſedebat ſuper illum datum eſt ei ut ſumeret pacẽ de terra, & ut inuicem ſe interficerent, & datus eſt ei gladius magnus. De tertio milite dicit, Et ecce equus niger, & qui ſedebat ſuper illum habebat ſtateram in manu ſua. Et de quarto milite dicit. Ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eũ nomen illi mors, & infernus ſequebatur eum. Et data eſt illi poteſtas ſuper quatuor partes terre, & interficere gladio, fame, & morte, & beſtiis terre, & cum aperuiſſet, &c. Apo. vj. Hi quatuor equi, ſunt quatuor paccata mortalia ſuper que demones equitant & militant contra nos.

Primum eſt ſuperbia & uanitas,
Secundum luxuria & carnalitas,
Tertium auaritia & cupiditas,
Quartum inuidia & malignitas.

Cum his demones militant aduerſus animam. Primus equus dicit erat albus. Hoc deſignat ſuperbiam & uanitatem. Ratio, color albus pre ceteris magis apparet, ſic ſuperbus ſuper alios uult apparere & uideri. Si uis cognoſcere ſi es ſuperbus. Si habes aliquod bonum temporale uel ſpirituale & uis ut uideatur & appareat, ſuperbus es, uerbi gratia. Si es generoſus & uis ut ſciatur, ſignum eſt ſuperbie, humilis abſcõdit & nõ curat. Idem ſi es diues, ſtatim uis facere uanitates in ueſtibus. Et cogitas qui ſunt iſti, ego poſſem emere omnes. Idẽ ſi bona ſpũalia que habet uult ut uideãtur, ſi orat ieiunat, uel ſi portat cilicium, & ſtatim uult uideri, ſignum eſt quod peccatum ſuperbie eſt in corde, ſed humilis omnia abſcondit quãtum poteſt. Ecce ratio quare equus albus ſignat peccatum ſuperbie. Ideo dicit Chriſtus ſuperbis, Omnia opera ſua faciunt ut uideantur ab hoĩbus. Matth. xxiij. Sed quare dicit quod miles qui ſedebat ſuper eum habebat arcum in manu ſua? Reſpondeo quod iſte miles eſt demon qui tentat de ſuperbia qui ſagittando facit bellum. O quot ſunt iſto arcu ſagittati & percuſſi. uerbi gratia, Omnes homines qui proponunt in corde ſuo aſcendere, tales ſunt percuſſi iam & uulnerati iſto arcu. uerbi gratia, dicatur de religioſo ſeruante regulas, ceremonias, &c. Recta uia uadit talis ad paradiſum. Sed diabolus dicit non, quia ego ſagittabo eum, & facit eum cogitare ut aſcendat, & uadat ad ſtudium, quia poterit eſſe magiſter, & confeſſor regis, &c. Factum eſt, talis iam uulneratus eſt ſagitta diaboli. Idem de presbyteris ſimpliciter uiuentibus. Sed diabolus ſagittat,

quan

quando facit eum cogitare dicendo, Si tu ſic uiuis, non poteris iuuare amicos. Ideo oportet te aſcendere, uel cum ſimoniis, uel uſuriis uel ſeruitiis, &c. Idem de laicis ſimpliciter uiuentibus recta uia, uadunt ad paradiſum, nec pro filiis faciunt ſibi uanitates, &c. ſed nutriunt eos bene in bonis moribus. Sed dicit diabolus, ego ſagittabo eum, & facit eum cogitare, quare tu non eſſes iuratus, ſiue conſul ut talis, quia de pecuniis urbis, te poteris iuuare, tenere famulos, &c. Cum tamen ad regimen deberet homo uenire ſicut ad furcam. Sunt multi qui neſciunt regere domum ſuam, & uolunt regere communitatem. Ideo deſtruũtur uille & cõitates & ciuitates ex ambitione aſcendendi. Idem de mulieribus que deſerunt uiris ſuis honorem, amorem & obedientiã, preterquam in peccatis, tales recta uia uadunt ad paradiſum, Sed quando cogitant predictis oppoſita, & conſentiunt, factum eſt, iam ſunt ſagittate a diabolo. ideo dicit Dauid de diabolo, Arcum ſuum tetendit, & parauit illum. Et in eo parauit uaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus effecit. pſal. vij. Nota ardentibus, ſcilicet in habendis officiis, honoribus, preeminentiis & dignitatibus. Tertio dicit & data eſt ei corona & exiuit uincens ut uinceret, quia demon qui tentat de ſuperbia, coronam regis portat. ideo Iob xlj. Ipſe eſt rex ſuper uniuerſos filios ſuperbie. Nec aliquis rex habet tot uaſallos ut ipſe. Et exiuit, ſcilicet de celo. Dic caſum ipſorum ex ſuperbia dicente Deo. Non habitabit in medio domus mee qui facit ſuperbiam. pſal. c. Vincens, ſcilicet angelos malos, ibi, conſentientes, ut uinceret, ſcilicet homines in mũdo iſto. Ecce primum prelium. ideo quilibet auiſet ſe ut caueat a ſagittis ſuperbie quia magnum periculum eſt ire per altiſsimos montes, quia periculoſus eſt caſus ab alto. Quandiu enim homo uadit plane per uiam humilitatis, uadit homo ſecure ſine periculo, ideo Chriſtus, Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ueſtris. Mat. xj. Diſcite, ſcilicet lectionem quam docuit uerbo & exemplo. Secunda militia eſt cum dicit, Vidi & ecce equus rufus, & qui ſedebat ſuper illũ, datum eſt ei ut ſumeret pacem de terra, & ut inuicem ſe interficerent, & datus eſt illi gladius magnus. Hoc prelium dant demones per peccatum luxurie, quod innuit in hoc, quod equus erat rufus. In ſignum huius quando perſona cogitat de illo peccato, efficitur rubea. Et ſicut domus, & omnia bona ibi congregata comburuntur quando incenditur igne, ita ex illo peccato perduntur merita congregata & bona. ideo de iſto peccato dicit Scriptura, ignis eſt uſque ad perditionẽ, id eſt conſumptionem deuorans, & omnia erradicans genimina. Iob xxxj. O miſeri pro modica delectatione beſtiarum que ſtatim tranſit, non dubitatis amittere tantam gloriam & incurrere tantam penam. Item dicit quod miles equitans ſuper equum rufum habebat poteſtatem ſumendi pacem de terra. Nota ſeptem paces.

Prima

Prima eſt inter Deum & homines,
Secunda eſt inter homines & angelos,
Tertia eſt inter animam & corpus,
Quarta inter uirum & uxorem,
Quinta inter clericos & populum,
Sexta inter dominos & uaſallos,
Septima inter uaſallos adinuicem.

Prima pax eſt inter Deum & perſonam quando uiuit caſte & honeſte, quia cum ipſa Deus habitat, quia Deus nō eſt porcus, ut uelit in luto habitare. Sed quando perſona cogitat de illo peccato, & conſentit ad faciendum, Dominus indignatur, & perditur pax & fit guerra & diuiſio. Secundo ex iſto peccato tollitur pax que eſt inter angelos & homines. Dic quomodo quilibet habet angelum cuſtodē, quia alias demones nos deſtruerent, & angelus bonus diligit ſibi commiſſos ſinceriter, & pluſquam mater filium ſibi charum. De iſta cuſtodia authoritas, Angelis ſuis Deus mandauit de te. Pſalm. xc. Secunda quando perſona uult facere illud peccatum cogitatione uel tactu, uel locutione, uel operatione, angelus indignatur dicendo, O iſte ribaldus quid facit. Dic quomodo non fieret illud peccatum coram puero ex uerecundia, multo magis deberet homo uerecundari de angelo preſente & dicente, O de iſto ribaldo, &c. & claudit naſum. Tertia pax eſt inter carnem & ſpiritum quam habent perſone que uiuunt in penitentia, quia per penitētiam caro ſubiicitur anime ut captiua domine, & ſic habēt pacem. Sed pax tollitur quando captiua rebellat & reſiſtit contra dominam. Sic quando caro contra animam facit illud peccatum, pax dicta tollitur. Quarta pax eſt inter uirum & uxorem, quando ſeruant ſibi mutuo fidelitatem, que pax tollitur & ſoluitur per peccatum luxurie. Videmus quod quando uir ſentit uxorem adulterari, nō bene portat nec conuerſo. Quinta pax eſt inter clericos & populum alicuius uille uel communitatis, quia laici debent honorare clericos ut patres & ſoluere decimas, &c. Sed hec pax tollitur per luxuriam, &c. Clerici autem debent uiuere honeſte, &c. Sexta pax eſt inter dominum & uaſallos. Sed hec tollitur quando Dominus uult habere uxorem uel filiam uaſalli, quia nō ſeruarent ſibi fidelitatem, imo occiderent eum. Septima pax eſt inter uos laicos ad inuicem qui ut fratres debetis uos diligere & habere pacem. Sed hec pax tollitur per luxuriam quando unus curat de uxore uel filia alterius. Ex quo ſequuntur multa inter uos mala. De hoc peccato dicit propheta, Impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus eius in cōculcationē & lutum. Nō eſt pax impiis dicit Dominus Deꝰ. Eſa. lvij. Impij dicūtur luxurioſi. Ratio, qa ut dent delectationē captiue, id eſt carni, dānant animā. Sed dicitur ꝙ datus eſt militi gladiꝰ magnus. Nō enim bellat cum arcu, ſed gladio ma-

De angelo nobis peculiariter cuſtode.

gno. quia totus mundus quaſi cõprehendit peccatum. Hoc etiam in religioſis, &c. Nota exemplum de demone in corpore obſeſſe, dicente ſe nõ inde exire niſi dicerentur tres miſſe a tribus clericis uirginibus, &c. Totus mundus eſt iſto peccato corruptus. & completa eſt iam prophetia Dauid. Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtu. ſu. nõ eſt qui faciat bonum, ſcilicet caſtitatis, non eſt uſque ad unum, ſcilicet de adultis comparatiue loquendo. Ecce quomodo hic gladius eſt bene magnus, quia tot occidit. Ideo cuſtodiamus nos ab iſto gladio cuſtodiendo corda a luxuria, quia ita uult Deus. Hec eſt uoluntas Dei ſanctificatio ueſtra ut abſtineatis uos a fornicatione. j. ad Theſſal. iiij. De tertio prelio dicit. Et ecce equus niger, & qui ſedebat ſuper illum habebat ſtateram in manu ſua. Ecce peccatum auaritie & cupiditatis. Dicit quod equus erat niger, & ſignificat peccatum auaritie. Vnde ſicut color albus pre aliis oſtenditur, ita color niger pre aliis abſcõditur, quia auarus ſemper abſcõdit pecunias, & facit ſe pauperem quando petunt ab eo eleemoſynam pro aliqua pia cauſa & uadit ſemper male indutus ut uideatur pauper. Item abſcõdit ad decipiendum, quia fingit ſe amicum uerbo ut decipiat facto, in ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur, & occulte ponit ei inſidias. Hiere. ix. No. inſidias, ut ſcilicet habeat pecunias & bona ueſtra. Item dicit ꝙ miles habebat ſtateram in manu ſua. in quo oſtenditur modus peccati auaritie, quoniam ad inſtar falſe ſtatere peccatum auaritie facit, quia illud quod eſt magis põderans & infiniti ualoris, ſcilicet paradiſus, &c. parum põderatur in cõſpectu & coram oculis auari. Et illud quod parum & modicum ualet. ut pecunia, bona temporalia, põderat & reputat eſſe infiniti ualoris. Ecce ſtatera falſa & doloſa, quia Deum qui eſt infiniti ualoris & honoris diabolus facit quod coram auaro nõ põderat unam fabam, quod fit quando lucro unius ſolidi iuras falſe dicendo, per Deum tanti cõſtat. No. hic contra falſitates que fiunt inter emptores & uenditores. Item hec falſa ſtatera facit quod palea uanitatum multum põderat in cõſpectu diuitum, & gloria & gaudia & theſauri paradiſi que ſunt ineſtimabilis ponderis nihil põderant. Ideo dicit ſcriptura, Nunquid iuſtificabo ſtateram impiam & ſaccelli, id eſt occulti ſacci in quo occultatur fallum põdus, ponderа doloſa. In quibus diuites eius repleti ſunt iniquitate. Michee vi. Nota ſtateram impiam & põdera doloſa ſaccelli. Stateram impiam uocat peccatum ſimonie in qua uenditur Spiritus ſanctus. Ideo doctores uocant ſimoniam hereſim. Simoniaci ponderando uendunt gratiam Dei. Nota hic de fraudibus ſimonie. Primo in miſsis ſancti Amatoris in quibus committuntur multe impietates. Prima quia dicunt quod debent dici continue ſine interuallo, cum tamen pauci ſunt talis uite quod cõtinue, &c. Secunda, quia frangitur ordinatio eccleſie que quolibet die habet ſuam miſſam determinatam & certam. Tertia impietas

eſt pre

est precium certum quod faciunt clerici, quia habent celebrare sine interuallo petendo plus. Item tot candele, tot denarij. Quarta est error, quia licet beatus Amator triginta missis extraxit animam matris de purgatorio, creditis quod etiam uos. Nam sicut infirmitates non sunt eedem, nec etiam pene, &c. Dic de medico qui applicat medicinas iuxta infirmi cõditiones. Ecce quare dicit, Nunquid iustificabo stateram impiam. Secundo dicit, Et saccelli pondera dolosa. Hoc dicit contra laicos usurarios qui mutuant decem pro duodecim, nõ est pondus equale. Dicit usurarius ratione temporis nõ ualet, quia tempus est Dei, ideo tantum pro tanto & nõ amplius. Item uendunt pluris ratione dilationis solutionis uel emendo minoris ratione pecunie parate. Ecce saccelli põdera dolosa. In quibus diuites, &c. De quarto prelio dicit, Ecce equus pallidus & qui sedebat super eum nomen illi mors & infernus sequebatur illum. Ecce quartum prelium diaboli ex peccato inuidie. Nã color pallidus siue glaucus signat peccatum inuidie. Ratio, quia est amaricatus siue mortificatus, quia inuidia animam mortificat & occidit. j. Ioan. iij. Nos scimus quoniam trãslati sumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres, qui nõ diligit manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum homicida est, scilicet suiipsius. Sed quare dicit quod infernus sequebatur eum, declaratur per questionem quam faciũt doctores dicentes, Quare demones nos tentant, cum tamen ex qualibet tentatione augmentetur eis pena? Respondeo quod inuidia cogit eos quam habent cõtra nos, quia habebimus locum quem ipsi perdiderunt, nec ualuit eis Christi incarnatio seu passio, ideo inuident nobis. Ideo dicit quod infernus sequebatur eum, quia omnes demones habent istam inuidiam. Nota hic exemplum de inuido & auaro, quomodo rex dixit inuido, ut primo peteret donum, &c. Qui intra se cogitauit, O miser si peto unum equum, alius habebit duos, &c. quia ista est cõditio inuidi. Idem de demonibus, quia licet habent penam tentando, tamen inuidia cogit eos. Sapien. ij. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum, imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. Item alia authoritas Iob. v. Paruulum, scilicet in dilectione occidit inuidia. Deo gratias.

De eadem Dominica. Sermo VI.

SVbditi estote in omni timore. j. Pet. ij. Quia sacra scriptura tam ueteris quam noui testamenti multum laudat & commendat timorem Dei, & quia thema loquitur de timore Dei, ideo uolo uobis modo declarare bonos modos timẽdi Deũ. Sed primo salutetur uirgo Maria, Subditi estote, &c. Pro declaratiõe, &c. sciendũ q̃ inter alia p̃ que hõ in hoc mũdo põt habere abũdantiã & affluentiã bonorũ tẽporaliũ, & in alio

bonorum celeſtium, eſt timor Dei. Ideo timor Dei comparatur fonti emananti. Qui habet in domo ſua fontem aque uiue, non habet defectum aque. Ita qui in corde ſuo habet timorem Dei, habet in ſe fontem dantem abundantiam omnium bonorum temporalium & ſpiritualium. Hoc dicit Dauid. Pſal. xxxiij. Timete Dominum omnes ſancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eum. Diuites eguerunt, &c. uſque, omni bono. multum ergo ualet timor Dei. ideo dicit thema, Subditi eſtote, &c. ſcilicet in omni timore. Nota in omni, innuitur ergo quod ſunt multi timores. Ego amore ueſtri queſiui quot timores ſint, & inueni quod ſunt tres, in quibus Deo debemus ſubiici, & habebimus multa bona.

Primus eſt timor naturalis, & iſte eſt rigoroſus.
Secundus eſt timor filialis, & iſte eſt gratioſus,
Tertius eſt timor reuerentialis. & iſte eſt glorioſus.

Triplex amor ſeruilis, filialis, & reuerentialis.

De iſtis dicit thema, Subditi eſtote in omni timore, &c. Dico quod primus timor in quo debemus ſubiici Deo, eſt timor naturalis, & iſte eſt rigoroſus, quia non poſſumus uitare hic timorem de malo pene, quia naturaliter quilibet timet malum pene, ut infirmitates, perditionem bonorum, honorum, officiorum, &c. caſus & mortem, quia talis eſt natura noſtra & cõditio. Sancti angeli non habent hunc timorem, quia confirmati ſunt. De iſto timore dicit ſcriptura, Timor penam habet, ſcilicet pro obiecto. j. Ioannis iiij. Etiam Chriſtus habuit hunc timorem ex naturali conditione carnis. Sed in iſto timore debemus eſſe ſubditi Deo. Quia pro fugiendo ſeu uitando quodcunque malum pene, non debemus facere aliquod peccatum contra Deum, nec in illud cõſentire. Verbi gratia. Quilibet timet naturaliter perdere bona, pecunias, &c. Modo ponatur caſus quod perdidiſtis aliquid tale, &c. & neſcitis quis habet, & uos timetis ne illud amittatis totaliter & nunquam ipſum inueniatis, & dicitur uobis, uadatis ad talem diuinum ſi uultis inuenire & recuperare. Modo apparebit ſi in iſto timore eritis ſubditi. Quoniam ex una parte uos timetis illud amittere, & ex alia precepit Deus ne pro aliqua re mundi homo recurrat ad diuinos. Si ergo uos uadatis ad diuinum non eſtis ſubditi Deo, ſed peccatis mortaliter. Sed ſi non uultis ire, tunc eſtis ſubditi Deo, ad quem debetis recurrere in oratione dicendo, Domine uos ſcitis quis habet, ideo ponatis in corde ſuo ut mihi reddat, uel uolo perdere magis illud quam animam meam, &c. Idem de mulieribus in matrimonio que timent ſterilitatem. bonus eſt timor. quia ideo inuentum eſt matrimonium. Modo quando aliqua mulier nõ poteſt cõcipere, & dicitur ſibi quod recurrat ad talem ſortilegum, &c. ſi recurrat, timor eius nõ eſt Deo ſubiectus, quia Deus precepit oppoſitũ, ſcilicet quod pro nulla re homo recurrat ad ſortilegos, &c. Dic quõ nullus poteſt dare filios niſi ſolus Deus, quia neceſſaria

eſt ibi

eſt ibi datio anime, &c. Item quilibet timet mori de infirmitate quam habet ipſe uel filius, &c. & dicitur uobis quod recurratis ad talem incantatorem, &c. & Chriſtus precipit oppoſitum, quia ad Deum debet homo recurrere in omni neceſsitate, & ad eius matrem uirginem Mariam, &c. Si non recurritis ad incantatorem ſed ad Deum, timor ille mortis Deo eſt ſubiectus. ſi uero recurritis ad incãtatorem nõ eſt Deo ſubiectus. Item aliquis amicus ueſter eſt captus, & uos timetis ne puniatur uel occidatur, & eſtis requiſiti in teſtem cum iuramento ut dicatis ſi fecit iſtud malum, & uos timetis, &c. Dicatur quõ quilibet debet ſubiici Deo, iurando uere & dicere ueritatem, quia dicit Deus, Nõ aſſumes in uanum nomen domini Dei tui. Exod. xx. Ecce dicit thema, Subditi eſtote, &c. De hoc timore dicit Chriſtus. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem nõ poſſunt occidere, ſed potius timete eum qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. Mat. x. Hoc predicabat Chriſtus apoſtolis & diſcipulis dicens, Nolite timere, ſcilicet taliter, ut ex iſto timore faciatis cõtra Deum, quia alias talis timor naturalis eſſet malus. dicatur hic miraculum de ſacra ſcriptura, quod legitur. j. Regum xxviij. & xxxj. de illo magno rege Saul, qui ſemel cõgregauit multas gentes armorum ut bellaret cõtra inimicos & infideles Philiſtheos. Qui uidẽs exercitum inimicorũ magnũ ne moreretur in prelio cum filiis timuit, & fuit ſibi datum cõſilium ut recurreret ad phytoniſſam, ut ſciret finem belli. Dicatur quõ iuit. ex iſto peccato quia in iſto timore nõ fuit ſubditus Deo, in dicto prelio fuit uulneratus, & per impatientiam occidit ſe, & perdidit regnum, intantum ꝙ nullus de ſuo genere regnauit poſt eum, & creditur quod ſit damnat⁹. Ideo dicit Chriſtus, Dico uobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & poſt hec nõ habent amplius quid faciant. Oſtendã autem uobis quẽ timeatis. Timete eũ qui poſtquã occiderit, habet poteſtatẽ mittere in gehennã. Ita dico uobis hũc timete. Luc. xij. Secũdus timor eſt melior. ſ. timor filialis & iſte eſt gratioſus. Hic timor eſt quando hõ timet Deum, nõ ratione pene, ſed ratione culpe, quando timet hõ peccare ne perdat amorẽ & gratiã Dei & deuotionẽ, talis timor dicitur filialis. Ratio, quia cõditio boni filij eſt timere ne patri ſuo diſpliceat in aliquo. Et quando dicitur ſibi, Facias hoc, Reſpõdet, Nõ faciã, quia patri meo nõ placeret uel matri. Nõ timet patrẽ ratione pene ꝙ uapulet a patre, ſed timet ſibi diſplicere ne ipſum grauet & conturbet. Dico ꝙ in iſto timore magis debemus Deo ſubiici, quam patri carnali. Ratio, quia plus facit nobis Deus. Dicatur quid facit pater carnalis in filio. modicũ & uile. Mater etiã, quia neſcit quid portat, modicũ ibi facit, ſed De⁹ facit totũ. Ipſe format corpus, &c. & creat animã. Ideo Iob. x. Manus tue do. fe. me. Nõ dicit pater me⁹ fecit me, ſed manus tue, &c. acſi de luto uel de terra. Item Deus cõſeruat in uita in utero clauſo ne

suffocetur. Item Deus causa natiuitatis est, & dat lac matri. Ille ergo est proprie pater. Mat. xxiij. Ergo patrem nolite uocare uobis super terrã. Vnus est enim pater uester qui in celis est, &c. quantũ ad formationem corporis dicit hoc & creationem anime. Ideo uult ut timeatur timore filiali. Sicut ergo bonus filius timet offendere patrem, ita nos Deum. Licet sis inclinatus ad aliquod peccatum uel uitium, dicas, hoc displicet meo patri celesti, ideo nõ faciã. Verbi gratia. Aliquis inclinatur ad superbiam, põpam, gulam, inuidiam, luxuriam, uanitates, ornatum, &c. Cogitate si hoc displicet patri uestro Iesu Christo qui uult & precipit humilitatem. Item cogitate si displicet matri uestre uirgini Marie. Ideo amore eorum dimittere debetis. Idem de illis qui inclinantur ad auaritiam, usuras, & furta, ad retinendum decimas, &c. Cogitate si hoc displicet patri Christo qui precipit oppositum. Nota de sua paupertate aliqd. Idẽ de uitio luxurie. Cogitate si displicet Domino Iesu Christo, q omnia uidet quantumcunque fiant secrete, qui uoluit nasci de Virgine matre, & uiuere caste ut daret nobis exẽplum. Idem de illis qui inclinantur ad gulã ad bibendum de mane, respice si displicet patri Christo. Idem de illis qui inclinantur ad uindictã. Cogitate si displicet Christo patri, qui sibi soli retinuit uindictam. ex isto timore dicit propheta Dauid in psal. Benedicam Dominum, &c. Venite filij audite me, timorem Domini, scilicet filialem docebo uos. psal. xxxiij. Dicatur hic miraculũ quod legitur ij. Mach. vj. de Eleazaro sancto homine quãdo Antiochus rex iniquus persequebatur Iudeos, & precepit omnibus ut comederent carnes porcinas, quomodo Eleazarus qui noluit comedere in tormentis dixit, Domine qui habes sanctam sciam manifeste tu scis quia cum a morte possem liberari duros corporis sustineo dolores, secundum animã uero propter timorem tuum libenter hec patior. Ideo dicit Scriptura Eccle. j. Timor Domini expellit peccatũ. Nam qui sine timore est, nõ poterit iustificari. Tertius timor est reuerentialis, & iste est glorioſus. Hic timor est quando homo timet se equare maiori, ut si rex ueniret & uellet sedere in scanno tuo, tu statim surgeres, & quare, non timore pene, nec culpe, sed timore reuerentie, & talis timor est glorioſus, quia etiam angeli isto timore timent. Authoritas. Cum sublatus fuerit timebunt angeli, & territi purgabuntur. Iob xlj. qui tamen non timent primo, nec secundo timore. Sed isto tertio timore debemus subditi esse Deo in tribus,

In orationibus specialibus,
In officiis diurnalibus,
In missis sacramentalibus.

Primo quomodo quilibet debet tenere certam orationẽ in die, & uacare orationibus specialibus. Et dicũtur orationes speciales, quia ultra horas, & in istis debetis timere Deum reuerentialiter, ne uelitis loqui

cum

cim Deo ſicut loquimur inter nos, ſed cū magna reuerentia flexis genibus, quemadmodum loquitur homo Regi uel Pape ſupplicādo, &c. hoc dicit ſcriptura, Timete Dominum & date illi honorem, ſcilicet reuerentialem, quia uenit hora iudicij eius, & adorate eum qui fecit celū & terram, &c. Apoc. xiiij. De ſecundo in officiis diuinalibus. Hoc tāgit clericos & religioſos. Dicatur cum quanta reuerentia debent ſtare in choro. Ratio, quia Chriſtus, Papa, & Rex preſens eſt in medio. Authoritas, Vbi ſunt duo uel tres cōgregati in nomine meo, in medio eorū ſum. Matt. xviij. De tertio in miſſis ſacramentalibus. Ratio, quoniā in qualibet miſſa eſt Chriſtus uere ſicut eſt in celo. No. ergo cum quanta reuerentia ſtare debet celebrans & ne uendatur miſſa. Dic quod non faciant pretium quando uolunt dicere miſſas, &c. Dic modum & pretiū dādi p miſſa, ſ. p ꝓpoſitione unius diei. De iſto timore reuerētiali dicit Dauid in Pſal. xviij. Timor Domi. ſan. pma. in ſec. ſecu. Deo gratias.

Ratione ſubſtentationis datur, ſeu accipitur pecunia promiſſa.

Dominica iij. poſt octa. Paſche. Sermo j.

Vm uenerit ille, arguet mundum. Ioan. xvj. Hoc uerbum indiget declaratione, maxime amore Iudeorum. Sciendum quod in ſacra ſcriptura tam in ueteri teſtamento quam in nouo inueniuntur duo aduentus generales Meſsie, ſecundum quod genus humanum requirebat duas reparationes. Primus aduentus fuit pro reparatione animarum ſolum. Secundus aduentus fuit pro reparatione animarum & corporum ſimul. De primo aduentu ſciendū quod ex peccato Ade & Eue inciderunt homines in peccata & mala. Primum malum fuit ignorantia de rebus ſpiritualibus & celeſtibus, de quibus non ſciebant gentes ante aduentum Chriſti, nec per philoſophiam, quia ſolum curāt de rebus, motibus, & de influentiis corporum ſuperceleſtium, nec per legē Moyſi que ſolum loquitur de hoc mundo. Ideo ignorabamus ſpiritualia & celeſtia. Dauid loquēs de antiquis di. Neſcierūt, ſupple Philoſophi nec intellexerūt, ſ. Iudei, in tenebris ambulāt. Sed uenit Meſsias, i. Chriſtus uerus Meſsias q reparauit iſtā ignorātiā, declarās quomodo ille Deus unus quē Philoſophi uocāt primū principiū ſiue primā cauſam ſeu primū motorē eſt trin⁹ in ꝑſonis, pater, filius & ſpiritus ſanct⁹. Secūdo declarauit qūo in celo ſunt nouē ordines angelorū. Tertio de animabus que ſecūdū gradū bone uite quē tenuerūt collocātur in illis ordinibus angelorū. Quarto declarauit purgatoriū nobis, quo uadunt anime que nō fecerūt hic cōdignā penitentiā. Item de animabus puerorū q diſcedunt cū originali peccato quomodo uadūt in limbū. Secūdus defectus ſiue malū aīarū eſt inclinatio ad peccata ex peccato Ade, qdā ad ſuperbiā, qdā ad auaritiā, & ſic de aliis. Ideo dicit ſcriptura, Sensus enim & cogitatio humani cordis ad mala ꝓna ſunt ab adoleſcētia ſua. Gen. viij. Sed uenit Chriſtus & reparauit p exēpla uirtutū ſue ſancte

uite. Tertium malum erat abundantia peccatorum. Ideo ſcriptura, nō eſt homo iuſtus in terra qui faciat bonum & nō peccet. Eccleſi. vij. Sed uenit Chriſtus qui cōtra plagas ordinauit medicinas ſacramentorum. Quartum malum erat debilitas bonorum, quia non poſſumus perſeuerare in bonis. Ideo prouidit Chriſtus ut penitentia reparemur & emendemus nos. Quintus defectus erat damnatio inferni, quia nullus poterat euadere quātumcunque ſanctus & bonus. De hoc etiam Dauid in Pſal. Quis eſt homo qui uiuet & nō uidebit mortē, eruet animam ſuam de manu inferni, quaſi dicat nulli⁹. Sed uenit Chriſt⁹ & reparauit. Quia modo perſona bona & ſancta in morte ad celū euolat, &c. Sed remanent paſsiones corporis. Ideo in ſecundo aduentu quādo ueniet Chriſtus ad iudiciū, tūc reparabūtur mala corporū, quia tūc reſurgēt corpora bonorū impaſsibilia, incorruptibilia, clara, &c. Ecce quare ſunt duo aduentus Chriſti. Ratio iam ſatis patet, quia mala & peccata in mundo primo uenerunt in anima quādo Adā & Eua deſiderabant equari Deo in ſcientia, & tamen adhuc nō patiebantur in corpore. Sed poſt uenerunt mala corporis, quando Adam in ſudore uultus, &c. & Eua peperit cū dolore. ideo Chriſtus primo uoluit reparare mala animarū, que primo fuerunt. Deinde ueniet ad reparandū mala corporū que poſtea uenerunt. Patet hic reſpōſio ad queſtionē Iudeorū dicentium, Quare uenit Meſsias, quod bonū fecit? quia ita patimini modo, &c. De his duobus aduētibus authoritas. Abacuc ij. dicatur hiſtoria de uiſione, & reſpōdit Dominus, Apparebit in finem & nō mentietur. ſi morā fecerit, expecta eum, quia ueniēs ueniet & nō tardabit. Abacuc ij. quia ueniēs, ſcilicet in primo aduentu pro reparatione animarū, ueniet in ſecundo pro reparatione corporū. Et de iſto ſecūdo aduētu dicit thema, Cū uenerit ille arguet mundum. de iſto iudicio faciā duos ſermones. Hodie erit predicatio de ordinatione generali, & cras erit de executione effectuali. De illa ordinatione dicit euangeliſta, Cū uenerit filius hominis in maieſtate ſua & omnes angeli eius cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedē maieſtatis ſue & cōgregabuntur ad eū omnes gentes, & ſeparabit eas abinuicem ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis, & ſtatuet oues quidē a dextris, hedos autē a ſiniſtris. Mat. xxv. Hec ordinatio cōſiſtit in quatuor cōcluſionibus. Prima ꝙa iudex uniuerſalis manifeſtabitur illa die omnibus generaliter, ibi, cum uenerit filius hominis in maieſtate ſua. Secunda quod illa die iudex erit aſſociatus multum ſolenniter, ibi, Et omnes angeli cum eo. Tertia quod illa die iudex uniuerſalis erit collocatus multum alte. ibi, ſedebit ſuper ſedē maieſtatis ſue. Quarta quod illa die totum genus humanū preſentabitur coram Chriſto iudice perſonaliter. ibi, Et cōgregabuntur ad eum omnes gentes, &c. Prima concluſio dicit ꝙ iudex uniuerſalis manifeſtabitur illa die omnibus generaliter. Nam doctrina eſt generalis ꝙ Chriſtus in iudicio uidebitur ab

omnibus

omnibus tam bonis quam malis quantum ad humanitatem,& cognoscetur quod est Deus & homo, sed solum boni uidebunt diuinitatem. De ista manifestatione dicit euãgelista, Cum uenerit filius hominis in maiestate sua.No.in maiestate,id est in magno statu.nõ ueniet in simplicitate & paupertate,ut in primo aduentu uenit.Ideo fuit refutatus a Iudeis qui expectabant & expectant habere a Messia uanitates mundi,&c.Ideo quãdo beatus Ioãnes ostẽdit ipsum dicẽs,Ecce agnus,&c. dixerũt Iudei,Ille pauper est,nolumus hũc regnare super nos.Luca teste xix.c.Sed ad iudiciũ ueniet cũ tanta maiestate,quod celũ & terra & omnis creatura tremet.Nota ad hoc similitudinem de arbore ubi sunt auicule cantantes & ludentes,sed quando nisus uel accipiter uolat omnes tacent & timent.Sic arbor est iste mundus,cuius fructus sunt honores,diuitie,delicie,& quilibet uult colligere,&c.Aues ludentes sunt creature que nõ faciunt nisi ludere.Primo sol uidetur ludere currendo ab oriente in occidentẽ & ecõuerso.Item luna,stelle,aer etiã qui quãdoque est clarus,quandoque est tenebrosus.Idem de mari,quia semper uidetur ludere. Idem de terra quein uere floret, &c. & in autũno omnia deponit,uolucres etiam ludunt in uere,quelibet ducit uxorem & in hyeme nõ curat de ea.Homines etiam uidentur ludere,hincinde discurrẽdo,sed quãdo ueniet ille falco siue aquila nobilis, scilicet Christus in iudicio omnes creature stabunt,sol in oriente,luna in occidente,nec de cetero mouebuntur imo soluentur.Ideo ecclesia in persona cuiuslibet Christiani orando dicit,Libera me Domine de morte eterna in die illa tremẽda quando celi mouendi sunt & terra,dum ueneris iudicare seculum per ignem.Moraliter. Cogitate hic si creature corporales que nunquam peccauerunt,nec cõtra mandata Dei fecerunt tantum timebunt in Christi aduẽtu,quid facient peccatores qui tot offensas fecerũt cõtra Deum,quid faciẽt tunc infideles Iudei & Agareni,qd facient falsi Christiani,qui licet habeãt fidem nõ habent bonam uitã, sed aut sunt superbi aut auari,&c. Cogitate ergo illum diem. Ideo de Iudeis & malis Christianis dicit scriptura in persona Christi, &c. Aspicient ad me quem confixerunt,Et plangent eum planctu quasi super unigenitum,& dolebunt super eum sicut doleri solet in morte primogeniti. Zach.xij.De planctu malorum Christianorum.Apoc.j.Ecce uenit cum nubibus & uidebit eũ omnis oculus,& qui eũ pupugerunt. Et plangent se super eũ omnes tribus terre etiã amen , id est eternaliter. patet prima cõclusio.Super hoc do uobis consilium optimum , & benedictus erit qui illud seruabit,quia tunc licet celum & terra & omnis creatura timeat,uos autem nõ timebitis. Quia sicut habetis duos pedes in corpore ad standum firmiter,ita in anima habetis duos pedes. Pes dexter est uera credẽtia,sinister bona uita.Et in ista die stabitis firmiter & sine timore.Ideo beatus Greg. orando in collecta uigilie natiuita

Ab oĩb⁹ & bonis, & malis uidebitur Christ⁹ i iudicio ultimo, uerũtamen solis bonis patebit eius diuinitas.

tiuiatis petebat dicens, Presta quesumus ut unigenitum tuū quem redemptorem leti susscipimus, uenientem quoque iudicem securi uideamus. Secunda conclusio dicit quod illa die iudex uniuersalis erit associatus multum solenniter, quia omnes angeli eius cum eo. Mirum est cum in primo aduentu uenit solus, sed ad iudicium ueniet cum omnibus angelis qui sunt plures quam folia arborum in toto mundo. Si stelle celi sunt innumerabiles, quāto magis angeli. Quæstio, quid dicemus de sanctis, quia euangelista non loquitur nisi de angelis? Quid de patriarchis, apostolis, &c. Respondeo quod non solum angeli, sed etiam omnes sancti uenient cum eo, sed de sanctis nihil dicitur hic, quia iam dictum fuerat a propheta in ueteri testamento, Stat ad iudicandū Dominus, & stat ad iudicandum populos. Dominus ad iudicium ueniet cū senioribus populi sui & principibus eius. Esa. iij. Nota seniores dicūtur sancti. Ratio, quia ad instar senum gubernauerunt se prudenter in hoc mundo. Principes autem dicuntur angeli. Item alia authoritas Zacha. xiiij. Veniet Dominus Deus meus, omnesque sancti eius cum eo. Dic practice quomodo Christus in die iudicij quando uolet descendere ad iudicium, dicet matri sue, Mater mea hodie est dies iudicij, ideo descēdamus, & uos angeli & archāgeli precedatis, & uos patriarche & prophete, &c. sequimini. Et ipse cum matre in medio. Moraliter cogitate hic in qua platea & coram quibus ostendentur omnia mala & peccata & omnia bona que fecimus, quia ibi omnia manifestabūtur uirtute diuina, ubi boni de bonis laudabuntur, mali uero detestabuntur. nā communis est doctrina theologorum, quia omnia mala etiā cogitationes ibi manifestabūtur diuina uirtute, sicut ille qui ponitur in scala & ostēduntur omnia mala sua. Ita illa die in libro conscientie uirtute diuina quilibet ostendet omnia mala que fecit. Authoritas, Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Dan. vij. Secundo modo cogitate quot mala ibi manifestabuntur, quanta mala occulta ibi aperientur, quot mali clerici, religiosi, & laici qui nunc reputantur boni, sed secrete faciunt multa mala, sed tunc omnia uidebuntur. Nota practice quomodo dicetur, Et quis est ille, & nūquid est qui, &c. Cogitate si ego dicerē modo omnia peccata alicuius uestrum, quanta esset sibi confusio, ita tunc. Dic de quolibet statu. Ideo dicit Apostolus, Nolite ante tempus iudicare quoadusque ueniat Dominus qui & illuminabit abscondita tenebrarum & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique, supple bono, a Deo. j. Cor. iiij. Nota ante tempus, scilicet iudicij, iudicare, quia modo multi uidentur boni uel mali, & est oppositum. Cōsilium super hoc do uobis, q; si uultis ipsum tenere, in illa die, nullum malum seu peccatum uestrum apparebit in confusionem uestram. Recipiatis quadratum, scilicet penitentiam, que habet quatuor angulos, scilicet quatuor partes penitentie. Primum est cordis contritio, Secundum est emēdandi propositum,

Angelorū numerus.

Patebūt cūctis uniuscuiusq; cogitationes in iudicio uniuersali, etiam si solo animi consensu admissa fuerint.

positum,

positum, Tertium oris confessio, Quartum operis satisfactio. & in illo iudicio nullum peccatum apparebit in confusionem uestram. De hoc propheta Dauid, Beati quorum remisse sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata. Glo. uelo penitentie. Tertia conclusio dicit, quod illa die iudex uniuersalis Christus erit collocatus alte, quia sedebit super sedem maiestatis sue. Iam scitis quod iudex dando sententiã sedet. Dicatur quomodo illa die in aere altius Christus sedebit, ut possit ab omnibus uideri. Questio si Christus sedebit, quomodo sancti stabunt, uirgo Maria, & alij. Quidam credunt, & ita pingunt pictores, quod illa die uirgo Maria ab una parte & Ioannes ab alia genibus flexis orabũt pro peccatoribus. Falsum est, nec illa die orabunt pro aliquo, sed sedebunt cum Christo. Authoritas, dixit Petrus Christo pro se & pro aliis, Ecce nos reliquimus omnia, &c. Matt. xix. respondit Christus, Amen dico uobis, In regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & uos super sedes iudicantes, non dicit iudicandi, & non solum apostoli sedebunt, sed etiam omnes de uita apostolica. Moraliter. Dico pro religiosis, cum quanta diligentia debent seruare uitã apostolicam pro tanto honore habendo. Dic quãtum laboraret miles, si sciret quod ex suo labore posset fieri rex, & sacerdos si posset ex suo labore esse Papa. Idem de muliere si posset fieri regina, uel magna domina alicuius patrie. Si iste honor & dignitas a nobis cogitaretur, omnes labores religionis nostre & penitẽtie essent dulcissimi. Dic quomodo respicit inferius. Authoritas & prophetia Dauid, Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat & humilia respicit in celo & in terra, &c. Psal. cxij. Quarta conclusio dicit, quod illa die totum genus humanũ presentabitur coram Christo iudice uniuersali personaliter, quia in omni iudicio criminali maxime oportet comparere personaliter, ideo dicit, & congregabuntur ad eum omnes gentes. Questio ubi tunc congregabuntur? Respondeo quod in illis partibus ubi Christus fuit pro nobis iudicatus & sententiatus, ubi uult facere iudicium & dare sententiã. Ratio, quare quia omnis qui se humiliat, scilicet pro Deo, exaltabitur. Lu. xviij. Ideo oportet nos ire illuc. De hoc propheta Ioel. iij. In diebus illis, & in tempore illo cum conuertero captiuitatem Iuda & Ieruſalem, congregabo omnes gentes & deducam eas in uallem Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis. Dic quomodo oues, scilicet boni erunt a dextris, & mali a sinistris. Si ergo illa die uultis esse a dextris, modo oues Christi. Dic cõditionẽ ouis: sic qui non nocent cornibus potentie, iustitie, & scientie, nec dentibus ut lupi mordendo famam uel reuelando occultum. Item dat beneficium lane, id est substantie temporalis & lactis correctionum. Item sunt obedientes, De quibus dicit Christus Ioan. x. Oues mee uocem meam audiunt.

Deerit peccatoribus damnatis in ultimo iudicio matris Christi patrocinium.

Locꝰ ultimi & uniuersalis iudicii.

De ea

De eadem dominica. Sermo ſecundus.

ARguet mundum de peccato. Io. xvj. originaliter & recitatiue in euangelio hodierno ſcribitur preſens uerbum. Pro declaratione huius uerbi, & introductione materie predicande ſciendum, quod inter omnes bonas conditiones & neceſſarias perſone que uult corrigere peccata & reprehendere, oportet quod ſit ſine peccatis & uirtuoſus & bonus. Iſtud fundatur per unam regulã que dicit, Contraria contrariis curantur, quando infirmitas uenit ex calore, dantur medecine frigide, & econuerſo. Ideo qui infirmitates peccatorum uult corrigere & reprehendere, oportet quod ipſe habeat qualitates cõtrarias, ſcilicet quod ſit bonus & uirtuoſus. Verbi gratia. Qui uult corrigere infirmitatem ſuperbie, & pompe uanitatis, neceſſarium eſt quod ſit humilis & ſic de aliis. Si forte uident illũ qu iuult alios corrigere uel arguere iiſdẽ peccatis, non ſequitur correctio ſed indignatio, & erit deſpectus in cordibus audientiũ qui ſtatim dicunt, O ille deberet ſeipſum tenere per naſum primo & poſt, &c. Ipſe dicit quod ſimus humiles, & ipſe eſt ſuperbus: quod ſimus liberales, & ipſe eſt auarus, &c. Ideo dicit poeta, Turpe eſt doctori. id eſt correctori, cum culpa redarguit ipſum. Neceſſarium eſt ergo arguenti peccata ut ſit ſine peccatis. Modo uideamus qs eſt ille qui eſt ſine peccato & defectu. Dico quod ſi perquiritis a principio mundi uſque ad finem, non inuenietis niſi Chriſtum Ieſum qui nunquam peccauit nec peccatum habuit, & hoc ſecundum communẽ legem. Dicit Auguſtinus de natura & gratia, quod ſi omnes patriarche & prophete, apoſtoli, martyres, doctores, &c. eſſent ſimul interrogati an eſſent ſine peccato, omnes reſponderent. Si dixerimus quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus & ueritas in nobis non eſt. j. Io. j. niſi Chriſtus. Qui pecca. ũ non fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius. j. Pet. ij. Ideo dicebat Chriſtus Iudeis quando predicabat, Quis ex uobis arguet me de peccato? q. d. nullus. Ioan. viij. Ergo proprie ſibi ſoli conuenit arguere mundum de peccato. Ideo de eo dicit thema, Ille, ſcilicet Chriſtus qui eſt ſine peccato arguet mundum de peccato. Patet thema. Inuenio in ſacra Scriptura quod decem peccata ſunt de quibus Chriſtus ſingulariter arguit & increpat mundum & perſonas mundanas. & omnia inueni in quadam authoritate. Dauid, & in ſex uerſibus pſalterij. Peccatori autem dixit Deus uſque arguam te. pſalm. xlix. De omnibus iſtis arguit Chriſtus mundum per os ſuum quod eſt Scriptura, ideo dicit thema. Ille arguet mundũ de peccato, ſcilicet de quolibet iſtorum. Primo tangitur unum peccatum quod eſt iniuſtitia dominorum, ibi, Quare tu enarras iuſtitias meas? Hoc uerbũ dicit Deus cuilibet domino, ſeu principi uel rectori communitatis, & cuilibet qui habet aliquod officium regendi populũ. quare tu enarras, &c. Omnis

iuſtitia

Lege eõmuni, nemo preter Chriſtum eſt aut fuit unquã a peccato immunis ſecus tamen de gratia ac priuilegio.

iuſtitia ordinata tam in lege quam in canone uel in conſtitutionibus regum & ciuitatū a Deo eſt,ipſe enim ordinauit omnes iuſtitias. Hoc dicit ipſemet, Per me reges regnant & legum conditores iuſta decernunt. Principes imperant & potentes decernunt iuſtitiam. Prouer. viij. Omnes ergo leges & canones & omnes bone ordinationes ſunt iuſtitie Dei. Reprehendendo ergo dominos qui non ſeruant iuſtitiam, dicit Deꝰ cuilibet, quare tu enarras iuſtitias meas, ſcilicet extra in ore, & opere nihil facis. Quia hoc ſeruatur in mundo quando intrant ad regendum iurant, quod reſpicient honorem Dei & utilitatem communitatis, quod ſe gubernabūt ſecundum iuſtitiam, & quando ſunt intus nihil faciunt. Vbi inuenies rectorem communitatis qui ſe gubernat ſecundum iuſtitiam quam iurauit, ſed ſecundum amorem uel fauorē uel donum uel affectionem declinat iuſtitiam, ideo dicit, quare tu enarras,&c. Si autem iuſtitia Dei ſeruaretur, totus mūdus haberet bonum. Sed hodie uidue, pupilli & orphani & pauperes non poſſunt inuenire nec obtinere iuſtitiam. Si ad minus diceretur eis, uadatis quia non habebitis iuſtitiā, bonū eſſet, ſed faciunt eos in litis proceſſu perſiſtere & perdere tempus & labores,& uexant pauperes quandiu ſentiunt in eis pecunias, & in fine dicitur eis, nō habebatis bonū ius. O quod peccatum eſt, pro una hora qua tu protrahis iuſtitiam, & facis ſtare unam uiduam aut pupillum uel aliquem pauperem ante portam tuam, tu ſtabis ad portam paradiſi mille annis pulſans dicendo, Domine Domine aperi nobis. Matth. xxv. nec unquam intrabis. Dicet tibi Chriſtus,& nō recordaris de tali uidua,& faciet te ibi ſtare, nec intrabis. Ecce quare tu enarras,&c. Ideo Dauid in pſal. Si uere iuſtitiam loquimini, recte iudicate filij hominum. Tunc eſt uera iuſtitia, quando ſicut dicitur, & loquitur ore per dominum iudicem uel aſſeſſorem, ſic cōcordat in opere, quia nec amore nec fauore,&c. fit contra iuſtitiam. Ecce primum peccatum de quo dicit thema, Ille, ſcilicet Chriſtus arguet mūdum de peccato. Secundum dicitur ſymonia eccleſiaſticorum, ibi, Et aſſumis teſtamentū meū per os tuū. Quādo aliquis dominus fecit teſtamentū unum in uita ſua,& morte inſtante facit aliud, ſecundum confirmatur per mortem,& primum annullatur & caſſatur. Ita fecit Deus, qui fecit primum teſtamentum ordinando de bonis huiusmodi, que dimiſit Iudeis quandiu fuiſſent obedientes & nō idolatrarent. Sed de bonis paradiſi nullum legatum fecit extunc, ſed ex quo Deus fuit factus homo, ex tunc fecit aliud teſtamentum,& ordinauit de bonis celeſtibus & nihil de terrenis, quia nihil terrenum legauit, imo dicit quod deſpicerentur, ſed legauit gloriam paradiſi dicens, Beati pauperes ſpiritu, quoniā ipſorum eſt regnum celorum. Matth. v. Item qui fecerit uoluntatem patris mei qui in celis eſt,&c. Matth. iij. Item Beati qui perſecutionē patiuntur propter iuſtitiam. Matth. v. Ecce legata que fecit in ſecundo teſtamento

stamento quod per mortem fuit confirmatum, primo cassato & annullato. Sed ecclesiastici omnes uolunt gaudere de primo testamento, licet ore assumant secundum testamentum legendo epistolas & euangelia. Sed in corde & opere non curant de testamento nouo, nisi temporalia promitteret, &c. Tu prelate uel curate, &c. non uis nisi temporalia, pecunias & bona. Quando uacat episcopatus, rectoria uel beneficium, statim dicitur, & quantum ualet? tantum in portatis. O modo potero tenere tot scutiferos. Idem de istis qui predicant, uel de clericis qui ministrant sacramenta. Omnes uadunt ad primum testamentum, diuitias, &c. Quis est modo qui solum pro honore Dei, & saluatione animarum intendat laborare? nullus. Ecce quare dicitur, Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas & assumis testamentū meum per os tuum. imo dico uobis unum magnum defectum clerico rū de missis sancti Amatoris: que licet de se sint bone, multi defectus tamen circa eas committuntur. Primus quod dicantur sine interuallo. Ideo oportet dimittere missas per ecclesiam ordinatas. quolibet die sunt iam certe misse, ut in magnis festiuitatibus, & despiciunt tam magnum consilium, sicut est sancte matris ecclesie ordinatū a sancto Spiritu. Secundus defectus qui est ibi quod dicantur quotidie. Et ubi inuenies modo unum sacerdotem, qui xxx. diebus continuis sit paratus ad celebrandū? Apostoli & sancti qui non tenebantur, faciebant magnas penitentias & orabant & poterant celebrare quolibet die. Sed secundum uitam quam nunc tenent clerici, comedendo, bibendo, trussando, & loquendo de mulieribus forte quolibet die faciūt nonnulli. xxx. peccata mortalia & celebrabunt in damnationem anime sue, & illius qui facit ipsos celebrare. Tertius error siue defectus est quando ex quo habet continue celebrare petit plus pro illis missis. Ecce simonia pura quam facit quia uendit Christū cum Iuda dicente, quid uultis mihi dare & ego eum uobis tradam? Ideo cum Iuda ibitis. Quartus error seu defectus est, quia ut scitis dicūtur certe misse trinitatis uirginis Marie, & apostolorum. Et dicunt quando ego dixero missam de trinitate debetis offerre tres candelas cum tribus denariis in qualibet, & in illa de beata uirgine. vij. denarios propter reuerentiā septē gaudiorū, &c. Quintus defectus, quia uel sacerdos erit curatus uel beneficiatus, & tunc misse sue sunt omnes assignate, & habet cantare pro illis quibus tenetur, quomodo ergo poterit cantare pro te? Sextus defectus quia sequitur error. Credunt communiter gentes quod ex illis missis extrahatur una anima de purgatorio. Verum est quod S. Amator cum xxx. missis extraxit animam matris sue de purgatorio, sed non sequitur q̄ si ipse fecit, tu facias, quia tu non ita sanctus & iustus es sicut ipse. Licet misse habeant magnam uirtutem, tamen etiam requiritur deuotio celebrātis. Item quia peccata matris b. Amatoris & matris tue uel patris

Multis rationib. non probatur tricenariū diui Amatoris.

non

non sunt eadē, nunquid eadem medicina erit utilis in qualibet infirmitate? Talibus accidit ut cuidā rustico qui curauit se de quadā infirmitate seu inflatura quā habebat in tibia, qui uidens hoc, fecit se medicū, & omnibus infirmitatibus ministrabat unā cepam assam, & execauit aliquos qui patiebātur in oculis. Ita creditis uos ꝙ ille misse que fuerūt utiles matri sancti Amatoris, que forte non habebat nisi unum peccatum ueniale, sint etiam utiles patri uestro qui fuit magnus usurarius. Sed hoc fit pro pecuniis gaudētes de primo testamēto in opere, & de secundo in ore. Ideo dicit, Quare assumis testamētū? Ideo Dauid. Nō custodierunt testamentū Dei, & in lege eius noluerunt ambulare. psal. lxxvij. Ideo ille, scilicet Christus q̄ est sine peccato, arguet mundū, &c. Tertium est impenitentia peccatorum, quod tangitur cum dicitur ibi, Pctōri aūt dixit Deus. Tu uero odisti disciplinā, &c. s. pnīe que dicitur disciplina. Rō, quia disciplina facta est ad similitudinē stelle habētis radios. Ita recte est de penitentia. habet enim vj. radios. Primus est cordis cōtritio, secūdus est emēdandi propositū, tertius oris cōfessio, &c. Isti radij sunt multū pūgentes ad modū discipline. Ista disciplina pnīe, nō debet eē odiosa alicui, qa de magno pctōre inimico Dei facit iustū & amicū & filiū Dei. Ideo Apostolus, In disciplina pseuerate, tanquā filius uobis se offert Deus. ad Heb. xij. Ille, s. Christ⁹ arguet illos q̄ nolūt facere pnīam. Quartū est negligētia diuinorū, ibi, Pctōri aūt dixit De⁹, Proiecisti sermones meos retrorsum. Vos mō quādo auditis sermonē hētis uerba Dei corā uobis audiēdo & cogitando, sed utinā finito sermōe nō ꝓficiatis retrorsū nō ponēdo in qđ opere audiuistis, iō dixit, Proiecisti sermones meos retrorsum, s. p negligentiā. Nō est paruum peccatū, maxime quādo sermo est correctiuus cōitatis cōtra peccata notoria. Ideo dicit Deus pctōri, Proiecisti sermones meos retrorsum, Corrūpūt p diuitias uel fauores, &c. Iō dicit sapiēs. Fili mi ausculta sermones meos. &c. De negligētibus dicit prius thema, Ille arguet mūdū de pctō. Quintū est de auaritia cupidorū, ibi, pctōri aūt di. Deus, Si uidebas furē currebas cum eo, s. in societate. Latro & fur cū quo oēs uolunt currere est usurarius, quilibet enim usurarius est latro, quia sicut latro tenetur ad restitutionē si uult saluari, & omnes uolunt currere cū eo dicendo, Quid est hoc ꝙ talis qui erat pauper, & pater suus erat sutor unus, & modo est ita diues? O qa mutuat x. pro xij. & ita ponitur in charta. Item mutuat frumentū ad lucrū. Iteē emebat pro parata pecunia pro minori pretio, & uendebat pluris, quādo dabat ad terminum, & sic ascendit & multiplicauit pecunias, totum est usura & damnatio. Si uultis censualia hēatis duo primo, ꝙ sit uera emptio. Secūdo quod pretium sit iustū, sed mō oēs uolunt currere cum latrone, s. usurario dicendo, sicut ille fecit, ita ego faciā, & multiplicabo pecunias. Ecce quare dicit. Si uidebas furem, &c. Sed aliqui uolūt ita se excusare dicendo,

Nolo

Nolo eſſe uſurarius,ſed ponam centum florenos in manu Iudei,& ille faciet uſuram,quia Iudei poſſunt facere uſuras, & dabit mihi,&c. Talibus accidit ut Pilato, qui nolens condemnare Chriſtum,quia ſanctū & iuſtum ipſum inuenit,tradidit ipſum uoluntati Iudeorū,& lauit manus ſuas. Ita facis tu ponendo pecunias, &c.tamen nec Iudei poſſunt facere uſurā,imo decipiuntur in illa authoritate. Non feneraberis fratri tuo ad uſuram pecuniam nec fruges, nec quamlibet aliam rem, ſed alieno.Deut.xxiij.Hoc uocabulum alieno decipit eos,quia non intelligunt quare dixit Moyſes alieno. Pro reſponſione nota hiſtoriam de Lot, qui recepit in hoſpitio duos angelos. Et homines illius ciuitatis Sodome credentes angelos fuiſſe homines carnales, uoluerunt peccare cum eis,& obſederunt domū Lot.Quibus obtulit duas filias uirgines ut abuterentur eis, & non abuterentur ſanctis angelis. Si illi Sodomite cognouiſſent filias Lot, fuiſſet utique peccatum,& quis diceret contrarium? O diceres tu,Ille ſanctus homo Lot dicebat. Hoc uerum eſt ad uitandum maius peccatum ſiue malum. Ita de Moyſe qui dixit Iudeis, Non feneraberis fratri tuo,ſed alieno,non quod non eſſet peccatum,ſed ad uitandum maius peccatū. Vnde dicit beatus Thomas ij.ij.q.lxviij.art.j.in ſolutione ad ſecundum,quod Iudeis prohibitum fuit ne acciperent uſuram,ſcilicet a Iudeis,per quod datur intelligi quod accipere uſurā a quocunq; homine eſt ſimpliciter malum.Debemus enim omnem hominē habere quaſi proximum & fratrem, precipue in ſtatu euangelij ad quod omnes uocantur. Vnde in pſalm. abſolute dicitur, Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram. & Iſa. xviij. Qui uſuram non acceperit.quod autem ab extraneis uſuram acciperent,non fuit eis conceſſum quaſi licitum,ſed permiſſum ad maius malum uitandum,ne ſcilicet a Iudeis Deum colentibus uſuras acciperēt propter auaritiam cui dediti erant,ut habere Iſa.lvj. Omnes in uiā ſuā declinauerunt,unuſquiſque ad auaritiam ſuam,&c.Ecce quare dicit,Si uidebas furem,&c.De quibus dicit Iſa.Pedes eorum ad malum currūt. Iſa.lix.Sextum eſt immunditia luxurioſorum,ibi, Peccatori autem dixit Deus, Et cum adulteris portionem tuam ponebas.Adulterium eſt quando uir ut proditor curat de alia muliere,uel uxor de alio homine. Ideo ut proditores damnabuntur in inferno,quia frangunt ſibi fidem. Et ſunt multi qui licet non faciant adulterium, tamen ponunt cum adulteris portionem.Nota x.portiones,& unus ponit unam,& alius aliam.Verbi gratia,Aliqui ponunt portionem ſuam cum adulteris,ſcilicet corde,ut aliqui religioſi uel clerici qui ex timore infamationis ſeu periculi uel ſcandali non audent facere peccatum opere, quia ubi fit ignis,fumus habet exire.ideo non faciunt opus. Sed ponunt cor cogitādo,O qualis delectatio eſſet cum tali,&c. Ideo dicit,cum adulteris. Aliqui ponunt os turpiter loquendo de illa materia,ſcilicet de mulie-

Peccauit Lot, filias offerens ſtupro.

ribus,

tibus,vel cantando cantilenas que continent tot vanitates, vel disputando de pulchritudine mulierum,&c. Ideo dicit, cum adulteris,&c. Aliqui ponunt oculos si possent videre partes discoopertas que prouocant ad peccatum, vel libenter respiciunt quando gallus agit cum gallina, columbus cum columba, asinus cum asina,vel respiciendo se. Ideo dicebat beatus Benedictus ad sororem suam quod nūquam respiceret corpus suum. Sed quando vellet mutare cilicium suum,quod mutaret in tenebris,&c.quia multe sunt que quando vident vbera,dicunt, O quomodo ego habeo pulchra vbera. Aliqui ponunt aures, si loquuntur de deo,statim attendiantur audire,sed si loquuntur de illa materia dicunt, quid est hoc? resumite siue dicatis iterum, & sic delectantur audiēdo turpia.Ideo dicit,& cum adulteris. Alij ponunt nares in odoribus,&c.Alij ponunt gulam bene comedendo salcetes, ista inclinant, quia persona gulosa semper est luxuriosa. Aliqui ponunt manus tangendo se vel alium,&c.Alij pedes ponunt associando alios dicendo.Ego non faciam peccatum, sed sociabo vos. Ideo cum adulteris ponitis partem vestram. Alij ponunt vestes, quia est bonus homo vel mulier que habet tantas scissuras vel vestes, & ornatus ostendunt quod sunt putane vel meretrices. Alij ponunt corpus faciendo peccatum opere. Ecce quare dicit, Cum adulteris portionem tuā ponebas. In meliori loco ponebat Dauid portionem suam dicens, Tu es Domine spes mea portio mea Domine in terra viuentium. Psal.cxij. Septimū blasphemia iracundorum,ibi,Os tuum abundauit malitia.ista malitia est blasphemia in Deum que est inter Christianos quādo sunt irati iurando per caput, per cor.&c. Secundo renegando malēdicar,&c. Tertio dicendo verba enormia contra Christum & virginem Mariam quod celum & terra deberent subintrare. dico quod si non essent alia peccata in mundo,istud est sufficiens ad destruendum villas, communitates,& totum mundum,nisi corrigatur.No. hic historiam de Sēnacherib rege Assyriorum qui venit contra ciuitatem Ierusalem,regnante illo sancto rege Ezechia,cui Sennacherib dicebat,Quis Deus liberabit vos de manu Sennacherib?Ex ista blasphemia occisi sunt.clxxxv. millia hominum armorum Sennacherib.Autho.Egressus est autem angelus Domini & percussit in castris Assyriorū clxxxv.millia.Esa.xxxvij. & ista blasphemia dicitur quotidie si sunt duo ludentes ad taxillos.Dicit vnus,Non potest Deus facere quod perdam ludum istum, etiam si non proijcerem nisi deux as.Si dicatur,quid hoc ad nos qui non ludimus?Respondeo vobis quod sustinetis,quia sicut si lupus intraret villam,omnes clamarent super eum,ita cōtra illos debetis clamare,o traditores,ribaldi,&c. sed modo totum ponitur ad truffam. Quando est aliquis magnus iurator,dicitur ab alijs,Faciamus sibi aliquid & irritemus eum,& ipse blasphemabit.& quia istud peccatum non corrigitur,

reuertitur in caput illorum qui habent corrigere. Dicit ſcrip. Domina-
res populi mei inique agunt dicit Dominus, & iugiter tota die nomen
meum blaſphematur, propter hoc ſciet populus meus nomen meum
in die illa, quia ego ipſe qui loquebar, ſcilicet precipiendo, ecce adſum,
ſcilicet puniendo. Eſaie lij. Octauum eſt fraudulentiam negotiatorum,
ibi, Peccatori autem dixit Deus. Lingua tua cõcinnabat dolos. Cõcin-
nare dolos, id eſt ſimul componere fallacias, hoc fit inter emptorem &
uenditorem, quia quilibet conatur decipere alium. Primo incipit em-
ptor di. Pro quanto dabis mihi iſtud? Venditor autem ſi illud ualet tres
ſolidos, petit x. Et emptor reſpondet di. Vultis. xviij. ſolidos denario-
rum. Et truffatur ipſe de altero. Dicit uenditor, Per corpus Dei conſtat
mihi tantum, &c. Antiquitus Chriſtiani habebant timorem in conſcien
tia mentiendi, & quãdo emptor dicebat. Pro quãto dabitis mihi iſtud?
Reſpondebat uenditor, Secure cõſtat tantum, ideo detis mihi tantum
ut lucrer aliquid uobiſcum. Sed modo nõ fit, imo unus decipit alium,
&c. Ideo de iſto tempore, prophetando, dixit Hiere. Docuerũt linguã
ſuam loqui mendacium, ut inique agerent laborauerũt. Hier. ix. Intan-
tum mentiuntur quod nõ poteſt homo credere eis in aliquo. Ideo ille
arguet mundum de peccato. Nonum eſt obloquentia ocioſorum, ibi,
Peccatori autem dixit Deus. Sedens aduerſus fratrem tuum loqueba-
ris. Infra hebdomadam nullus ſedet ad portam, quia quilibet laborat
in negotiis ſuis, alius in campo, alius in uinea, alius in foro. Sed in die
feſto tunc ſedent ocioſi ad portam iudicando tranſeuntes, quando trã
ſit aliquis diues dicunt, Iſte eſt magnus uſurarius. Dicit alter, Etiam pa
ter ſuus erat uſurarius. Item de aliis qui tranſeunt, quilibet habet ſuum
motiuum de ipſis, uel quod eſt latro uel homicida. Si tranſeunt religio
ſi uel clerici, dicunt, O quomodo eſt iſte pinguis, &c. Item ſi tranſeunt
mulieres dicunt, Ecce quomodo ſociat ſe iſta cum illa que eſt mere-
trix. Dicit alter, mater ſua amica alterius eſt que etiam nõ fuit bona. Ec
ce quare dicit, Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris. deberent ſe
dere in eccleſia, & occupare ſe in bonis ſpiritualib⁹, audire ſermones,
ueſperas, completorium, & ipſi iudicant. ideo poteſt dicere ille qui eſt
per eos iudicatus, Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta,
& in me, id eſt cõtra me pſallebant qui bibebant uinum. Pſal. lxviij. No
ta qui bibebant, quia talis oblocutio cõmuniter fit poſt prandium. Di-
co quod plures damnantur ex furto lingue quam manuum, cum lingua
furetur famam, & manus bona, primum eſt maius furtum, dicit enim,
beat⁹ Tho. ij. ij. queſt. lxxvij. articul. iij. quod detractio ſecundum ſuum
genus eſt maius peccatum quam furtum, quia inter bona exteriora fa
ma preeminet diuitiis. Vnde Salomõ dicit, Melius eſt nomen bonum,
id eſt bona fama, quam diuitie multe. Prouerb. xxij. Et ſicut latro non
poteſt ſaluari niſi reſtituat bona, ſic nec diffamator niſi reſtituat famã

coram

coram omnibus illis coram quibus diffamauit dicendo, Ego dixi hoc de tali, non credatis, quia ego male dixi, etiam si sit uerum quod dixi, sed erat secretum. De ista restitutione fame quomodo est necessaria uide. beatum Tho. ij. ij. quest. lxxij. artic. ij. & quest. lxij. articu. ij. De modo autem restituendi famam uide. beati Tho. ij. ij. quest. lxij. articul. ij. in solu. ad secundum. ubi ponit quod aliquis potest auferre famam tripliciter, &c. uide doctorem ubi supra. Decimum est resistentia bonorum, ibi, Aduersum filium matris tue ponebas scandalum. Hoc potest declarari tripliciter si expediat. primo de Iudeis qui modo sunt filij alterius matris, scilicet synagoge, sed quando cõuertuntur & baptizantur fiunt filij matris nostre, scilicet ecclesie. Sed sunt aliqui miseri & mali Christiani qui aduersus tales ponunt scandalum uituperando eos & despiciendo, O quod peccatum est, & scandalizantur & perdunt fidem. ideo dicebat Christus, Qui scandalizauerit unum de pusillis istis, scilicet in fide qui in me credunt, expedit ei quod suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris. Matthei. xviij. Secunda declaratio est, quod uidemus hodie in mundo quod quãdo aliquis religiosus uel clericus est bene dissolutus & non seruat ea ad que tenetur, nullus dicit sibi aliquid, imo commendatur & laudatur, sed si uult seruare regulã suã quã uouit & ordinem, talis statim deridetur ab aliis. uerbi gratia. Si in aliqua religione aliquis uult incipere bonam uitam & seruare suum ordinem, talis uadit ad paradisum. Sed statim alij qui uadunt ad infernum ponunt coram eo scandalum dicẽdo, O traditor, &c. hypocrita, &c. intantum quod faciunt ipsum cadere. Idem de clericis & laicis, multi uellent incipere bonam uitam qui isto timore nõ recipiunt dicentes, O ipsi truffantur de me. ideo dicebat Christus, Ve mũdo ab scandalis. Necesse enim est ut ueniant scandala, scilicet propter malam uitam quam tenent. Veruntamen ue homini illi per quem scandalum uenit. Matthei. xviij. Tertia declaratio est quando alique persone uel communitates habent guerram & diuisionem, & aliqui tractant pacem, &c. Sunt aliqui miseri maledicti qui impediunt hanc pacem, ponentes scandalum & dicentes, Dicetur quod estis Iudei, & nihil ualetis, uel quod timore facitis, & sic ponunt iurgium, Vel dicendo, Satisfaciant & soluant damna, & expensas, cum se adinuicem damnificauerunt. illi ponunt scandalum. Ecce quare dicit, aduersus filium matris tue, scilicet ecclesie uel communitatis ponebas scãdalum. Hec, supple peccata, fecisti & tacui. Existimasti inique quod ero tui similis, arguam te. Ecce quare dicit thema, Ille, Dominus Iesus Christus arguet mundum de peccato.

Restitutio bone opinionis quanti sit momenti, & quomodo fieri debeat.

De eadem Dominica. Sermo. iij.



Vm uenerit ille, arguet mundum de peccato. Ioā. xvj. Si ſubtiliter uolumus uitam Chriſti contemplari, manifeſte inueniemus quod ab incarnatione ſua uſque ad aſcenſionem ſuam omnia opera que fecit fuerunt ad expellendum uitia, & peccata remittendum. Ad practicam. Primum opus quod fecit pro noſtra redemptione, fuit eius incarnatio quia de palatio patris voluit deſcendere & humiliari & includi in vtero vnius puelle. Hoc opus fecit ad expellendum peccatum ſuperbie de mundo. quia ſi ipſe qui eſt rex & dominus omnium, tantum voluit humiliari, quis homo debet extolli & ſuperbiendo exaltari ſuper alios? Secundum opus fuit natiuitatis, quando de vtero puro, incorrupto voluit naſci, & in puritate & virginitate ſemper voluit viuere, & hoc ad expellendum & corrigendum peccatum luxurie. Tertium opus fuit eius conuerſationis in hoc mundo in maxima paupertate, quia ſtatim natus non in lecto delicato, ſed in preſepio fuit poſitus, ex tunc nunquam habuit domum propriam. Item ſemper portauit vnam veſtem quam ſibi fecit virgo Maria, cum eſſet puer trium annorum, que ipſo creſcente augmentabatur, nec portabat pecuniam. Hoc fuit ad expellendum peccatum auaritie. Si rex voluit eſſe ita pauper, quid curandum eſt cōgregare per vſuras, furta & huiuſmodi? Quartum opus fuit magni amoris erga nos laborando pro nobis predicando vt procuraret noſtram ſaluationem. Hoc fuit contra peccatum inuidie, vt cogites, ſi tantum Chriſtus dilexit nos, & etiam nos debemus nos diligere ad inuicem. Quintum opus fuit, quia ieiunauit. xl. diebus & noctibus, nihil comedens nec bibens, tota vita ſua fuit vt quadrageſima. hoc fecit ad expellendum peccatum gule. Sextum opus fuit eius dura paſsio, voluit enim capi, ligari &c. cum magna potentia remittendo & orando pro crucifixoribus. Hoc fuit contra peccatum ire & vindicte, quia ſi rex noluit vindictam de tanta iniuria, & nec tu debes recipere vindictam de tuo inimico. Septimum opus fuit, quando tertia die voluit reſurgere a mortuis. Hoc fecit contra peccatum accidie, quia multi ſunt mortui peccatis, qui reſurgere nolunt per penitentiam. Tres dies habet penitentia, ſcilicet contritionem, confeſsionem, & ſatisfactionem. Item ordinauit ſacramenta eccleſie in remiſsionem peccatorum. Patet ergo quod totus labor Chriſti fuit ad expellendum & remittendum peccata. Idcirco ſuper hoc dimittetur iniquitas domui Iacob, & iſte omnis fructus, vt auferatur peccatum eius. Eſa. xxvij. Nota idcirco ſuper hoc, ſcilicet aduentum Chriſti. Duo aduentus Chriſti inueniuntur in ſacra ſcriptura. Primus fuit ad redimendum humanum genus. Secundus erit ad iudicandum. Et ſic primus aduentus fuit ad expellendum & redimendum peccatum, ſiue remittendum. Secundus erit ad arguendum & puniendum peccatores. Hoc dicit thema, Cum venerit

ille,

ille,arguet mundum de peccato.Cum uenerit, ſup. in ſecundo aduentu ad iudicandum,arguet mundum,id eſt homines mundanos de peccato. In aduentu Chriſti ad iudicium de tribus peccatis maxime ſunt arguendi homines mundani.

Primum de ocioſitate contra ſeipſum,
Secundum de crudelitate contra proximum,
Tertium de infidelitate contra Deum.

Et de tertio ſimpliciter loquitur thema. Quantum ad primum,&c. Ocioſitas eſt quando homo,ſiue religioſus,ſiue clericus,ſiue laicus permittit tranſire tempus mane. Nam Deus dat tempus ad acquirendum merita & uirtutes,& ocioſus non curat,ſed congregat bona temporalia.Modo ſi homo non congregat ſpiritualia, merita & uirtutes, licet congregaret omnia bona temporalia huius mundi, ocioſus iudicabitur & tanquam ocioſus in iudicio condemnabitur. Detur ratio per ſimilitudinem de patrefamilias habente multos captiuos quos mittit ad plateam ad lucrandum denarios in meſſe,&c. dicens eis, laboretis taliter quod in ſero portetis lucrum,quando illi captiui ueniunt in ſero ad domum cum lucro,cum gaudio a domino recipiuntur. Si uero non portant lucrum,quamuis laborauerunt, & ſudauerunt currendo, &c. ocioſi iudicantur & dure reprehenduntur, nec dat eis cenam, ſed ponuntur in captione.Idem in propoſito , Chriſtus eſt dominus & paterfamilias.nos uero ſumus ſeruitores & captiui eius precioſo ſanguine ſuo empti.Authoritas,Empti eſtis pretio magno.j.Corinthio.vi.Et miſit nos ad plateas huius mũdi ad lucrandum merita & uirtutes. Ego poſui uos,ſcilicet in mundo,ut eatis per bona opera,& fructum, ſcilicet lucri afferatis,& fructus ueſter,ſcilicet ſpiritualis maneat, quia temporalis tranſit.Ioan.xv.In ſero autem,ſcilicet in morte.tunc enim complentur dies uite noſtre, & uadimus ad domum domini,ſcilicet ad iudicium. & Chriſtus licet omnia ſciat , ipſe tamen interrogat iuſtum & impium,Quis es tu?oportet ſibi reſpõdere.Domine ego ſum talis . Et quid uis,Domine ut intrẽ paradiſum.Et Chriſtus.Videamus quid portas.Portas lucrum ? Tunc apparebunt qui fuerunt diligentes uel ocioſi.Illi autem qui ſolum curant de laboribus huius mundi & negotiis, que omnia hic remanent,nullum lucrum portabunt . Ideo mittet eos ad hoſpitale miſerorum,ad carcerem inferni.Sed illi qui nõ ſolum curabant de bonis huius mundi ut uiuerent,ſed magis curabant de factis anime,orabant,ieiunabant,cõfitebantur,cõmunicabant,&c.tales portant lucrum & fructus meritorum & bonorum operum.Ideo gaudioſe a Chriſto recipiuntur ad gloriã.Multi creduntur modo eſſe diligentes, quia laborant & negotiantur, qui tunc cõdẽnabuntur tanquam negligẽtes & ocioſi.Et multi iudicãtur modo ocioſi & cõtẽplatiui & qui faciunt penitentiã,qui tũc reputabũtur diligẽtes fuiſſe. Ecce quare dicit.

Quique bonorū operum fructus Deo grati.

Ego posui uos, scilicet in platea huius mundi, ut eatis de uirtute in uirtutem, cōtinue meliorando uitā & fructū afferatis. Modo ne sitis ociosi, ostendā uobis quales fructus debetis afferre qui placent Christo, & inueni quod sunt quinq;. Primus quē debetis portare est de oratione spirituali. s. de quolibet die mane & sero facere orationē genib⁹ flexis, cogitando ꝙ uidetis illū qui minatur uobis ex peccatis que fecistis, tūc incipiatis orationem humiliter dicendo, Pater noster, Aue Maria. Credo in Deum, &c. Secundus fructus est de sanctificatione temporali. s. seruare dominicam diē. Ratio quia Christus quieuit in resurrectione. Tertius fructus est de cōfessione sacramentali ex precepto Dei in quilibet quadragesima, sed de bono cōsilio quolibet mense debet mūdari camisia anime. s. conscientia, sicut camisia corporis. Quartus fructus est de communione eucharistie. In illa hostia non est panis, sed ibi est fructus ille de quo dicitur uirgini Marie, Benedictus fructus uentris tui. Quintus fructus est de afflictione penitentiali. Quemadmodum enim colitur terra ut faciat fructum, quia aliter non esset apta ad fructificandum. Ita corpus nostrum de terra formatum, quod habet conditiones terre, oportet qnod aretur, uel cum ieiunio uel cum cilicio, &c. ut faciat fructum precioſum penitentie. De persona que facit istos fructus potest dici, Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, scilicet predicationum. quod fructum suum dabit in tempore suo. Psal. j. Inutiles autem & ociosi seu infructuosi dure arguentur a Christo. Nota hic parabolam de seruo pigro & inutili & ocioso. Post multum uero temporis uenit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum illis. Matth. xxv. Et loquebatur Christus de se quando debuit celū ascendere, quia tunc peregre profectus est. Quantum ad secundum peccatum de crudelitate contra proximum. Tantus est amor Christi ad nos, quod iniuriā que fit contra proximum, Christus recipit in suā. Amen dico uobis, ꝙ uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Mat. xxv. Ista ratio deberet nos cogere ne simus crudeles ꝓximo, sed benigni & misericordes. No. quinq; crudelitates in hominibus mūdi. Prima est renuēdo eleemosynā, quādo paup petit eleemosynā stat, & ille a quo petit nō respōdet, paup iterū q̄rit, qa est indigēs, & ille dure & crudeliter dicit, uadatis laboretis, &c. Dicat quō eleemosyna est dāda, ideo Apostolus, Vnusq;q; ꝓut destinauit in corde suo, s. dare nō ex tristitia aut ex necessitate. Hilarē enim datorē diligit Deus. ij. Cor. ix. Secūda crudelitas est uēdēdo, s. pluris ꝓpter sperā, hoc est propter solutionis dilationē, usura est & dānatio. Tertia crudelitas est in mutuādo. Mutuare enim est misericordia & in casu maior quā dare eleemosynā. Sed modo totū uertitur in crudelitatē. Quādo enim paup habet necessitatē, qa habet ꝓuidere filiis, mulieri & filiabus & seruitoribus domus, uenit ad diuitē ad mutuandū, statim sequit crudelitas de

usura,

uſura,&c.Quarta crudelitas eſt in ſoluẽdo.Sunt multi crudeles qui no lũt ſoluere mercedẽ ſeruis & ancillis laborãtibꝰ.Cuilibet tali dicit Dominus,Quicũq; tibi aliquid operatus fuerit,ſtatim mercedẽ eius ei reſtitue,& merces mercenarij tui apud te oĩno nõ remaneat.Tob.iiij.Et Leui.xix.dicitur, Nõ morabitur opꝰ mercenarij tui apud te uſq; mane. Quinta crudelitas eſt,ſ.in retinẽdo bona defunctorũ,nõ cõplendo teſtamenta & ordinationes eorũ.Quã crudelis eſſes ſi uideres patrẽ tuũ uel matrẽ in igne,& nolles eos iuuare cũ poſſes. Maior crudelitas eſt de animabus que cõburũtur in igne purgatorij calidiore iſto incõparabiliter & clamant ad Dominũ, O Domine iuſtitia de filio meo proditore ſiue de herede,&c.Authoritas . Audite dixit Chriſtus quid iudex iniquitatis dixit, Deus nõ faciet uindictã electorũ ſuorũ clamantiũ ad ſe die ac nocte & patientiã habebit in illis. Dico autẽ uobis q̃ cito faciet uindictam illorũ.Luc.xviij.& xiij.q.ij.Qui oblationes defunctorũ, aut negant eccleſiis aut difficulter reddunt tanquã egentium necatores excõmunicentur.xij.q.ij.Qui abſtulerit aliquid patri uel matri , dicetq; hoc peccatum nõ eſſe,homicide particeps eſt,&c.De iſtis crudelitatibus arguet mundũ Chriſtus in iudicio.Authoritas. Cũ uenerit filius hominis in maieſtate ſua,& omnes angeli eius cũ eo,&c.Mat.xxv. Quantum ad tertium peccatum de infidelitate cõtra Deum.Illud peccatum eſt maius aliis,quia cõtra Deũ immediate , de hoc loquitur ſingulariter thema,Cũ uenerit ille arguet mundum de peccato. Subditur de peccato quidẽ,quia nõ crediderunt in me. Nihil tam reprehẽſibile eſt in ſubdito ſeu uaſallo quã infidelitas que multiplex inueniẽ. Prima eſt infidelitas cordis aliquorũ Chriſtianorũ,qui ſolo nomine dicuntur Chriſtiani,ſed in corde ſuo nõ habẽt firmã fidẽ nec clarã credẽtiã dicentes,Quid ſcit homo qd eſt in alio mũdo.Alius dicit,Quomodo eſt poſſibile quod in tã parua hoſtia ſit totus Chriſtus,&c. Nõ eſt impoſſibile apud Deum omne uerbũ,&c. Ex peccatis enim & mala uita diu continuata perditur fides in corde,& licet in ore nõ audeãt dicere ex timore,tamen in corde titubant.Authori.Bonã cõſcientiã quidã repellentes circa fidẽ naufragauerunt.j.Timo.j.Ideo quolibet mane & ſero debetis dicere,Credo in Deum genibus flexis cũ proteſtatione , & ſic cõſeruatur fides in corde.Secũda eſt oris,iurando crudeliter,renegando blaſphemãdo,&c.qui renegat Dominũ ſuũ infidelis eſt.O quoties renegatur Deus maxime in ludis . Ideo prouideatur ne maledictio & damnatio incurratur.Vnde dicit ſcriptura ſancta , Domine maledicti erũt qui cõtẽpſerint te, & cõdẽnati erũt oẽs qui blaſphemauerint te. Tob.xiij. Tertia eſt manuũ recipiendo uindictam de inimicis, quia facere uindictam ad regem pertinet,qui ergo aufert regalia regi infidelis eſt.Vindictã enim facere regale eſt Dei,Mihi uindictã,ſupple reſeruaui,& ego retribuam dicit Dominus.Ro.xij.Quarta eſt pedũ, ſcilicet

cundo ad demones, scilicet diuinos, sortilegos, cõiuratores, inimicos Christi. Qualis infidelitas est seruorum qui in suis necessitatibus recurrunt ad inimicos, cum eis habentes sua colloquia & consilia. Talis est Christianorum recurrentiũ ad demones pro sanitate habenda uel inuentione eius quod perdidistis. nec ualet excusatio dicentium, Nõ habemus hic medicos nec apothecarios, permittã ergo mori filiũ meũ patientem, &c. Falsum est, quia Christus medicus magnus ubiq; est, ad ipsum ergo currendum est qui uirtute nominis sui curat omnẽ infirmitatẽ. Quinta infidelitas est totius corporis, quãdo illi de matrimonio & alij facũt luxuriã. Quod sit infidelitas, clarũ est, quia quando uir curat de uxore alterius uel de alia muliere, fidẽ promissam uxori frangit & ecõuerso. De illis qui nõ sunt de matrimonio quod luxuria sit infidelitas, probatur sic. Nam ille qui imaginem Christi crucifixi uel uirginis Marie proiecerit in latrinã, esset infidelis & proditor. Modo nulla imago est magis propria imagini Dei quam homo. Authoritas, Ad imaginem Dei factus est homo. Gen. ix. Nõ sol, nec luna, nec aliqua stellarũ habet imaginem Dei, quando ergo tu facis luxuriã, tu proiicis imaginem Dei in latrinam & lutum luxurie. Dicatur contra illos qui dicunt simplicem fornicationem nõ esse peccatum. De luxuriosis autem dicitur, Generatio enim peruersa est & infideles filij. Deute. xxxij. Ergo cũ uenerit ille arguet mundum de peccato, scilicet infidelitatis. Taliter ergo uiuamus ut contra ista tria peccata Deus det nobis tres uirtutes eis oppositas, contra ociositatem diligentiam spiritualem, contra crudelitatem, dilectionem proximalem, & contra infidelitatem credentiam cordialem hic per gratiam.

Tres uirtutes cõtra tria uitia precedentia.

De eadem Dominica iij. post octauas Paschę de Epistola. Sermo iiij.

VErbum potest saluare animas uestras. Iac. j. Istud uerbum dat mihi motiuum predicandi de effectu uerbi Dei in saluatione animarum. Materia erit bona & utilis. Sed primo saluetur uirgo Maria, &c. Istud uerbum indiget breui declaratione pro introductione materie. Pro quo sciendũ q; in sacra scriptura uerbũ Dei accipitur dupliciter. Quia inuenitur uerbũ Dei primo propriũ & eternale. Secũdo inuenitur uerbum Dei cõmune & tẽporale. Quantũ ad primũ, illud uerbũ est filius Dei, nõ est uerbũ trãsitoriũ ut meũ uerbũ uel tuũ quod nõ durat nisi quandiu sit, sed uerbũ Dei est eternũ & durabile sine principio & sine fine. Vnde bea. Tho. multiplicẽ ponit differẽtiã iter uerbũ diuinũ & nostrũ uerbũ. Verbũ enim diuinũ ut dicit in de potẽtia. q. ix. arti. v. est tantum unum perfectũ, & idẽ quod essentia diuina, ideo est filius. Nõ autẽ nostrũ, qa est multiplex, imperfectũ & accidẽs. Idẽ in de potentia. q. viij. ar. j. in corpore articuli dicit q; uerbũ nostrũ nõ permanet in intellectu nostro,

Duplex uerbum Dei.

noſtro, niſi durãte actu intelligendi, ſed clarũ eſt ꝙ uerbum diuinũ nõ eſt trãſitorium nec tẽporale, ſed eternũ. Dicatur de illo magno Alphaquino, ſcilicet ſacerdote ſarracenorũ, qui petiit a magiſtro Vincentio, quomodo poteſt fieri quod Deus habeat filiũ? Cui reſpõdit magiſter Vincẽtius, Tu credis ꝙ Deus ſit eternus? Reſpondit ꝙ ſic. Et credis ꝙ ſit mutus uel loquatur? Reſpõdit ꝙ nõ credebat ipſum mutũ eſſe, ſed quod loquebatur. Et magiſter, Et illud uerbũ dicitur filius Dei. De quo uerbo Io. j. In principio, ſcilicet mũdi erat uerbum, & uerbũ erat apud Deũ, ſcilicet patrẽ, quia pater nõ eſt ſuũ uerbũ, ſed diſtinguitur perſonaliter. Et Deus erat uerbũ. Si thema intelligatur de iſto uerbo, certũ eſt ꝙ poteſt ſaluare animas noſtras, ſ. cauſaliter & principaliter, qa ipſe cauſa totalis & principalis eſt noſtre ſaluationis. Ideo dixit angelus Ioſeph ſpõſo uirginis Marie, Poſtquã uirgo cõcepit filium Dei, Vocabis nomen eius Ieſum, id eſt ſaluatorẽ. Ipſe enim ſaluũ faciet populũ ſuũ, ſcilicet credentes & obediẽtes a peccatis eorũ. Mat. j. Si de iſto uerbo uolumus loqui clarũ eſt thema. Dico ſecundo, quod inuenitur in ſacra ſcriptura uerbum Dei cõmune & tẽporale, quia habuit principium, & iſtud eſt uerbum ſacre ſcripture tam in ueteri quam in nouo teſtamento, & uerbum predicationis. Sed quare ſacra ſcriptura dicitur uerbum Dei, & nõ prophetarũ uel euãgeliſtarũ aut apoſtolorũ uel predicatorum. Et dico hic ꝙ proprius dicitur uerbũ Dei, quã predicatorũ Dei. Ratio, qa ſi organũ, cithara, phyala, uel fiſtula facit bonũ ſonũ & gratum audiẽtibus, ille ſonus cuius erit, organi an fiſtule? nũquid organiſte uel fiſtulatoris? certum eſt ꝙ ſic, qa ipſe mouet organum, &c. Ideo Deus eſt bonus fiſtulator, prophete & apoſtoli & euangeliſte, & predicatores ſunt organa uel fiſtule, & ſimpliciter ſunt inſtrumẽta, ſed Deus eſt ita bonus magiſter quod cum malo inſtrumẽto facit ſonum bonũ. Non enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis. Mat. x. Iſta eſt ratio quare uerba ſacre ſcripture dicuntur uerba Dei. Vnde dicit ſcriptura. Cum accepiſſetis a nobis uerbum auditus Dei, accepiſtis illud non ut uerbum hominum, ſed ſicut eſt uere uerbum Dei j. ad Theſſa. ij. Iſtud uerbum eſt cõmune multis & temporaliter. De iſto uerbo ego uolo pertractare thema propoſitũ, quia de iſto uerbo eſt difficultas quomodo poteſt ſaluare animas. Iſtud uerbũ quando eſt digne predicatum & deuote auditum, facit tria,

Primo illuminat in cognitione de rebus ſpiritualibus,
Secundo inflammat in dilectione de bonis celeſtialibus,
Tertio purificat de infectione, de culpis mortalibus.

Iſta tria ſufficiunt ad ſaluationem animarum, ergo uerbum poteſt ſaluare animas noſtras. Dico primo ꝙ uerbũ iſtud quãdo eſt predicatum digne & auditum deuote, illuminat auditores in cognitione ſpiritualium, quia illa que ſunt fidei, per aures habent intrare in corde, non

per oculos, nec aliter. Ita ſunt alta & tranſcendentia illa que fidei ſunt, quod nō poſſunt intrare in corde niſi per aures. Verbi gratia, Vos creditis quod quando homo moritur & anima ſeparatur a corpore, quod uiuit & uadit uel ad paradiſum ſi fuit bone uite, uel ad purgatoriū uel ad infernū ſi fuit impenitēs. Iſta ueritas non intrat in corde neſtro per oculos, quia uos non poteſtis uidere animam quando recedit a corpore quantumcunque reſpiciatis. Sed iſta ueritas intrauit per aures, quia ita dicit Apoſtolus, Fides eſt ex auditu, auditus autem per uerbū Chriſti. ad Roma. x. Si enim uideretur ad oculum, nō haberemus meritum. Si creditis uos quod hoſtia ſit alba uel rotūda, nec grates, nec gratias meremini. Sed credere quod Chriſtus Deus & homo ſit intus, ut dicit uerbum Dei, eſt meritū, iſta ueritas per aures intrat, auditus autem per uerbū Dei intrat. Itē quando creatura baptizatur, ab ea expellitur diabolus. Ideo exorcizatur, quia ante baptiſmū inhabitatur a diabolo. in baptiſmo autē exit & uenit ſpiritus ſanctus, & uos non uidetis quantumcūq; attente reſpiciatis, quomodo ergo ſcitis iſtā uirtutē? per uerbum Dei. Itē quādo ſacerdos dicit illa uerba a Chriſto ordinata, Chriſtus uenit in hoſtia, uos nō uidetis ipſum uenire, tamen creditis ipſum ibi eſſe ex uerbo Chriſti, quia multoties audiuiſtis predicare. Sed dicetes, Vnde eſt quod nos nō poſſumus iſta ſpiritualia percipere. Dico ꝙ ex carne impediente. Sicut ſi ego tenerem ocularia de uitro rubeo uel colore alio, omnia que uiderem eſſent eiuſdem coloris in mea apparentia, licet eſſet falſum iudiciū. Quia audiui & ita eſt quod ille eſt indutus de albo & ille de nigro, &c. Ita eſt de oculis anime, quādiu uidet per ocularia corporis nō uidet niſi corporalia, ideo per auditū habet iudicare de ſpiritualibus. Sed quādo eſt ſeparata a corpore, quando uadit ad paradiſum uel ad purgatorium uel ad infernum, uidet Chriſtum in hoſtia conſecrata, uidet diabolum recedentem a creatura quando baptizatur, & ſpiritū ſanctū uenientē. Ecce ratio quare per uiſum non poſſumus cognoſcere ſpiritualia, ergo ꝑ auditū uerbi Dei. ideo dicebat Dauid, Lucerna pedibus meis uerbū tuū & lumē ſemitis meis. Pſal. cxviij. No. paſſus eundi ad paradiſum ſunt ueritates fidei & bona opera. Si oraſtis hodie, iam feciſtis unū paſſum, alium ſi dediſtis eleemoſynam, alium ſi audiuiſtis miſſam, &c. Ideo Dauid, Ibunt de uirtute in uirtutem, uidebitur Deus deorum in Sion. Sed multi ſunt qui errant circa iſtos paſſus, quemadmodū ille qui uadit de nocte per uiam periculoſam, luteſam & lapidibus plenā, indiget lumine, alias, &c. Ita quandiu nos ſumus in uia huius mundi periculoſa & luteſa, in qua ſunt moles lubrice immunde de luxuria & aliis multis peccatis. Ideo indigemus lumine lucerne uerbi Dei. Si enim iſtud lumen precederet, non impingeremus tantum. Verbi gratia. quando iuuenes interrogantur a confeſſore, dicūt ꝙ fecerūt luxuriā cū publicis mulieribus & excuſant ſe dicendo, &c.

do,&c.quod peccatū eſt.Ecce quomodo leduntur, ideo eſt nobis neceſſariū uerbū Dei ut illuminet. Nam ſi cū filia regis peccaretis, quod peccatū eſſet,nōne eſſet proditio? & nonne omnes mulieres ſunt filie Domini tui regis Ieſu Chriſti? ſibi ergo facis iniuriā & proditionem. ſi uero ipſe rex dat tibi filiam ſuam in uxorem, tūc habeas ſolatium cum ipſa.O quot cadūt in luto iſto periculoſo,propter hoc neceſſarium eſt lumen uerbi Dei.Diceret aliquis,Ego nō peccaui cum mulieribus, ſed mecum tāgendo,&c nō poteſtis dicere quod fecerim iniuriam alicui, imo quia qui proiicit calicē conſecratum in luto ſciēter,magnū peccatum facit.Noueritis quod magis cōſecratū eſt corpus Chriſtiani quam calix ad recipiēdū corpus Chriſti. Quādo ergo tāgēdo facis illud peccatū,proiicis calicē corporis in latrinā, & grauius peccas. O quot cadunt ibi,qa nō precedit eos uerbū Dei.Alij impingūt in lapides duros ut uſurarij.Qui quādo a cōfeſſore interrogātur ſi faciunt uſuram dicūt nō.Et nūquid mutuatis?imo.& qualiter? Ego mutuo decē florenos & inſtrumēto ponūtur duodecim,& dicūt nūquid hoc eſt uſura?Et quare?Nōne de meis pecuniis poſſum recipere lucrum? Dicatur quomodo recipiuntur,quia pecunie non ſunt ſue,ipſi ſolū ſunt theſaurarij. Si ergo theſaurarius regis contra uoluntatem & ordinationē ſuā diſpenſaret pecunias regis,quid faceret de ipſo rex,&c. Ita ſolus Chriſtus eſt dominus pecuniarū, bladi,uini,& omnium fructuum & aliarū omniū rerum.Authoritas.Dauid, Domini eſt terra & plenitudo eius. Diuites autem ſunt eius adminiſtratores & theſaurarij & non domini,quia ille qui eſt dominus alicuius rei, non tenetur alteri reddere computum. Sed uos tenemini reddere computum,imo de omnibus que habuiſtis & expendiſtis quomodocūq; & qualitercunq;,&c.Authoritas.Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti , & diſpenſatores miniſteriorum Dei,&c.j.Corint.iiij.Multi errant ergo propter defectum luminis. Ecce quare dicit Dauid,Lucerna pedibus meis uerbum tuum,quo homo regitur in hoc mundo.Secūdo dicit,Et lumen ſemitis meis.No. differentiam inter uiā & ſemitam.Via generalis eſt credentia que habetur de Deo naturaliter quod eſt un⁹ Deus creator & gubernator omniū, una prima cauſa,primus motor,& primum principium,&c. Semite uero ſunt ſecreta fidei,que naturaliter nō poſſunt ſciri nec uideri,ſed ſolum ſciuntur per diuinam reuelationem. Ideo dicit , & lumen ſemitis meis.Patet prima uirtus uerbi Dei.Secunda uirtus uerbi Dei eſt quod inflammat in dilectione celeſtium.Iam ſcitis quod omnia bona huius mundi finem habebunt & dimittenda ſunt,ſicut ſunt honores,diuitie, dignitates,etiam ſi eſſetis rex uel papa , oportet dimittere & perdere omnia,ſepeliri & corrumpi, & tunc perduntur delectationes corporis & ſolatia , quia nec uxor nec filia uellent ire uobiſcum , ideo neceſſarium eſt inflammare ſe, & deſiderare bona ſpiritualia & eſſe

cum Deo

cum Deo & cum ſanctis, & ſtare cum ipſis. O qualis honor & qualis dignitas habere ſocietatem cum patriarchis & prophetis, Apoſtolis, &c. Item de diuitijs. Nunquid aliquis in hoc mundo quantumcunque diues habuit quicquid uoluit? profecto non. Et in paradiſo quilibet habet quicquid uult & deſiderat, & ſunt immortales, impaſsibiles, &c. De his bonis ergo homo debet ſe inflammare, & non de bonis huius mundi. Hoc fit per uerbum Dei quod inflammat cor. Authoritas. Nunquid non uerba mea ſunt quaſi ignis ardens dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petram? Hiere. xxiij. Verba Dei ſunt quaſi ignis ardens. hoc ad oculum poteſtis uidere, quia multi ueniũt ad ſermonem frigidi, qui audiendo ſermonem calefiunt. Frigidus eſt ſuperbus, ſed calefit quando humiliatur. Idem de alijs peccatis. In uerbo enim predicationis calefiunt, & ille qui predicat ſufflat & incendit ignem, & gentes calefiunt. Vnus recedit ita calefactus & inflammatus ut uiuat caſte, alius remittendo iniurias inimicis, alius ſatisfaciẽdo. Ideo Chriſtus Luc. xij. Ignem ueni mittere in terram, ſcilicet amoris & charitatis, quia gentes erant frigide ualde & congelate, & non curabant de bonis paradiſi, ſed de bonis huius mundi. Dicit ſecundo, & quaſi malleus conterens petram. Sicut enim uerbum Dei dicitur ignis, quia inflammat cor in Dei amore, ita dicitur malleus conterens petram duram cordis in amore proximi. multi habent cor lapideum dicendo nõ parcerem inimicis, ſed malleo uerbi Dei frangitur cor, & faciunt pacem pro amore Dei & non hominum in ſaluatione animarum. De illo autem qui non uult remittere dicitur Iob. xlj. Cor eius indurabitur tanquam lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris intus. Tertia uirtus uerbi Dei eſt quod purificat, de infectione de culpis criminalibus, quia uerbum Dei quando deuote auditur, totam animam purificat, intellectum, memoriam, & uoluntatem. Nota hoc exemplum in uitis patrum de quodam homine qui ex deuotione iuit ad uiſitandum unum ſanctum eremitam, querens ab eo regulam & modum bene uiuendi, ut poſsit ſaluare animam ſuam cum eſſet rudis & ignorans quid deberet facere. Reſpondit eremita, Audias ſermones euangelicales non queſtionales. Et ille, Libenter audio & multum delector in audiendo, ſed poſt non recordor de aliquo uerbo ſermonis. Ideo quid mihi proderunt. Tunc ſanctus homo uolens ſibi oſtendere ad oculum effectum uerbi Dei in purificando a culpis & maculis peccatorum, miſit eum ad fontem cum una ciſtella foraminibus plena, & immunda ut portaret ſibi aquam in ciſtella. Ille autem nolens ſancto homini contradicere iuit & impleuit ciſtellam, ſed quando extrahebat ipſam de fonte, ſtatim ciſtella euacuabatur, ſed fuit purificata. Qui ueniens de fonte dixit ſe aquam non poſſe portare, &c. Et eremita, quando tu iuiſti ad fontem ciſtella erat immunda. Reſpondit quod ſic, & modo eſt pulchra.

chra. Ita pari modo quando tu uadis ad sermonem uadis ad fontem. De quo Ecclesia. j. Fons sapientie uerbum Dei in excelsis Cistella immunda est conscientia & uagabunda & crapulosa, & quãdo audis sermonem impletur tota, & licet memoria nihil retineat, tamen purificatur. Ecce pulchra similitudo & confirmatur authoritate Christi dicentis, iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis, &c. Ioan. xv.

Dominica. iiij. post octa. pasche. Sermo. j.

PAter amat uos, quia uos me amastis. Habetur uerbũ istud textualiter Ioannis xvj. & officiatur in euãgelio hodierno. & si placet Deo habebim⁹ bonas doctrinas. Sed prius salutetur uirgo Maria, &c. Totum sanctum euangelium hodiernum est uerbum Christi consolatorium, quod Christus dixit Apostolis consolando eos, quia erant ualde tristes, quia Christus dixerat eis, quod in die Iouis sequenti erat ab eis, recessurus, de quo erant ualde tristes. Nec mirum, quia amore sui dimiserant patriam, bona, amicos & parentes, & quod recederet ab eis, non uisuri eum unquam in hoc mundo, ex hoc erant multum desolati. Quãdo enim amicus chare dilectus recedit ab alio amico cum quo habuit magnam familiaritatem, stando, comedendo, bibendo, dormiendo, &c. alter remanet ualde tristis & desolatus, imo etiam bestie irrationabiles si una fuerit diu cum alia in eodẽ stabulo & alia recedit, altera non poterit comedere nec quiescere, hoc naturale est. Idem de Apostolis. Authoritas. Vado ad eum qui misit me, & nemo ex uobis interrogat me quo uadis. Sed quia hec locutus sum uobis, tristitia implet cor uestrum. Ioannis xvj. Ideo Christus dedit tres magnas consolationes.

Prima de exauditione generali,
Secunda de declaratione spirituali,
Tertia de acceptione diuinali.

De tertia autem quod Deus Pater habet eos acceptos, loquitur thema dicens, Pater amat uos, quia uos me amastis. Quãtum ad primũ Christus consolando Apostolos, promisit eis eruditionem generalem de omnibus que peterent in oratione. Maxima cõsolatio debuit esse Apostolis ista promissio, ac si rex diceret militibus suis pietatis gratias, priuilegia, dona, quia ego promitto uobis dare. Bene esset magna consolatio militum. Vel si Papa diceret clericis, Sciatis petere beneficia, dignitates, episcopatus, quia ego uobis promitto, quod uobis dabo, qualis consolatio esset clericis? Quanto magis Apostoli debuerunt esse consolati, quia rex & papa indubitatus Iesus qui non potest mẽtiri, fallere, nec falli, promittebat eis quod exaudiret omnes petitiones eorum. Ista promissio consolatoria tãgitur in principio euangelij Io. xvj.

xvj. Amen amẽ dico uobis ſi quid petieritis patrẽ in nomine meo dabit uobis, ita ut gaudium ueſtrum ſit plenum. Et Mar. xj. Quecunque orantes petitis, credite, quia accipietis & eueniẽt uobis. Nota modum loquendi Chriſti in euãgelio cum dicitur, Amen amen. nunquã iurauit aliter. primum amen, Id eſt ſecure. ſecundũ amen, id eſt certe dico uobis. dando nobis exẽplum ne iuremus unquã niſi ex neceſsitate quando iudex cogit iurare, & tunc dicere ueritatẽ quicquid ſequitur, & ueritas pura debet dici, uel habemus iurare cũ magna utilitate. Aliqui iurant ſolum per aduerbia, & ita debetis oſtendere filijs ueſtris. Queſtio eſt hic, An iſta promiſsio facta ſanctis Apoſtolis per Chriſtũ extendatur ad nos. Dicunt ſancti doctores quod ſic, ſi in noſtris petitionibus ſeruemus tres cõditiones, que tres ſubtiliter tanguntur in Chriſti promiſsione predicta, quibus cõcurrentibus infallibiliter petitio exaudietur. De quibus tribus conditionibus uide ſanctum Thomam ſecunda ſecunde. q. lxxxiij. ar. vij. Et in quart. diſtin. xv. q. iiij. art. vij. q. iij.

Tres cõditiones comites petitionis apud Deum accepte.

Prima ut petamus perſeueranter,
Secunda ut petamus confidenter,
Tertia ut petamus utiliter.

Quantum ad primam, Perſeueranter petitur illud quod petitur quolibet die & multoties petitur. Iſta perſeuerantia tangitur in hoc uerbo coniunctiuo petieritis, quod ſignificat coniunctionem ſeu continuationem petitionis de una die in aliam, de una ſeptimana in aliam. ideo non dicit, Si quid petitis, ſed ſi quid petieritis, ſcilicet multoties & perſeueranter. Apoſtoli ſtatim obtinebant, ſed nos non, & hoc propter noſtrum defectum & inſtabilitatem perſeuerantie, ſed perſeueranter petendo & orando recipimus amicitiam & familiaritatem a Deo, ſicut homo cum homine uel mulier loquendo efficiuntur familiares. Alij autem incipiunt petere, & quia non ſtatim exaudiuntur, dimittũt orationem & petitionem. Male faciunt tales, quia oportet perſeuerare. Hoc declarat Chriſtus per quandam ſimilitudinem de duobus amicis. Luc. xj. Nota hiſtoriam quomodo ex defectu panis iuit ad alium dicens, Amice accommoda mihi tres panes poſtulando & pulſando ad portam eius. Qui reſpondit, Ego ſum in lecto cum pueris meis, ideo noli mihi eſſe moleſtus. Non poſſum ſurgere & dare tibi. Et ille pulſabat iterum & iterum, intantum quod ille dixit deintus, Iſte non dimittit me dormire, melius eſt ut ſurgã & dem ei. Et ita fecit. De quo dicit Chriſtus. Dico uobis. Et ſi non dabit illi, eo quod amicus eius ſit, propter importunitatem eius ſurget & dabit illi quotquot habet neceſſarios. Luc. xj. ita de nobis. Amicus noſter eſt Chriſtus qui nos chare diligit, quando nobis deficit panis, qui ſignat neceſsitates quas habemus, debemus ire ad eius portam & ibi pulſare. Porta eſt miſericordia ſua, ipſe enim qui iam eſt in lecto glorie cum filijs ſuis, ſcilicet

cet patriarchis,prophetis,apoſtolis,&c. ſi pulſatur ad eius portã oran do & ſuſpirando,ſi nõ dat tibi eo quod amicus ſit,propter importunitatem tamen,ſcilicet ex perſeuerãtia dabit tibi.Ideo dicit ipſemet,Petite ſcilicet ore,& dabitur uobis,querite,ſcilicet corde, & inuenietis, pulſate ſcilicet perſeueráter.Omnis enim qui petit accipit,& qui querit inuenit,& pulſanti aparietur.Lu.xj.Secunda conditio eſt petere cõfidenter, que tangitur ibi cum dicitur,patrem.nõ dicit Dominum nec Deum nec creatorem,imperatorem uel regem uel omnia ſimul,ſed dicit patrem.Ratio,quia de quo poteſt magis filius confidere quam de patre?Ipſe enim eſt pater noſter qui genuit nos in utero ſponſe ſue, ſcilicet eccleſie.Ideo ſecure poſſumus petere,quia qui patrẽ habet iudicẽ,ſecure uadit ad iudicium.Ideo oratio quam Chriſtus ordinauit, que eſt melior omnibus alijs,incipit,Pater noſter,&c.ut cõfidamus de eo quantum filij de patre carnali,qui totam curam imponunt patri. Si queratur a puero unde habebit aliam tunicã quando illa fuerit lacerata?Reſpondet.Pater meus dabit mihi.Idẽ de ſotularibus.Idem de quo prandebit.Ita uult Deus ut cõfidamus de eo.Sed diceret aliquis, Tunc non laborabo & expectabo neceſſaria a Deo Nõ ſic,ſed ſicut filius obedit patri & facit quod ſibi precepit.ita tu obedias Deo,& fac officiũ quod pater tuus Deus docuit te.Si es laborator uel mercator,notarius uel ſartor,&c.labora in officio tuo,& obedias patri,quia ipſe tibi prouidebit.quia nullus poteſt dare bladũ in campis,nec uinum in uineis, nec fructus in arboribus,nec pecuniã in marſupio,niſi Deus. Idem de clericis & religioſis,faciãt officium ſuũ diligenter, quia nõ deficiẽt eis indumẽta,nec eſce,quia pater prouidebit.Sed modo plus confidimus de uno infideli Iudeo quã de Deo patre noſtro.Si enim Iudeus cũ inſtrumento publico promiſit uobis centũ florenos dare quolibet anno dicitis uos,O bene eſt mihi,pluat uel nõ ſecurus ſum ego,& nõ confiditis de Deo qui uobis promiſit & uoluntarie ſe obligauit ad dandum uobis,non ſolũ centum florenos,ſed omnia neceſſaria.Inſtrumentum receperunt quatuor notarij maiores,ſcilicet quatuor euãgeliſte. Ecce clauſula,Petite & dabitur,querite & inuenietis. Omnis enim qui petit accipit,& qui querit inuenit.Luc.xj.Et nõ confiditis cum tanto inſtrumento.Dicatis uos uſurarij quare cõgregatis tot pecunias,&c. Nunquid promiſit uobis Deus prouidere? Reſpondebit ponendo ciſtam plenam de bonis florenis,de hoc cõfido ego.Idem ſi dicatur clerico, O quare facitis tot inconuenientia uendendo ſacramenta, negociando,mutuando,&c. faciatis bene officium ueſtrum, quia Deus prouidebit.Beatus qui tenebit uitam ſuam taliter quod non faciat tales excuſationes in peccatis . Idem de religioſis. Si dicitur, O quare congregatis pecunias, &c. Reſpondet, O quia ordo non prouidet bene, nec dat neceſſaria, &c. faciatis officium ueſtrum diligenter,

& ſer-

& seruetis regulam, quia citius permittet Deus celū cadere quā quod uobis deficiat. Confidamus ergo de Deo patre nostro. De hac confidentia dicit Ioānes, Charissimi si cor nostrum non reprehēderit nos, fiduciam habemus ad Deum, ut quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus. ecce ratio. Prima canonica Iohannis iij. Nota. Si cor nostrum non reprehenderit nos, scilicet de aliquo peccato. Quando uultis petere aliquam gratiam, primo uideatis si cor uestrum reprehēdit uos, quia si in peccato estis, non essetis filij, sed inimici Dei. Inimicus autem nō debet confidere de inimico quod det sibi necessaria, sed aduersa. ideo quando tempore siccitatis, mortalitatum uel alterius incommoditatis, fiunt processiones, petunt homines, sed multoties non recipiunt, quia dimittunt illud quod est principale, scilicet confessionem & correctiones peccatorum publicorum, ideo dicit Scriptura, Petitis & non accipietis, eo quod male petatis. Iacobi iij. Quandiu enim ferrum est in uulnere, seu in corpore nihil ualebit medicina. Ita quandiu ferrum peccati est in homine, nihil ualet medicina processionum, &c. Ecce quare dicit si cor nostrum, &c. Tertia conditio est petere utiliter & salubriter, quod tangitur ibi, in nomine meo. Nomen Christi est Iesus, quod idem est quod salus uel saluatio. Petimus enim in nomine Iesu, quando petimus salutem uel que pertinent ad salutem uel ad saluationem. Quia multoties petimus perseueranter & confidenter & non utiliter, & ideo non obtinemus. Talia potest petere filius a patre que non obtineret. Si enim filius egrotus de magna febre petit a patre uinum uel fructus, uel alia sibi contraria & nociua, pater nullo modo dabit sibi quantumcunque petat & ploret, quia pater scit quod esset sibi mors, licet hoc filius ignoret, ita de nobis multi multa petunt, & Deus scit quod non esset sibi utile, ideo non dat. Verbi gratia, Multi infirmi in mundo sunt qui petunt a Deo sanitatem quam ipse non uult dare. Ratio est, quia cum ipsi sunt infirmi, sunt humiles, orant, non curāt de peccatis. Qui si essent sani, essent superbi, non curarent de Deo, darēt se peccatis. Idem de multis ignorantibus qui petunt scientiam & non obtinent, quia Deus scit quod si haberent essent superbi, quia scientia inflat. j. Corin. viij. Statim despicerēt alios & uellent magistrari uel episcopari & damnarentur. Alij petunt diuitias, aliqui officia & beneficia & dignitates dicentes, O quot bona facerem si hoc haberem, & non obtinent, quia Deus scit quod statim acciperent bonam mulierem & unam concubinam. Sed dat meliora, sicut pater non dat filio egroto uinum quod petit, quia sibi noceret, sed dat sibi melius, scilicet restauratiuum, &c. Dicatur exemplum de beato Paulo qui habebat grauem infirmitatem in latere, scilicet punctiones, qui aliquoties non poterat per multos dies celebrare, nec predicare, & curabat omnes infirmitates, suscitabat mortuos,

tuos,& ſeipſum nõ poterat curare,imo quando dicebat Ieſus Ieſus Ieſus,infirmitas augmentabatur.Bene debebat admirari,& poterat dicere,quomodo portabunt mihi infirmos ad curandum,ſi no poſſum curare meipſum?De hoc dicit ipſemet, Ne magnitudo reuelationum extollat me,datus eſt mihi ſtimulus carnis mee , angelus ſatane qui me colaphizet.Propter quod ter dominum rogaui ut diſcederet a me , & dixit mihi,Sufficit tibi gratia mea.Nam uirtus in infirmitate perficitur. ij.Corint.xij.Illa enim infirmitas erat quaſi frenum quo humiliabatur. de qua infirmitate dicit Beda.Si apoſtolus hac caruiſſet, ſaluus eſſe nõ poſſet.Neceſſarium eſt ergo quod petamus in nomine Ieſu, ſcilicet utiliter,& tunc ſine dubio obtinebimus.Authoritas.Quodcunque,nota utiliter,petieritis patrem in nomine meo,hoc faciam.Ioannis xiiij. Quantum ad ſecundam conſolationem , Chriſtus promiſit apoſtolis declarationem ſcripture tam ueteris quam noui teſtamenti & claram notitiam.O qualis conſolatio eſſet ruſtico ignoranti ſi promitteretur ſibi , Cras uos ſcietis tantum quantum unus magiſter in theologia uel quantum Auguſt.ſciuit.Maior fuit iſta Chriſti promiſsio quando dixit apoſtolis in ſecunda parte euangelij,hec ſcilicet ſecreta fidei in prouerbiis,id eſt ſignis & figuris locutus ſum uobis,ſcilicet in ueteri teſtamẽto.Venit hora,ſcilicet noui teſtamenti , cum iam nõ in prouerbiis loquar uobis. Sed palam de patre meo annuntiabo uobis. Dicatur ſi expediat quomodo omnia ſecreta & uirtutes fidei Chriſtiane fuerunt figurate & ſignificate in ueteri teſtamento ſecreto modo.Ratio, quia ille populus erat rudis & dure ceruicis & non poterat ſpiritualia intelligere.Primo fuit ibi ſignum trinitatis in principio biblie quando dixit Moyſes Gene,j.In principio creauit Deus celum & terram. Iudei habent eloim,id eſt dij.in plurali,non dicit clare,ſed in prouerbiis . Item Gene.j.Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & preſit piſcibus maris & uolatilibus celi & beſtiis uniuerſeque terre omnique reptili quod mouetur in terra.Et creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam.Ad imaginem Dei creauit illum,maſculum & feminam creauit eos,Benedixitque illis Deus,& ait, Creſcite & multiplicamini & replete terram,& ſubiicite eam & dominamini, &c.Item Deuter.vj.Audi Iſrael Dominus Deus tuus unus eſt. Vbi ponuntur tria nomina trinitatem perſonarum ſignificantia . Hec in prouerbiis locutus ſum uobis.Secundo ſecretum incarnationis, ſcilicet ꝙ debebat aſſumere naturam humanam & eſſe Deus & homo,ut habetur Gene. xvij. Quando Deus dixit Abrahe , Ego Dominus omnipotens.Ambula coram me & eſto perfectus. Ponamque fedus meum inter me & te,ſcilicet pactum circunciſionis.Eſaie xlviij . Audi me Iacob & Iſrael , quem ego uoco . Ego ipſe , ego primus & ego nouiſsimus. Quod Deus ſit primus clarum eſt,ſed quod ſit nouiſsimus hec eſt dif-

ficultas. In principio mundi in prima die fecit Deus lumen. In ſecunda firmamentum. In tertia planetas. In quarta ſolem. In quinta piſces & animalia. Vltima de fecit hominem qui ultimo fuit formatus. Hec in p̃uerbiis locutus ſum uobis. Et ſic de aliis ſecretis fidei. Sed uenit hora, &c. Iſtam promiſsionem compleuit Chriſtus tripliciter. Primo poſt reſurrectionem quando apparuit eis dicens, Neceſſe eſt impleri omnia que ſcripta ſunt in lege Moyſi & prophetis & pſalmis de me. Tũc aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas. Luc. xxiiij. Secundo poſt aſcenſionem quando miſit eis Spiritum ſanctum qui illos illuminauit ſecundum quod eis promiſerat dicens, Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modo. Cum autem uenerit ille ſpiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem. Io. xvj. Tertio poſt mortem Apoſtolorum quando intrauerunt paradiſum, uiderunt omnia clare facie ad faciem. Queritur an iſta p̃miſsio extẽdatur ad nos. Dico quod ſic, ſi tenemus bonam uitam. Iam enim in hoc mundo exiſtẽtes ſcimus ſecreta fidei per fidem claram, & in paradiſo uidebimus manifeſte. quando anima intrat paradiſum Deus oſtendit ſibi unum librum in quo ſolum ſunt due charte, & ſubito anima eſt ita illuminata quod ſcit plus q̃ ſciuerunt in hoc mundo philoſophi uel doctores ut Auguſt. Hiero. Bernar. Iſte eſt liber uite. ſ. Ieſus habens duas chartas. ſ. diuinitatis & humanitatis. Laboremus ergo ut in ſcholam paradiſi poſsimus intrare ubi ſola uiſione illius libri erimus optimi magiſtri. Sed oportet iam in hoc mundo cõtinuare ſcholam Dei que eſt eccleſia adminus in dominicis diebus, & ibi audire cum ſilentio lectionẽ miſſe & ſermonem, alias uapulabimus a magiſtro per aduerſitates ſiccitatum, mortalitatum & huiuſmodi. Quantũ ad tertiã p̃miſsionem de acceptione diuinali oſtendit eis quomodo erant accepti & dilecti per Deum patrem, quando dixit eis, Pater amat uos, quia uos me amaſtis. O qualis conſolatio, ac ſi miles qui uenit de rege diceret alicui ueſtrum, cexte rex amat uos, qualis cõſolatio eſſet uobis? Maior cõſolatio fuit apoſtolorũ quando Chriſtus dixit eis, Pater amat uos. Moraliter ſi uolumus amari a deo patre, diligamus Chriſtũ, quia patres multum amant dilectores filiorũ. Si dicatur qualiter eſt amãdus Chriſtus. Dico q̃ ſuper omnia. Vos poteſtis diligere uxorẽ, filios & filias, ſed plus Chriſtũ. In lãpade cordis humani amor Chriſti debet natare ſuper oẽs alios amores tam corporales quã ſpirituales. Autho. Chriſti. Qui amat patrẽ aut matrem plus quam me nõ eſt me dignus, & qui amat filiũ aut filiã ſuper me nõ eſt me dignus. Mat. x. Si ego quererẽ modo a uobis an diligitis Chriſtum ſuper omnia. Ita Domine reſpõderet quilibet, ſed multa mendacia dicuntur. dicit Greg. probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Ponatur caſus q̃ filius ueſter ſit infirmus & dicitur uobis a uicinis, uadatis ad talem diuinatorem uel cõiuratorem, & Chriſtus dixit oppoſitum quod nõ nadaris,

datis, quid facietis? si uaditis ad diuinum, patet quod plus amatis filiū. Si uero amore Christi nō uultis ire dicendo, Ego diligo filium meum, sed magis diligo Christum qui dicit quod nō uadamus. Item si perdidistis aliquid & recurritis ad diuinum, ostenditis quod plus diligitis illam rem quam Christum. Item si amicus uester sit captus pro aliquo crimine & iudex uocat uos medio iuramento, & uos scitis factum. Si uos ut iuuetis amicū iuratis falsum, signum est quod diligitis eū plus quam Christum qui docet non iurare falsum pro toto mundo. Item si pater aut mater aut frater dicat uobis quod recipiatis uindictam de aliqua iniuria eis facta, & Christus dixit quod nullus recipiat uindictam, quid facietis uos? Ecce quomodo probatur si homo diligit Christum super omnia uel nō. Si ergo uolumus amari a Deo patre seruemus mandata Christi & amemus eum. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum. Ioan. xiiij.

Dominica. iiij. post octa. Pasche. Sermo ij.

SI quid petieritis patrē in nomine meo, dabit uobis. Ioan. xvj. Sancta mater ecclesia in his tribus diebus ante ascensionem plusquam in alio tempore prouocat Christianos ad faciendum orationem, & isti tres dies uocātur letanie & rogationes. Ratio est, quia quando Christus ascendit in celum dixit discipulis & nobis in persona discipulorū, ut petamus & oremus. Ideo in presenti uolo declarare orationem dominicam que est excellentissima oratio. Pro quo sciendum quod in omnibus orationibus & petitionibus que possunt fieri, potentior & principalior est oratio dominica. Ratio, quia si aliquis uellet impetrare officium a papa aut gratiam uel a rege, &c. haberet supplicationes ordinatas per notarios, aut doctores uel secretarios, quas presentaret pape uel regi. Si papa uel rex ordinauit supplicationem pro officio uel beneficio obtinendo, nonne dimittende sunt alie supplicationes notariorum, &c. & presentanda illa est quam papa uel rex ordinauit & dictauit? Nam magna stultitia esset dimittere illam pro aliis, &c. sic est in proposito, plures orationes facimus & supplicationes ad Deum pro beneficiis obtinendis. Item alique orationes sunt & bone sunt que fuerunt ordinate per sanctas personas & deuotas, sicut per Gregorium, Augustinum, &c. Item alia oratio est ordinata per ecclesiam uniuersalem. Orationes que sunt in missa sunt ualentiores quam alie. Alie sunt ordinate per creaturā immortalē, sicut Aue Maria per Gabrielem archangelū, & ille sunt adhuc meliores. Sed oratio ordinata per uerū papam & regē dominum dominantiū, scilicet Iesum Christū, uidelicet oratio uel supplicatio que est Pater noster, est Deo magis acceptabilis & nobis magis meritoria & utilis quam omnes alie orationes. Ideo est magna stultitia aliquorum qui dimittunt dominicā orationē & accipi-

unt alias orationes ordinatas per creaturas, quia illi qui ſciunt orationem iſtam & deuote orauerint eam, conſequuntur ea que petunt. Authoritas. Que procedunt de labiis meis non faciam irrita. Pſal. lxxxviij. Item alibi. Omne quod locutus fuero fiet. Et hec eſt oratio. Pater noſter. Ideo dicit thema, Si quid petieritis patrem meum in nomine meo dabit uobis. Nota quomodo Chriſtꝰ ordinauit iſtam orationem, quia ut dicitur Luce xj. Dominus ſtans in oratione flexis genibus & leuatis oculis ad celum inquantum homo orabat. Dixerunt diſcipuli, Domine doce nos orare ſicut Ioannes baptiſta docuit orare diſcipulos ſuos. Reſpõdit Ieſus, Cum oratis dicite Pater noſter, &c. Quam etiam orationem Matth. vj. c. recitat. Ideo preceptum habemus ut dicamus Pater noſter, &c. In iſta oratione ſunt ſeptem petitiones. quatuor prime petunt bona, alie tres petunt elõgationem mali. Prima petitio eſt, Pater noſter qui es in celis ſanctificetur nomen tuum. Hic eſt quomodo quare dicitur Pater noſter & nõ rex noſter uel Dominus noſter. Ratio eſt, quia Pater noſter eſt nomen miſericordie, & rex & princeps nomina dominorum ſunt. Dicit prouerbium quod ſecure uenit ad iudicium qui habet patrem iudicem, ideo oratio dominicalis ſic incipit, Pater noſter, ut habeamus cõfidentiam. Cõfidentiam enim habemus quod ea que petimus habebimus. Authoritas. Si uos cum ſitis mali noſtis bona data dare filiis ueſtris, quanto magis pater ueſter de celo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. Luc. xj. Sequitur poſt, Sanctificetur nomẽ tuum, ibi eſt glorificatio diuinalis, ſcilicet ut nomen Dei quod eſt benedictum ab omnibus perſonis ſanctificetur & glorificetur & benedicatur, ideo petimus honorem Dei. Iſta petitio eſt cõtra peccatum blaſphemie. quia per multos nomen Dei non eſt ſanctificatum nec glorificatum, ſed blaſphemant Iudei, ſarraceni & infideles. Si blaſphemant nõ eſt mirum, quia multi falſi Chriſtiani blaſphemant, negant & compuunt, ideo petimus gratiam ut Deus auferat illam malam cõſuetudinem ab ore hominum. Doctrina eſt ſacre ſcripture ut legitur quod Dauid habebat plures filios, & de mane quando exibat de camera, filij ſui & filie faciebant ſibi magnam reuerentiam. Vnde Dauid dicebat illis, Laudate pueri dominum, laudare nomen domini, in pſalmis. Et ſic docebat filios ſuos laudare dominum. Et ipſi dicebant, Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc & uſque in ſeculum. Hoc oſtendendum eſt in pſperitatibus & aduerſitatibus, &c. ut Iob dicebat, Dominus dedit, ſcilicet in proſperitatibus, Dominus abſtulit, ſcilicet in aduerſitatibus, ſicut domino placuit ita factum eſt, ſit nomen domini benedictũ. Iob. j. Et ſic ſimiliter uos debetis facere. ſ. docere filios ueſtros ne Deũ blaſphemẽt, ſed ut benedicant & laudent, quia nõ eſt nomen domini blaſphemandũ, imo etiam nec in uanum eſt nomen domini aſſumendum. Authoritas. Nõ aſſumes nomen domini Dei tui in uanum. Exo. xx. nõ dicit

Exponitur dominica oratio.

dicit in falsum, sed in uanum. Nã assumere nomen domini falsε est maximum peccatum, sed assumere nomen domini in uanum est peccatũ. Verbi gratia, si ego dicerem ꝙ cappa mea nigra, esset alba, dicẽdo per Deum est alba, hoc est magnũ peccatũ, quia est falsum, Sed si iuretur ꝑ Deum sic est, & est uerũ quod dicitur, peccatũ est, quia nõ est ibi utilitas nec necessitas. Quidã tamen quando reprehẽduntur de iuratione, dicunt ꝙ iurant in ueritate, sed hoc est sine causa, ideo peccant. Quando autem quis ꝑducitur in testẽ, tunc habet iurare per Deum uel sanctos & dicere ueritatẽ, & secundum hoc est necessitas & tunc nõ peccat, ideo cogitate quantum sit peccatũ iurare per Deũ in uanum & sine causa eum in testem ꝑducere. Sed fortius & diligentius pensandum est, ꝙ maius peccatum est iurare fraudulenter aut blasphemare aut iurare enormiter. Renegare est iurare infideliter, ideo Christus sciens omnia & ꝙ Christiani sunt in istis blasphemiis, ostendit nobis primam petitionem dicens, Pater noster qui es in celis sanctificetur nomẽ tuũ. Propter hoc erunt domini temporales, & rectores uillarum cõdemnati, quia nõ corrigunt blasphemantes. Prophetia. Dominatores populi mei inique agunt, & iugiter tota die nomen meum blasphematur. Esa. lij. Rex Francie sanctus Ludouicus bene corrigebat istos blasphemos. Nam fecit ordinationem in suo regno, ꝙ si quis blasphemaret aut renegaret Deũ, signaretur in lingua uel in facie cũ ferro calido, & haberet signum. Accidit in ciuitate Parisiensi ꝙ quidam magnus burgensis blasphemauit Deum, statim rex sciuit & burgensis captus fuit, & rex mãdauit ꝙ cum ferro calido ei fieret crux in facie. Qui burgensis habebat plures amicos supplicantes pro se & presentantes regi magnam pecuniam. Et rex nolens uendere iustitiam, fieri iussit punitionẽ de illo burgensi. Et dixit rex. Vellem portare signum illud ut ista mala cõsuetudo auferretur a regno meo. Not. de pena eorum extra de maledicis. c. statuimus, &. xxij. q. j. siquis per capillum. Secunda petitio est, Adueniat regnum tuum. In ista petitione petimus pro nobis saluationem celestialem, & aliud nõ petimus nisi ut regnum tuum ueniat in nobis. Secretum hic est quando petimus, Adueniat regnum tuum. Nõne melius peteremus dicendo ꝙ ueniremus ad regnum tuum, quã ueniat regnum ad nos? scitis quod quando uenit in fine, scilicet in morte hominis, & homo est impenitens, tunc ueniunt diaboli cum catena inferni in inferno facta, & quando anima exit a corpore immediate capitur anima que habet membra spiritualia fortiora quam corporalia, quia membra spiritualia anime dant uigorem membris corporis. Quia si anima retraheret se ab uno membro, non posset se mouere. Oculi non possent uidere nisi essent oculi anime, si tunc persona est in peccato mortali, capitur a diabolo & horribiliter clamat. Authoritas, Vir qui errauerit in uia doctrine, in cetu gigantium commorabitur. Prouerbiorum. xxj.

Nota hic quare diaboli uocantur gigantes,quia diabolus est maior uel potest fieri quam ciuitas.Per cõtrarium si homo fuerit penitens, tunc uenient angeli boni, & aliquando Christus & angelus portat coram eo animam penitentis,& ibi est regnum. Authoritas.Ecce aduenit dominator dominus, & regnum in manu eius & potestas & imperium. Ideo regnum celeste habet uenire ad nos priusquam nos ueniamus ad ipsum.Ideo petimus, aduenias regnum tuum, ut postea ad ipsum ueniamus.Ista petitio est cõtra peccatum auaritie,quia auarus non curat petere regnum,sed semper ad terram respicit. Si quis habet pulchram uxorem, dominium,reditus & possessiones, habet cor ad terram & non ad celum.Et de istis dicunt aliqui fatui,Si Deus non habet curam de me,nec ego de ipso. Ideo quia auarus non curat de regno celesti, sed de rebus temporalibus,ideo Deus ostendit istam petitionem,Adueniat regnum tuum,scilicet in articulo mortis. Authoritas. Querite primum regnum Dei & iustitiam eius,& hec omnia adiicientur uobis. Luc.xij.Itẽ Nolite timere pusillus grex,qa cõplacuit patri uestro uobis dare regnum.Ibidem.No.Primum,est aduerbium,id est primitus,quia continue in principio diei debemus petere regnum celeste, dicendo, Pater noster placeat uobis quod tali modo ego uiuam,ut possim facere uoluntatem uestram & in fine uenire ad regnum celeste, scilicet in die dominica,quia tunc dimissis rebus temporalibus debemus querere regnum Dei continue dicendo, Domine sancte pater, quia totam hebdomadam expendi in rebus temporalibus, ideo hodie uenio ad querendum regnum Dei.Sed magnum inconueniens est hodie in aliquibus qui dimittunt istum diem, & accipiunt contra hoc sabbatum, & hoc est opus iudaicum, quia primum opus quod faciet antichristus est quod faciet colere sabbatum, & faciet laborare in dominica die. Vnde dicunt Doctores, quod qui colunt sabbatum, debent puniri sicut infideles.Etiam uotum factum de festiuatione sabbati non debet teneri,sicut qui facit uotum quod fieret infidelis. Si quis iret ad regem pro petendo regnum suum,mirum esset si rex eum non decollaret,patitur tamen benignus rex Iesus,& uult & precipit ut queramus primũ regnum eius,ideo dicit,Nolite timere pusillus grex, &c. scilicet petere regnum. Tertia petitio est,Fiat uoluntas tua sicut in celo & in terra,ubi est conuersatio spiritualis,quia petimus ut uoluntas Dei fiat in nobis sicut facta est in celo & in terra,ubi non est creatura que non facit uoluntatem Dei nisi nos miseri homines. Quia si Deus alicui columbe mandaret sibi dare plumas, incontinenti columba sibi obediret, &c. proh dolor,quia Deus precepit nobis simplicitatem,& non accipimus nec acceptamus, sed contrarium facimus, scilicet superbiam. Item aquila que ieiunauit per quatuor uel quinque dies, si Deus preciperet sibi quod dimitteret gallum, immediate dimitteret. Sed Deus precepit usu

pit usurariis & depredatoribus ut restituant & nolunt facere, ideo Fiat uoluntas tua sicut in celo & in terra. Item si esset equus infrenatus & Deus preciperet ei ut non faceret illud opus incontinenti non iret, sed cessaret. Sed luxuriosi uadunt ad lupanar & nolunt abstinere. Idem si leo per unam septimanam ieiunaret & caperet unam capram aut aliud animal, & preciperetur ei a Deo ne comederet, uere non comederet. Et nos nolumus ieiunare ieiunia quatuor temporum, sed nos facimus contrarium in omnibus que facere debemus. Item si urso uel lupo esset facta iniuria quantacunq; magna, & Deus preciperet ei ne faceret uindictam, non sumeret uindictam, & nos facimus contrarium, ideo nos petimus in tertia petitione, Domine omnes creature faciunt uoluntatem tuam, & nos similiter facimus. & si Deus preciperet monti quod iret ultra mare, incontinenti mons iret, & non est creatura aliqua inobediens nisi homo. Authoritas. Domine rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere uoluntati tue. Hester decimotertio. Item, Tu terribilis es & quis resistet tibi inquit Psalm. nisi supple homo. ideo Christus, Non omnis qui dicit mihi, Domine domine, intrabit in regnum celorum, sed qui facit uoluntatem patris mei qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum. Matthei vij. Omnes Christiani dicunt domine domine, corde credendo & ore loquendo, sed non faciunt opere obediendo, ideo oportet dicere ter domine, & sic per obedientiam habebimus regnum celorum, ideo caueat sibi unusquisque ne uadat ad sortilegos. Item ne iuret nomen Dei in uanum. Item conetur ut colat festa, & sic de aliis. Pone practicam de decem preceptis. Ideo dicit Christus, Si uis ad uitam ingredi serua mandata. Matthei decimonono. & istud est quo ad laicos. Presbyteri habent acriorem uitam que stat in tribus. Primo quod surgant nocte ad laudandum Deum deuote & distincte dicendo horas suas, recte pronuntiando, & habendo cor ad Deum. Secundo digne celebrando missam. Tertio sancte conuersando, ut edificent subditos. Augustinus, In omnibus motibus uestris nihil fiat quod cuiusquam offendat aspectum, &c. Non sint concubinarij nec inhonesti uestibus, sed officiare debent digne & reuerenter. Religiosi autem adhuc strictiores sunt, quia ultra precepta & tria alia supradicta habent quatuor principaliter obseruare. Primo paupertatem apostolicam. Secundo castitatem. Tertio obedientiam. Nam sanctus Benedictus dicit, quod licet precipiatur impossibile religioso, non debet se excusare, sed obedire debet & tentare facere. In omnibus tamen licitis & honestis, sicut si abbas diceret monacho, transfer monasterium istud, forte per obedientiam fieret quod non posset fieri per naturam. Quarto debent religiosi seruare regulam & ceremoniam. Au-

thoritas. Hec est uia, ambulate in ea, & non declinetis, neque ad dexteram, neque ad sinistram. Esa. xxx. No. quando anima religiosi uenit ad alium mundum dicens domine domine, tunc Deus dicit, Quid petis? Autho. Dominus interrogat istum & impium. Psal. x. inquit Deus, Seruasti regulã? Respõdet, Domine, quare? quia alij nõ seruabant, & quomodo feciſti professionem tuam secundũ quod alij faciebant. Non domine, sed eam promisi uere seruare, quare, &c. Quarta petitio est. Panẽ nostrum quotidianum, &c. Ibi petitur prouisio tẽporalis. Communiter dicitur de homine prouido, bene lucratur panem suum, id est prouisionem. Authoritas, In sudore uultus tui. Gen. iij. ideo panẽ nostrũ quotidianum, &c. In his quatuor supradictis petitionibus petimus bona. Et ista quarta petitio est contra gulositatem, quia gulosi non contentantur de prouisione necessaria, sed petunt abundantiam. Ideo Christus, Attendite ne grauẽtur corda uestra crapula & ebrietate. Luc. xxj. Quinta petitio. Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus, &c. Et hec est ut mala euitemus. Doctrina theologie est quod homo ꝑ quolibet peccato mortali debet de eo septem annos penitentiam facere, sed tantum homo non requirit. Ideo purgatorium est in quo complebũtur satisfactiones. Ideo dicitur, Dimitte nobis debita nostra. Et reddit rationẽ, sicut & nos dimittimus debitoribus, &c. Si quis tibi fecerit uel dixerit iniuriam, est debitor tuus, & tu dimittis ei, pro certo tunc Deus dimittet tibi peccata tua. Ideo dimitte nobis debita, &c. Quod si non uultis dimittere debitoribus uestris, uere Deus non dimittet uobis, sed dicet, Serue nequam, omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Mat. xviij. Et ista quinta petitio est contra peccatum ire. Authoritas. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater uester celestis delicta uestra. Si autem non dimiseritis hominibus, neque pater uester dimittet uobis peccata uestra. Mat. vj. Imo omnes sancti non impetrarent indulgentiam peccati uenialis, si homo stat in malitia. Aug. in lib. de uerbis Domini, Vnusquisque talẽ indulgentiam accepturus est a Domino Deo, qualem ipse dederit proximo. Sexta petitio est, Et ne nos inducas in tentationẽ. Et hic petimus ne labamur in peccata. Nota quod Deus nullum tentat ad peccãdum. Authoritas. Nemo cum tentatur dicat quoniam a Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est. Ipse autem neminem tentat. Vnusquisque uero tentatur a sua concupiscentia abstractus & illectus. Iac. j. Sed inclinatio carnis, occasio mundi & diabolus tentant. Ideo petimus, & ne nos. Ista petitio est contra peccatum pigritie, quia ociosi semper tẽtantur. ideo dicit Hiero. Semper aliquid boni facito, ut te diabolus occupatum inueniat. Ideo beatus Bernardus ordinauit quod monachi irent ad laborem. Autho. Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.

Pena pro quolibet peccato, ex decreto theologie.

Hieronymi consilium contra ociositatem.

nem.Matth.xxvj.Septima petitio.Sed libera nos a malo amen,quia in hoc mundo ſunt multa mala, ſcilicet infirmitates, peſtilentie, guerre, fames,diuiſiones,&c.Ideo pater libera nos a malo. & iſta ultima petitio eſt multum nobis neceſſaria,quia nos ſumus prope infernū,& longe a paradiſo,quia ſunt plus quam mille diete uſque ad paradiſum qui eſt celum empyreum,ideo longe ſumus a celo, ſed ſumus prope infernum,quia nos ſumus in terra,& infernus eſt in medio terre, & de illo ueniunt mala.Authoritas.Repleta eſt malis anima mea,& uita mea inferno appropinquabit.Pſal.lxxxvij.Ideo petimus,Sed libera nos a malo,& modo omnes debemus rogare Dominum, ut Deus det ſemper & teneat unionem eccleſie,quia quando concilium erat in Conſtantia,erant mille millia demonum repugnantium unioni eccleſie. Ideo orandum eſt,ſed libera nos a malo,& ut Deus det pacem in patria, qa ſunt multa mala que occurrunt & eueniunt uobis laborantibus, diuitibus mercatoribus,& militibus,& de iſtis malis petimus liberationem. Ideo faciamus penitentiam.Authori. Qui diligitis Dominum, odite malum,cuſtodit Dominus animas ſanctorum ſuorum,de manu peccatorum liberabit eos.Pſal.xcvj.Ideo dicit thema, Si quid petieritis patrem in nomine meo,dabit uobis.Quod uobis concedat.

Feria ij.in Rogationibus. Sermo j.

KYrie eleiſon, Chriſte eleiſon,Kyrie eleiſon. Non poſſumus aſsignare librum nec capitulum ubi hec uerba ſcripta ſint,tamen frequenter cantantur in eccleſia, & ſpecialiter iſtis diebus rogationum. Et ſunt tante authoritatis,quod beatus Gregorius ordinauit cantari in miſſa, quia eſt uerbum multum approbatum propter illud quod figurat. Et ideo ad intellectum uerborum eſt ſciendum quod melius conſilium quod homo poſsit habere quando offendit dominum ſuum,eſt quod ſe humiliet & petat ueniam ab eo,Ratio eſt quia non poſſet contra fortiſsimum reſiſtere nec per ſuas cautelas euadere.Ideo non eſt aliud remedium,niſi quod ſe eius miſericordie committat. Hoc nobis oſtenditur in brutis.Legitur de proprietate leonis, quod quamuis ſit multum fortis & aſtutus & malitioſus, quando capitur, ſtatim humiliat ſe quaſi miſericordiam petendo.Si hec probatio non ſit ſufficiens, habetur figura.ij.Regum xxiiij.de Dauid qui multum offenderat Deum, qui iratus uoluit eum grauiter punire, & miſit ad eum Gad prophetam dicentem,Dauid tibi datur optio, elige tibi unum quod uolueris ex his tribus.Aut ſeptem annis ueniet fames in terra tua, aut tribus menſibus fugies aduerſarios tuos & ipſi te perſequentur, aut tribus diebus erit peſtilentia in terra tua. Reſpondit Dauid, Coartor nimis undique,ſed melius eſt mihi incidere in manus Domini, multe enim ſunt miſericordie eius, quam incidere in manus hominum. Iſte uidit

quod non poterat resistere potentie Dei, nec abscondere se eius sapientie. Vnde dicit, Quo ibo a spiritu tuo, & quo, &c. Ideo se submisit sue misericordie. Sic si persona cadit in peccato mortali, aut cadit in magnam offensam Dei per fragilitatem, & sic offendit patrem cui attribuitur potentia, uel per ignorantiam, & sic offendit filium cui attribuitur sapientia, uel per malam uoluntatē, & sic offendit spiritum sanctum cui attribuitur bonitas. Ista tria, scilicet posse & scire & uelle, sunt in qualibet persona, in diuinis tamen patri attribuitur posse, filio scire, spiritui sancto uelle, secundum aliquas proprietates, de quibus loqui esset ualde longum & extra propositum. Sed hoc est dictum quod quicunque peccat contra istas tres proprietates, est dignus illas pestilentias habere que fuerunt promisse Dauid. Verbi gratia, Si homo peccat per non posse, sibi debetur fames & sitis. Ratio, quia anima est talis conditionis, semper uellet orare & Deo se humiliare, sed corpus semper optat in deliciis esse. Ita anima uellet ieiunare, & corpus in deliciis esse, anima uellet in bonis operibus se exercere, & corpus uult semper quiescere, unde dicit corpus quod hoc non posset facere. Pone in practica, & sic peccat per non posse. Ideo talis meretur habere famem in alio seculo. Sed illi peccant per non scire, qui quando nolunt aliquid boni facere, dicunt quod nescirent recipere modum addiscendi Credo in Deum, contra quos mittit Deus persecutionem, sed alij sunt qui peccant per certam malitiam, sicut sunt concubinarij, falli mercatores. Ex quo fit peccatum Deum offendimus, & non fugere possumus, nec scimus resistere quin puniat nos sic per suam potentiam & suam sapientiam. Vnde bonum consilium est quod faciamus sicut Dauid, scilicet quod reddamus nos omnino sue misericordie, & petamus ut misereatur nostri. Quia si uellemus contradicere, essemus fatui, ubi nullum est remedium, quia potentissimus est, si astutia uellemus euadere, sicut aliquando aduocati qui subtiles sunt per suam astutiam euadunt & euitant iudicium humanum, non possemus, quia sapientissimus est. Et ideo ecclesia ordinauit quod isto tempore quo facilitet in peccatum labimur, ne illa tria ad nos ueniant, dicamus letaniam & rogationes in quibus misericordia Dei inuocatur. quasi diceremus illud ij. Paralip. xx. In nobis quidem non est tanta fortitudo ut possimus huic multitudini resistere. Sequitur, Sed cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Et primo inuocatur pater, secundo filius, tertio spiritus sanctus, quarto uirgo Maria. Et consueuit ibi cantari principaliter in principio uerbum assumptum, uidelicet Kyrie eleison. Vbi implo ramus Dei misericordiam contra tres modos peccandi. Primo contra nostram impotentiam inuocamus patrem ut misereatur nostri per suum posse. Secundo contra nostram ignorantiam inuocamus filium

ut no

ut nostri misereatur per suum scire. Tertio contra nostram malitiã inuocamus spiritum sanctum, ut misereatur nostri per suũ uelle. Propter primũ dicimus Kyrie eleison. Propter secundũ dicimus Christe eleison. Propter tertiũ dicimus Kyrie eleison. Circa primũ dico, ꝙ inuocamus misericordiã Dei, scilicet patris cõtra nostrũ nõ posse, quod maxime manifestabitur in hoc quod dicit infra, Pater de celis Deus miserere nobis. Vbi allegamus tres rationes quare debet misereri, prima quia pater, secunda quia de celis, tertia quia Deus. Primũ cãtamus Kyrie eleison. secundũ Kyrie eleison. tertiũ Kyrie eleison implorãdo auxiliũ Dei quicquid sit in aliis diebus tamen spiritualiter modo, & hoc rationabiliter. Vos enim uidetis ꝙ qui uult eleemosynã petere a diuite, obseruat locũ & tẽpus in quo tenet bursam apertã, & habet manus plenas pecunia. tunc instãter petit & nõ expectat quod reponat pecunias in bursa, quia tunc nõ reciperet. Sic in uita presenti est tẽpus petendi Dei misericordiã, quia modo bursa est aperta. Ideo qui modo petit, accipit. Vnde, Tu exurgẽs misereberis Sion, quia temp. &c. Dauid in Psal. cj. Sed post in alia uita nõ erit tempus misericordie, sed iustitie. tunc enim fiet iustitia sine misericordia. Quod tamẽ etiã debite intelligẽdũ est, quia tunc manifestius apparebit iustitia quam misericordia. Exemplum habemus in diuite epulone, quia postquã bursa fuit clausa, petiit eleemosynã di. Pater Abrahã miserere mei. Lu. xvj. Dic historiã si uis, & tamen nũquã potuit obtinere nec obtinebit. Ista bursa maxime fuit aperta in die ueneris sancta cum latus Christi lancea fuit apertũ, & exinde fluxit sanguis & aqua, & omnia sacramẽta que sunt misericordie cõtentiua trahuntur de ista bursa, & ideo ad talẽ bursam recurramus tempore presentis uite dum est aperta, & nõ expectemus quod sit clausa, quia tunc nihil obtineremus. Vnde tunc persona priuilegiata, ut clericus qui habet respondere in curia ecclesiastica, que communiter est misericors aut debet esse, reputaretur bene fatuus si renuntiaret priuilegio suo & uellet sententiare iudicem secularem qui condemnaret eum ad mortem. Christus rex regum qui est pontifex noster apud patrem secundum Apostolum duplicem habet curiã, scilicet presentẽ que est misericordie, & iudicij finalis in qua fiet mera iustitia. Igitur qui nũc indiget misericordia, fatuus est si renũtiet & nõ uelit eã recipere in hac uita, modo enim datur ꝑ modica & tẽporali penitẽtia. alias habebit iustitiã strictã & mortẽ eternam. Vnde, Qui abscõdit scelera sua nõ dirigetur, q autẽ cõfitetur & reliquerit ea, misericordiã cõsequẽt. Prouer. xxviij. Circa secũdũ dico, ꝙ inuocamus Dei misericordiã, scilicet filij Dei Iesu Christi cõtra nostrã ignorãtiã, ut ipse misereatur nostri per suã sapientiã. Hoc maxime infra exponitur quãdo dicitur, Fili redemptor mundi Deus miserere nobis. Et allegamus tres rationes propter quas debet nos exaudire & nobis misereri. Prima quia frater noster,

noſter, ſecunda quia redemptor, tertia quia Deus. Ideo oportet nos exaudire & nobis miſereri. Ideo in miſſa ter dicimus Chriſte eleyſon. Et licet filius ſit eiuſdem ſubſtantie cum patre & ſpiritu ſancto, tamen in eo incarnato ſunt due nature, ſcilicet diuina & humana. Ideo quodammodo & aliqualiter diuiſim inuocatur. Primo enim dicitur Chriſte audi nos, & poſt hoc dicitur Pater de celis Deus, miſerere nobis. Quo dicto ſubiungitur, Fili redemptor mundi. Non ſic de patre & ſpirituſancto, fili redemptor mundi, &c. quia non diuerſificatur in eis natura. Si igitur quis peccauit contra filium ex ignorantia, petat miſericordiam ſicut Dauid, Miſerere mei Deus. Et licet miſericordia patris & ſpirituſſancti magna ſit, imo & eadem eſt miſericordia patris & filij & ſpirituſſancti, miſericordia tamen filij apparuit maxima. Ratio. Vna chorda poteſt dici magna quando longe attingit, maxima ſi ſit ita fortis quod rem magnam, & ponderoſam poſsit trahere de profundo. Vnde miſericordia nihil aliud eſt niſi miſerorum chorda. Miſericordia Ieſu Chriſti fuit talis, quod tranſmiſſa captiuis in profundiſsimo carcere exiſtentibus eos eduxit. Fecit enim Chriſtus ſicut facere ſolent Domini temporales, qui feſtum facientes compatiuntur captiuis & eos educunt de carcere ſubmittendo chordam ad profundum carceris cui miſeri adherent, & ſic trahendo chordam ad ſe captiuos educunt & liberantur. Sic legitur de Ierem, quem rex de carcere uoluit trahere, & ne duritia eum grauaret conſuluit ut pannos ueteres & putridos poneret ſub ſe inter manus & chordam, &c. Dicit textus Ierem. xxxviij. Extraxerunt Ieremiam funibus & eduxerunt eum de lacu. Sic filius Dei incarnatus eſt funiculus triplex, qui vt dicitur Eccleſiaſt. iiij. difficile rumpitur. Quia in Chriſto tres ſunt ſubſtantie, ſcilicet diuinitas, anima & caro. Hunc Deus pater ſubmiſit in hunc mundum ad educendum nos de carcere peccati, in quo propter peccatum primorum parentum fueramus per quinque millia annorum uel circiter. Vbi cõſidero humiliatam diuinitatem que debet trahere ſuperbos. Vnde Auguſt. Humiliatur Deus, tumeſcit uermiculus. Mundiſsima anima Chriſti que debet trahere luxurioſos. Et corpus pauperrimum quod debet trahere cupidos & auaros. Et qui uolunt carcerem peccati exire, debent huic chorde miſericordie adherere cum deuotione, corde, ore, & opere, ipſum inuocando & dicendo, Fili redemptor mundi Deus miſerere nobis. Hec eſt chorda miſericordie de qua Ozee. xj. In funiculis Adam, id eſt Ieſu Chriſti traham eos in funiculis charitatis. Sed bene aduertendum eſt quomodo quidam indeuoti huic chorde non adherent nec curant eam inuocare, quia uidetur eis nimis dura & ledit eos, quia dura eſt ſuperbis humilitas, luxurioſis caſtitas, auaris liberalitas, &c. Ideo talibus conſulitur quod cum ueſtibus putridis & ueteribus, id eſt cum uita ſua antiqua & peccatis putrida, peccatis rememoratis

ratis cum contritione & displicentia, peccata sua ponāt de quibus dolent, tunc tales cum deuotione hanc inuocabunt misericordiam & faciliter obtinebunt. Greg. ij. lib. moral. Ille Deo ueram orationem exhibet qui semetipsum quasi puluis sic se humiliat, quod nihil sibi uirtutis tribuit. Cassiodorus super Psalmo, Ad Dominum cum tribularer, dicit, Dominus nescit differre quod compuncto corde senserit supplicare. Et talis sic in sua supplicatione exauditus poterit dicere, Quia misericordia tua magna est super me, eruisti animam meam, &c. Psalm. lxxxv. Circa tertium dico quod inuocamus Dei misericordiam, scilicet spiritussancti contra nostram malitiam ut nobis misereatur per suum uelle. Hoc magis exponit ecclesia di. Spiritussancte Deus miserere nobis. Vbi ponit tres rationes propter quas debet nobis misereri. Primo quia dat se sine uiolentia, quia spiritus. Secundo, quia dat se sine precio, quia sanctus. Tertio quia dat se simul & omnia, quia Deus. Huius rei gratia ter cātamus Kyrie eleison, quia cum magna fiducia propter illa tria petimus misericordiam. Ratio, quia quilibet faciliter trahitur ad illud ad quod naturaliter inclinatur. Ideo spiritussanctus miseris peccatoribus propiciatur, cui bonitas attribuitur. Est enim amor patris ad filium, cui proprium est misereri. Authoritas. ad Ephesij. Deus cui diues est in misericordia propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, cū essemus mortui peccatis, uiuificauit nos. Videmus quod Domini temporales suis subditis qui alias rebellauerunt, ad seruitium suum reuertētibus sunt misericordes & pij, ut eos magis alliciant, &c. Sic legitur fecisse Dauid, qui cuidam prostrato & cognoscenti peccatum suum & misericordiam postulanti, benigne locutus est. Similiter ceteris reuertentibus qui eum fuerant persecuti. ij. Reg. xiij. de Absalone. Sic Deus peccatoribus qui multipliciter cum offenderunt reuertētibus ac misericordiam postulantibus ut benignus interponit benignitatem spiritussancti cui conuenit peccata remittere. Matth. ix. Murmurabant Pharisei dicentes, Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister uester. Respondit Dominus, Non est opus ualentibus medico, sed male habentibus. Euntes dicite quid est, Misericordiam uolo, & non sacrificium. Osee vj.

Feria ij. Rogationum. Sermo ij.

PEtite & dabitur uobis, querite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Lu. xj. Isti tres dies hodie, cras, & perendi dicuntur letanie grece, quod idem est quod rogationes uel preces letanie, quia hodie gentes in omni loco uadunt processionaliter cantando letanias & orando. Sed quare fit hoc, erit sermo presens. Sed primo salutetur uirgo Maria, &c. Dicit Christus nobis, Petite & dabitur, &c. Subtiliter pū ctando uerba in themate, ostenduntur tres rationes, quare istis tribus diebus

diebus fiunt iſte proceſsiones,& cantamus letanias.

Prima ratio eſt ad obtinendum proſperitatem temporalem.

Secunda ad poſsidendum ſanitatem corporalem.

Tertia ad retinendam unitatem amicabilem.

Prima ratio tangitur in prima clauſula thematis,cum dicitur,petite. Secunda cum dicitur,querite. Tertia cum dicitur,pulſate & aperietur uobis , Ecce hic ſummarie totam materiam predicandam, &c. Dico primo,&c.ad obtinendū proſperitatē temporalē,ut ſ.habeamus abundantiam bonorū temporalium , ſ.bladum in campis,uinū in uineis, & fructus in arboribus,& uelit nobis etiā conſeruare greges. Ideo facimus modo iſtas proceſsiones , & magis in iſto tempore paſchali quam in alio,duplici ratione.Prima eſt naturalis. Secūda theologicalis.Quantū ad primam,quia in iſto tempore ſol aſcendit per Zodiacum , & ſic aſcendendo trahit ad ſe uapores terre,quia terra nunc calefit, & feruet & mittit ſurſum uapores, & uapores in media regione aeris que eſt frigida,quia non eſt ibi reuerberatio radiorū ſolarium ut in terra, ingroſſantur,condenſantur, & congelantur in lapides,generantur tonitrua, & fulgura, & tunc lapides cadunt & deſtruunt & deuaſtant bona terrenalia,blada,uineas,fructus,&c.Ideo eſt ordinatum a ſanctis patribus, quod in iſto tēpore maxime chriſtiani faciāt iſtas proceſsiones,& orando currāt ad Dominū qui ſuper totam naturā habet dominium, ut uelit naturā refrenare & bona terrena nobis concedere. Ecce rō naturalis quare facimus hec . Sed ut rōnē melius intelligatis,declarabo eā uobis per quandā ſimilitudinē.Erat quidā dominus diues &potēs qui habebat multos filios paruos & magnos,& hēbat unam captiuam ſeu ancillam cui cōmiſerat claues panis,uini & fructuum & oīm,intantum quod filij non poterant habere panē nec uinū nec aliquid niſi per manum eius,ſ.captiue.Que aliquādo erat ita crudelis, ꝙ nolebat dare filijs domini panē nec uinum . Filij autē neſcientes quid aliud facerent, recurrebant ad patrē ut corrigeret captiuā.Ita eſt de nobis. Dominus domus huius mūdi eſt Deus qui eā fabricauit, camere altius ſunt,nos autē ſumus in ſtabulo.De iſta dicit Baruch, O Iſrael,quā magna eſt domus Dei,& ingēs locus poſſeſsionis eius.Magnus eſt & non habet finem , ſupple in duratione. Baruch.iij.Filij eius legitimi ſunt chriſtiani. Iudei & infideles ſunt ſpurij, iō non habent hereditatē paradiſi.Videte qualē qualitatē dedit nobis Deus pater ut filij Dei nominemur , & ſimus.j.Io.iij. Captiua ſiue ancilla cui Deus cōmiſit claues panis & uini & aliorū,eſt natura.Per manus eius oportet nos habere panē & omnia bona terrena, quia ita ordinauit pater noſter Deus,que aliquoties eſt crudelis nimis filiis domini.Quia quādo putam⁹ colligere bladum multū & bonū,& uinū,&c.ipſa non uult, imo aufert & amittit lapides,locuſtas,ſiccitates,&c.Propter hoc nos recurrimus ad Dominū

patrem

parem nostrum supplicantes ei & orãtes ut corrigat & refrenet captiuam, & mãdet sibi ꝙ det panẽ, uinum & alia necessaria nobis. Ecce ratione quare fiũt iste letanie & processiones. Autho. Domine Deus omnipotẽs in ditione tua cũcta sunt posita, & nõ est qui possit resistere uoluntati tue. Hester. xiij. Secũda rõ est theologicalis & secundũ sanctã theologiam. Ab initio postquã Deus in celo empyreo creauit sanctos angelos, Lucifer qui erat maior peccauit cõtra dominũ cum magna multitudine angelorũ. Credo quod plures sint quam sint folia arborum in mũdo, qui ex peccato facti sunt demones, quos Deus eiecit de paradiso. Et aliqui ceciderunt in infernum ad cruciandum animas damnatas, aliqui autem remanserunt circa nos ad tentandum. Sed tot manserunt in media regione aeris & in tanto numero sicut sunt atomi in radio solis. Et quid faciunt ibi? Tenent consilium contra nos, quando blada sunt colligenda, & uinum, impediunt naturam, qui possunt ex posse naturali, Deo permittente, destruere totũ orbem, & mittunt lapides, & destruunt omnia bona, ut christiani peccent contra dominum per impatientiam & blasphemias. Propter hoc modo oramus ut Dominus compescat demonum malitias. Et ista est ratio theologicalis. Sed ut melius eam intelligatis, declarabo eam per talem similitudinem. Quedam magna ciuitas semel erat in magna egestate de caristia & fama, ad quam ueniebant naues onerate per mare, & currus per terram. Latrones autem uoluerunt capere omnia illa que ciuitati ducebantur per mare & per terram. Sed quid fecerunt illi de ciuitate? hoc scientes habuerunt recursum ad regem eorum potentem ut iuuaret eos. Ita de nobis qui sumus in ciuitate huius mundi qui habet multas indigentias & necessitates, ad quam ueniunt naues onerate, scilicet possessiones, uinee, bladũ, &c. Sed latrones, scilicet demones uolunt illa capere & destruere, propter hoc nos recurrimus ad Dominũ regem nostrum petentes eius auxilium. Ideo quando apparent male nubes & tonitrua, pulsantur cãpane, & cruces extrahuntur, & gentes orant Dominum genibus flexis. campane sunt tube que sonitu suo terrent inimicos. Crux Christi eius uexillum est & imago, & tunc quilibet debet orare genibus flexis. Sed que orationes sunt dicende? quia multe persone tunc faciunt multas stultitias maxime mulieres, quando uenit illud malum tẽpus faciunt sonum in caldario uel in pelui ad terrendum demones, sed ipsi nihil curãt, sicut nec equus tubicinarij terretur ad sonũ tube, quia assuefactus est. Alij cõburunt herbas fetentes, sed ipsi sunt iam assueti de inferni fetoribus. Alij ponunt alias truffas, &c. stultitie sunt. Sed orationes deuote quas facere debetis, sunt quatuor, seu in quadruplici gradu. Prima letania in qua inuocantur pater, filius, & Spiritussanctus, uirgo Maria & omnes sancti. Hoc maxime pertinet ad clericos, quia non omnes laici sciunt letaniam. Secunda oratio est, can

Quatuor preces aduersus fulgura ac tempestates.

eſt, canticum Quicunque uult ſaluus eſſe, faciendo crucem contra tẽ-peſtatem in quolibet uerſu. Probatum eſt, quod ſi deuote dicatur genibus flexis pro mala nube, uel ſpargitur uel uadit ad deſertũ locum, ne noceat, & reuertitur bonum tempus. Tertius modus eſt, dicere Credo in Deum, quod omnes tenemini ſcire, in quo ſunt duodecim articuli fidei: faciendo magnam crucem contra tempeſtatem in quolibet articulo. Quartus gradus eſt de quo nullus poteſt ſe excuſare, quando iam incipit tempeſtas, genibus flexis cum ſigno crucis contra tempeſtatem, ſic dicendo, Ieſus Ieſus Ieſus, & ſic expellũtur demones & malum tẽpus. Authoritas. Dauid in pſal. xliij. Deus auribus noſtris audiuimus. In te inimicos noſtros uentilabimus cornu, ſ. crucis que habet quatuor cornua. Et in nomine tuo, ſcilicet Ieſus ſpernemus, id eſt expellemus inſurgentes in nobis, ſupple demones. Iſte ſunt orationes quas debemus facere Deo petentes auxilium eius. Ideo dicit Petite, ſcilicet ubertatem & dabitur uobis. Amen dico uobis, ſi quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis. Ioan. xvj. Dico ſecundo, &c. ad poſſidendum ſanitatem corporalem. Communiter in iſto tẽpore ueniũt infirmitates & mortalitates, & incipiũt duplici ratione. Prima eſt naturalis. Secunda eſt theologicalis. Quantum ad primam, quia exaſcenſu ſolis modo humores multiplicantur, & arbores emittunt flores, & fructus, uolucres uolunt generare, & ideo querunt uxores proprias, ſed aliqui homines ſunt deteriores beſtiis, ſcilicet qui uadunt ad alienas, &c. Ideo modo ſunt maiores tempeſtates quam alio tempore anni, quia gentes neſciunt facere penitentiam nec abſtinentiam. Ideo ueniunt infirmitates, glandule, & alie corruptiones ſanguinis. Propter hoc nos modo his tribus diebus recurrimus ad illum magnum medicum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ut cuſtodiat nos, & preſeruet ab his infirmitatibus, ipſe enim quando debuit celum aſcendere poſtquam xxxiij. annis procurauit ſalutem animarum, tunc ordinauit unum aphoriſmum ſiue receptam pro ſanitate corporis dicens. Signa autem eos qui crediderint hec ſequẽtur. In nomine meo demonia eicient, &c. Marci ultimo. Nota, qui crediderint, non dicit Apoſtoli uel ſancti fuerint, ſed loquitur generalius, qui crediderint, &c. Si ſanitas ſit utilis anime, Deus dabit. Ecce naturalis ratio quare facimus iſtas proceſsiones. Secunda ratio eſt theologicalis. Nos in quadrageſima recipimus a Deo multas gratias, quia nobis penitentibus dimiſit peccata, & ſeipſum nobis communicauit in Paſcha. Nos uero in iſto tempore ſumus ingrati redeundo ad peccata & ad malam uitam, & enormiter expellimus ipsũ. Iſta eſt ratio theologicalis quare modo ueniũt mortalitates. Sed ut melius intelligatis, declarabo per talem ſimilitudinem. Quidam magnus rex iuit ad uenandum ad quoddam nemus, qui in nocte inueniens ſe ſolum declinauit ad quoddam caſtrum ſuum

pulſans

pulſans ad ianuam ut reciperetur ibi ad manendum. Qui dixerunt ſibi, Licet ſitis rex & ita credimus, tamen non intrabitis huc, quia non eſt decenter paratum pro uobis. Et rex, Non curetis, ego ero contentus, aperiatis uel mando uobis, & minabatur eis, ſed ipſo preſente permittebant intrare animalia bruta. Breuiter noluerunt aperire, rex autem inde recedens iuit ad aliud caſtrum pulſans & petens ianuas caſtri ſibi aperiri. Qui permiſerunt ipſum intrare faciendo ſibi magnum feſtum dando ſibi bonam cenam, & parando bonum lectum, ſed in media nocte inimicus regis uenit ad caſtrum. Illi autem de caſtro enormiter eiecerunt regem de lecto, dicendo, quia talis qui uenerat habebat ibi dormire, & etiam eiecerunt ipſum de caſtro & dure. Rex uero inde recedens iuit ad aliam uillam ſuam pulſans & petens ingreſſum qui aperuerunt ſibi ianuam, & introduxerunt ipſum cum porcis. Modo quid merentur iſti qui talia operati ſunt in dominum ſuum? Rex autem iratus miſit gentes armorum qui illa caſtra combuſſerunt. Vtinam uos non eſtis in iſto caſu Iſte rex eſt Chriſtus. de quo Apo. xix. Rex regum & dominus dominantium, qui uenit in nemore huius mundi ad uenãdum animas, qui dicit mundo Da mihi animas, cetera tolle tibi. Geneſis xliij. Et ſingulariter iſta uenatio fit in quadrageſima, quia tunc gentes faciunt penitentiam, dolent de peccatis ſuis, confitentur, & canes, ſcilicet predicatores, tunc maxime latrant predicando. In nocte autem, id eſt in fine quadrageſime Chriſtus uenit ad caſtrum. Cogitetis quod quelibet anima ſit unum caſtrum ſeu uilla in quam uult Chriſtus intrare in die paſche. & multi dicunt, Licet ſitis rex non intrabitis, quia non ſum paratus, quia non feci pacem, nec reſtitutionem, &c. culpa eſt ueſtra, paretis uos. Sed bene permittunt intrare animalia bruta, pullos, capones, &c. Aliqui ex falſa humilitate dicunt, Domine non ſum dignus ut intres ſub tectum meum, &c. Nunquid uidetur uobis ſi eſt magnum peccatum hoc quod non permittitis intrare Chriſtum? Alij autem bene parati ſunt & recipiunt eum, ut illi de ſecundo caſtro, dando ſibi bonam cenam & bonum lectum. Sed modo expellunt ipſum turpiter, redeundo ad peccata ſuſcipientes diabolum eius inimicum. Alij autem recipiunt eum ut illi de tertia uilla quando mali & male cõfeſsi communicant ſolum ex uerecundia ut reputentur boni Chriſtiani, & collocant Chriſtum cum porcis, ſcilicet cum peccatis in eorum conſcientia, que non eſt ſine immunditia peccatorum. O dicit Deus Ego ſcio quid faciam cõtra iſtos proditores mittet gentes armorum, ſcilicet angelos, conſtellationes de ſanguine & ignem. Sanguis ſunt glandule, ignis ſunt febres. Hoc ſingulariter fuit oſtenſum tempore beati Gregorij in Roma. Chriſtiani communicabant in tempore paſchali & redibant ad peccata, & ad malam uitam. Finaliter Deus miſit gentes armorũ, quia in aere uidebantur angeli cũ armis, ſagittis, &c.

gentes ſubito moriebantur oſcitando. Ideo eſt inuentum quando quis oſcitat homo, tunc ſignat ſe ſigno crucis. Item quando ſternutabant, ſubito expirabāt, ideo inuentum eſt dicere Aue, uel Benedicat tibi Deus. propter hoc papa Gregorius ordinauit letanias, & cum hoc iſtas proceſsiones & ceſſauit illa plaga. Ecce ſecunda ratio quare fiunt proceſsiones modo. Ideo dicit ſecunda clauſula thematis, Querite, ſcilicet ſanitatem corporalem eundo in proceſsione, & inuenietis. Querite dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt. Derelinquat impius uiam ſuam, & uir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad dominum & miſerebitur eius & ad Deum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum. Eſaie. lv. Modus querendi dominum oſtenditur ibi, Dereliquat impius, ſcilicet auarus uel quolibet alio peccato peccator ut tibi placuerit. Et uir iniquus, ſcilicet uindicatiuus cogitationes ſuas, &c. Dico tertio, &c. ſcilicet ad retinendum unitatem amicabilem, ſcilicet pacem & concordiam, quia modo eſt illud tempus, de quo dicitur. ij. Regum xj. Eo tempore quo ſolent reges ad bella procedere. Ratio naturalis eſt iſta, quia ex accenſu ſanguis inflammatur & bullit, & cholera accenditur, & homines efficiuntur magis elati quam in alio tempore. Ideo modo excitatur guerra & bellum. Ideo modo magis quam in alio tempore orandum eſt pro pace & unitate. Ideo dicit tertia pars thematis, Pulſate, ſcilicet ad portam pacis, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui querit inuenit, & pulſanti aperietur. Matthei. vij. Nota, Pulſate. Iam uideris quando pauperes uadunt oſtiatim pulſant petendo eleemoſynam, & ſic obtinent eleemoſynas. Ita dicit quod faciamus nos, quod uadamus oſtiatim per illam ciuitatem paradiſi. de qua dicit Dauid. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei, ubi ſunt infinita palatia. Et primo uadamus ad palatium trinitatis pulſando & petendo eleemoſynam dicendo, Pater de celis Deus, miſerere nobis. Fili redemptor mundi Deus, miſerere nobis. Spiritus ſancte Deus, miſerere nobis. Deinde uadamus ad palatium uirginis dicendo, Sancta Maria, Sancta Dei genitrix, Sancta uirgo uirginum, ora pro nobis. Deinde uadamus ad palatium angelorum dicendo, Sancte Michael, Sancte Gabriel, Sancte Raphael, orate pro nobis. Deinde in alio uico ad palatium patriarcharum, quorum maior eſt Ioannes. Deinde ad palatium innocentum. Deinde ad palatium apoſtolorum, martyrum, confeſſorum & uirginum, &c. Non ſunt iſti ita crudeles quin faciant nobis eleemoſynam aliquam. Ecce tertia ratio quare facimus proceſsionem rogando pro pace. Ideo Dauid, Rogate que ad pacem ſunt Ieruſalem, ſcilicet Chriſtianitatis, in Pſal. cxxj.

De ead

¶ De eadem feria.
Sermo tertius.



Mnis qui petit accipit. Luc.xj. Textualiter & in euangelio hodierno officialiter. In sermone hesterno declaraui rationes quare facimus letanias. Modo uolo uobis declarare bonos modos quos debemus tenere in rogationibus ad obtinendum illa que a Deo petimus. Si placet Deo materia erit utilis & consolatoria. Sed primo salutetur uirgo Maria,&c. Verbum propositum ostendit inestimabilem liberalitatem & pietatem & magnificentiam diuinalem dicens, Omnis qui petit accipit, ut pauperes a diuitibus, Videmus tamen in hoc mundo quod multi ex necessitatibus suis petunt, ut pauperes a diuitibus & nihil obtinent. Quot sunt qui uadunt ad regem petentes officia & non obtinent? Quot clerici uadunt ad papam ad petendum beneficia & nihil obtinent, imo uani ueniunt & uani redeunt ad propria. Et Christus dicit, Omnis qui petit accipit, & qui querit inuenit,&c. Hic ergo ostenditur sua liberalitas inestimabilis & eius magnificentia super omnes alios dominos. Sed est argumentum in oppositum ex quadam authoritate beati Iacobi dicentis aliquibus qui petebant gratias a Christo, Petitis & non accipietis, eo quod male petatis. Iacob.iiij. Videtur quod iste due authoritates contradicant, Omnis qui petit, uniuersalis est. & alia, Petitis & non accipietis, est indefinita negatiua. Et nunquid in uerbis sacre scripture potest esse contradictio? Dico quod non est ibi contradictio, quia secunda authoritas dicit, Petitis & non accipitis, & assignat rationem, eo quod male petatis. Et nostrum thema intelligitur de illis qui petunt bene, & bono modo. Omnis qui petit accipit, scilicet bona negocia. Patet thema. Amore uestri ego quesiui, quot sunt modi bene petendi,& inueni quod sunt octo modi & non plures.

Primus desiderare ardenter,
Secundus plorare lachrymabiliter,
Tertius explicare patenter,
Quartus supplicare humiliter,
Quintus allegare prudenter,
Sextus appellare confidenter,
Septimus mendicare fiducialiter,
Octauus molestare perseueranter.

Qui in suis petitionibus seruat istos octo modos, sine dubitatione obtinebit, quia omnis qui petit accipit. Dico quod unus est modus petendi gratias a Domino Iesu Christo, scilicet desiderando ardenter quando cor desiderat illam gratiam ardetur & inflammatur, licet

os nihil dicat pre uerecundia, quia non reputat se dignum illud petere ore, sed corde desiderat, illud desiderium est clamorosa petitio in auribus Dei. Nō sic de aliis dominis quibus oportet ore uel signo uel scriptura suum cordis desiderium ostendere. Sed Deus iudex clarius intuetur corda hominum quam tu uides faciem meam. Homo enim uidet ea que patent, Dominus autem intuetur cor. j. Reg. xvj. Istud desiderium mouet & inclinat Deum ad dandum gratiam. Not. similitudinem, affectuosus affectus filij ad patrem sedentem in mensa est clamorosa petitio in auribus patris, prouocans patrem ad dandum filio carnes uel pisces, &c. Ita Deus pater cū regina uirgine Maria sedet in mēsa glorie. Nos uero in oratiōe stamus coram eo quasi dicendo, Domine nō audeo petere, sed uos scitis desiderium meum, quasi dicendo cum Dauid, Domine ante te omne desiderium meum. Nota ad hoc historiam de filiis Israel euntibus de deserto quos Egyptij insequebātur & nō poterant fugere, quia ab una parte erat mons altissimus, & ad aliam partem mare rubrum, & inceperunt murmurare cōtra Moysen dicendo, Numquid non erant sepulchra in Egypto, ideo tulisti nos ut moreremur in solitudine, &c. Moyses uero uidens necessitatem stetit coram domino. Non legitur quod dixerit aliquid, sed desiderabat in corde auxilium diuinum. Cui dixit Deus, Quid clamas ad me? Exodi. xiiij. Dicunt gloſe quod desiderium Moysi erat clamor in auribus Dei, & obtinuit quod mare diuideretur. Ecce quomodo est iste bonus modus. Dico secundo quod secundus modus est plorare lacrymabiliter, quando enim persona est in aliqua tribulatione, angustia uel tentatione, cor restinguitur & cerebrum uelut spongia distillat lacrymas, que Deum pungunt. Vnde Bernar. Oratio Deum ungit, sed lacryma Deum pungit. Res aspera, dura & rigida si ungatur, mollis efficitur & suauis. Sic propter peccata nostra Deus est nobis rigidus, asper & durus. Sed oratio deuota ipsum ungit & efficitur suauis, mollis & benignus. Nota exemplum de euangelio, ubi Christus loquens de se in persona cuiusdam regis, dixit quod quidam rex petiit computum a suo thesaurario, & facta adequatione inuenit quod thesaurarius tenebatur reddere decem millia talenta. Qui dixit, Domine non habeo nunc unum denarium. Et rex, Tu expēdisti pecuniam meam cum uxore, & filiis tuis, &c. Ideo precepit ut ipse caperetur cū uxore & filiis & quod uenderentur. Ecce hic duritia regis & asperitas. Sed dicit textus quod ille thesaurarius procidens ad pedes regis orauit humiliter di. Domine patientiam habe in me & omnia reddam tibi. Et misertus est ei. Matthei xviij. Et dimisit sibi totum debitum. Ecce oratio quomodo Deum ungit, hoc est plus. Sicut enim oratio Deum ungit ad remittendum peccata, sic lacryma pungit eum ad dandum gratias. Ideo est bonus modus pro personis deuotis & tribulatis & uiduis, pupillis & orphanis qui nō habent aliud

aliud remedium nisi recurrere ad dominum, & flere coram eo, & iste lacryme pungunt Deum ad dandum eis consolationes, gratias, ad faciendum iustitiam de persecutoribus. Authoritas. Non despiciet Deus preces pupilli, nec uiduam si effundat loquelam gemitus. Nonne lacryme uidue descendunt ad maxillam, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt usque ad celum & dominus exauditor non delectabitur in illis. Qui adorat Deum in oblectatione suscipietur, & deprecatio illius usque ad nubes appropinquabit. Oratio humiliantis se nubes penetrabit & donec propinquet non consolabitur, & non discedet donec altissimus aspiciat. Et dominus non elongabit, sed iudicabit iustos, & faciet iudicium. Ecclesiasti. xxxv. Omnis ergo qui petit, scilicet plangendo lacrymabiliter accipit. Dico tertio, quod tertius modus est explicare patenter, scilicet ore dicendo Deo suas necessitates, miserias, tribulationes & tentationes. Isto modo dicendo, Domine ego sum in tali tentatione, angustia, miseria, seu tribulatione uel infirmitate uelitis me iuuare. Non intelligatis quod talia sint Deo explicanda quasi ipse nesciat, quia melius scit quam uos uestras tribulationes, sed dicitur ad humiliandum cor, quia quando tales tribulationes dicuntur ore, cor humiliatur & deuotio augmentatur. Istum modum ostendit Dauid di. Reuela Domino uiam tuam, scilicet asperam & duram, & spera in eo, & ipse faciet Psal. xxxvj. Legitur in uitis patrum quod quidam sanctus eremita mirabiliter habebat gratiam orandi, & aliqui quesierunt ab eo ut doceret eos orare. Qui respondit eis, Illi qui docuerunt me, docebunt uos modum orandi nullis, qui dixerũt ei, Et quis docuit uos? Respondit, pauperes ostendentes plagas suas dicendo, uidete, &c. mouent pias personas ad dandum. Ita ego ostendo plagas peccatorum meorum, uilitates, miserias meas & necessitates dicendo, Domine, totus sum corruptus de luxuria, cor meum, os meum, &c. Ideo Domine iuuetis me dando uirtutem castitatis, & sic de aliis peccatis, & isto modo, Omnis qui petit accipit. Dico quarto, &c. scilicet supplicando humiliter. Qui enim uult obtinere gratiam a rege seu papa, quem modum tenet? Nunquid supplicat humiliter genibus flexis, capite discooperto? imo. Item quando facitis orationes, tunc supplicatis regi Christo uel pape Iesu: quando dicitis, Aue Maria, supplicatis regine celi. Ideo humiliter genibus flexis debent fieri orationes que non sunt nisi supplicationes. Sed in hoc multi deficiunt, quia quando surgunt & induunt se, dicunt orationes, idem de mulieribus quando pingunt se dicunt Aue Maria. Dicatur quomodo debent orare cogitando quod uident Christum iratum ex peccatis, tunc incipiatis orationem deuote, talis supplicatio est humilis, & tunc papa Iesus signat supplicationem dicendo fiat. Nota historiam de rege Achab iniquo & malo & idolatra & demonum inuocatore & innocentum

occisore & sine iustitia, ad quem uenit Elias propheta, ex parte Dei di. Tu fecisti hoc & hoc, ideo hec dicit Dominus Deus, Si mortuus sis in ciuitate, canes comedent carnes tuas, si in campo aues celi, nec remanebit de Achab usque ad mingentem ad parietem. Achab uero timens humiliauit se scissis uestibus regalibus, & indutus est cilicio & in terra comedebat panem & aquam bibebat, & depositis ornamentis lecti regalibus fecit ornamenta de saccis, & ibat humiliter, statim Deus dixit prophete, Nonne uidisti Achab humiliatum coram me? Respondit, imo Domine. Vade ergo ad eum & dic ei quod quia humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. iij. Reg. xxj. & de pe. dist. iij. Achab rex impijssimus. Ex ista humilitate Deus pepercit sibi cum esset malus & proteruus. Ideo in uestris orationibus humilietis uos. Cogitate cum quo loquimini. de tali oratione dicit scriptura, Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & non discedet donec altissimus aspiciat. Eccle. xxxv. Dico quinto, &c. Allegando prudenter, scilicet leges canones, priuilegia, consuetudines, ut faciunt iuriste coram principe uel iudice, multi taliter allegant in oratione, quod condemnatur ex eorum allegatione, ut legitur de quodam Luce xviij. qui ascendit ad templū ut oraret, petens a Deo gratiam, & incepit allegare dicens, Non sum sicut ceteri hominum, &c. Iste allegationes fuerūt cause sue condemnationis. Ratio, quia appropriauit sibi bona opera, & male, quia creatura in bonis operibus non est nisi instrumentum, & Deus est operarius, & sicut non est regratiandum calamo de bona litera, sed notario. Ita nec nobis de bonis operibus, sed Deo. Ideo prudenter allegandum est dupliciter, scilicet per credentiam & per obedientiam. Per credentiam obsecrando & allegando, quod homo credit de Deo, tali uel simili modo, Domine uos q estis prouisor omniū, prouideatis mihi per uestram infinitam bonitatem, & sic de aliis que credimus de Deo. Per sanctam uitam quā tenuistis, detis mihi gratiam ut teneam bonam uitam. Secundo per obedientiam & gratiarū actionem allegando ex parte Dei & non tui, dicendo, Domine ex quo mihi tot gratias feciſtis, quia sum redemptus & baptizatus, placeat uobis etiam hanc gratiam mihi facere, quia ego sum inclinatus ad superbiā, detis mihi cor humile, & sic de aliis, de istis duobus modis allegandi authoritas. In omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones uestre innotescant apud Deum. Et pax Dei que exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra & intelligentias uestras in Christo Iesu. Decetero fratres quecunque sunt uera, quecunq; pudica, quecunque iusta, quecunque sancta, quecunque amabilia, quecunque bone fame, &c. ad Philip. iiij. Isto modo omnis qui petit, &c. Dico sexto, &c. scilicet appellare confidenter. Et nunquid potest homo appellare a Rege seu Papa uel Imperatore? Dico quod sic non de eodem ad

alium,

alium,ſed de una curia ad aliam ut fit ſepe, quia de curia officialis appellatur ad curiam epiſcopi,& ab illa curia ad curiam archiepiſcopi. Idem de curia regis Dei. Deus habet duas curias in quibus dantur ſententie. Prima eſt iuſtitie. Secunda eſt miſericordie. De quibus inquit Dauid in Pſal. Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Et quandiu ſumus in hac uita, curia miſericordie eſt maior. Authoritas. Superexaltat miſericordia iudicium. Iaco. ij. Idem Dauid, Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Pſal. cxliiij. Poſt mortem autem curia iuſtitie eſt maior. Quandiu ergo uiuimus ſi datur ſententia contra nos in curia iuſtitie poſſumus confidenter appellare ad curiam miſericordie debito modo, quia maior eſt nunc,& obtinebimus reuocationem ſententie. Nota ad hoc duo exempla de biblia de ueteri teſtamento. Primũ de Dauid, qui licet ſit ſanctus, tamen grauiter peccauit. Cum enim ſemel reſpiceret de palatio ſuo & uideret uxorem Vrie pulchram ualde, debuit auertere ſtatim oculos ſuos, ſed non fecit, ſed ſtabat figendo oculos, ſtatim aliquis ſcutifer dixit ſibi, Domine talis mulier eſt, & uir eius non eſt in patria, &c.& peccauit cum ea & grauidauit eam, & ad operiendum peccatum interfecit uirum eius Vriam, quia unum peccatum trahit ad ſe aliud. Gregor. Peccatum quod per penitentiam nõ abluitur mox ſuo pondere ad aliud trahit. Statim in curia Dei fuit data ſententia contra Dauid, & Nathan propheta nuntiauit ſibi ſententiam dicens, Viuit Dominus, quia filius mortis es tu, ij. Regum xij. Nota ibi textum, quia ſatis pulcher. Dauid autem fuit ille qui intelligebat factum, & appellauit ſtatim ad curiam miſericordie. Forma appellationis ſue fuit hec, quia ſtatim dixit, Peccaui. Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Statim propheta rediit ex parte Dei dicens, Non morieris. Patet ergo quod ſententia data in curia iuſtitie poteſt reuocari in curia miſericordie. Secundum exemplum eſt de Ezechia rege contra quem fuit data ſententia in curia iuſtitie ut moreretur,& Eſaias propheta legit ſibi ſententiam ex parte Dei dicens, Hec dicit Dominus Deus, Diſpone domui tue, quia morieris tu & non uiues. iiij. Regum uigeſimo. & Eſaie trigeſimo octauo. Qui conuertit faciem ſuam ad parietem & appellauit ad curiam miſericordie orando dicens, Obſecro Domine memento queſo quomodo ambulauerim coram te in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim, &c. Statim dixit Deus Eſaie recedenti, Reuertere & dic Ezechie, Hec dixit Dominus, audiui orationem tuam, &c. Et reuocauit ſententiam & addidit ſibi quindecim annos uite. Patet ergo q̃ ſentẽtia reuocaẽ in curia miſericordie q̃ datur in curia iuſtitie. & ab ea appellatur cõfidenter. Auth. Si dixero impio morte morieris,& egerit penitẽtiã a peccato ſuo, feceritq; iudiciũ & iuſtitiã, & pignus reſtituerit ille impi⁹ rapinãq; reddiderit,& in mãdatis uite ambulauerit, nec fece

rit quicquam iniuſtum, uita uiuet & nō morietur. Omnia peccata eius que peccauit non imputabuntur ei. Iudicium & iuſtitiam fecit, uita uiuet. Et in eodem cap. Cum enim receſſerit iuſtus a iuſtitia ſua, feceritq; iniquitates, morietur in eis Et cum receſſerit impius ab iniquitate ſua, feceritque iudicium & iuſtitiam uiuet in eis. Authoritas aurea. Ezech. xxxiij. No quod tria dicit in predicta authoritate. Primo ſi egerit penitentiam, ecce contritio. Secundo feceritque iudicium, ecce cōfeſsio in qua confeſſor eſt iudex. Ideo ſedere debet. Tertio iuſtitiā, ſcilicet ſatiſfactionem uel punitionem de peccatis ieiunando, diſciplinādo, uel aliter. Iſto modo omnis qui petit accipit. Dico ſeptimo, &c. ſcilicet mendicare fiducialiter, ſcilicet petere hoſtiatim. Iſtum modū ſeruamus iſtis tribus diebus in eccleſia. In proceſsionibus enim uadimus per uicos & plateas ciuitatis paradiſi mendicando hoſtiatim ſanctos deprecando. Primo uadimus ad palatium ſancte trinitatis, &c. Iſtum modū tenere debent perſone literate, dicere letaniam quolibet ſero, quia oratio eſt multum bona in qua inuocātur omnes ſancti &c. ideo amici Iob quando fuit tribulatus dederunt ſibi de conſilio ut teneret iſtum modum dicentes, Voca igitur ſi eſt qui tibi reſpondeat & ad aliquem ſanctorum conuertere. Iob v. Omnis qui petit, ſup. iſto modo accipit. Dicto octauo & ultimo, ſcilicet moleſtare perſeueranter, ſcilicet perſeuerando in oratione, qualiter huiuſmodi importunitas uel moleſtia eſt facienda declaratur. Luc. xj. Quis ueſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte. uſque quotquot habet neceſſarios. Qui enim continuat orationem omni die, ad bonum finem ueniet. Nota hic miraculum de illo milite capitaneo latronum, in cuius domo ſtetit diabolus quatuordecim annis in forma humana, & erat coquinarius, ubi uenit ille ſanctus religioſus & fugauit diabolum. unde ſi miles non dixiſſet quotidie ſalutationē angelicam, diabolus eum iugulaſſet, &c. Deo gratias.

In uigilia Aſcenſionis Domini. Sermo unicus.

Subleuatis Ieſus oculis in celum dixit. Ioan. xvij. Iſtud thema & tempus preſens, ſcilicet rogationum dat mihi motiuum de modis orationum qualiter debemus orare Dominum. Materia erit ualde ſubtilis. Sed primo ſalutetur uirgo Maria, &c. Verbum propoſitum pro themate & fundamento noſtri ſermonis declarat modum orandi quem Chriſtus tenuit quando debuit recedere ab hoc mundo, & orauit pro nobis. Dicit Ioannes quod ſubleuatis Ieſus oculis in celum dixit, ſupple orationem ſuam. Pro huius uerbi declaratione & materie predicande introductione. ſciendum quod Chriſtus ſuper omnes homines habebat iſtam excellentiam, quod inter animam & carnem, ſiue inter ſpiritum & corpus, rationem & ſenſualitatem, nullam habuit contradictionem ſeu repugnantiam. Imo illud quod anima uolebat, uolebat eriam

& cor

& corpus. Idem de ratione & ſenſualitate. In nobis autem eſt oppoſitum, quia continuum bellum habemus inter animam & carnem, ſpiritum & corpus, rationem & ſenſualitatem. Multi reges & magni domini poſtquam diu habuerunt guerram, faciunt pacem, ſed inter animam & carnem non poteſt fieri pax, imo ſi anima uult unū, caro uult aliud. Idem de ratione & ſenſualitate. Authoritas. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem. Hec enim ſibiinuicem aduerſantur, ut nō quecunque uultis illa faciatis. Ad Gal. v. In Chriſto autem non ſic, imo erat tanta concordia & conformitas inter carnem & animam quod quicquid uolebat anima etiam & caro, ratio & ſenſualitas. De hoc dixit Dauid in perſona Chriſti, Cor meum, ecce ſpiritus, & caro mea ecce ſenſualitas exultauerunt in Deum uiuum, ſcilicet concorditer. Etenim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum ubi reponat pullos ſuos. Paſſer uolās dicitur eſſe ſpiritus. Turtur caſta eſt caro. Turtur enim ex quo perdidit maſculum, nulli alteri aſſociatur, nec ponit ſe in arbore uiridi ſed arida, nec bibit aquam claram, ſed turbidam, & dat gemitum pro cantu, & ſignificat carnem Chriſti. Dicit ergo, Paſſer, id eſt ſpiritus Chriſti inuenit ſibi domum celi & turtur nidū, ſcilicet in celo ubi reponat pullos ſuos, ſcilicet deſideria, ideo quando Chriſtus eleuabat mentem in altum etiā corpus eleuabat oculos in altum. Hoc dicit thema, Subleuatis Ieſus oculis, &c. Legimus in ſacris euangeliis, quod Chriſtus tenuit quatuor modos in ſuis orationibus, & non leguntur plures. Primus modus, oculos uerſus celum eleuando. Secundus manus extendendo. Tertius genua flectendo. Quartus ſuper terram procidendo. Et quilibet modus habet ſuam proprietatem quare fit, ſiue propriam rationem quare fit. Primus per confidentiam diuinalem. Secundus per noſtram indigentiam humanalem. Tertius per reuerentiam principalem. Quartus per deſinentiam corporalem. Primus modus quem Chriſtus tenuit eſt ille de quo loquitur the. Subleuatis Ieſus oculis in celum, &c. Iſte modus habet rationem, ſcilicet confidentiam diuinalem. Quia omnis creatura in ſuis neceſsitatibus & aduerſitatibus etiā ſi ſit deſtituta omni auxilio & derelicta ab omnibus confidentia cordis in Deum dat ſibi motiuum eleuandi oculos in celum. Nota exemplum de Suſanna in tribulatione poſita que flens ſuſpexit in celum. Erat enim cor eius fiduciā habens in Domino, Dan. xiij. Etiā iumenta ſine ratione in ſuis neceſsitatibus tenent iſtum modū. Legimus Ioel. j. de quadam magna ſiccitate que fuit in terra Iuda, intantum quod beſtie non inueniebant herbam ad comedendum nec aliquid. Et ibant congregatim quaſi facerent proceſsionē ululando, & eleuabāt capita uerſus celum, gentes etiā faciebant proceſsiones petentes miſericordiā Dei. De hoc authoritas, Ad te Domine clamabo, quia ignis comedit ſpecioſa deſerti, & flamma ſuccendit omnia ligna regionis.

Sed & beſtie agri quaſi area ſitiens imbrem, ſuſpexerunt ad te. Ioel.j. cum dicitur, Ad te Domine clamabo, loquitur de gentibus qui petebant auxilium, & cū dicitur, ſed & beſtie, loquitur de iumentis. Si ergo animalia tenent iſtum modum, multo magis nos, ideo modo cantamus letanias, quia iſto tempore conſueuerunt uenire ſiccitates & malum tempus. Moraliter auiſentur hic multi ut corrigatur unum peccatum quod claudit ianuam miſericordie Dei ne eam obtineamus, ſcilicet peccatum de blaſphemiis diuinalibus. Declaretur hoc peccatū per ſimilitudinem acſi cōtra ſuū dominū naturalem homo iret cum baliſtis tenſis & cum enſibus euaginatis, nunquid hoc eſſet magnum peccatum & proditio? Tale peccatum & proditionem faciunt Chriſtiani contra Deum quādo iurant & blaſphemant. Lingua enim hominis ad inſtar enſis eſt facta, & quando iurant tunc ſcindunt Chriſtum, & non credunt ſe aliquid facere, imo quando confitentur & interrogantur a confeſſore an iurent, dicunt pater cōſuetudo eſt. Item cū baliſtis Chriſtum perſequuntur, quia os hominis ad inſtar baliſte eſt duorum lignorum, que ſunt duo labia. Sagitta eſt lingua. Ictus uel uulneratio eſt blaſphemia. Iſtud peccatum eſt tam magnū quod claudit ianuā miſericordie Domini, qa licet clamem⁹ miſericordiā Domini, nō obtinebimus eā, imo oppoſitū. Ratio, quādo enim caſtrū impugnatur cū baliſtis, illi de caſtro defendūt ſe lapidibus, ita facit Deus. ideo corrigatur hoc peccatum, & erit bonū illi domui ubi corrigetur. Pro cuius correctione eſſet neceſſarium ne ludus taxillorum ſuſtineretur, quia ibi eſt fons blaſphemiarum, & poſt poterimus dicere cum Dauid, Ad te leuaui oculos meos qui habi. in ce. Ecce ſicut oculi ſeruorū in manibus dominorum ſuorū, &c. uſq; donec miſereatur noſtri. Secūdus mod⁹ Chriſti fuit manus extendēdo. Iſtū modū tenuit in die aſcēſionis cūriam aſcēderet, & uirgo Maria & apoſtoli & diſcipuli flentes ex una parte pre gaudio de ſuo honore, & ex alia triſtes de ſuo receſſu. Chriſtus eleuatis manibus benedixit eis. Luc. ulti. Ratio huiuſmodi orandi eſt pro noſtra indigentia humana naturali. Nam in hoc mundo habemus indigentiam de bonis ſpiritualibus, de uirtutibus & meritis, & de bonis terrenalibus, totum habet uenire de celo. Authoritas, Omne datū optimum & omne donum perfectum, de ſurſum eſt deſcendēs a patre luminū. Iac.j. ideo orando extēdimus duas manus, ſcilicet dexteram pro bonis ſpiritualibus, & ſiniſtram pro bonis temporalibus habendis. Iſtum modum docent nos pauperes mendicantes quando petunt eleemoſynas a diuitibus. Diues eſt Chriſtus qui preconizauit dicens, Petite & dabitur uobis, querite & inuenietis, pulſate & aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui querit inuenit, & pulſanti aperietur. Quis autem ex uobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Mat. vij. & Luc. xj. Nos uero ſumus pauperes mendicantes. Ideo modo cum letaniis

& ora

& orationibus uadimus ad eum extendentes manus noſtras petentes eleemoſynam de bonis ſpiritualibus & temporalibus. Ideo Ieremias, leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum in celos, ut habetur Thren. iij. Moraliter eſt aduertẽdum ut manus ueſtre ſint munde quia alias nõ obtineremus eleemoſynam, ſed iram Dei. Nam ſi pauper extenderet manus ſuas ſtercore plenas coram diuite, nõ obtineret eleemoſynam ſed plagas. Ita de nobis apud Dominum. Ideo ſi uultis quod Deus de gratiis ſuis, beneficiis & miſericordiis impleat manus ueſtras, lauetis eas ne ſint maculate a luto auaritie, uſure, rapine, furtorum, &c. Lauantur enim manus reſtituendo. Item auiſetis uos ut manus ueſtre ſint munde & pure a ſtercore fetido luxurie. Vir & uxor non faciunt luxuriam ſeruantes modum & ea que ſeruanda ſunt. Sed aliter quomodocunque uelis delectationem habere per illas partes luxuria eſt & damnatio. Propter hoc dicit ſacra ſcriptura. j. Timo. ij. Volo uiros orare in omni loco, leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione. Et Eſa. j. Cum extenderitis manus ueſtras auertam oculos meos a uobis, &c. Subdit, Manus enim ueſtre ſanguine plene ſunt. Tertius modus quem Chriſtus orando tenuit, fuit genua flectendo, & hoc in nocte paſsionis, flexis genibus orabat dicens, Pater ſi uis transfer calicem iſtum a me. Luce xxij. Iſtum modum Chriſtus nobis oſtendit. Ratio huiuſmodi orandi eſt reuerentia principalis, ſcilicet diuine dominationis. Nam ſuper omnes dominos mundi Deus habet iſtam excellentiam, quod eſt dominus tam corporis quam anime. Alij domini habẽt dominium ſuper corpus ſolum & non ſuper animam. Propter hoc dicebat Chriſtus, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Sed potius timete eum qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. Matth. x. Ideo dominis temporalibus ſolũ unũ genu, ſcilicet ſiniſtrum eſt flectendum, quia ſolum habent dominium ſupra partem minus principalem, ſcilicet corpus ſolum, prelatis autem eccleſiaſticis, ut Pape uel epiſcopis cum genu dextro exhibenda eſt reuerentia, quia habent dominium ſupra animam que eſt pars principalis. Deo autem qui eſt dominus utriuſque utrunque genu flectendum eſt, quia tam corpori quam anime dabit gaudiũ in paradiſo, uel penã in inferno. Dicatur contra illos qui in oratione uel corporis Chriſti eleuatione ſolum flectunt unum genu. Authoritas. Viuo ego dicit Dominus quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Roma. xiiij. Nota omnis lingua, quilibet noſtrum habet duas linguas, ſcilicet corporis & anime. Corporis eſt iſta qua loquimur. anime autem eſt memoria uel intellectus, & cum tali loquuntur angeli in celis & anime beate. Ideo Apoſtolus de ſe dicebat, Si linguis hominum loquar & angelorum. prime Corinthiorum xiij. Dicatur contra multos clericos & religioſos & laicos, qui in oratione ſolũ loquuntur

lingua

lingua corporis dicẽdo uerba,ſed cum lingua anime,ſcilicet memoria uel intellectu loquuntur cum coquina uel taberna uel meretrice, &c. uel cum negotiis mundi.De tali oratione non contentatur Deus,imo dicebat Chriſtus,Populus hic labiis me honorat, ſcilicet lingua corporali, cor autem eorum longe eſt a me.Sine cauſa colunt me,id eſt ſine utilitate.Mat.xv. Iſta eſt cauſa quare modo orationes noſtre non ſunt efficaces apud Deum,imo quando oramus claudit ſibi aures.Ideo attendatis quod in orationibus ueſtris tam lingua corporis quam mentis loquamini eleuando intellectum, cogitando cui loquimini quãdo dicitis,Pater noſter uel aue Maria.Et talis oratio eſt efficax. Ideo Apoſtolus,Si orem lingua,ſupple tantum, mens mea ſine fructu eſt. Quid ergo? Orabo ſpiritu,orabo & mente.Pſallam ſpiritu,pſallam & mente.j.Cor.xiiij. Quartus modus quem Chriſtus tenuit,fuit ſuper terram proſternendo ſe humiliter. Et iſtum modum tenuit Chriſtus in nocte paſsionis, quando debuit capi a Iudeis, procidit ſuper terram & orabat. Marci xiiij. Iſte modus orandi habet rationem que eſt deſinentia corporalis,ſcilicet neceſsitas moriendi qua iam mortuos nos reputamus, ſicut de illo qui ducitur ad ſuſpẽdium ſententiatus irreuocabiliter,dicitur,factum eſt,iam eſt mortuus,ex quo iam fit executio.Ita eſt de nobis quando facimus peccata,morimur morte ſpirituali,clarũ eſt, & proceſſus factus eſt & ſententia eſt iam data in curia iuſtitie Dei.Sẽtentia eſt,Anima que peccauerit,ipſa morietur. Ezech.xviij. Ita Apoſtolus, Stipendia peccati mors.ad Rom.vj. Et iam fit executio eundo ad mortẽ.Equus qui ducit nos eſt ſol. Dicatur de eius curſu.Ideo qui libet prudens debet ſe reputare iam mortuum. Ideo quando proſternimus nos in oratione hoc figuramus.Ideo ad ſignificandũ hoc Chriſtus in nocte paſsionis procidit ſuper terram,& orabat. Ideo dicit Apoſtolus,Si in uobis Chriſtus eſt, corpus quidem mortuũ eſt propter peccatum,ſpiritus uiuit propter iuſtificationem.ad Rom.viij.Moraliter.ita debemus facere ſicut ſententiatus ad ſuſpendium, uel infirmus derelictus a medicis, qui petit confeſsionem, facit teſtamentum,parcit inimicis,facit reſtitutionem, petit ueniam,ordinat uitam ſuam. Ita debet facere quilibet noſtrum.Nullus noſtrum eſt certus, quod in ſero ſit uiuus. Ideo confiteamini,remittatis iniurias, reſtituatis debita, reſpiciatis burſam, ſi eſt ibi aliquid de iniuſtis bonis,quia iam fit executio de uobis. Continue uadimus ad mortem, propter hoc dicebat Apoſtolus,Exiſtimate uos mortuos quidem eſſe peccato,uiuentes autem Deo in Chriſto Ieſu. Non ergo regnet peccatum in ueſtro mortali corpore,ut obediatis concupiſcentiis eius. Rom.vj.

In die Aſcenſionis Domini.
Sermo unicus.

Viden



Identibus illis eleuatus est. Verbū istud habetur textualiter in actibus Apostolorum, capite primo. & officiatur in Epistola hodierna. Secūdum quod scitis hodie est solennitas mirabilis ascensionis Domini nostri Iesu Christi, quando completo opere nostre redemptionis, de hoc mundo ascendit in celum patenter coram uirgine Maria & Apostolis & Discipulis. Et de hac benedicta ascensione erit sermo noster. Sed primo salutetur uirgo Maria. Pro declaratione fundamentali huius uerbi & introductione materie sciendum, quod Dominus noster Iesus Christus in uita quam tenuit in hoc mundo, seruauit talē ordinem & modum uiuendi in suis operibus, quod aliqua opera uoluit facere secrete & occulte, alia publice & manifeste, & hoc duplici ratione. Prima pro nostra instructione, ut faciamus opera bona secrete, ut fugiamus uanam gloriam, ut sicut homo abscondit thesaurum, ita & bona opera sunt abscondenda. Authoritas. Attendite ne iustitiā uestram, id est bona opera faciatis corā hominibus ut uideamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui in celis est. Matth. vi. Secunda ratio est de illis que faciebat publice & manifeste, ut Deus Pater laudaretur & sanctificaretur. Instruimur nos ut bona que facimus publice, ut predicare ut celebrare & alia que non possunt fieri absconse, sint ad laudem & honorem & gloriam Dei. Ideo dixit ipsemet. Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra & bona, & glorificent patrem uestrum qui in celis est. Matth. v. Ecce quare Christus in uita sua fecit aliqua opera secrete & occulte, & aliqua publice & manifeste. Verbi gratia. Primum opus quod Christus fecit in hoc mundo pro nostra redemptione fuit eius benedicta incarnatio in utero uirginali, ut formatur granum intra auellanam que sunt secreta, quia nulla persona humana nisi uirgo Maria sciuit, iuxta prophetiam Dauid. Descendet sicut pluuia in uellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. inquit psalmista psal. lxxj. scilicet Deus iudicium tuum regi da. Secundum opus fuit eius natiuitas, & istud fuit publicum & manifestum, quia in uico publico Christus uoluit nasci, ut omnes uiderent eum. angeli in aere cantauerunt, & animalia ipsum in presepio adorauerunt, stella reges perduxit statim & nox uidebatur dies. iuxta prophetiam, Populus qui ambulat in tenebris uidit lucem magnā, habitantibus in regione umbre mortis lux orta est eis. Isa. ix. Tertium opus fuit opus sue conuersationis & uite, aliqua opera sue uite fuerunt occulta, & aliqua manifesta. Vixit enim circa triginta annos in domo cum Ioseph & uirgine Maria matre sua, quod non faciebat miracula. nec cognoscebatur eius diuinitas, licet omnes gentes reputarent eum uirum castum, sanctum & bonum, non tamen omnes reputabant ipsum Dominum, quia diuinitas erat absconsa, iuxta prophetiam Isa.

Vere tu

Vere tu es Deus abſconditus Deus Iſrael ſaluator. Iſa. xlv. Sed in baptiſmo uoluit publicari & manifeſtari intantum quod celū uiſum eſt apertum, & ſpirituſſanctus in ſpecie columbe ſuper eum deſcendit & uox patris intonuit dicens, Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi cōplacuit. Tunc Ioannes incepit dicere, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit pec cata mūdi. Ioā. j. Deinde ſtatim intrauit deſertū & fecit ibi quadrageſimam nihil comedens nec bibens in illis quadraginta diebus, &c. Et iſtud opus fuit opus ſecretum dādo nobis exemplum faciendi ſecrete penitentiam, ſcilicet ieiunia, orationes, eleemoſynas & ſimilia. Deinde deſertum exiuit & incepit publice predicare tori populo. Ideo dixit coram Anna, Ego palam locutus ſum mūdo. Ego ſemper docui in ſynagoga, & in templo quo omnes Iudei conueuerunt & in occulto locutus ſum nihil. Ioannis xiij. Aliud opus fuit occultum, ſcilicet eius tranſiguratio in qua oſtendit ſuam diuinitatem. Hoc uoluit eſſe ſecretum, quia nullus Diſcipulorum fuit ibi, nec Apoſtolorum niſi Petrus, Iacobus, & Ioannes, quibus precepit, Nemini dixeritis uiſionem hanc donec filius hominis a mortuis reſurgat. Matthei xvij. Aliud opus uoluit eſſe publicum, ſcilicet operationem miraculorum, curando infirmos, ſuſcitādo mortuos. Ideo dicebat ipſe, Opera que ego facio, teſtimonium perhibent de me. Io. v. Aliud opus occultum fuit ſacramentū altaris. De quo ipſe dixit, Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. Io. vj. Sed opus publicum fuit eius dolorosa paſsio, iuxta prophetiam in perſona Chriſti dicentem, O uos omnes qui tranſitis per uiam attendite & uidete, ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Thren. j. Aliud opus occultū fuit eius glorioſa reſurrectio, quia nec uirgo Maria, nec alij uiderunt ipſum reſurgentem. Sed ſtatim ſequitur opus publicum & manifeſtum, ſcilicet ſue glorioſe aſcenſionis, quia uirgo Maria, & lxx. diſcipuli, Apoſtoli, & mulieres ſancte inter omnes erant cxx. quaſi, & omnes uiderent ipſum aſcendere. Ideo dixit ipſe, Vado ad eū qui me miſit, & nemo interrogat me quo uadis. Ioā. xvj. Super quo dicit gloſſ. Bede. Ac ſi aperte dicat, Reuertar aſcendendo ad eum qui me incarnari conſtituit, & tanta tamque manifeſta erit eiuſdem aſcenſionis claritas, ut nemini ueſtrum opus ſit interrogare, quo uadis, quia uidentibus cunctis ad celum pergā. Et hoc dicit thema, Videntibus illis, ſcilicet uirgine Maria, Apoſtolis & diſcipulis, ad oculum publice, & manifeſte eleuatus eſt. Ecce qualiter primum opus noſtre redemptionis fuit ſecretum & occultum, & finis publicus & manifeſtus. Opera uero media aliqua fuerūt occulta & aliqua manifeſta. De iſta glorioſa aſcenſione uolo uobis in preſenti predicare tria puncta, in quibus ſtat tota materia huius feſti.

Primum eſt ratio theologalis, quare iſta aſcenſio fuit expediens.
Secundum de practica hiſtorie, quomodo ipſa fuit conueniens.

Tertium

Tertium eſt utilitas finalis, de iſta aſcenſione proueniens.

Prima ratio theologicalis, quare Chriſti aſcenſio fuit expediens, fundatur in hac regula philoſophie dicentis, Quelibet res ardēter dilecta trahit ad ſe cor, & cogitationes amantis. Sicut calore ſolis trahuntur ſurſum uapores terre. Et lux in lampade trahit ad ſe totum oleum paulatim. Ita perſona ardenter amata, trahit ad ſe amantem ad cogitandum de ea in corde, os ad loquendum, oculus ad uidendum, quia talis eſt natura amoris. Licet hoc ſit uerum, tamen dabo uobis authoritatē Chriſti dicentis, Vbi theſaurus ueſter eſt, ibi cor ueſtrum erit. Luce xij. Quia igitur Apoſtoli & alij diſcipuli ardentiſsime amabant corporalē preſentiam Chriſti, nec mirum, quia nimium amoroſus fuit ex uerbi dulcedine & conuerſationis gratiſsime, & in aliis. Ideo plurimum a dilectione & receptione celeſtium bonorum, quandiu Chriſtus fuit in terra impediebantur, & non curabant eleuare cor, nec deſiderium in celum. O dicit Chriſtus, Ego faciam uos eleuare cor & intellectum in altum, & cogitationes ueſtras, quia ego aſcendam in celum. Ideo poſt aſcenſionem totum cor, & deſiderium, & cogitationes eleuabant ſurſum. Ecce ratio quare fuit expediens, non ſolum ipſis Apoſtolis & diſcipulis, ſed etiam nobis, ut aſcēderet, quia nullus curaſſet de celo, ſed de Chriſto ubi eſſet. Iſtam rationem ponit ipſemet dicens Apoſtolis flentibus de ſuo receſſu, Ego ueritatem dico uobis. Expedit uobis ut ego uadam, ſi enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Io. xvj. Super quo dicit gloſſ. Bede, Expedit uobis ut forma ſerui ueſtris aſpectibus ſubtrahatur, quatenus amor diuinitatis arctius ueſtris imprimatur cordibus. Patet ratio huius benedicte aſcenſionis. Moraliter habemus hic doctrinam arguendi per locum a minori. Si Apoſtoli impediebātur a receptione gratiarum ſpirtiualium ex dilectione Chriſti, quid erit de nobis miſeris, qui ita ardenter non diligimus Chriſtum ut Apoſtoli, ſed bona tranſitoria huius mundi, ſcilicet diuitias, honores, officia, dignitates, delectationes carnis, que non permittunt eleuare intellectum in altum, ſed inferius in negotiis terrenis? Ecce qualiter ſumus impediti a receptione bonorum ſpiritualium & gratiarū. Propter hoc bona huius mundi diligenda ſunt cum ſale temperantie. uerbi gratia. Diuitie huius mūdi taliter diligende ſunt ne ex his perdamus diuitias paradiſi incorruptibiles, que nunquam deficient. Idem de honoribus, ne ex his perdamus honores paradiſi. O qualis honor eſt eſſe in ſocietate ſanctorum angelorum, archangelorum, & ſupra, & eſſe cum patriarchis, &c. Idem de officiis & dignitatibus. Idē de deliciis huius mundi, ne ex deliciis beſtiarum perdamus delicias, & honores, & delectationes angelorum & ſanctorum. Si uos habetis bonam uxorem, uel ipſa mulier bonū uirum, debetis ipſum diligere tēperate, ne ex ipſius amore in corde ueſtro minuatur amor Dei. Idē de dilectione filiorū,

& ſic de omnibus iſtis. Authoritas. Nolite diligere mundum, ſupple nimis, nec ea que in mundo ſunt, quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt. Ecce hic peccatum luxurie, & concupiſcētia oculorum. Ecce hic peccatum auaritie, & ſuperbia uite. Ecce hic peccatum ſuperbie, ex honoribus, officiis, &c. j. Ioan. ij. Quantum ad ſecundum punctum, ſcilicet de practica hiſtoriali, quomodo aſcēſio fuit cō ueniens. Ex quo enim, ſcilicet ſcimus rationem quare aſcendit, uideamus modum quomodo aſcendit. Non enim uoluit ſtatim poſt reſurrectionem in celum aſcendere, ſed quadraginta diebus uoluit in hoc mūdo remanere, ut ſuam reſurrectionem per multa argumēta probaret, & Apoſtolos inſtrueret, & doceret, & quadrageſima die a ſua reſurrectione uoluit aſcendere in celum. Propter quod hodie bis apparuit Apoſtolis. De prima apparitione loquitur euangelium. De ſecunda, epiſtola hodierna. Recumbētibus undecim diſcipulis apparuit illis Ieſus. Marci ultimo. Salutans eos iuxta morem ſuum dicens, Pax uobis. Et dixit eis quod hodie uolebat aſcendere celum, ex quo cōpleuerat totum opus noſtre redemptionis. Hoc audientes Apoſtoli, inceperunt flere. Et Chriſtus, Si diligeretis me, gauderetis utique, quia uado ad patrem. Ioan. xiiij. Domine, gaudemus de honore ueſtro, ſed triſtamur, quia dimittis nos orphanos, nec poterant comedere pre triſtitia. Ideo Chriſtus amore eorū comedit, ut ipſi comederent. Et conueſcens precepit eis, ab Hieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem patris. Actuum j. & ſurrexerunt omnes, & proceſsionaliter iuerūt ad montem Oliueti ſecundum quod dixerat eis Ieſus. Propter hoc in multis locis fit hec proceſsio. Cum autē fuiſſent in monte, Chriſtus uiſibiliter apparuit eis, & ſalutauit matrem & omnes alios dicens, Pax uobis. Et dixit eis quomodo perfecerat opus propter quod uenerat. Ideo uolebat aſcēdere in celum ad patrem. Virgo autē Maria que ſentiebat preſentiam ſanctorum, qui cum Chriſto debebant aſcendere, dicebat filio cum lacrymis, ut placeret ſibi quod ipſa aſcenderet cum eo. Chriſtus uero tergens ſibi lacrymas dixit Mater benedicta uos remanebitis loco mei, conſolabitis Apoſtolos meos. Et propter ſapientiam quam uobis dedi, deſtruetis hereſes que inſurgent. Propter hoc dicitur uigini Marie, Gaude Maria uirgo, cunctas hereſes ſola interemiſti in uniuerſo mundo. Item Apoſtoli rogauerunt eum ut aſcenderent cum eo, ne relinqueret eos orphanos. Qui dixit, Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quecunque mandaui uobis. Matthei ultimo. Non dimittā uos orphanos, ecce ego uobiſcūſum, ſcilicet in ſacramento altaris omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi. Matt. ultimo. Deinde dixit ſibi Maria Magdalena, O Domine ego erā magna baroniſſa, & modo ſum pauper. Ideo placeat uobis, quod aſcē-

dam

dam uobiſcum. Et Chriſtus, uos eritis ſocia matris mee, &c. Cum autem Ieſus ſic eleuaretur a terra, & cepiſſet aſcendere, apoſtoli interrogauerunt eum dicentes, Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael. Act. j. Domine uenietis cito ad dandum regnum Iſrael? Reſpondit Chriſtus, Non eſt ueſtrum noſſe tempora uel momenta que pater poſuit in ſua poteſtate, ſed accipietis uirtutem ſuperuenientis ſpiritus ſancti in uos, & eritis mihi teſtes in Ieruſalem, &c. Nota, non eſt ueſtrum ſcire determinate diem iudicij, ſed determinate poſſumus dicere quod cito & bene cito, &c. Cum autem iam aſcenderet, & ipſi in altum eum reſpicerent, dixerunt, Domine detis nobis benedictionem. Et eleuatis manibus benedixit eis. Luc. ult. Sicut ſacerdos poſt miſſam dat benedictionem populo. Tunc nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Non quod ea indigeret ad aſcendēdum, ſed ad innuendum, quod omnis creatura eſt ſibi ſubiecta. Dauid dicit de Deo patre, Omnia ſub iecisti ſub pedibus eius. Cum autem Chriſtus fuiſſet in celo, quia ſubito aſcendit, ex quo apoſtoli non uiderunt eum, miſit duos angelos ad apoſtolos adhuc intuentes in celum, qui dixerunt eis, Viri Galilei quid ſtatis aſpicientes in celum. Hic Ieſus qui aſſumptus eſt a uobis in celum, ſic ueniet quemadmodum uidiſtis eum euntem in celum. Act. j. Ecce practica hiſtorialis, quomodo iſta benedicta aſcenſio fuit conueniens, & qualiter aſcendit, & ſedet ad dextram Dei, & fuit completa prophetia Eſaie, Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, & plena erat omnis terra maieſtate eius, & ea que ſub ipſo erant, replebat templum, &c. Eſa. vj. Tunc apoſtoli & diſcipuli adorantes regreſsi ſunt in Ieruſalem cum magno gaudio, & erant ſemper in templo laudantes & benedicentes Deum. Luc. ult. Moraliter hic cum dicitur adorantes, &c. habemus exemplum & inſtructionem moralem eundi ad eccleſiam, & colendi feſta cum gaudio, ceſſando a negotijs temporalibus, ut Chriſtus quieuit in die reſurrectionis. Et ſunt colenda perfecte, quod innuitur cum dicitur, Erant ſemper in templo, id eſt perfecte, plus enim proficiunt bona ueſtra ex bona obſeruatione feſti, quam ex ueſtris laboribus. Tertio ſunt colenda deuota mente, cum dicitur laudantes & benedicentes Deum, ſcilicet cum ſilentio audiendo miſſam. extra de immuni. eccleſ. lib. vj. decret. Sit ad eccleſias humilis & deuotus ingreſſus, ſit in eis quieta conuerſatio, Deo grata, inſpicientibus placida, &c. Dicatur contra loquentes in eccleſia, &c. Quantum ad tertium punctum, ſcilicet de utilitate finali ab ipſa proueniente, ex ipſa, ſcilicet aſcenſione. Iſtam utilitatem ſiue fructum declarauit ipſemet dicens, In domo patris mei manſiones multe ſunt. Si quominus, id eſt aliquid minus dixiſſem uobis, quia uado parare uobis locum. Et ſi abiero & preparauero uobis locum, iterum uenio, & accipiam uos ad me, Ioan. xiiij. Ecce hic utilitas finalis proueniens. No.

manſiones multe ſunt nouem ordines angelorum, quos Ioannes uocat plateas. Apoc. xxj. Et platea ciuitatis aurum mundum tanquam uitrum perlucidum.

Primus ordo ſeu prima platea ſtatim in ingreſſu eſt ſanctorum angelorum,

Secunda archangelorum,
Tertia principatuum,
Quarta poteſtatum,
Quinta uirtutum,
Sexta dominationum,
Septima thronorum,
Octaua Cherubinorum,
Nona Seraphinorum.

Iſtas manſiones Chriſtus parauit. Ideo dixit, Vado parare uobis locum Nota maximam Chriſti humilitatem. Reges communiter premittunt nuncios & ſcutiferos, ut preparent locum, ſed Chriſtus rex glorie ipſemet uoluit ire ad parandum nobis locum. Poſſet hic fieri argumentum in oppoſitum. Cum Chriſtus dicat, uenite benedicti patris mei, poſsidete paratum uobis regnum a conſtitutione mundi. Matth. xxv. Quomodo dicit ergo, Vado parare uobis locum? Reſpõſio, quod hoc poteſt intelligi dupliciter, ſcilicet uel per differentialem diſtinctionem, uel per realem poſſeſsionem. Quantum ad primum, a cõſtitutione mũdi iam paratum erat, iuxta authoritatem Matth. xxv. Venite benedicti. Secundo autem modo, ſcilicet per realem poſſeſsionem hodie parauit propter realem diſtributionem ſanctorum, qui cum Chriſto aſcenderunt in ordinibus angelorum iuxta merita uniuſcuiuſque, quia nunquam antea intrauit aliquis uſque hodie, ſcilicet ante Chriſti aſcenſionem. Dicatur practice, quomodo quando fuit in celo cum ſanctis patribus, tot millia collocauit in prima platea, ſcilicet angelorum. Collocauit enim ibi illos qui in hoc mundo ſeruierunt ſibi in penitentia, quẽ libet in ſua cathedra. Iam erat ibi nomen cuiuſlibet ſcriptum, & cuilibet imponendo ſuam coronam in capite. In ordine archangelorum collocauit eos qui ſibi ſeruierunt in operibus ſpiritualibus. In tertio ordine, ſcilicet principatuum, collocauit illos, qui ſibi ſeruierunt in operibus miſericordie. In quarto ordine, ſcilicet poteſtatum, illos, qui ſibi ſeruierunt in magna patientia in aduerſitatibus. In quinto ordine, ſcilicet uirtutum, illos qui ſibi ſeruierunt in patientia, non habendo malam uoluntatem alicui, &c. In ſexto ordine, ſcilicet dominationum, collocauit dominos terrenales, rectores, & iudices, qui cum iuſtitia magna rexerunt communitates, &c. In ſeptimo ordine, ſcilicet thronorum, illos qui amore ſui tenuerunt uitam pauperem. In octauo ordine, ſcilicet Cherubin, cõtemplatiuos, qui habuerunt ſapientiam diuinam.

nam. In nono ordine, ſcilicet Seraphin, charitatiuos ardentes in Dei amore. Ecce quomodo intelligitur, Vado parare uobis locum, quantum ad realem poſſeſsionem. Chriſtus uero ſuper omnes ordines angelorum ſedet in ſolio ſuo ad dexteram, qui clare uidetur ab omnib⁹. Et ſic patet tertius punctus, & per conſequens totus ſermo. Deo gratias, &c.

Feria ſexta poſt Aſcenſionem. Sermo unicus.

Sic ueniet quemadmodum uidiſtis eum aſcendentem in celum. Actuū. j. Heri predicaui uobis, quomodo Chriſtus aſcendit in celum. Modo autem uolo uobis declarare, quomodo deſcendet cito ad iudicium. Materia erit utilis. Sed primo ſalutetur uirgo Maria, &c. Pro declaratione huius & introductione materie predicande, ſciēdum quod in ſacra ſcriptura inueniuntur duo Chriſti aduentus, ſecundum quod erāt due reparationes neceſſarie. Ex peccato enim Ade humanum genus incurrit duo mala.

Primum in anima,
Secundum in corpore.

Primo enim quando anima perdidit gratiam Dei, incurrit ignorantias. Secundum in corpore, quia cum labore oportet uictum acquirere, habere miſerias, tribulatiōes, & finaliter oportet nos mori. Propter hoc duo aduentus Chriſti leguntur. Primus eſt preteritus, quando uenit ad reparandum mala animarum. Primo enim reparauit mala animarum, ſicut prius uenerant mala anime quam corporis, quia omnia peccata & culpas & defectus reparauit per ſacramentum baptiſmi, & per alia ſacramenta eccleſie. Ignorantias anime reparauit per legem euangelicam & ſpiritualem, quam dedit dando anime diuerſas gratias & uirtutes. In iſto autem aduentu nō reparauit mala corporis, ſed adhuc cum labore & ſudore uiuimus, & etiam morimur. Sed in ſecundo aduentu, ſcilicet quando ueniet aū iudicium cito in breui, tunc ueniet ad reparandum mala corporis, quia tunc reſurgemus cum corporibus glorioſis iuuenes eratis. xxx. annorum, ſine omni defectu & labore & dolore, immortales, impaſsibiles. De iſtis authoritas. Apparebit in fine & non mentietur. Si moram fecerit expecta eum, quia ueniens, ſcilicet in primo aduentu, ueniet, ſupple in ſecundo, & non tardabit. Abac. ij. Qualiter autem ueniet huc, declarat thema dicens, ſic ueniet quemadmodum, &c. In Chriſti aſcenſione notaui ſex circunſtantias ſeu conditiones.

Prima aſſociatio glorioſa,
Secunda conclamatio uiſceroſa,
Tertia congregatio copioſa,
Quarta allocutio gratioſa,

Quinta increpatio rigoroſa,
Sexta retributio uirtuoſa.

Omnes iſte conditiones ſimiliter erunt in Chriſti deſcenſione ad iudi cium:igitur ueniet quemadmodum, &c. Patet tota materia in ſumma. Prima ergo conditio uel circunſtantia que fuit in Chriſti aſcenſione, fuit aſſo ciatio glorioſa,quia nõ aſcendit ſolus, ſed cum magna ſocieta te glorioſa omnium ſanctorum angelorum , qui deſcenderunt ad ſo-ciandum regem eorum & omnium ſanctarum animarum, a primo iuſto,ſcilicet Abel qui mortuus fuit , uſque ad ultimum mille millia,quis poſſet numerare?& aliqui precedebant & aliqui ſequebantur,& Chriſtus ibat in medio,quemadmodum fit in proceſsionibus.Hec uocatur aſſociatio glorioſa,de qua dicit Bernard.in ſermo.aſcenſionis, Quam digna eſt iſta proceſsio fratres chariſsimi , qua Chriſtus cum animarum ſanctarum & celeſtium uirtutum triumphali pompa deductus eſt ad patrem.Sic ueniet in die iudicij,quia non deſcendet ſolus, ſed omnes angeli deſcendent cum eo , & omnes ſancti & ſancte, quia in iſta die euacuabitur celum totum.Dicatur practica,quomodo in die iudicij de mane Chriſtus dicet uirgini Marie matri ſue,Mater mea, hec eſt dies iudicij,ideo deſcendamus ad iudicandum mundum,& uos angeli,principatus,& poteſtates precedatis,& uos patriarche, prophete,apoſtoli,martyres,confeſſores,uirgines,&c.ſequimini.Et Chriſtus cum uirgine Maria in medio deſcendet , ſic ueniet, &c. De hoc prophetia, Dominus ad iudicium ueniet cum ſenioribus populi ſui & principibus.Eſaie iij.Nota cum ſenioribus , id eſt ſanctis , quia licet multi eorum iuuenes fuerunt mortui , tamen dum uiuerent gubernauerunt ſe ut ſenes.Item cum principibus , id eſt angelis ſanctis qui ſunt principes ad gubernandum populum ſuum , ergo ſic ueniet, &c. Moraliter ecce quam plane manifeſtabuntur opera ueſtra , non ſolum bona,ſed etiam mala,omnes cogitationes,locutiones,operationes,& omiſsiones.O quanta mala tunc diſcooperientur , quia uoluntate diuina ſolo intuitu uidebuntur omnia peccata,& dicetur , O ecce traditor ille , & qualia operatus eſt iſte?iuſte damnatus eſt . Et qualis uerecundia erit? Multi reputantur boni & iuſti , qui tunc erunt damnati . Propter hoc dicebat apoſtolus , Nolite ante tempus iudicare , quoaduſque ueniat Dominus, qui & illuminabit abſcõdita tenebrarum,& manifeſtabit cõſilia cordium.j.Corinth.iiij. Tunc enim reſpicient & dicent, Et quis ille?non eſt ille talis religioſus? Imo,o ribalde,hypocrita, uidebatur deuotus,& ecce quomodo erat proprietarius,inobediens,& malus. Idẽ de clericis,de militibus,de doctoribus & de diuitibus uſurariis . Idem de mulieribus parientibus ſecrete, uel antequam ueniant ad matrimonium.Ecce quomodo tunc iudicabuntur a bonis,ideo dicit,Nolite ante tempus iudicare.Regratiamini mihi,ſi dem uobis modum & remedium

dium cooperiendi peccata ueſtra, ne illa die appareant in confuſionē ueſtram. Cooperiatis uos uelo penitentie, que quatuor ſpecies habet, ſiue quatuor fruſta, uel angulos, ſcilicet contritionem, confeſsionem, &c. De hoc authoritas. Dauid, Beati quorum remiſſe ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata, ſcilicet pallio penitentie. Beati ſupplerunt in illa die. Iſta remiſsio fit in confeſsione dicente Chriſto. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Ioan. xx. Secunda conditio ſiue circunſtantia fuit conclamatio uirtuoſa ſiue uiſceroſa. Dicatur ſimilitudo de rege qui miſit primogenitum ſuum ad Barbariam. Qua capta cum magnis periculis & preliis finaliter rediit ad patrem. In cuius occurſu fit conclamatio tubarum & gentium dicentium, uiuat, uiuat. Ita proprie fuit de Domino Ieſu Chriſto Dei patris primogenito, & unigenito, quem miſit ad Barbariam huius mundi, ſicut radius ſolis mittitur a ſole. Vt obtineret genus humanum, bellauit contra demones, & contra infideles, & peccatores, & fuit grauiter uulneratus, finaliter hodie uictorioſus rediit ad patrem. Ideo cogitate qualis clamatio facta fuit, ſcilicet angelorum & ſanctorum. De hoc Dauid in Pſal. xlvj, dicit, Aſcendet Deus in iubilo, & dominus in uoce tube. Gregor. Iubilus eſt exultatio mentis que non poteſt exprimi nec taceri. Patet, Sic ueniet quemadmodum, &c. Nam in die iudicij quando cum uirgine Maria & omnibus ſanctis angelis & aliis ſanctis deſcendet in aere, omnes mortui ſubito reſurgent diuina uirtute. Dicet enim Chriſtus Michaeli, Citētur partes ad iudicium, & ſtatim tuba ſonabit. Non intelligatis, quod illa tuba ſit alicuius metalli uel eris, uel argenti, ſed dicitur ſimilitudinarie: quia ſicut tube habent uoces terribiles, & mouent ſanguinem hominum & equorum, & animantur, ita erit tunc una uox terribilis que ad quatuor partes terre clamabit dicens ſecundum Hieronymum. Surgite mortui, uenite ad iudicium. In primo puncto omnes mortui a primo uſque ad ultimum tam boni quam mali reſurgent in etate. xxx. annorum, ſiue mortui fuerint ſenes uel iuuenes, ſiue pueri in utero matris mortui, quelibet anima tam bona quam mala aſſumet ſuum corpus uirtute diuina. De hoc autho. Ipſe dominus in iuſſu & in uoce archangeli & in tuba Dei deſcendet de celo. j. Theſſal. iiij. Moraliter. Rógo uos quod cogitetis pro bono ſtatu uite ueſtre, quomodo erit terribile audire illam uocem, que in celo & in inferno audietur, & omnes terrebit. Quid erit de peccatore in illa die, qualiter timebit? Sanctus Hieronymus dicebat de ſe qui cogitabat de his, Siue comedam, ſiue bibam, ſiue quid aliud faciam, ſemper uidetur ſonare in auribus meis illa uox terribilis tube, Surgite mortui, &c. O uos boni homines, de quibus cogitatis in taberna, ſi ibi eſt bonum uinum, & alter in coquina quid comedet & alter in bordello ſi eſt ibi aliqua pulchra putana & alter quomodo poterit decipere alterum,

rum. Et sic uadimus ad mortem inferni sine timore ut capra ad macellum. Qualiter daret bonum computum thesaurarius regis, qui .iiij. uel v. annis dispensauit pecunias regis, cui diceret rex, Cras sub pena mortis reddas mihi bonum computum, & iste non haberet aliquid in scriptis. Sic de nobis que ministrauimus pluſquam thesaurarius regis. Primo enim cogitationes cordis, ex quo habuisti usum liberi arbitrii. De omnibus oportet te reddere computum. Item de ore. Item de omni uerbo, bono, uel malo, siue ocioso, quia uerbū ociosum dicitur quod non est bonum nec malum, de omnibus oportet te reddere computum Deo. Authoritas. Dico uobis, quoniam omne uerbum ociosum quod locuti sunt homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Mat. xij. Item de omnibus que audiuistis, de omni passu quē feciſtis, de omni motu manuum, pedum, &c. de quolibet bolo panis, de qualibet tacea uini, & de omnibus bonis terrenis, diuitiis, hereditatibus, &c. de omnibus gratiis a Deo datis. De omnibus habebimus reddere computum Deo, & de omnibus istis habetis aliquid in scriptis? nihil. Qualiter ergo debemus timere, quia illa die celum & terra trement. Ideo orat ecclesia di. Libera me Domine de morte eterna in die illa tremenda, quando celi mouendi sunt & terra, &c. Remedium est, si uultis esse sine timore in illa die, custodiatis festa, ex quo laboratis sex diebus, quiescatis in septimo die, quia sic quieuit Deus. ideo Dauid, In memoria eterna erit iustus, ab auditione mala nō timebit. Psal. cxj. Tertia cōditio siue circunstantia fuit congregatio copiosa, ſ. hominū & mulierū in monte Oliueti, presens fuit uirgo Maria cum aliis sanctis mulieribus, apostoli & alij discipuli. Dicit Apostolus j. Cor xv. ꝙ uisus est pluſquam quingentis fratribus simul qui cōuenerant. Act. j. Nam in die iudicij omnes tam boni quam mali cōgregabuntur in ualle Iosaphat. Autho. In diebus illis & in tempore illo cum conuertero captiuitatem Iuda & Ierusalem congregabo omnes gentes, & deducam eas in uallem Iosaphat, & ibi disceptabo cum eis. Ioelis iij. Boni autē erūt a dextris, mali autē a sinistris. Cum uenerit filius hominis in maiestate sua & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis sue, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eas ab inuicem sicut pastor segregat oues ab hedis, & statuet oues a dextris eius, hedos autem a sinistris. Mat. xxv. Moraliter iuxta differentiam ouium & hedorum dilata sicut tibi placuerit. Si uis, uide de ista materia in sermonibus de aduentu Domini. Quarta circunstantia fuit allocutio gratiosa, quia dicit apostolis, Accipietis uirtutem superuenientis spiritus sancti in uos, & eritis mihi testes in Ierusalem, &c. Act. j. uel illud, Euntes in mundum uni. &c. Mat. ul. uel illud, Ecce ego uobiscū sum usque ad consummationem seculi. Mat. ult. Dico quod sic uenier, quia tunc multum gratiose loquetur bonis qui erunt a dextris, leta facie dicet eis, ut ma-

Quid sit ociosum uerbum.

ter si

ter filio,ueni fili mi,ueni & dabo tibi fructus.Sic Christus dicet, Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Matthei xxv. Ecce allocutio Christi gratiosa. Moraliter nota applausum Christi ad bonos diuersimode, iuxta diuersos status hominum, dicentis, O benedicte ueni tu qui seruasti tuam religionem,& sic de aliis.Etiam boni eleuabuntur in altum, &c. in aere cum sanctis.de hoc Apostolus,Hoc enim uobis dicimus in uerbo Domini, quia nos qui uiuimus qui residui sumus in aduentu Domini. Et sequitur,Deinde nos qui uiuimus,qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera,& sic semper cum Domino erimus.j. Thes.iiij.Quinta conditio fuit reprehendendo increpatio rigorosa,& increpando peccata.De hoc dicit euangeliū, Apparuit illis Iesus & exprobrauit incredulitatem illorum & duritiam cordis, quia his qui uiderant eum surrexisse a mortuis,non crediderant,Mar.ulti.Et sic ueniet & arguet dure,& increpabit malos qui erunt a sinistris eius,dicens,Discedite a me maledicti,&c. Matthei xxv. Sicut dicit homo illi quem uult expellere de domo sua, discedite,&c. Moraliter. Nota exprobrationem Christi ad malos diuersimode,iuxta diuersitatem peccatorum,ibi tunc erunt tres planctus flebiles. Primus erit Iudeorum, secundus erit Agarenorum,tertius malorum Christianorum.de primo Zacharias in persona Christi, Aspicient ad me quem confixerunt, & plangent eum,&c. Zach.xij. Secundo quia Agareni non obedierunt Christo,cum tamen dicat Machometus quod credent euangeliis Christi.O qualis planctus & dolor erit tunc inter eos.De tertio dicit Christus peccatoribus & malis Christianis, Discedite a me maledicti qui fuistis superbi,uani,&c.cum ego fuerim humilis,& dederim uobis exemplum humilitatis.Idem de auaris,luxuriosis,iracundis & uindicatiuis,&c.Pater exurget contra filium,& econuerso uxor contra uirum, & econuerso.Et quanto amores fuerunt hic maiores, tanto plus inter eos erunt dolores,fletus,& ad inuicem persecutiones.Ideo auisemus, & bona hora corrigamus nos,ergo estote parati, quia qua hora non putatis,filius hominis ueniet.Luce duodecimo.Sexta conditio fuit retributio uirtuosa, quia quando fuit in celo, collocauit sanctos patres in suis cathedris,in ordinibus angelorum.Apostolus,Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit bona hominibus, Ephesiorum quarto, Sic ueniet.Primo enim retribuet malis, dicens, Inferne aperi os tuum,& degluti omnes istos impios. hoc facto terra redibit in primum statum, in quo fuit in principio mundi. Tunc Christus cum uirgine Maria ascendet in celum precedentibus angelis, & omnes beati sequentur. Et quando intrabunt celum sancti qui nondum oculis corporeis uiderunt celum, dicent, O Domine tam pulchra res, Et Christus, Cogitate quia ego cum patre

& ſpiritu ſancto certaui, & pretio ſanguinis mei chare emi uobis regnum iſtud. O domine non poteramus cogitare, & collocabuntur inter omnes angelos ſiue inter ordines angelorum in ſuis cathedris. Authori. Filius hominis uenturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tunc reddet unicuique ſecundum opera eius. Mat. xvj. Dum ergo tẽpus habemus operemur bocum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. ad Gal. vj. ergo, Sic ueniet quemadmodum, &c.

Sabbato poſt Aſcenſionem. Sermo.

IN ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui. Eccleſiaſt. xxiiij. Materia quam uolo modo predicare, erit qualiter anima deuota ad inſtar Chriſti aſcendit in celum, & habebimus bonas doctrinas. Sed primo ſalutetur uirgo Maria, &c. Verbum thematis eſt proprie uerbũ uirginis Marie, ſed appropriate eſt uerbum cuiuſlibet anime deuote euntis ad paradiſum, & dicentis, In ciuitate ſanctificata, ſcilicet in gloria paradiſi, ſimiliter, ſcilicet Chriſto aſcendẽti requieui. Pro declaratione huius uerbi, & introductione materie, ſciendum eſt quod gloria paradiſi dicitur ciuitas ſanctificata. Ratio quia gloria paradiſi eſt ordinata ut ciuitas Ieruſalem, que tribus muris erat circundata, ut mitra Pape uel Imperatoris, que habet tres coronas. In prima clauſura & latiori habitabant laboratores. In ſecunda & altiori habitabant milites & prophete. In tertia erat templum Domini & palatium regis, & in ea habitabant ſeruitores Dei, ſ. Leuite, & ſacerdotes. Sic in celo ſunt tres hierarchie, quaſi tres muri. In prima habitãt qui in hoc mundo uixerunt ſimpliciter in ſeruitio Dei. In ſecunda autem magis perfecti & uirtuoſi. In tertia altiori habitant illi qui in hoc mundo tenuerunt uitam apoſtolicã, dimittentes diuitias & honores temporales propter Deum, & fuerunt ardentes in charitate Dei & amore. Ecce ratio quare gloria paradiſi dicitur ciuitas, cuius participatio in idipſum. in Pſal. Letatus ſum. Dicet aliquis, ſi ita collocati ſunt in paradiſo ſecundũ ſuperius & inferius, an uident omnes Deũ? Dico quod ſic. Ideo dicit, cuius participatio in idipſum. Dicitur etiam ſanctificata, i. in ſanctitate cõfirmata. In hoc mũdo nullus ſanctorum niſi Chriſtus & uirgo Maria fuerũt ſine peccato. Sed in paradiſo ſunt ita confirmati, quod non poſſunt peccare, ideo omnes ſunt ſancti. Auth. Omnis qui relictus fuerit in Sion & reſiduus in Ieruſalem, ſanctus uocabitur omnis q ſcriptus eſt in uita in Ieruſalẽ. Eſa. iiij. Nota, Omnis qui relictus fuerit in Sion. Sion ſignificat uitam preſentem, in qua q bene uixerit, de Sion ueniet in Ieruſalẽ, ſ. in uiſionem pacis paradiſi. De iſta ciuitate dicit thema in perſona anime ſancte, In ciuitate ſanctificata, &c. Nota quinque in aſcenſione Chriſti, ad quorũ ſimilitudinẽ anima ſancta aſcendit in requiẽ ciuitatis ſuperne, que quinq; ſunt neceſſaria uolenti aſcendere, & ex mũdo exire. Primo

quidem

quidem Christo affuerunt angeli celorum omnes anime sanctorū, parentes, apostoli, & discipuli, & amici. De hoc legitur figura Gen. xxxij. de Iacob quomodo solus recessit de domo patris, & cū baculo in manu transiuit Iordanē, & post multū tēporis rediens cū magna multitudine dixit, In baculo meo transiui Iordanē istū, & nunc cū duabus turmis regredior, &c. Figura fuit Christi. Flumen Iordanis signat passionem & mortem Christi. Ior, id est riuus, dan, id est iudicium. Iordanis, id est riuus iudicij. Ecce mors Christi, ad quam statim natus incepit fluere. Et ideo modo dicit riuus. ij. Reg. xiiij. Omnes morimur, & quasi aque dilabimur super terrā, totum nostrū uiuere nō est nisi mori, quia comedendo, bibendo, loquendo, dormiendo, uel stando, continue uadimus ad mortem, quasi aque dilabimur. Dicitur autē mors riuus iudicij. Ratio, quia morimur Dei iudicio, quia ita diffinitū est Dei iudicio, & sententiatū a Deo, ut nullus intret paradisum, nisi prius transeat hoc flumē mortis. Intātū quod nec Christus nec uirgo Maria beata fuerūt exēpti. Ideo Eccles. xlj. Noli metuere iudiciū mortis, s. cogitando ꝙ euades, quia nullus euasit. Memento que ante te fuerūt, & que superuē tura sunt tibi. hoc iudiciū a Domino omni carni, &c. Ideo de morte dicit Christus, In baculo meo, s. crucis transiui Iordanē istū, scilicet iudicium mortis, quia nulla sancta persona mortua est cū eo, sed ipse solus & paupertimus, quia nudus, &c. Nunc autē in die ascēsionis cū duabus turmis regredior, s. angelorū & patrum sanctorum. Similiter in recessu anime sancte, quando de hoc mundo ascendit in celum, habet duas societates de celo. Ecce quādo persona deuota que fecit magnā & cōdignā penitētiā, est in extremis, angelus bonus qui est custos qui uidet omnia interiora, & cognoscit horā mortis, subito ascēdit in celū, & totus letus uadit ad cathedrā Christi & uirginis Marie dicēs bona noua, licet Christus sciat totum, tamen ipse interrogat iustum & impium dicit. Quid est? Respondet Angelus, Domine, una persona per uos mihi commissa tot anni sunt, modo laborat in extremis, uixit bene & sancte, dicit ibi coram Christo omnia bona que fecit, qualis honor? Tunc Christus precepit Michaeli, ut mittat quinquaginta uel centum millia angelorum, ut associent animā eius. Angeli uero propter amorem magnum quem habent ad nos, offerūt se dicendo, Domine ego sum hic, mittatis me, &c. Filij uero uel parentes seu amici, qui sunt iam in celo, qui cognoscunt angelum, uadunt ad Christum dicendo, Domine uos precepistis honorare parentes, ideo pater meus, uel mater mea, uel talis amicus noster, modo est ad mortē infirmus, ideo de uestra licentia ibimus ad associandum eum, & placet Christo, & ueniunt cum angelis, licet non uideantur a nobis carne impediente, tamen tota camera est plena eorum presentia, & statim anima sentit eorum presentiam, & quando est extra corpus, statim uidet angelos & animas

clarius quam uos uidetis me modo. Et dicit, Et unde mihi tantus honor? Et aſcendit cum eis in celum. Auth. Ecce quomodo cõputati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt. Sap. v. Talis anima poteſt bene dicere. In ciuitate ſanctificata ſimiliter, &c. non dico equaliter Chriſto aſcendenti requieui. Secus de anima impenitente, que non dolet de peccatis, nec confitetur, nec reſtituit, nec remittit inimicis, ad talem non ueniunt angeli boni, ſed demones. Dicatur quomodo illemet diabolus, qui fecit eam peccare, quando eſt in articulo mortis, uadit ad Luciferum dicens, Talis religioſus, clericus uel laicus, quẽ ego inclinaui ad peccata, modo eſt in articulo mortis, ideo habeamus ſocietatem Et Lucifer mittit copiam demonũ, & anima ſtatim ſentit eorum preſentiam, & nollet exire, & reuertitur intus. Sicut enim criminalis uel criminoſus nollet exire captionem, quãdo debet duci ad furcã, ſed cogitur. Ita nunc de anima impenitente. Autho. Vir qui errauerit a uia doctrine, in cetu gigantium commorabitur. Prouer. xxj. Nota a uia doctrine eundi ad paradiſum, que eſt illa, Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum Mat. iiij. Qui enim ab iſta uia declinauerit in fine, in cetu gigantium, id eſt demonum cõmorabitur. Ideo pro tempore faciamus penitentiam, ſi euadere uolumus tam grandia futura mala. Secunda conditio & ſimilitudo in Chriſti aſcenſione & anime eſt conclamatio. Chriſtus non cum ſilentio, ſed cum laudibus tubarũ aſcendit, ſicut rex quando rediit uictorioſus ad ſuum regnum, a uaſallis ſuis fit ſubito conclamatio. Ita poteſtis cogitare de Chriſto quãdo uictorioſus de diabolo, de mundo, & de peccatoribus hodie ad ſuum regnum redibat. Cogitate qualiter aer totus erat plenus choris angelorum. ideo Dauid in Pſalm. xlvj. Omnes gentes dicit, Aſcendit Deus in iubilatione, & Dominus in uoce tube. Grego. Iubilus eſt exultatio, que nec exprimi poteſt, nec taceri ualet. Similiter eſt de anima ſancta & deuota, non dico equaliter quãdo aſcendit in celum, ſcitis qualiter aſcendit, quemadmodum depingitur Maria Magdalena, quando eleuabatur ab angelis in aere, ita de anima ſancta aliqui angeli precedũt, aliqui comitantur, aliqui ſequuntur. Idem de filiis paruis qui ueniunt animam aſſociare, de quibus deberetis facere magnum feſtum & gaudium quãdo moriuntur. Et uos ploratis, ꝙ nõ deberetis facere, & ſancta anima aſcendit letabunda. Et ſi placeat ſibi talis honos, tamen dicit, Nõ nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Angeli autem cantãt unam cantilenã habentẽ tres uerſus ſecundũ tres uirtutes neceſſarias ad ſalutem ſiue ſaluationẽ. Prima uirtus eſt recedere a peccatis & ab omni occaſione peccandi. Iſta uirtus eſt penitẽtia, propter hanc cantant angeli primam cantilenã dicentes, Felix dies, felix hora, felix tempus, felix mota in qua peccata dimiſiſti. Cogitate quantum gaudium eſt ipſius anime. Secũda uirtus neceſſaria eſt obedientia.

Modi

Modicum eſſet recedere a peccatis, niſi homo ſeruaret bonum propoſitum & ſeruaret Dei precepta. Verbi gratia, ut religioſus ſeruet ſuam regulam & ceremonias, &c. propter hanc cantant ſecūdum cantilenā, Felix dies, felix hora, &c. in qua Chriſto adheſiſti. Tertia uirtus perſeuerantia. In iſta completur totum noſtrum gaudium, propter hanc cātāt tertiam cantilenam dicendo, Felix dies, felix hora, &c. in qua penitentiam compleuiſti. Et ſic anima aſcendit. Factum eſt autē ut moreretur mendicus & portaretur ab angelis. Nota angelis, in plurali, in ſinu Abrahe. Luc. xvj. Secus eſt de anima peccatrice & impenitēte, qua exeunte a corpore ſtatim demones ſunt ibi, & faciunt ſicut uenatores ad uenationem porcorū faciunt, quia totum nemus reſonat de illo ſtrepitu ſine concrepatione cornuum, tubarum, & latronum, canum. Authoritas, Infernus ſub te conturbatus eſt, in occurſum aduentus tui, ſuſcitabit tibi gigantes. Eſa. xiiij. Et loquebatur cuidam homini male uite, illam turbationem poteſtis intelligere ad inſtar uille, ad quam ſubito ueniunt Agareni ſiue inimici ad capiendum eam, qualis turbatio eſſet in uilla, ideo auiſetis uos. Tertia ſimilitudo, ut di. Aug. Chriſto aſcendente fuit quod maximum terrorem incuſsit demonibus mediam regionem aeris inhabitantibus. No. hic declarationem tubarum, &c. Sed Chriſto aſcendente fugerunt timore concuſsi, ut fugiunt qui morantur in nemore, quando ſentiunt regem illac tranſire. De hoc dicit Dauid, Exurgat Deus, ſcilicet aſcendendo, & diſsipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum a facie eius. Pſalm. lxvij. Auguſti. Aſcendente Chriſtō pauet omne celum, mirantur aſtra, plaudunt agmina, tuba ſonat, &c. Similiter de anima ſancta. Poſtquam enim Chriſtus aſcendit, demones redierunt ad ſuum locum dicendo Chriſto, non potuimus contradicere ne tranſiretis, ſed de cetero uidebimus quis tranſibit. Sic cum anima ſancta cum ſocietate angelorum aſcendit ſimiliter demones fugiunt. Contemplamini hic quando anima uidet demones fugientes, & cognoſcit eos qui eam tentauerunt, dicit cuilibet nominando eum. O tu traditor leuiatan tu tentauiſti me de ſuperbia, o proditor niſi Dominus iuuiſſet me, fuiſſem damnatus. & ſic de aliis. Ex quo iam eſt ſecura de gloria, & bene aſſociata deridet eos, ipſi uero fugiunt. Authoritas, Turbabuntur gentes, ſup. infernales, & timebunt qui habitant terminos a ſignis tuis exitus matutini & ueſpere delectabis. Pſal. lxiiij. Nota qui habitant terminos, ſcilicet in media regione, quia omne medium, eſt terminus extremorum, a ſignis tuis, ſcilicet gratie & glorie & uirtutū ipſius anime. Exitus matutini & ueſpere de finibus huius uite, quia finis dicitur matutina, ueſpere diuerſis reſpectibus. Dicitur matutina, qa tūc oritur claritas glorie anime ſancte. Et dicit ueſpere, qa eſt finis huiꝰ uite. Totaliter ſecꝰ de aīa iniqua & īpenitente

tente est, quando descendit ad infernū, demones dericlent eam dicentes, Modo ribaldi quia aqua baptismi perdita fuit in uobis & etiā chrisma, & sanguis redemptoris & sacramenta. De hoc authoritas, Si prestes anime tue concupiscētias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. xviij. Nota in gaudium. scilicet falsum & malitiosum, quemadmodum gauderet ille qui suspēditur, si primo uideret suspēdere inimicos suos. Quarta conditio fuit Christo ascendenti, quando enim fuit ad portas paradisi, que erant clause ex peccato Ade, tunc omnes turbati sunt, quando angeli qui precedebant clamauerunt dicentes, Attollite portas principes uestras, & eleuamini porte eternales, scilicet ex lōga duratione, & introibit rex glorie. psal. xxiij. Et licet iam scirent quis erat, tamen ex admiratione responderunt, Quis est iste rex glorie, &c. Tūc Christus intrauit cum sanctis animabus. Ideo beatus Stephanus qui post Christi ascensionem fuit passus, clamauit di. Ecce uideo celos apertos, & Iesum stantem a dextris uirtutis Dei. Postquam Christus celum intrauit, porte celi clause sunt, sed non ita fortiter ut prius. Autho. Cum intrauerit pater familias & clauserit ostium, incipietis foris stare & pulsare ostium dicentes, Domine Domine aperi nobis. Luce xiij. Sic quando anima sancta ascendit, similiter porte statim aperiuntur, & dicitur sibi a Christo, Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Matt. xxv. Nota. In pauca fuisti fidelis, quia bona que facimus in hoc mūdo, sunt pauca respectu glorie que datur bonis. Fidelis dicitur, quia in bonis que facit, noluit honorem proprium, sed honorem Dei, quia bona opera facta iusta & recta intentione faciunt hominem fidelem. Secus de anima peccatis infecta, quando uenit ad portas inferni, & uidet illa horribilia tormēta, tunc aperitur gula inferni, & anima clamat, O misera. tunc dicunt demones adinuicem, Habeatis uobis istum peccatorem, quia uita uestra meretur ista. De hoc autho. Dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino. Isaie v. Quinta conditio, Christo ascendente fuit solenniter festiuatus. Qualiter autē fuit receptus a Deo patre & Spiritu sancto, non potest linguis declarari, sed deuote persone per intellectum possunt hoc contemplari. qualiter fuit receptus a Deo patre, hoc fuit reuelatum Danieli, qui dixit, Ecce cum nubibus celi quasi filius hominis ueniebat, & usque ad antiquum dierum peruenit. Et in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem & honorem & regnum, & omnes populi, tribus & lingue seruient ei. Dan. vij. Nota, Ecce cum nubibus celi quasi filius hominis ueniebat, scilicet secundum humanitatem, quia inquantum Deus semper erat in celo & in terra ut radius solis, quia licet ueniat in hunc mundum ad illuminandum, calefaciendum & fructificandum, tamen non recedit. Ita de Christo secundum diuinitatem, Sed dicitur ascendere

dere ſecundum humanitatē, & quando fuit corā Deo adorando eum, inquantum Deus equalis eſt Deo patri, dixit, Manifeſtaui nomē tuum hominibus quos dediſti mihi, opus cōſummaui. Io. xvij. Reſpondit ſibi pater, Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Lu. iij. Item Spiritui ſancto eum adorando dixit inquantum homo, Spiritus Domini, ſuper me, quia inquātum Deus equalis eſt, propter quod unxit me, euāgelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, predicare captiuis remiſsionem, &c. Luce iiij. Reſpondit Spiritus ſanctus, Specioſus forma pre filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis. pſal. xliiij. Tunc a patre & Spiritu ſancto fuit collocatus ad dexteram in cathedra glorie ſuper omnes creaturas. Deinde uenerūt ſancti angeli ut uaſalli facientes reuerentiam regi adorantes Chriſtum, dicendo, benedictio & claritas & ſapientia & gratiarum actio, honor & uirtus & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum amen. Apoca. vij. Qui reſpondens ait, Vos eſtis adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſsi propter eos qui hereditatem capiunt ſalutis. Ad Heb. j. Deinde omnes anime ſanctorum qui cum eo aſcenderunt, ut Ade & omnium patriarcharum & propheratum, &c. Adorātes Chriſtum dixerunt, Dignus es Domine accipere librum & aperire ſignacula eius, quoniā occiſus es & redemiſti nos ſanguine tuo. Apoc. v. Reſpondit Chriſtus dicēs, Vos eritis genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, ut uirtutes eius annuntietis, qui de tenebris uos uocauit in ad mirabile lumen ſuum. j. Pet. ij. Ecce hic unum modicum de receptione facta Chriſto aſcendenti. Similiter anime ſancte, non dico equaliter, quando enim anima ſancta intrat celum empireum, tranſit per ordines angelorum, angeli & ſancti qui ſtant in illis palatiis corporalibus non de materia terreſtri, ſed celeſti reſpicientes per feneſtras ſuas, omnes ſalutantes animam intrātem dicent, O benedicta anima, benedicta dies, in qua penitentiam feciſti, reſtituiſti, remiſiſti. Anima reſpondet, non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam, & ſic preducitur uſque ad Chriſti cathedram, ubi adorat Chriſtum regratiādo ſibi, qui ipſam preducit ad debitum finem, & ibi coronatur a Chriſto, quemadmodū depingitur uirgo Maria, quando coronatur a Chriſto, iuxta illud, Veni electa mea, ueni coronaberis. Authoritas. Iuſti in perpetuum uiuent, & apud Dominum eſt merces eorum, & cogitatio illorum apud Altiſsimum. Ideo accipient regnum decoris & diadema ſpeciei de manu Domini. Sap. v. O quale feſtum fit tunc in celo, & tripudia ab angelis Dei. Authoritas. Dico uobis, gaudiū eſt in celo ſuper uno peccatore penitentiam agente. Luce xv. Quāto magis ſuper uno peccatore penitentiam complente. Secus de anima damnata impenitente, aliud feſtū fit ſibi in inferno, ut Dominus cuſtodiat nos ab iſto feſto. De quo Iſa. xiiij. Omnes principes terre ſurrexerūt de ſoliis ſuis,

omnes

omnes principes nationum. Vniuersi respondebunt, & dicent ibi, Et tu uulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es. Detracta est usque ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum. Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt uermes.

Dominica intra octa. Ascensionis. Sermo j.

ILle testimonium perhibebit de me. Verbum istud habetur textualiter Ioan. xv. & officialiter in euangelio hodierno. Sermo noster erit de sancto euangelio presentis dominice, singulariter de uerbo proposito pro themate. Et habebimus multas bonas doctrinas ad peccatorum correctionem & uite instructionem. Sed primo salutetur uirgo Maria. Pro declaratione huius uerbi & prosecutiõe totius materie nostri sermonis, sciẽdum quod Deus dans doctrinam & regulam & legẽ omnibus iudicibus mundi, quomodo se debeant regere ad puniendũ & corrigendum peccata dixit, Non stabit testis unus contra aliquem, quicquid illud peccati uel facinoris fuerit, sed in ore duorum aut trium testium stabit omne uerbum. Deut. xix. Ratio huius legis est, quia quãdo una sola persona testatur contra aliam, & alia negat, equales sunt. Iudex non plus habet rationẽ condemnandi quam soluẽdi. Sed quãdo sunt duo testes contra unum, tunc unus est conuictus, si sint tres testes, melius iam iudex potest eum condẽnare. Ideo dicit, In ore duorum uel trium testium, &c. Ecce legem quã dedit, & sicut dedit illis, sic aliis iudicibus, ita etiã uult eam seruare. Nam antequã anima intret paradisum, si sit bona, uel infernũ, si sit mala, uel purgatoriũ, primo uenit ad iudiciũ Christi, & ibi iudicatur. Autho. Statutũ est hominibus semel mori, post hoc autẽ iudiciũ. ad Heb. ix. In primo enim iudicio Christ' procedit per legẽ datam aliis iudicibus, s. cum duobus aut tribus testibus contra reum, & secundũ q̃ testes sunt pro aĩa, uel contra animam, ipsa iudicatur. Primus testis est cõscientia propria humanalis. Secũdus bonus angelus celestialis. Tertius est Iesus iudex uniuersalis. De quolibet istorũ dicit thema. Ille, s. primus uel secundus uel tertius testis testimoniũ perhibebit de me, pro me, uel cõtra me. Dico primo, q̃ propria conscientia humana est testis, qa conscientia hominis est liber, in quo scribuntur oĩa bona & mala que homo facit. Quando homo facit aliquod bonũ opus, illud opus transit, sed remanet scriptum in libro cõsciẽtie. uerbi gratia, Credo quod quilibet nostrũ hodie orauit postquam fuit indutus genibus flexis, etiã illud opus iam trãsiuit, tamẽ remanet scriptũ in libro cõscientie ad testificandũ in iudicio. Item si hodie feciſtis eleemosynã, & deuote & cũ silẽtio audiuiſtis missam. Idẽ si salutaſtis alium bono corde, & sic de aliis. Ista opera transeunt, sed remanent scripta in libro conscientie. Authoritas. Cum gentes que legẽ non habent, naturaliter ea que legis sunt faciunt, huiusmodi legẽ non

haben

habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Rom. ij. Idem de malis operibus dicas, Dixiſti hodie aliquod mendacium, illud iam tranſiuit, ſed manet ſcriptum in libro conſcientie ad teſtificandum contra te in iudicio. Item ſi iuraſti per Deum, & ui tuperaſti aliquem, uel locutus fuiſti in miſſa, ſi es religioſus qui ſilere in menſa debes, uel reſpexiſti mulierem diſcurrendo per uillam, uel ciuitatem, uel in eccleſia. Authoritas. Imperfectum meum uiderunt oculi tui & in libro tuo omnes, ſupl. defectus ſcribentur. pſal. cxxxviij. Nota, Imperfectum meum, &c. quaſi diceret, Domine quando ego peccabam, credebam facere peccata ſecrete abſcondendo me a Gentibus, ſed tu Domine uidiſti, &c. & in libro tuo, &c. Cõſcientia enim hominis dicitur liber Dei. Ratio quia ipſe fecit illũ librũ, & creauit, & ſcribit, & legit, & nullus alius. Cognoſcere enim cogitationes cordium ſiue intellectum, ut ſunt in intellectu, ſolius Dei eſt. De quo uide ſanct. Tho. j. parte. q. lvij. ar. v. Modo iſte liber eſt clauſus, quia nullus poteſt legere niſi Deus, & ego in mea, tu in tua conſcientia, & ille in ſua, &c. Sed in iudicio quando anima ueniet timens & tremẽs dicet Chriſtus, Videamus librum, & tunc conſcientia aperietur, & dabit teſtimonium. Si anima receſſit a corpore in gratia, mala & peccata non apparebunt in confuſionem, imo in bonum teſtimonium anime in gloria. Vnde Apoſtolus, Gloria noſtra hec eſt teſtimoniũ cõſcientie noſtre. ij. ad Cor. j. Sed ſi uixit in mala uita, peccatis, & finaliter moritur impenitens, tunc nullum bonũ apparebit ſcriptum in libro conſcientie, quia quãdiu ſumus in pctõ, opera noſtra nõ ſunt meritoria. Ideo non apparebũt niſi mala opera ſcripta in charta illa. ideo Apoſtolus, Teſtimoniũ reddẽte illis conſcientia ipſorum & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium aut etiam defendentium in die cum iudicabit Deus, occulta hominum. Rom. ij. Do uobis hoc remedium & bonum conſilium, quod ſi uultis tenere, & mihi credere, tunc teſtimonium conſcientie ueſtre erit pro uobis, & non contra uos, licet feceritis multa mala & peccata. Illud remedium capiatis per ſimilitudinem hanc. In quodam loco erat homo quidem male uite, latro, homicida, & faciebat multa mala, ſed ſecrete timore iuſtitie. Sed quantumcunque ignis fiat ſecrete, & in abſcondito, fumus exiet inde, rex ſciens illius hominis mala, commiſit iudici illius loci, ut faceret proceſſum contra illum hominem taliter, quod ille homo nihil ſciret. Quo facto proceſſu clauſo, & ſignato ſciens iudex, quod homo iſte contra quem fecit proceſſum, eſſet iturus ad regem, dixit ſibi quod portaret regi unum librum, qui acceptauit librum, & erat proceſſus contra eum factus. Quando autem latro fuit in uia, cogitauit, & timuit, an iſta ſcriptura eſſet contra eum, quia, Conſcius, ipſe ſibi, de ſe putat omnia dici. Dicens intra ſe, Quid ſcio, quid porto. Iſte liber proceſſus uidetur,

qui

qui aperuit dictum proceſſum,& legit ibi,& inuenit clare omnia mala que fecerat,qui incepit flere dicens,O miſer quid faciam,ſi ego porto hoc regi,ſuſpenſus ſum, uolebat cõburere proceſſum,ſed timebat perdere omnia bona ſua. Qui acceſsit ad quẽdam notarium amicum,exponens ei ſuam neceſsitatem & caſum. Ad quem notarius dixit, ſi de cetero uultis uos cauere &emendare uitam ueſtram,ego iuuabo uos. Qui promiſit emendam. Tunc notarius fidelis raſit de proceſſu ſubtiliter,ubi erat affirmatiua,poſuit negatiuam, & ubi erant teſtes contra eum,poſuit pro ipſo,& clauſit proceſſum dicens, Modo uadatis ad regem,nec oportet uos timere,imo rex bene accipiet uos. Quando autem fuit cum rege, aſsiſtentes qui erant cum rege dicebant, Domine iſte eſt ille malus homo talis loci,capiatur, & ſtatim rex mãdauit ut ſtatim caperetur & ſuſpenderetur, ſed ipſe homo preſentauit proceſſum regi,qui lecto proceſſu,rex oſculatus eſt eum,& mandauit ſibi dari cẽtum florenos. Rex iſte eſt ille de quo dicitur, Rex regum,& Dominus dominantium. Apoc.xix. ſed malefactor eſt quilibet noſtrum. Sumus enim homicide & latrones,&c. Si tu dicis,Ego nũquam occidi aliquẽ, probo quod ſic. Homicida occidit corpus, ſed qui peccat mortaliter occidit animam, quoties enim peccaſti mortaliter,toties occidiſti animam. Anima que peccauerit,ipſa morietur. Ezech.xviij. Item ſi occidiſti proximum,homicida es. Authoritas. Omnis enim qui odit fratrem ſuum,homicida eſt.j.Io.iij. Item quotieſcunque inclinaſti,uel induxiſti alium ad peccandum mortaliter,toties animam occidiſti. de pe.diſt.j. Noli dicit Aug.noli putare te homicidam non eſſe, quando fratri tuo malum perſuades. Cum enim fratri tuo malum perſuades,occidis. Itẽ ſumus fures, quotieſcunque furati ſumus Deo honorem uel reuerentiam uel obedientiam ad ſua precepta,toties fecimus furtum. Itẽ proximo famam & eccleſie decimas, ſeruitoribus & ſolidatum & mercedem operum,mortuis legata, furtum committimus omnes. Authoritas, Quotquot uenerunt fures ſunt & latrones. Io.x.c. Et proceſſus eſt iam factus, clauſus,& ſignatus. Et quilibet portat ſuum proceſſum ad regem Chriſtum. Ergo quid faciendũ? Dico quod ſicut fecit latro. Primo aperiatur iſte proceſſus legendo ea que ibi continentur. Secundo debemus flere ſicut iſte fleuit. Tertio debemus oſtendere proceſſum amico notario. Quarto fiat quod notarius radat ſubtiliter,&c. Primo liber conſcientie aperietur cogitãdo malam uitam quam tenuit. Si es religioſus,cogita ſi ſeruaſti regulam,& ceremonias. Si ſacerdos,cogita qualiter officium celebraſti,ſi cum pura deuotione uel pro pecunia, ſi unquam iuraſti uel mentitus fuiſti,ſi uixiſti caſte, &c. idem de uobis, quilibet cogitet uitam quam tenuit,iſto modo liber conſcientie aperitur. Secundo plora, ecce cõtritio dicẽs, O miſer quid erit de me,&c. Tertio recurrere debes ad amicum, & dicere ſibi totum, & oſtendere

ſibi

ſibi librum. Amicus iſte eſt cõfeſſor, amicus pluſquam pater uel mater, & oſtendere ſibi librum debes, clare dicendo peccata. Patet ego ſum magnus peccator. Primo feci hoc & hoc. Et poſt cõfeſsionem cõfeſſor debet querere propoſitum in corde ueſtro decetero cauendi & emendandi uitam ueſtram. Si diceris quod ſic tũc cõfeſſor radit & delet peccata de cõſcientia, ſcilicet cum lingua. Nullus gladius tantum ſcindit, quantum lingua cõfeſſoris, quando eleuat manum, & dicit Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimittat tibi omnia, &c. Facta abſolutione omnia peccata & mala ſunt raſa de libro cõſcientie. Ita radit ſubtiliter, quod ſicut cõſcientia erat cõtra te, &c. teſtatur pro te. Deinde dicet cõfeſſor modo ſecure uadas ad regem. Vadit homo ſecurus penitentiam implens datã a cõfeſſore, & quando anima uenit coram Chriſto in iudicio & proceſſus cõſcientie aperitur, omnes teſtes ſunt pro anima. Benedictus erit qui cõſilium hoc ſeruauerit. Hoc Deus met dicit peccatori, Sume tibi librum grandem, & ſcribe in hoc ſtylo, uelociter ſpolia detrahe, cito predare. Eſaie. viij. Nota, Sume tibi, nõ alteri, quia nullus alius poteſt ibi legere librum grandem. Magnus liber eſt decretales, maior decretum, & maior biblia. Maior omnibus his eſt cõſcientia. Liber ſumitur cogitãdo peccata, ut dixi. Scribitur ſtylo hominis, quia ex quo Deus factus eſt homo, dedit hominibus poteſtatem remittendi peccata & nõ ante. Auditur uelociter, &c. Nullꝰ dicat, uolo cõfiteri i quadrageſima, &c. forte hodie uel cras morieris, &c. Et ſic patet prima ps ſermonis. Dico ſecundo quod alius teſtis eſt angelus bonus celeſtialis. Sciendum quod quilibet homo uel mulier a natiuitate quandiu uiuit in hoc mundo, habet unum angelum bonum de celo ſummo ad ſui cuſtodiam a Deo omnipotenti deputatum. unde Hiero, Magna eſt dignitas animarum, ut unaqueque anima ab ortu ſue natiuitatis habeat angelum ad cuſtodiam deputatum, quia aliter demones ſuffocarent nos & impedirent omnia opera noſtra. Ideo Deus dat angelum ad cuſtodiam, ſicut Dominus qui habet oues dat eis cuſtodiam paſtoris. De hac cuſtodia Dauid in Pſalmo. Angelis ſuis Deus mandauit de te, ut cuſtodiant te in omnibus uiis tuis. Pſalm. xc. Iſte autem teſtis uidet quicquid homo facit, & dicit. Ideo teſtificatur de uiſu & auditu. Modo contemplare hic quantum placeat angelo bono, quando homo facit bona opera, orationem deuotam, ieiunium, &c. Tunc enim angelus eleuat oculos ad Deum dicens, O Domine audiatis eum, iam uidetis quomodo deuote orat, ieiunat, &c. Sic de quolibet bono opere. Et non ſolum iſte angelus gaudet, ſed etiam omnes alij angeli de celo. Gaudium eſt angelis Dei, &c. Luce decimoquinto. Per oppoſitum, quando facimus peccata, uel aliquam inhoneſtatem, dicit angelus, O de iſto proditore quid dicam? Cogita ſi coram aliqua deuota perſona tu faceres inhoneſtatẽ, quid diceret? Ita angelus. Multi credunt quod

quando uolunt facere aliquod furtum uel luxuriam ſecrete, quod nullus uideat, dicunt, O nullus uidet me. O miſer aperi oculos mentis, & uide ibi angelum preſentem, qui dicit, O de iſto proditore, quid ego dicam iudici? O de iſta meretrice ſiue putana quid dicam? Etiam de celo illi clamant cõtra illum peccatorem, acſi modo coram nobis ueniret aliqua mulier mererrix nudã, omnes uos diceretis, O illa uilis meretrix, foras, &c. Modo cogitate qualiter ſancti angeli, qui abhorrent peccata, qualiter indignantur. Authoritas. Ecce uidentes clamabunt foris. Angeli pacis amare flebunt. Eſaie xxxiij. Nota, Ecce uidentes, quia ſunt nobiſcum hic angeli pacis, qui ſunt de celo, quia illi de inferno ſunt angeli guerre & diuiſionis, amare flebunt, quantum ad deteſtationem peccatorum. Non intelligatis quod ſit talis fletus ſicut eſt noſter, qui uenit ex triſtitia uel deuotione, ſicut in deuotis perſonis. Cogita quale teſtimonium faciet angelus in iudicio. Quando enim anima peccatrix impenitens uenit ad iudicium, & demones eam accuſant, Chriſtus iuſtus iudex uult audire partes, dicens, Videamus quid dicitis uos angeli. Qui reſpondent, ſcilicet demones, Domine iſta anima fecit hoc & hoc. Ideo faciatis iuſtitiam: pro uno peccato damnaſtis uos in perpetuum, & iſte fecit tot peccata, & ideo &c. Tunc Chriſtus licet ſciat totum, tamen ſecundum formam iudicis querit a teſtibus. Interrogat angelum dei, Quid eſt hoc, tu quid uidiſti, quid dicis? Et angelus quaſi complangendo ex amore quem habet ad nos, dicit, Domine tot anni ſunt quod mihi commiſiſtis iſtum. Verum eſt quod dicunt demones, dedit ſe ſuperbie, uanitati, & ſic de aliis peccatis. Quantumcunque ego inducerem eam ad celum, noluit mihi credere. Tunc Chriſtus, auditis duobus teſtibus. ſ. conſcientia & angelo, dat ſententiam di. Surge, tolle quod tuum eſt, & uade. Tunc demones recipiunt animam, & ſic ducitur ad infernum. Si autem homo fuit bene confeſſus, & propoſuit ſe abſtinere a peccatis, & fecit condignam penitentiam, quando uenit ad iudicium, & demones eum accuſant, Chriſtus dicit ad bonum angelum. Quid tu dicis angele? Reſpondet angelus di. Verum eſt Domine quod ipſe fecit hoc, ut dicunt demones, tamen recurrit ad medicinas, & ad remedia ueſtra. Fuit enim bene confeſſus & contritus, & fecit penitentiam & communicauit. ideo uidetur mihi, quod debet abſolui. Tunc Chriſtus dat ſententiam, & precipit angelo, & mandat ſibi, ut collocetur in paradiſo in tali ſede uel cathedra. De hoc dicit ſcriptura, Si fuerit pro eo angelus loquens, unus de millibus, ut annuntiet hominis equitatem, id eſt penitentiam & bonã uitam, miſerebitur eius, & dicet, Libera eum, ut nõ deſcendat in corruptionẽ. Iob. xxxiij. Remedium ergo & conſilium bonũ beati Bernardi eſt dicẽtis, Noli preſente angelo ſancto facere, q̃ me preſente facere non auderes. Quantumcunque eſſet tentatus quis propter uerecundiã

coram

corã una bona persona noller facere peccatum uel inhonestatem aliquam, quare ergo in presentia angeli non times facere? O quale testimoniũ angelus faceret, si amore suo homo nõ peccaret opportunitate habita, ut placeret ei. Dico ergo quod alius testis est Iesus iudex uniuersalis. Diceret aliquis, quomodo est possibile, quod Christus simul sit iudex & testis? Si est iudex, quomodo est testis? & econuerso, dico quod proprium est Christo simul esse iudicem & testem. Nec rex nec papa potest esse simul iudex & testis, sed Christus. Ideo dicit, Ego sum iudex & testis, dicit Dominus. Hiere. xxix. Si alij testes non essent, ille sufficeret. Ideo dicit accedam ad uos in iudicio, & ero testis uelox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, & humiliant pupillos & uiduas, & opprimunt peregrinos, nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum. Malach. iij. Nota septem peccata in dicta authoritate, de quibus erit testimonium Christi cõtra homines in iudicio. Primum peccatum est maleficium, omnes qui faciunt mala opera, dicuntur malefici, sed simpliciter qui damnificant proximum, tollendo eius bona, uel furando de uinetis, hortis seu campis. Quidam dicunt quod recipere fructus, nõ est peccatum, error est, quia ex furto fructus humanum genus fuit exul a paradiso terrestri, & Christus pro eo passus est. Tales non habent remedium nisi quod satisfaciant, si uolunt intrare paradisum, uel petere ueniam debent. Secundo ero testis uelox adulteris. Dicatur quid est adulterium quando est publicum, nisi corrigatur. ira Dei est super communitatem. Tertio est periuris. Dicatur quomodo pro toto mundo saluando homo non deberet iurare falsum iuramentum. Quarto qui calumniantur mercedem mercenarij. Ille mercenarius est Christus, qui xxxiij. annis laborauit in uinea Christianitatis, salarium quod uult est de septem diebus hebdomade, scilicet quod uult unam, scilicet dominicam, qui uero nõ seruat dominicam, calumniatur mercedem, &c. Quinto erit testis uelox his qui humiliant uiduas & pupillos. Vidua est mulier, que habet uirum suum in alio mundo. Ita anime nostre sunt uidue, que habent spõsum suum in alio mundo. Pupilli sunt corpora. Humiliantur isti pupilli, quãdo inebriantur homines in tabernis, &c. Dicatur contra istud uitium. Sexto opprimunt peregrinos. Quilibet nostrum est peregrinus quandiu uiuimus in hoc mũdo. Ideo Dauid, Aduena & peregrinus ego sum, opprimitur peregrinus in ludo taxillorum, &c. Septimo nec timuerũt me, precepta dominorũ temporaliũ timent, sed nõ Dei. Remedium ergo est in omnibus que facimus, habere respectum & timorẽ ad Deũ, ut Iob qui dicebat. Ecce in celo est testis meus & cõscius meus in excelsis. subdit, Ad Deum stillat oculus meus. Iob. xvj. Sicut oculus mulieris ad uirum eam respicientem per fenestram. Ideo non sustinet tactus philocapti, &c. Deo gratias.

Dominica intra octa. Aſcenſionis. Sermo ij.

ILle teſtimonium perhibebit de me. Ioa.xv. Pro huius uerbi declaratione & materie predicãde introductione, ſciendum quod ſingularis excellentia & priuilegium eſt de Chriſto domino ſuper alios dominos omnes, quia ipſe ſimul eſt iudex & teſtis quod non eſt de aliquo iudice in aliquo bono iudicio. Ratio quia teſtificari nihil aliud eſt quam iudicem de ueritate informare. Modo aliud eſt informare ſe, & aliud informari. Iudex enim poteſt informari, ſcilicet ab alio, ſed ipſemet nõ poteſt ſe informare. Ideo nõ poteſt eſſe iudex & teſtis ſimul: ſed in Chriſto iſta ratio nõ habet locum, quia ipſe nõ indiget informatione alterius. Ideo ipſe informat omnes alios de ueritate. Plus ſcit ipſe de negotiis meis & tuis quam nos. Authoritas. Omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius. ad Hebr. iiij. Ideo neceſſario ipſe iudex habet eſſe teſtis. Secunda ratio, quia iudicare eſt inter partes ſententialiter diffinire. In omni enim iudicio ſunt reus, accuſatus, & teſtis, qui ſemper eſt alicuius partis, & cum iudex nõ poſsit eſſe ſimul iudex & pars. Igitur nullus iudex poteſt eſſe ſimul iudex & teſtis. Sed in Chriſto iſta ratio non habet locum, quia in omni bono opere ipſe eſt pars. Ratio quia bona opera maxime fiunt propter Deum. ſi uero opera ſint mala, ibi non eſt pars, quia fiunt cõtra eum. Ideo ipſe dicebat, qui nõ eſt mecum contra me eſt. Luc.xj. Ergo neceſſario eſt pars. Patet ergo priuilegium & excellentia Chriſti, quia ſimul eſt iudex & teſtis. De hoc authoritas clara, ego ſum iudex & teſtis dicit Dominus. Hiere. xxix. & iſta ratione poſuit thema. & quilibet ueſtrum poteſt ueraciter dicere. Ille, ſcilicet Ieſus Chriſtus Dominus & iudex teſtimonium perhibebit de me. Patet thema. Et ego ſum modo in materia quam uolo pertractare moraliter. Modo uideamus quomodo Chriſtus eſt teſtis & iudex in iudicio, & cõtra que peccata. De hoc inueni authoritatem, que dicit clare de quibus peccatis perhibebit in iudicio teſtimonium. Accedam ad uos in iudicio, & ero teſtis uelox maleficis, adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, & humiliant uiduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me dicit Dominus exercituum. Malach.iij. Hic nominat ſeptem conditiones peccatorum, que ſi uitentur, habebitis in iudicio iudicem & teſtem Chriſtum pro uobis, alias erit contra uos, & poteritis dicere thema, Ille teſtimonium perhibebit de me. Primo dicit, Accedam ad uos in iudicio tanquam iudex, & ero teſtis uelox maleficis. Quilibet peccator faciẽs mala opera poteſt dici maleficus generaliter. Sed proprio & ſtricto modo malefici ſunt, qui non ſolum nocent ſubiipſis, ſed etiam toti communitati, ſicut ſunt diuini, fortilegi, coniuratores, & potionatores, ſiue intoxicatores, qui ſi ſuſtinentur in aliquo loco, tota illa patria deſtruetur, ex quo eſt notorium,

Peculiare eſt Chriſto quod ſit ſimul iudex & teſtis.

torium, quia processionaliter gentes recurrunt ad eos, & si sustinentur, ira Dei est super illam ciuitatem siue communitatem. Secus de secretis quos Deus secrete damnabit, & terra erit sine periculo, quia ex quo peccatum est secretum, non cadit in iudicio hominum, sed in iudicio Dei. Dauid. Iudica illos, da illis secundum opera eorum & secundum nequitiam adinuentionum ipsorum. Dicunt id quod uolunt & nesciunt, quia tenebrosi sunt, sed diffamant aliquem, & ostendunt in speculo & in amphora, &c. figuras, &c. & sequitur diuisio inter uos, propter hoc non est petenda sanitas ab eis. Si tu haberes inimicum capitalem in hac uilla, recurreres ad eum in tuis necessitatibus? clarum est quod non. Ita est de diuinis, qui cum diabolo inimico capitali nostro habent sua consilia. Ad dominum Iesum Christum recurratis in uestris necessitatibus, quia ipse potest dare sanitatem filiis, &c. Precepit Deus antiquitus dicens. Vir siue mulier in quibus phitonicus siue diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur. Domine & qua morte? an suspensionis, decapitationis, uel combustionis? Responsio quod non, sed lapidibus obruent eos, sanguis eorum sit super eos. Leuitici. xx. Quia qui moritur suspensus uel decapitatus, &c. non nisi ab uno potest interfici. Sed quia diuinus nocet toti populo, uult Deus quod a toto populo occidatur. Ecce quare dicit, Accedam ad uos, &c. usque maleficis. Secundo dicit, accedam ad uos. Ista clausula debet addi cuilibet peccato, Accedam ad uos, & ero testis uelox adulteris. Qui in matrimonio sunt, actum matrimonialem facere possunt sine peccato, & etiam quandoque cum peccato & mortali & ueniali, & quandoque etiam cum merito. Sed quando uir cognoscit de aliqua alia muliere, uel econtra, hoc peccatum dicitur adulterium. Istud peccatum est multum abominabile, maxime quando est notorium, quia etiam nocet toti communitati. Secus si sit secretum. Dicatur historia de Corinthiis quos Paulus conuerterat ad fidem, & post aliquot dies ira Dei fuit super eos, quia habebant siccitates & mortalitates. Hec dicitur ira Dei, qui nescierunt causam, quare & scripserunt apostolo Paulo eorum necessitatem. Apostolus autem per literam respondit eis, dicens, Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit. Et sequitur, Auferte malum ex uobis ipsis. j. Corinth. v. Patet clare quod sustinere adulterium notorium est destructio communitatis. Ideo uos rectores, qui portatis onus, debetis prouidere & facere ordinationem statim cum preconizatione publica, & certis penis, quod nulla putana siue meretrix notoria possit esse nisi in bordello siue lupanari, & corrigantur omnia ista peccata. primo de meretricibus in hospitiis. Lupanaria possunt sustineri, ut dicit Aug. in lib. de ordine. ad uitandū maiora peccata. Sed lupanaria particularia que sunt in laqueum, nō sunt sustinenda, & morbus cōtagiosus est. Quando uxor uestra uel filia uidet meretricē

tricem cum homine gratulari, quid cogitabit? cito erit putana, uel quã doque fieri posset putana. Ideo ad partem in remedium malorum, & nõ in laqueum lupanaria erunt collocata, ne uxorati & clerici & religiosi uenientes ad hospitium incidant in laqueum. Cogitate quale peccatum est, quia Christus dedit uitam suam & sanguinem ut saluaret animas, & uos ponitis ibi laqueum ut damnentur. Secundo corrigatur, peccatum clericorum de cõcubinis, &c. Nisi hoc peccatum corrigatur, dicit Dominus, accedam ad uos, &c. usque, adulteris. Tertio dicit, Accedam, &c. usque periuris. De isto peccato Deus reputat se ualde grauatum quando notorie fit. Secus quando secrete, quia tunc nõ est periculum communitati, sed quando notorie iurant, renegant, & Christum despiciunt, dicendo uerba cõtra Christum, uirginem Mariam & sanctos, creditis quod Deus surdus sit & mutus & cecus. Mirum est ꝙ non mittit plagas ad destruendum nos, quia talia sustinemus. Si de Domino uel rege dicerentur mala, statim punirentur. Et de Christo sine correctiõe, Heu omnes possunt dicere, imo inter scutiferos aliqui prouocantur ut iurent & blasphement Deum & beatam uirginem Mariam & omnes sanctos, & tunc rident. Et ex peccato isto ueniunt siccitates, sterilitates, & mortalitates, & ira Dei super terram & super habitatores terre. Sed diceret aliquis, quare super me, quia ego non iuro, &c. Responsio licet non iuremus omnes, quia tamẽ sustinemus, omnes habemus peccatum quando aliquis iurat, &c. omnes debemus resurgere contra eum. O ribaldus, interficiatur, &c. ac si lupus intraret uillam ad deuorandum pueros, nonne omnes clamarent ad lupum, & nullus curat de blasphemia contra Deum, imo ponunt in truffis quando est aliquis magnus iurator, scienter prouocant eum ad iram ut iuret, ut ipsi possint ridere de iuramentis illius. Ideo De rectoribus conquerendo qui hoc peccatum deberent corrigere, dicit, Dominatores populi mei inique agunt contra me, dicit Dominus, & iugiter tota die nomen meum blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomen meũ in die illa, qa ego ipse qui loquebar, sup. precipiẽdo, Ecce assum, scilicet puniendo. Esa. lij. Quarto dicit, Accedam ad uos, &c. usq; qui calumniantur mercedem mercenarij seruitoribus & ancillis & scutiferis, quãdo cõpleto tẽpore seruitij petunt salariũ, domini calũniantur & faciũt placita, &c. De isto peccato multum grauatur Deus omnipotens, intantum, quod precepit per Tobiã dicens, Quicunque tibi aliquid operat⁹ fuerit, statim mercedẽ ei restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino nõ remaneat. Tob. iiij. Quinto dicit, Accedã ad uos, &c. usque, his qui humiliant uiduas & pupillos. Iam quando mulier uel uxor aliqua perdit suũ bonũ uirũ, remanet uidua, & filij quãdo perdunt patrem, remanent orphani, & tũc omnes deberent iuuare. Sed modo fit totum oppositũ. Dicunt modo, nõ habẽt defensorẽ, & cum tali litera

quam

quam habeo, potero habere campum, uineam, domum, &c. & pater satisfecit sibi de debito, & non curauit de litera, confidens de sua amicitia, &c. Sed licet perdiderint uirū & carnalē patrē, nō tamen perdēt uerum patrē, nec defensorē, quia Deus pater orphanorum, & sicut iudex uiduarum defendit eos. qui dicit, Vidue & pupillo nō nocebitis. Si leseritis eos, uociferabuntur ad me, & ego audiā clamorē eorū & indignabitur furor meus, percutiāq; uos gladio, & erunt uxores uestre uidue, & filij uestri pupilli. Exo. xxij. Ideo caueatis ab isto peccato. Ideo dicit, Accedā ad uos, &c. Sexto dicitur, Accedā ad uos. usque hic, qui opprimunt peregrinum. Peregrinus dicitur uiator, qui portat modicū prouisionis. Ita in hoc mūdo peregrini dicūtur pauperes, quorū quilibet potest dicere, aduena & peregrinus sum apud te. Cōtra illos q pauperes istos opprimūt, Deus erit iudex & testis, maxime contra usurarios, qui nihil sciunt facere, nisi cum usuris. Si habent mutuare pauperibus, statim cum usura mutuant, si uendunt plus quam est, pretium condignum recipiunt propter dilationem solutionis. si emunt, minus dant propter hoc, quia dant pecuniam promptam. Dicatur contra illos qui faciunt usuram de pannis uendendo plus, deinde ille qui emit statim uendit pannum minus. Dicatur quod peccatum esset uendere quod non est suum. Ita tu uendis necessitatem alterius. Item faciunt aliam crudelitatem contra pauperes, quia emunt frumentum contra pauperes, & abscondunt sperantes ipsum uendere ad pondus argenti. Vultis cognoscere quod peccatum est? Dicit scriptura, Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis, benedictio autem super capur uendentium. Prouer. xj. Septimo ait, Accedam, &c. usque hic, nec timuerunt me dicit Dominus. Modo audite defectum qui modo est in toto mundo, quia gentes habent uerecundiam & timorem coram gentibus, & non timent Deum, seruant precepta & ordinationes dominorum temporalium timore pene, scilicet quinque solidorum, & non timent frangere precepta & non ordinationes Dei, quas precepit seruare, non sub pena quinque solidorum, sed perdendi omnia membra, & corpus & animam, & damnationē eternam, & tamen nullus timet. Ideo dicit Christus, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Matth. x.

Dominica intra octauas Ascensionis. Sermo iij.

ASsumptus est in celum, & sedet a dextris Dei. Marc. vlt. Verbum propositum pro fundamento sermonis declarat excellentiam & altitudinē Christi, qualiter inquantum homo fuit receptus & collocatus in celum, dicens, Assumptus est in celum, & sedet a dextris Dei. Istud uerbum habet magnam difficultatem in theologia, qualiter Christus di-

citur ſedere ad dexteram Dei in quantum homo. Pro cuius declaratione & materie predicande iutroductione, ſciendum q̃ in ſubſtantiis ſpiritualibus nõ reputantur partes dextre uel ſiniſtre proprie loquendo. Dicit enim, ſcilicet Tho. & probat prima par. q. l. ar. j. quod Angeli ſunt incorporei, quia nõ ſunt diuiſibiles per partes, indiuiſibiles enim ſunt. Ideo in eis nõ inuenitur differentia partis dextre uel ſiniſtre. Sed quicquid eſt in eis, totum poteſt dici dextra, quia pars ſiniſtra dicitur minoris fortitudinis & uirtutis, ſed in angelis totũ eſt forte, & nihil debile. Sed differentia partis dextre & ſiniſtre proprie ſolũ inuenitur in creaturis corporalibus & ſenſitiuis, ut in hominib⁹ & animalibus, qa arbores & lapides nõ dicuntur habere partes dexterã & ſiniſtrã, quia equaliter habent fortitudinẽ in qualibet parte, homines uero & iumẽta habent maiorem fortitudinem & uirtutẽ in dextra quam in ſiniſtra. Ideo dicit Salomon, Leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabit̃ me tanquã res fortis & firma. Can. ij. Ergo dicit thema, Aſſumptus eſt in celũ, & ſedet a dextris Dei. Et etiã eſt articulus fidei, qui dicit, Aſcendit ad celos, ſedet ad dexteram Dei patris. ſi dicas cum pater in ſua eſſentia & diuinitate ſit ſubſtantia ſpiritualis & indiuiſibilis, quomodo reperitur in ea pars dextra, cũ in eo non ſit ſiniſtra, quia in eo nihil debile, ſed eſt totus fortis & omnipotẽs? Reſpõdeo quod in Deo dextra ſumitur ſimilitudinarie & figuratiue. Verbi gratia. Sicut quando ad aliquem magnum dominum ueniunt magne perſone & notabiles. Iſte dominus cauſa honoris ad dextram ſuam facit ſtare honorabiliorem perſonam. Ita legitur de matre Salomonis. iij. Reg. ij. Poſitus eſt thronus matri regis que ſedit ad dextram eius. Et poſt regem erat perſona excellentior, ita quod ſedere ad dextram, ſignat habere excellẽtiã, honorem, ſeu dignitatẽ ſuper omnes alios. Et quia Chriſtus eſt in excellentiori gloria, honore, & dignitate in paradiſo ſuper omnes creaturas, ideo dicitur ſedere a dextris Dei. Cum ergo dicit thema, Aſſumptus eſt in celum, & ſedet a dextris Dei. Senſus eſt in maiori excellentia, honore & dignitate exiſtit, & eſt maior omnibus creaturis. Super hoc quod dicit̃ in themate, ſedet a dextris Dei, fundabo materiã meã, quia articulus fidei dicit in ſingulari, ſedet ad dexteram Dei. Per oppoſitum thema dicit in plurali, ſedet a dextris Dei. Reſpondeo, quod ad dexteram Dei ſedere in ſingulari, notat ſummam excellentiam, de qua loquitur articulus fidei, ſed quia iſta ſumma excellentia triplicatur in Chriſto, ſcilicet,

Maieſtas imperialis,
Dignitas pontificalis,
Authoritas iudicialis.

Ex his tribus excellentiis dicit thema, Aſſumptus eſt in celum, & ſedet a dextris Dei. Prima ergo excellentia ex qua Chriſtus dicitur ſedere a

dextris

Quo pacto i Deo ſit accipiẽda dextra.

dextris dei, eſt maieſtas imperialis. Imperator eſt enim maior dominus temporalis huius mundi, qui eſt ſuper omnes reges & principes dominus. Iſtam habuit Chriſtus in ſua aſcenſione, quia omnes creature tã ſpirituales quam corporales ſunt ſub eo. De hoc apoſtolus dicit, Cõſtituens ad dexteram ſuã in celeſtibus ſupra omnẽ principatum & poteſtatem & uirtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro, ſed omnia ſubiecit ſub pedibus eius. ad Eph. j. de iſta Chriſti imperiali maieſtate dixit Dauid in Pſal. cij. Benedic. primo. Dominus in celo parauit ſedem ſuã, & regnum ipſius omnibus dominabitur. Nota, parauit, ſcilicet in terra humanitate ſua. & qualiter parauit? Dico quòd per uirtutem humilitatis. Voluit enim humiliari infra omnes creaturas, ideo meruit exaltari ſuper omnes creaturas ſecundum legem & regulam dicentem, Omnis qui ſe humiliat, exaltabitur. Luce xviij. Creature ſunt in triplici gradu, uel quia ſunt in celo ut angeli, uel in terra ut homines, uel in corde terre ut demones. Sub omnibus iſtis Chriſtus uoluit ſe humiliare. In celo enim ſunt nouem ordines angelorum.

Primus eſt ordo altior, ſcilicet ſeraphin, ubi ſunt plures angeli quam homines in mundo,
Secundus cherubin,
Tertius thronorum,
Quartus dominationum,
Quintus uirtutum,
Sextus poteſtatum,
Septimus principatuum,
Octauus archangelorum,
Nonus angelorum.

Chriſtus autẽ in die incarnationis ſue humiliauit ſe ſub omnibus angelis deſcendens de cathedra eternitatis ſue, & nõ aſſumpſit naturam angelorũ, ſed uenit in hũc mundum ut radius ſolis. qui nõ recedit a ſole, & aſſumpſit naturam humanã ut radius ſolis, coloré uitri, &c. Ideo ait Dauid, Minuiſti eum paulominus ab angelis, quia fuit paſsibilis ſecundum humanitatẽ, & angeli ſunt impaſsibiles. Secundo uoluit humiliari ſub hominibus, ſcilicet in ſua uita & conuerſatione, quia uixit ita pauper quod nunquam aliquis homo fuit ita pauper. Primo in natiuitate, quia non in domo, ſed in porticu, in uia publica naſci uoluit, non in lecto, ſed in preſepio reclinatus. Item nunquam uoluit habere domum, nõ cameram, nõ cellam propriam, ſed inuitabatur ad dormiendum. &c. Item in fine uite ſue uoluit humiliari, quia ſagionibus, & ribaldis, & latronibus fit proceſſus antequam ſententientur, ſed non ſic eſt factũ de Chriſto, quia iudicatus fuit ſine proceſſu. Ideo Dauid in perſona ſua dixit, Ego autẽ ſum uermis, & nõ homo, opprobriũ hominum,

& abiectio plebis. Psal. xxj. Licet esset homo, tamen non tractabatur ut homo, sed ut uermis despectus calcabatur ita Christus in sua passione. Tertio uoluit humiliari sub demonibus, quia permisit se tentari a diabolo, qui tentauit eum de peccato gule. Secundo de peccato uane glorie. Tertio de peccato auaritie. Matth. iiij. Sed diabolus fuit uictus. Fiat ergo ratio. Sic secundum legem diuinam, Omnis qui se humiliat exaltabitur, & quanto plus se humiliat, tanto magis exaltatur, & quia Christus fuit tantum humiliatus, ut dictum est, ideo parauit in celo sedem suam, s. per humilitatē. Authoritas, Humiliauit semetipsum factus obediens, &c. usque, Dei patris. ad Phil. ij. moraliter hic nota per talem consequentiam, Si Dominus Iesus Christus ut consequeretur tantam gloriam, uoluit in hoc mundo tantum humiliari, quanto magis nos, q respectu sue maiestatis non sumus nisi uermes putridi? Si cupimus habere cathedram in paradiso, debemus nos humiliare & obedire Christiani prelatis, filij parentibus, discipuli magistris, iuuenes senibus, uxores uiris suis, non contra Deum, socius socio, & sic de aliis. Not. exēplū de euangelio. Christus semel uenit in quādam domum fessus ex itinere, & sedebat, apostoli autem fecerunt sibi questionem dicentes, Quis putas maior est in regno celorum? Mat. xviij. quia nos non scimus eam determinare. Et Christus, Bene placet mihi quod de istis disputatis, & uolens eis clare determinare questionem, uocauit unum puerum qui erat ibi. Dicitur quod fuit sanctus Marcialis. & statuit eū in medio eorum, & dixit, Quicunque humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno celorum. Mat. xvij. Maioritatem glorie Deus statuit in illo quod quilibet potest habere. Si autem constituisset in dominio, dicendo, Quicunque erit maior dominus in hoc mundo, erit maior in paradiso, quid fecissent pauperes? Idem de maioritate in scientia, quid fecissent simplices & ignorantes? Idem de maioritate in fortitudine, quid dixissent debiles? Sed istis dimissis maioritatē glorie constituit in hoc quod quilibet potest habere, scilicet in humilitate, que maxime in corde consistit. Humiliemus nos & dimittamus inflationes cordis & diuitias, remittendo iniurias inimicis. Apostolus Petrus, Omnes inuicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiam. j. Pet. v. & Iac. iiij. Secunda Christi excellentia, qua dicitur sedere dignitas pontificalis. Iam scitis quod inter omnes prelatos ecclesie Papa est maior, istam dignitatē habet Christus. De hoc Dauid Psal. cix. Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis. subditur pro qua causa. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinē Melchisedec. Nullus Papa habet dignitatem papalem, nisi ad uitam, Christus autem in eternum. Not. secundum ordinem Melchisedec, non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedec, qui in lege nature erat simul rex & sacerdos ualde deuotus, qui obtulit panem & uinum

in ta

in ſacrificio, ut legitur Gen. xiiij. Nota hiſtoriam de Abraham qui cum ccc. & xviij. ſcutiferis uicit quatuor reges, propter quod Melchiſedec obtulit panem & uinum, ex quo intellexit Abraham ꝙ Chriſtus Meſſias debuit inſtituere ſacrificium in materia panis & uini, & flexit genua & Melchiſedec benedixit ei, & ait, Benedictus Abraham Deo altiſsimo qui creauit celum & terram. Nota ꝙ ſacrificiū Melchiſedec figurabat ſacrificium quod Chriſtus inſtituit, & quod Melchiſedec non obtulit ſacrificium quouſq; Abrahā habuit uictoriam de iſtis quatuor regibus, innuitur hic moraliter, quod licet omnes tenemur communicare in paſcha, tamen oportet nos primo habere uictoriā de quatuor regibus, ſcilicet de quatuor paſsionibus, ex quibus ueniunt omnia peccata que facimus. Primus eſt amor inordinatus, qui bellat, & multos uincit, & captiuat, ſed uincitur a nobis, quando pro nulla re mundi homo facit contra Deum. Verbi gratia. Parentes diligunt filios, auiſetis uos quod ex iſto amore inordinato non faciatis aliquid cōtra Deum, eundo ad demones ut ſanentur, uel faciendo uſuras ut ditentur, &c. Item filij diligunt parētes, uir uxorem, & ecōuerſo, attendatis ne propter hoc faciatis contra Deum. Et ſi diligitis diuitias, honores, dignitates, attendatis ne propter hoc faciatis contra Deum. Secundus rex eſt timor inordinatus de amicis. Verbi gratia, Si aliquis amicus uel conſanguineus ueſter pro aliquo crimine ſit captus, & uos eſtis uocatus per iudicem ſub iuramento ut teſtis, & uos ſcitis ueritatem, & uos timore punitionis eius iuratis falſe, uictus eſtis & captiuus diaboli. Si dicitis ueritatem, eſtis uictor, quia nemo timore debet iurare falſe. Plus debetis timere Deū quam aliquid aliud. Idem de illis qui timore gentium obloquentium nolunt parcere inimicis, cum dominus precipiat oppoſitum. Tertius rex eſt placentia corporalis, ſcilicet comedendi, bibendi, & dormiendi, caueatis ne ex his faciatis contra Deum, ſed ſitis uictores. Quartus rex eſt triſtitia. Aliqui triſtantur de amiſsione amicorum uel puerorum innocentium, de quibus eſt gaudendum quando moriuntur, quia tales uia recta uadunt ad paradiſum. Aliqui triſtantur de amiſsione bonorum, &c. talis triſtitia multos & multas captiuat in carcerem inferni. Iſte rex uincitur per bonam patientiam. Poſt uictoriam habitam de iſtis quatuor regibus poteſtis communicare, & Melchiſedec, id eſt ſacerdos Dei altiſsimi offeret uobis panem & uinū, i. corpus Chriſti, q eſt panis angelorū ideo Apoſtolus di. Probet autē ſeipm homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. j. Cor. xj. Tertia Chriſti excellētia, qua ſedet a dextris Dei, eſt auctoritas iudicialis. Iam ſcitis ꝙ in iudicio ſedet iudex eminēter iter pres, ita Chriſtꝰ in die iudicij ſedebit in throno ad iudicādū. De hoc Io. Apo. xx. Vidi thronū magnū cādidū, & ſedētē ſup eū, a cuius cōſpectu fugit terra & celū, & locꝰ nō eſt inuētꝰ ab eis. Et uidi mortuos magnos & puſillos ſtātes in cōſpectu

throni

throni. Et libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est liber uite. & iudicati sunt mortui ex his que scripta erant in libris secundum opera ipsorum. Not. quatuor que dicit. Primo ibi, Vidi thronum, usque super eum. Quia Iesus Christus in die iudicij sedēs in cathedra iudicabit dās unicuique secundum opera sua, peccatoribus impenitētibus dabit dā nationem, bonis autem dabit saluationem eternam. Autho. Filius hominis uenturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera eius. Mat. xvj. Secundo ibi, cum dicit, A cuius conspectu fugit terra, usque ab eis. Ecce mundi conflagratio, quia communis est sententia omnium doctorum, quod ante diem iudicij erit conflagratio, & tunc terra & celum fugient, quātum ad qualitates, quas modo habent. Vnde ait Dominus, Celum & terra trāsibunt. Luc. xxj. Tertio ibi, mortuos, usque throni. Ecce mortuum resurrectio. Post conflagrationem, ille qui ex nihilo cuncta creauit, mortuos suscitabit, & uenīēt audire sententiam saluationis, uel damnationis. Cogitate in ista die quantus timor, & metus erit in omnibus. Ideo orando dicebat beatus Grego. Presta quesumus omnipotens Deus, ut unigenitū tuū, quem redemptorem nostrum leti suscepimus, ueniētem quoque iudicem securi uideamus. Quarto ibi, & libri aperti sunt. Ecce meritorum retributio. Dicunt doctores, glosse, & postille, quod isti libri sunt conscientie, qui modo sunt libri clausi, quia nullus potest ibi legere, nisi tuipse & Deus, ibi enim scribuntur omnia bona & mala que facimus, & in iudicio aperientur, ita quod uirtute diuina quilibet poterit ibi legere. Boni laudabūtur. dicetur, O quam bonus ille fuit, licet superius iret optime indutus, tamē ad intra portabat cilicium, & sic de aliis. Mali autem uituperabuntur, dicendo primo de religiosis, O de falsariis, uidebatur deuotus, & ecce totū erat hypocrisis, & sic de aliis. O quanta mala abscondita reperientur. Ideo Apostolus, Nolite ante tēpus iudicare quoadusque ueniat Dominus, qui illuminabit abscōdita tenebrarum, & manifestabit cōsilia cordium, & tunc laus erit unicuique, scilicet bono, & uituperium unicuique malo. j. Cor. iij. Ecce qualiter Christus habet authoritatem iudicialem. De hoc Dauid, Parauit in iudicio thronū suum, & ipse iudicabit orbem terre in equitate, iudicabit populos in iustitia. psal. ix. Nota parauit, scilicet quādo fuit iudicatus. Iob xxxvj. Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumque recipies. Pater ergo quare dicitur, Assumptus est in celum, & sedet a dextris Dei, &c.

Dominica intra octa. Ascensionis. Sermo iiij.

QVi crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Marci ult. Quia multi sumunt occasionē male uiuendi, ex uerbo proposito ipsum male intelligēdo, ideo ad corrigendum uitam malam & peccata, uolo ipsum nunc declarare. Sed primo salutetur uirgo Maria. Hoc uerbum est de

ultimis

ultimis que Christus dixit in hoc mundo in die Ascensionis. Quando debuit in die Ascensionis de hoc mundo recedere dixit, Qui crediderit,& baptizatus,&c. Dicunt ergo illi qui non intelligũt hoc uerbum, Certum est,quod Christus ponit saluationẽ in duobus, scilicet in credentia,& in baptismo. Cũ dixerit, Qui crediderit,&c. Quare ergo uos fratres,& sacerdotes tantum restringitis dicentes,quod oportet facere penitentiam,cõteri,confiteri,restituere,remittere,audire missas,sermones,orare,& huiusmodi? Quare uos tot imponitis,cum Christus fecerit uiam paradisi leuem,cum det intelligere, quod sufficit ad salutẽ, quod homo habeat fidem in corde,& sit baptizatus. Et sic dant se peccatis &male uite,dicẽdo,ex quo ego habeo fidem,& sum baptizatus, sufficit, saluus ero,quia Christus bene sciebat quid est necessarium ad saluationem. Ecce quomodo male intelligunt uerbum, Qui crediderit,&c. Ideo pro declaratione sciendum,quod ista duo uerba,crediderit,& baptizatus fuerit,sunt futuri temporis. coniunctiui modi, & habent duo tempora, scilicet preteritum tẽpus,& futurum. Si autẽ cum dicitur qui crediderit & baptizatus fuerit, intelligatur de tempore preterito solum,hoc est falsum,& etiam error,quia tunc oporteret concedere quod Iudas esset saluus, quia crediderit,& per Christum baptizatus fuit cũ aliis apostolis. Tunc posito quod aliquis christianus habuerit fidem catholicam in corde,& baptizatus fuerit,sed post inter Agarenos abnegat fidem,& moritur,nonne talis dãnatur? imo.& cui dubiũ? Non ergo intelligitur de preterito, sed de futuro tempore qui crediderit,hoc est in hora mortis fidem catholicam,& in corde habuerit, & baptizatus, id est in hora mortis, mũditiam baptismalem habuerit, saluus erit. Quid enim est esse baptizatum,nisi a peccatis esse mundatum? Qui ergo in hora mortis inuenitur in credentia diuinali,& munditia baptismali,saluus erit. Non enim sufficit credidisse,& baptizatum fuisse. Omnes nos christiani iam sumus per baptismũ mundati, sed nõ sumus omnes mundi. Nota ad hoc similitudinem de rege,qui in sua ciuitate preconizauit dicens, Quicunque mihi fidelis fuerit mecũ prandebit. Et fuit quidã rusticus regi fidelis,qui audita preconizatione bono mane manus lauit. Deinde iuit ad agrum seu hortum, & usque ad horam prandij reuoluit hinc & inde stercus. Hora autem prandij quãdo audiuit trompetas, ipse cito uenit ad prandium,sed quando rex uidit manus suas immundas, fecit eum puniri, siue fecit eum suspẽdi. Ita in proposito rex noster Dominus noster Iesus Christus inuitauit nos omnes ad nuptias paradisi dicẽs, Qui crediderit,&c.& mane lauamus nos,scilicet cum sumus pueri in baptismo, sed post reuoluẽdo stercus peccatorum,sordidamur in manibus tangendo,&c. in oculis respiciendo,in ore loquendo,& in gula,finaliter in toto corpore. Ideo oportet iterum abluere non per baptismum, quia semel tantũ habet efficaciã.

Ideo

Ideo oportet ut per penitentiam mundemur. Ideo Chriſtus, Penitentiam agite, appropinquabit, &c. Matt. iiij. Ecce quomodo ſunt decepti qui dicũt hic, Qui crediderit, &c. Ideo dicit ſcriptura, Qui baptizatur a mortuo, id eſt a pctõ mortali, & iterum tangit mortuum, quid prodeſt lauatio eius? Eccle. xxxiiij. Not. Quid prodeſt lauatio eius? quaſi dicat nihil. Intellectus uerus eſt, qui crediderit, ſ. in fine, in hora mortis, & baptizatus fuerit, idẽ de futuro, ſcilicet in fine, ſaluus erit. Patet thema. Et ſic ſum in materia predicanda. Modo ſuper iſto uerbo ad Heb. vj. Baptiſmatum doctrine, ſupple ſunt. tangunt gloſſe quinque baptiſmata ad ſaluationem hominum,

Primus eſt de aqua baptiſmali,
Secundus de gratia ſpirituali,
Tertia de ſanguine materiali,
Quartus de miſericordia penitentiali,
Quintus de igne purgatoriali.

Et de quolibet iſtorũ poteſt dici thema, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſcilicet aliquo iſtorum modorum, ſaluus erit. Dico quod primus baptiſmus eſt aqua ſacramẽtalis. Iſte autem eſt primus & principalior, & communior aliis, & primum eccleſie ſacramentum. Iſti mundantur, non ſolum pueri, peccato originali, ſed & Iudei adulti, & alij infideles ab omnibus peccatis & culpa & pena, etiam ſi haberent omnia peccata mundi, & de hoc uide ſanctum Thomam in iiij. diſtinctione iij. ubi dicit, quod paruuli mundãtur ab originali, & dantur eis uirtutes infuſe. Adultis uero fit remiſsio culpe & pene, niſi ficte accedant. De iſto baptiſmo dicit articulus fidei, Confiteor unum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Si autem dicatur, Vos fratres dicitis quod tãtum ſunt quinq; baptiſmata, articulus fidei non ponit niſi unũ, dicẽs, Confiteor unum baptiſma, &c. Reſpondeo quod articulus fidei ſolum loquitur de baptiſmo aque, qui dicitur eſſe unus triplici ratione, ſcilicet propter unitatem materie, propter unitatem forme, & propter unitatem uſus. De primo unitas materie huius, eſt aqua naturalis, quia cum aqua artificiali uel roſacea, non poteſt dari baptiſmus, oportet quod detur cũ aqua naturali, ſiue ſit de fonte, flumine, puteo, uel mari. Hoc oſtendit Chriſtus in ſuo baptiſmo, qui non cum aqua artificiali, ſed naturali baptizari uoluit. Authoritas. Saluator noſter aquis Iordanis baptizari uoluit, ut actu ſue mundiſsime carnis uim generatiuam conferet omnibus aquis, ſupple naturalibus, que non eſt niſi una ſpecie. Secundo dicitur unum, propter unitatem forme, que eſt iſta, Ego te baptizo in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, ibi non mutando nec addendo uel minuẽdo. Auiſent hic clerici & etiam uetule, que aliquãdo baptizant propter periculum, & alique neſcientes formam dicunt, Ego te baptizo in nomine ſancte trinitatis, &c. Nota de uetula que dixit

Cur dicamus Confiteor unum baptiſma, & nõ plura, cũ tamẽ reuera plura ſint, ſeu in multiplici differentia.

dixit se baptizasse illum magistrum in theologia. Hanc formã ostendit Christus quando debuit celum ascendere, dicens, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Matt. xxviij. Tertio dicitur unum, propter usum siue practicam, quam seruamus, quia nõ datur nisi semel, eo quod representat passionem Christi & mortem, qui solum semel fuit mortuus. Hanc rationem tangit Apostolus di. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra nõ dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel, quod autem uiuit, uiuit Deo. ad Ro. vj. Ecce quare dicit articulus fidei, Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorũ. Ideo Act. ij. legitur, quod cum Petrus predicasset, Iudei compuncti dixerunt Apostolis, Quid faciemus uiri fratres? Respondit Petrus di. Penitentiam agite, & baptizetur unusquisq; uestrũ in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorũ, id est in fide Iesu Christi. De isto baptismo dicit the. Qui crediderit, scilicet in hora mortis, & baptizatus fuerit, saluus erit. Secundo baptismus est de gratia spũali. Quando infidelis cupit baptizari, & non habet opportunitatẽ, nec ipsemet põt se baptizare, oportet enim ab alio baptizari, siue recipere baptismũ. Quia sicut nullus posset seipsum generare, nec etiam baptizare, cum sit alia generatio, & moritur cum tali desiderio, dico quod baptizatus est nõ baptismo fluminis, sed flaminis, id est Spiritus sancti baptismo spirituali in fonte Spiritus sancti. De isto Auth. Ioan. baptizauit aqua, ecce primum. uos autẽ beptizamini Spiritu sancto, ecce secundum. Act. j. Not. quod iste baptismus secundus nõ est tãte efficacie sicut primus, sed saluat hominem secundum quantitatẽ fidei & deuotionis. Primus enim dat characterem indelebilẽ, qui est quidam ornatus, quasi stellam habens in fronte, ex quo singularem gloriam habent in paradiso, ubi cognoscitur statim, dum anima intrat celum, si iste fuit baptizatus, & non ex isto charactere. Itẽ quia primus baptismus remittit omnia peccata, non solum a culpa, sed etiã a pena. Iste autẽ secundus dat remissionẽ peccatorũ a culpa, sed non a pena, nisi secũdũ quantitatem fidei & deuotionis. No. miraculũ quod legitur in uita Beati Martini de catechumeno mortuo per eum resuscitato, qui dixit se fuisse ductũ per uias tenebrosas ad purgatorium. Sed orationibus B. Martini fuit suscitatus, qui pro eo flẽs orabat dubitãdo, ne esset dãnatus. Iste secũdus baptismus gratie spũalis dat nobis etiã christianis magnam consolationem. Vnde si aliquis nostrum dubitaret dicẽs, O miser, quid scio ego si sum bene baptizatus, quia forte fui baptizatus ab inguorante, siue a uetula, &c. ideo quid erit de anima mea? Ideo ecce consolatio. Posito casu, quod baptizans errauit in forma, uel in intentione, sed tu nescis, quasi scires, decetero faceres te baptizari. hoc sufficit, & iã es baptizatus baptismo flaminis. Hec declaratio abstrahit ab illa autho. Apostо. ij. ad Cor.

ij. ad Cor. viij. Si enim uoluntas prompta est, secudum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet. Nota, Voluntas prompta est, scilicet desiderãdo illud quod non habet: accepta est, sup. apud Deum secundum illud quod habet, scilicet desiderium uel promptitudinem. Ideo nullus debet iterum baptizari, nisi esset certus quod non esset baptizatus. Sed de pueris paruis, qui non habẽt liberũ arbitrium nec uoluntatem, est periculũ. Vnde si puer qui portatur ad baptismũ, moreretur in uia, non saluatur. Ratio, quia non habet uoluntatem. Si dicatur, Nunquid saluatur in fide parentum? Dico quod non, nisi recipiat baptismum, quia non habet promptitudinẽ uoluntatis. Ideo multum debent cauere mulieres, ne pueri moriantur sine baptismo. Sed si adultus Iudeus uel Agarenus, uadens ad baptismum recta intentione, & non ficta moritur in uia, talis saluatur propter prõptitudinem uoluntatis. Ideo Christus, Ego sitienti, id est ardenter desideranti dabo de fonte aque uiue gratis. Apoc. xxj. De isto dicit thema. Qui crediderit & baptizatus fuerit, non solum baptismo fluminis, sed etiam flaminis, saluus erit. Tertius est de sanguine martyriali. Quando enim non baptizatus baptismo aque interficitur propter Christum, saluatur, ut patet de rhetoribus adductis ad disputandum cum beata Catharina. Die historiam, & quomodo sine dolore mortui sunt. De hoc baptismo dicit Christus martyribus, Calicem quidẽ quem ego bibo, bibetis, & baptismo quo ego baptizor, baptisamini. Matt. x. Nota calicem, id est passionem, quia sicut calix continet certam mensuram, sic in passione martyrum nihil fiebat sine mensura, sed secundum mensuram certam a Deo ordinatã. Iste baptismus est minor in aliquo. Minor est in hoc, quia non dat characterem ut primus. Vnde illi, licet rhetores non habent characterem, sed est maior in hoc, quia non solũ purificat ut baptismus aque a culpis & penis, sed etiam sanctificat creaturã, ita ut de ea fiat festum. Ideo Ioan. Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni, ut sit potestas eorum in ligno uite, & per portas intrent ciuitatem. Apocal. xxij. Nota, Beati qui lauant stolas suas, id est corpora sua. Ratio, quia sicut uestis cooperit corpus, ita corpus cooperit animam in sanguine agni. Quare non dicit in sanguine proprio? Responsio, quia modicum ualet effundere sanguinem proprium, quia cum sit infectus peccatis, non posset lauare animã, oportet ergo lauare in sanguine agni. Ideo de martyribus dicitur, Hi sunt qui uenerũt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Apo. vij. sed quid si aliquis pro Christo moritur, & non occiditur, & non effundit sanguinẽ, quia suspenditur, uel submergitur, uel suffocatur, uel fame moritur, nunquid est martyr? Dico quod sic, quia in sanguine, id est pro fide Christi moritur. Item ut sit potestas eorũ in ligno uite. sup. ad accipiendum fructus eius. Lignũ uite est Christus, quia facit fructus

totius

totius scientie, gaudij, & letitie, charitatis & sanctitatis, & eterne uite. Et per portas. i. uirtutes intrent in ciuitatē. Celestē, nō dicitur per portam in singulari, sed per portas in plurali, ad ostendendū q̄ nō solum fiunt martyres illi qui occiduntur p̄ fide Christi, sed etiā pro quacunq; uirtute uel iustitia manutenenda. Vnde Ioan. Baptista martyr est, quia ecclesia dicit, Prepotens martyr, eremique cultor, tamen nō pro fide, quia multa questio sibi fiebat de fide, sed pro uirtute castitatis, quia reprehēdit Herodē de luxuria, mortuꝰ est & decapitatus. Mar. vj. O quot martyres essent in hoc mundo, si uellēt. Verbi gratia. Quando aliquis uideret aliquem Deū blasphemantē, etiam dominum uel regem, & aliquis reprehenderet eum, si occideretur, martyr efficeretur cum Ioanne, quia maiorē rationem habet martyrij quam Ioānes, quia plus peccat blasphemator, quā fornicator. Item si quis occiditur, quia defendit cōmunitatem, iuste martyr est. Itē si dominus occidit scutiferum, quia nō uult uocare meretricem, &c. martyr est, & per portam castitatis intrat ciuitatem paradisi. Idē de muliere maritata nolente cōsentire uiro eam indebite, &c. Idē de notario uel teste nolente facere falsum instrumentum, & occiditur, martyr efficitur, & per portam iustitie intrat ciuitatem celestē. Ecce qualiter dicit per portas, id est uirtutes. De isto dicit the. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c. Quartus est de misericordia penitētiali. Ista oporteret nos baptizari quia licet fuerimus baptizati baptismo fluminis, tamen postea facimus tot peccata, q̄ maculamus nos turpiter, tam corpus, quā animam. Ideo nō habemus aliud remedium nisi misericordie penitentialiter, scilicet in corde cōteri de peccatis, recipere propositum decetero nō peccandi, & debemus recipere propositum confitendi. Et cum una gutta lacrymarum plus faciet & lauabit, quam cum tota aqua maris, & tunc restat pena in purgatorio. Dicitur baptismus misericordie penitentialis, quia ista anima peccatrix lauatur in fonte mīe Dei. De isto dicit scriptura in figura Iudith, Exibat Iudith noctibus in uallem Bethulie, & baptizabat se in fonte. Iudith. xij. Nota, Iudith. i. cōfessio secundum interpretationē Hebraicā, exibat noctibus. Nocte in scriptura significant peccata, sed dies gratiā & bonam uitā. Qui ambulat in tenebris, nescit quo uadit. Ergo ambulate, dum lucem habetis, ut nō tenebre uos cōprehendant. Io. xij. Exibat ergo noctibus, scilicet ad cogitandum peccata cū dolore & cōtritione. Et cōcordat Dauid dicens, Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectū. glosa, per singula peccata. Nota, quia si quis peniteret de uno peccato & nō de alio, nihil ualet. Ideo confessor debet interrogare a cōfitente & peccatore, penitemini de omnibus istis peccatis. si dicit, sic, nisi de tali, & tali, nihil ualet, nec est absoluendus. Nota in uallem Bethulie, id est penitentie, nō dicit in montem, quia penitentia requirit humilitatem, ut patet in operibus penitentie. Primo in

contritione, in qua cor leonis per superbiam restringitur, per humilitatem, & peccator contritus dicit, O miser, quid erit de me? Contritio si uera est, nõ est sine humilitate. Secundo in confessione humiliando se, quantumcunque sit magnus dominus, flexis genibus debet confiteri. Item dicendo mala & peccata sua, quasi se diffamando. Ecce in ualle Bethulie. Idem de aliis operibus misericordie que omnia humilitatem important, ut oratio genibus flexis. Ieiunium humiliat corpus, eleemosyna bursam, remissio iniuriam, &c. Ecce qualiter humilitas penitentie est fons diuine misericordie, animam purificans, ergo lauamini, scilicet per penitentiam, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Esaie primo. De isto dicit thema, Qui crediderit, &c. Quintus est de igne purgatorij. Dicunt aliqui ignorantes quod ultra mare sunt gentes que baptizantur igne. Hoc nihil ualet, quia Deus in hoc mundo non instituit baptismum ignis, sed aque. Sed ex sua nimia misericordia in alio mundo instituit baptismum ignis purgatorij, ubi baptizantur penitentes, qui non peracta penitentia condigna decedunt. uerbi gratia. Quando moritur penitens, qui de peccatis habuit cõtritionem, sed nõ tantam sicut peccata sua meruerunt, ad dimissionem culpe & pene, qua fuit confessus, &c. & moritur, statim anima ducitur ad iudicium, & dicit Christus angelo, Baptizetur in fonte ignis purgatorij, ut mundetur a maculis. Nota modum qualiter ab angelo tanquam a sacerdote immergitur, &c. De isto authoritas. dicebat Io. Ego quidem baptizo uos in aqua, qui autem post me uenturus est, fortior me est, ipse uos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Matth. iij. Nota fortior, quia iste baptismus ignis ualde est penalis. Ipse, scilicet Christus uos baptizabit in Spiritu sancto, quia gratia est Spiritus sancti, quod in alio mundo habeamus locum penitentie ignis & per ignem. Secũdum grammaticam antiquam, dicebatur igne uel igni in ablatiuo. Ideo possunt dicere anime, quãdo exeunt de isto baptismo ignis purgatorialis, Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Psal. lxv. No. per ignem & aquam, quare primo ponit ignem, cum prius baptizetur aqua? Respõdeo, quia ignis est fortior & principalior. Ideo de potioribus prior est speculatio. Nota quod solum Christiani intrant purgatorium. De isto dicit thema, Qui crediderit, &c.

Dominica intra octa. ascen. Domini. Sermo v.

IN omnibus honorificetur Deus. Habetur uerbũ istud originaliter. j. Pe. iiij. & recitatiue in epistola currentis dominice. Hoc uerbum indiget una breui declaratione. Pro qua sciendum est quod dicunt omnes sancti doctores loquentes de mundi creatione, Deus creauit mundum duplici ratione. Prima ex parte hominum fuit necessitas & utilitas. Secun

da ex

da ex parte Dei & principalis fuit pro honore & gloria sua. De prima sciebat Deus, quod homines indigebant loco firmo, ad habitandum, laborandum, seminandum, colligendum, nutriendum iumenta. propter hoc creauit Deus terram. Item sciebat quod homines indigebant aqua ad lauandum, bibendum, nauigandum, &c. Ideo creauit Deus mare & fontes & flumina. Item quia habebant respirare, ideo fecit aerem. Idem de igne ad calefaciendum & ad preparandum alimenta, &c. Item quia indigebamus lumine, fecit solem pro die, lunam & stellas pro nocte. Idem sciens quod terra nō germinaret sine influentiis, ideo fecit planetas. Item sciens quod morimur, fecit celum pro bonis, & caterem inferni pro malis. Istam primam rationem tangit scriptura di. Siue mundus, siue uita, siue mors, siue presentia, siue futura, omnia enim nostra sunt. j. Corinth. iij. O quātum debemus ipsum diligere, quia tantum fecit pro nobis. De secunda ratione principali, scilicet pro honore & gloria sua, ut in mundi creatione cognoscatur eius potentia diuina, quia qui talia ex nihilo fecit, potens est. Item ut cognoscatur eius sapientia in mundi gubernatione. Item eius clementia in omni prouisione. Item eius misericordia in bonorum premiatione. Et eius iustitia in malorum damnatione. Ecce secunda ratio principalis, quare creauit Deus omnia, ut a nobis laudetur, honoretur, & glorificetur. Nota ad hoc similitudinem de potentissimo rege habente palatium pro se, sed gentes sue non habebant domos, uillas, uel ciuitates, sed uiuebant in nemoribus, qui suis propriis sumptibus edificant eis unam pulchram ciuitatem duplici ratione. Prima propter necessitatem & utilitatem gentium suarum. Sed secunda pro honore suo. Ita etiam de Deo dicimus, qui habebat palatium sue eternitatis, ubi habitabat, sed pro nobis creauit celum & terram, &c. pro honore suo, ut ostenderet suam misericordiam abundantem. & iustitiam rigorosam, ideo dicit scriptura, Regi seculorum immortali, inuisibili, soli Deo honor & gloria. prime Timothei. primo. Vtilitas est hominum, sed honor & gloria sunt Dei. Ideo sicut Deus non tangit partem nostram, sed totam utilitatem dimittit nobis, ita etiam nos non tangamus partem suam, querentes etiam honorem seu gloriam nostram, sed Dei, quia soli Deo debetur honor & gloria. ideo dicit thema, In omnibus honorificetur Deus. Patet thema. Occasione huius uerbi, amore uestri quesiui in sacra scriptura, que sunt & quot, in quibus debemus Deum honorare. Et inueni quod sunt quatuor in summa.

Primo debemus dare Deo de corde amorem supernalem,
Secundo de ore laudem temporalem,
Tertio de corpore rigorem uirtualem,
Quarto de bonis exterioribus principalitatem.

Et de istis quatuor loquitur thema di. In omnibus, sup. bonis, honorifi

cetur Deꝰ. Dico enim primo, &c. Licet enim debeamꝰ diligere patrē & matrē, sorores, parētes, & amicos, uitam propriā & famā, super omnia tamen diligendus est Deus, quia diuino amori non est preponendus amor alicuiꝰ rei create, nec patris nec matris, &c. Sed amor Creatoris sit in corde, quasi oleum in lampade, quia debet omnibus dilectionibꝰ supernatare. Si uis bene soluere debitum Deo, facias ꝙ amor patris & matris, &c. sit in corde tuo, ut aqua frigida nō supernatando. Amor autem Dei sit ut oleum in lampade calidū & natans, alias nō soluis Deo. Ecce quid dicit ipsemet, Qui amat patrem uel matrem plusquam me, nō est me dignus. sup. habere in hoc mundo per gratiam & benedictionem, nec in alio per gloriam & saluationem. Et qui amat filium & filiā super me, nō est me dignus. Matth. x. Questio moralis. Diceret aliquis, pater ego diligo Deum super omnia, detis mihi aliquod signum. Ideo ego dabo signum uobis, quia multi credunt diligere Deum super omnia, & nō faciunt. Ad probationem, si uos habetis duos amicos, & illi discordant inter se, & uos facitis partem cum altero illorum, signū est quod plus diligitis illum quem alterum. Sic in proposito. Nos diligimus patrem & matrem, &c. & dominum. Ecce uenitis ad punctum in quo oportet facere uel cōtra Deum, uel cōtra creaturam dilectam. Si amore creature facitis cōtra Deum, signū est quod plus diligitis creaturam quā Deum. si oppositum, signum est quod plus diligitis Deum, uerbi gratia. Si filius uester infirmatur, & dicit uobis quod uadatis ad diuinos uel cōiuratores, & Deus precipit oppositum quod nullus uadat, & necessitas & amor filij te inclinant quod uadas, propterea certum est quod plus diligis filium quam Deum. Item si perdidisti taceam argenteam uel pecuniam uel aliquod iocale, & cupis illud inuenire, & dicitur ꝙ uadas ad sortilegos, diuinos, &c. & Deus precipit quod nulla de causa recurramus ad eos, si uadas ad sortilegos, certum est ꝙ plus diligis taceam & creaturam quam Deum. Idem de amico capto, etiam de se ut homo dicat ueritatem cogitur medio iuramento, & Deus precipit, quod ꝑ toto mundo saluando nō faciamus falsum iuramentum. Si pro uite conseruatione amici uel suiipsius falsum iurat, plus creaturam quam Deum diligit. O quot sunt qui dicunt se amare Deum & mētiuntur? quia pro uno denario uel pro una parua re, ne soluant, iurant falsē. Nota quod peccatum est, & magnum, iuramentum falsum. Et fac gradus peccatorum in manu dicendo, Magnum peccatum est furtum, sed maius peccatum est fornicatio simplex, & maius adulterium est, maius homicidium, sed super omnia ista maius est falsum iuramentum. Et licet in hoc mundo plus puniatur homicidium, tamen apud Deum plus punietur falsum iuramentum. Ratio quia homicidium est peccatum contra proximum, sed iuramentum falsum est directe cōtra Deum, tangit enim coronam Dei. Modo peccatum aggrauatur ex dignitate

Gradus in peccatis non nullis.

gnitate persone,cõtra quam peccatur.De hoc uide S.Tho.j.ij.q.lxxiij art.ix.Ideo summopere cauendum est periurium & falsum iuramentũ. Ecce signum maioris dilectionis. Ideo Gregor. Probatio dilectionis exhibitio est operis. Quando autem quelibet res dilecta postponitur ne Dei preceptum transgrediatur,quis tunc Deum super omnia diligere comprobatur?Ideo Christus, Qui habet mandata mea, & custodit ea,ille est qui me diligit.Ioan.xiiij.Qui habet mandata mea,scilicet in corde,& seruat ea,scilicet in opere,ille est qui me diligit.Qui autem diligit me,diligetur a patre meo,& ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.Ecce quid est amor supernalis. Et poterimus dicere thema mutando unum uerbum dicentes,In omnibus,scilicet precordiis amet ur Deus,scilicet ipsum laudando,benedicendo,& glorificando. Dico secundo,&c.Ratio pulchra.Communis experientia docet, quod quilibet debet pro tempore assuescere officio de quo semper habet uiuere.Ideo pater si uult quod filius suus sit notarius,iam quando est puer, ostendit sibi literas & scripturam.Item si sartor uel sutor,& sic de aliis. Modo uideamus quod officium habebimus in alio mundo de quo uiuamus.In celo enim nõ sunt sartores uel sutores,quia uestis glorie nũquam rumpitur,sicut nec uestis solis & stellarum & lune, nec sunt sutores uel argentarij,&c.Solum est ibi officium laudandi Deum, sicut tu delectabiliter comedis uel bibis,quando esuris, uel quando habes sitim.Ideo dicebat Dauid, Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.Psal.lxxiij.Fiat ergo ratio. Quilibet tenetur addiscere officium de quo uiuat,& nos in alio mundo habemus uiuere de officio laudandi Deum.Ideo iam hic in presenti mundo debemus addiscere hoc officium,& linguam nostram habilitare.Sed sunt multi miseri qui addiscũt officium inferni,quod est maledicere, iurare, blasphemare, &c. ut dicit beatus Ioannes, Estuauerunt homines estu magno,& blasphemauerunt nomen Dei.Apo.xvj.Et loquitur de damnatis,quia ignis noster frigidus est respectu illius inferni. Et quot sunt modo in hoc mundo qui addiscunt istud officium, qui statim quando habent iram,blasphemant? Illi autem qui debent esse & uiuere in paradiso cum angelis,iam hic incipiunt laudare Deum,& benedicere orando,&c.Quilibet talis poterit dicere cum Dauid,Benedicam dominum in omni tempore,semper laus eius in ore meo.Psal.xxxiij. Nota quod dicitur in omni tempore,refertur ad ecclesiasticos,qui omnibus horis canonicis habent benedicere Deum,que sunt septẽ, & dicuntur in memoriam passionis.Tales tenent cõsilium Tob.dicentis,Omni tempore benedic Deum,& pete ab eo ut uias tuas dirigat, & cõsilia tua in ipso permaneant.Tob.iiij.Nota,Pete ab eo ut uias tuas,&c.Et si tu dicis deuote & diligenter matutinas,Deus diriget uiam tuam per uiam humilitatis contra superbiam.Si primam,dirigit uiam tuam per uiam mi

Intellige ex obiecto & circũstantia persone.

sericordie & liberalitatis contra auaritiam, & sic de aliis uirtutibus. Quod dicitur, Semper laus eius in ore meo, refertur ad laicos, qui mane & uespere semper debent orare, quasi iuge sacrificiū offerant Deo, ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est fructum labiorum confitentium nomini eius. Ad Hebr. ulti. Dico tertio, &c. scilicet per penitentiā ieiunij, uigiliarum, &c. Si rex cōmitteret castrum custodiendum militi sciens castrum regi uelle rebellare, quantum placeret regi, si ille miles prudenter & cum rigore teneret castrum ne posset rebellare? Sic cuilibet nostrum cōmissum est castrū corporis, & habitatores, scilicet quinq; sensus, inclinationes, & membra uellent cōtra Deum rebellare. Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Gene. viij. Item, Sapientia carnis inimica est Deo. Legi enim Dei nō est subiecta. Rom. viij. Quantum ergo placebit regi Christo, si cum rigore penitentie prudenter custoditis castrum, & notabiliter talis remunerabitur ab eo. Ideo Apostolus, Ego quidem sic pugno non quasi aerem uerberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutē redigo, ne forte cū aliis predicauerim, ipse reprobus efficiar. j. ad Cor. ix. Ecce qualiter penitentia est necessaria. Dicunt stulti, Et quid proficit Deo mea penitentia uel ieiunium? &c. Respondendum est his stultis, Vt quid proficit regi quando miles custodit sibi castrū? Nonne de hoc rex habet honorē, seruitiū, & gloriam? imo dicit Apostolus, Obsecro uos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum. ad Ro. xij. Ideo dicit thema, In omnibus, sup. corporibus, honorificetur Deus, scilicet per penitentiam. Empti enim estis pretio magno. j. ad Cor. vj. Dico quarto, quod debemus dare Deo de bonis exterioribus. Deus non indiget pane, uino, & aliis pro se, sed pro suis seruitoribus. Sicut nec rex expetit pro se omnes reditus, sed indiget pro seruitoribus. In rebus est Deus honorādus principaliter. Et hoc fit soluendo iuste decimas & primitias, & dando pauperibus eleemosynas amore sui. Multum honorat patrem, qui filiis suis pauperibus dat eleemosynam. Nota parabolam de illo magno domino, qui dimissis filiis iuit ad peregrinationē: filiis depauperatis quidā dabat eis eleemosynam amore patris, &c. Iste dominus est Christus Iesus. Authoritas, Honora Dominum de tua substātia, & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate & uino, &c. Prouerbiorum tertio. Nota, Honora Dominum, scilicet dando decimas, &c. Secunda da pauperibus. Si dicatur, mihi deficiet, &c. non est uerum, imo magis abundabis. Ecce quid dicit, & implebuntur horrea, &c. Sed hic multum deficiunt diuites qui nolunt Dominum honorare, dando uel mutuando sine usura. Nota hic species & rationes usure. Deo gratias.

Dominica intra octauas Aſcenſionis. Sermo vj.

ANte omnia charitatem habentes. Verbum iſtud habetur textualiter in prima Canonica Petri. iiij. & recitatiue in epiſtola currentis dominice. Pro huius uerbi declaratione & materie predicande introductione ſciendum ꝙ doctrina eſt communis in ſacra theologia, certa & uera, quod inter omnes uirtutes morales & theologicales uirtus charitatis eſt maior, principalis, & excellentior. Patet hoc primo in uirtutibus moralibus. Nam uirtutes morales ſolum habent pro obiecto creaturas, quia ſolum habent ſuum actum, officium, ſeu operationem in rebus creatis. Verbi gratia. Quid eſt uirtus prudentie, niſi quod in periculis huius mundi ſiue anime ſiue corporis uel bonorum homo ſciat gubernare ſe? ergo obiectum ſuum in creaturis eſt. Item, Quid eſt uirtus iuſtitie? nihil aliud eſt, niſi quod in negotiis huius mũdi, queſtionibus, litigiis, &c. detur unicuique quod ſuum eſt, ergo ſuum officium eſt circa creaturas. Item de uirtute temperantie. Quid eſt uirtus temperantie, niſi quod in deliciis huius mundi homo ſciat tenere menſuram? Idem de fortitudine, que in hoc conſiſtit quod ex laboribus, tribulationibus, anguſtiis, & perſecutionibus homo non dimittit bonam uitam, nec bona opera. Item de humilitate que in hoc conſiſtit, quod in honoribus, officiis, dignitatibus homo non tranſeat limites, ſed cognoſcat ſuam fragilitatem. Idem de uirtute miſericordie que in hoc conſiſtit, quod de bonis ſpiritualibus, & temporalibus ſubueniatur indigentibus. Idem de caſtitate, ad quam pertinet cuſtodire ſe ab actibus uetecundis luxurie. Idem de patientia, que in hoc conſiſtit, quod de iniuriis non accipiat homo uindictam, & ſic de aliis. Patet ergo, quod omnes uirtutes morales ſuum actum, effectum, officium, & operationẽ habent circa creaturas, & etiam obiectum earum aliquod creatũ. Charitas ſolum Deum habet pro obiecto, quia charitatis eſt diligere Deũ propter ſe, & proximum propter Deum. Totum hoc eſt diligere Deũ unica ratione. Quia dicit Philoſophus, ꝙ ubi non eſt propter alterum utrobique tantum unum. Verbi gratia, Vos diligitis ſanitatem, & diligitis medicinam amaram propter ſanitatem, ergo tota ratio amabilitatis eſt in ſanitate. Sic nulla creatura eſt amabilis de ſe amore charitatis, ſed propter Deum inquantũ eſt imago Dei. Patet ergo ꝙ charitas excellit uirtutes morales. Authori. Induite uos ſicut electi Dei ſancti & dilecti uiſcera miſericordie, benignitatem, humilitatẽ, modeſtiã, & patientiam, &c. ubi enumerat multas uirtutes morales. Super omnia autem hec, charitatem habete, quod eſt uinculũ perfectionis. ad Col. iij. Nota, induite, quia virtutes ſunt ueſtes anime, & ideo Philoſo. in Ethi. uirtutes uocat habitus. Et ſicut religioſus ſine habitu dicitur apoſtata, ita aia ſine uirtutibus eſt abominabilis Deo, & oĩbus ſanctis. Sup oĩa

autem charitatem habete. Ecce quomodo ponitur super omnes uirtutes morales. Ratio, quia est uinculum perfectionis. Cum dicamus hec charitas, nonne melius diceretur, que est uinculum, & tunc relatiuū & antecedens conuenirent? Pro respōsione no. q̄ uirtutes morales sunt acquisite exercitio bonorum operum. Nam habitus uirtutum ex bonis operibus diu continuatis generatur. Sed charitas est purū donum Dei per infusionem, non enim reducitur ad esse de potētia materie ex usu bonorum operū, sicut uirtutes morales, sed infunditur a Deo. ideo ly quod non facit relationem ad id quod dicitur charitas, sed ad donum quod subintelligitur, quando dicitur, super omnia charitatem habete, quod, scilicet donum charitatis est uinculū perfectionis. Item charitas habet excellentiam & maioritatem super alias uirtutes theologicales. Dicuntur enim theologicales, a theos, quod est Deus, quia ordinant ad Deum, & habent Deum solū pro obiecto. Et sunt tres, scilicet fides, spes, & charitas. De ista materia uide sanctū Tho. j. ij. q. lxij. art. j. ibi ostendit quare dicuntur theologice. Et ar. ij. ostendit differentiam earū a uirtutibus moralibus & intellectualibus. Et ar. iij. eiusdem questionis ostendit numerum earum, quia tres sunt, nō plures, neque pauciores. Et ar. iiij. ostendit ordinem earum, que sit prior inter eas, scilicet inter fidem, spem, & charitatem. Quare actus sunt, ut sequitur. Fides est credere Deo de his que nobis reuelauit. Quia fides Christiana nō est credere Petro, nec Paulo, nec apostolis, nec prophetis, sed credere Deo qui locutus est apostolis & prophetis. Spes autē est sperare in Deo, nō sperare in principibus, seu prelatis. ideo Dauid, Nolite cōfidere in principibus, neq; in filiis hominū, in quibus non est salus, sed in Deo. Sed charitas est maior. De hoc uide sanctū Tho. prima ij. q. lxvj. ar. vj. Ratio quia charitas in sua essentia nō includit defectū siue imperfectionem, sicut fides & spes. Quia fides est credere quod nō uides. Ecce imperfectio. Spes autem est sperare quod nō habes. Ecce defectus. Et quid est charitas? diligere Deū propter se, & proximū propter Deum, quod nō includit aliquem defectū. Ideo dicit authoritas scripture, Nunc manēt fides, spes, charitas, tria hec. Maior horū est charitas. j. ad Cor. xiij. Nota, Maior horum. Nunquid debet dici maior harum? Respondeo q̄ ly horum, nō refertur ad fidē & spem, sed ad ly donorum, quod subintelligitur, scilicet maior autem donorum horū est charitas, quia iste tres uirtutes dantur a Deo per infusionem. Patet ergo quod dixi, quod inter uirtutes morales & theologicales excellentior est charitas, propter hoc dicit thema, Ante omnia charitatem habentes, scilicet amorem Dei feruidum, & amorem proximi ordinatum. Nota, Ante omnia, quia debemus laborare ut habeamus uirtutes morales. Sed ante omnia charitatem habentes. Ista uirtus charitatis habet tres gradus. Primus est incipere bonam uitam fortiter. Secundus est proficere in bona uita abun

Ecce qd inter uirtutes morales, & theologales, seu infusas a Deo, interest.

ta abundanter. Tertius est perseuerare in bona uita finaliter. Dico primo quod primus gradus, &c. est incipere bonam uitam fortiter. Postquam homo diu tenuit malam uitam uiuendo in peccatis, addendo continue peccata peccatis, & Deus facit ei gratiã, quod redit ad se cõsiderans mala & peccata que fecit, dicit, O miser, & quantum tempus perdidi, quod nullũ bonum feci anime mee. O miser, quid erit de me? uolo redire ad Deum. dolet & conuertitur de peccatis, proponit non redire ad ea, confitetur ea clare alicui confessori, acceptat libenter penitentiam confessoris, & seruat diligenter eam, cõmunicat deuote, audit missas, sermones, talis est in primo gradu charitatis. De hoc Petrus apostolus postquam dicit, ante omnia charitatẽ habentes, assignauit rationem dicens, Quia charitas operit multitudinem peccatorũ. j. Pe. iiij. Non dicit expellit, uel abiicit, sed operit. Videtur ergo ꝙ charitas & peccata stent simul. Respondeo, dicendo, ꝙ charitas destruit peccata, quantum ad culpas, quia culpe non stant simul cum charitate, sicut nec lumen cum tenebris, & operit, quantum ad penas. Nam secundum sententiam theologorum in iudicio particulari uel uniuersali siue generali, oĩa peccata que homo fecit siue corde cogitãdo, siue ore loquẽdo, siue opere faciendo, omnia discooperientur, non solum Christo, cui omnia nuda & aperta sunt oculis eius. ad Hebre. iiij. sed etiam angelis & sanctis uirtute diuina. Sicut uidentur peccata illius, qui ponitur in scala, quia ponuntur scripta in fronte eius, clariori modo uidebuntur omnia peccata in iudicio uniuersali. O qualis confusio erit. Multi sunt, qui modo reputantur boni, religiosi, uel clerici, qui tunc uidebuntur totum feciisse ex hypocrisi, &c. Idem de prelatis. Authoritas, Veniet Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum & manifestabit consilia cordium. j. Corin. iiij. Sed qui habebunt charitatem, eorum peccata non manifestabuntur in eorum cõfusionem, quia charitas est quasi uelum seu mantellum que operit multitudinem peccatorum, & ergo quia sic est, incipiamus bonam uitam. Sed dico ꝙ oportet incipere uitam bonam forti animo & uigoroso. Patet hoc triplici similitudine. Prima de homine ad altum montem ascendente, cui necessarius est uigor, & fortitudo, quia cum labore & uiolentia ascendit. Secus descendendo. Sic de nobis, si uolumus ascendere ad montẽ bone uite & uirtuose, necessarius est uigor, & robur, siue fortitudo, quia uiolenter ascendimus, quia persona que inclinatur ad superbiam, uanitatem, & pompam, cum difficultate humiliatur. Ideo est necessaria fortitudo. Idem de auaro luxurioso, & sic de aliis, quia contra inclinationem cum difficultate fit. Ideo requiritur robur. Secus descendendo in infernum per malam uitam uadit homo constantius naturaliter, quia caro inclinatur ad uitia & peccata. Sine magistro & doctore addiscimus peccare & male agere. Sensus enim & cogitatio humani cordis in ma-

lum prona sunt ab adolescentia sua. Genesis septimo. Oportet igitur facere uigorose, facere uim sibiipsi. Hoc sciens Apostolus dicebat, Ego sic curro, non quasi in incertum, sic pugno, non quasi aerem uerberans. Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. prime Corinthiorum nono. Secunda similitudo est de homine leuiter ligato cum filo stupe simplici, talis leuiter soluetur. secus si cum chordis uel catenis ferreis sit ligatus, quia tunc requiritur forceps ad soluendum se. Ita ille qui nouiter incipit peccare est ligatus cum filo stupe, quia leuiter poterit dimittere peccata. Quando uero est iam aliqualiter assuetus, est cum chordis ligatus, sed quando est iam antiquitus in peccatis, catenis ferreis est ligatus. Ideo necessaria est sibi forceps Samsonis ut soluatur. Multi homines & mulieres sunt ligati istis catenis de malis consuetudinibus. qui quando interrogantur a confessore an iurant Deum, dicunt, Pater consuetudo est. Hoc uultis dicere, quia iam estis ligatus ista catena que ducit uos ad infernum. Multi uellent soluere istam catenam ne iurarent, & non possunt, ita sunt male assueti, sed frangetis eas assuefaciendo uos ad infirmandum uel negandum per aduerbia. Item si matres, que curant de filiis, corrigerent eos ne iurarent, & docerent eos loqui ita, non sic est, per aduerbia, quando essent magni, non iurarent. Idem de peccato usure, si uniuersitas uel particularis homo uenit ad diuitem ut mutuo recipiat pecunias ab eo, respondet diues, placet mihi, sed soluetis ultra sortem tantum quolibet anno. Dico quod hoc est usura, quia pro mutuo non potest homo aliquid accipere. Et usurarius dicit confessori, Pater consuetudo est. O uos uultis dicere quod estis ligati ista catena. Sensualia bona sunt, seruatis duabus conditionibus. Prima est quod sit uera emptio. Secunda quod pretium sit iustum. Item uendere plus propter dilationem solutionis. Dicit usurarius, Pater consuetudo est, sed usurarios hac catena diabolus trahit ad infernum. Item confessor dicit emere pro pecunia parata minori pretio est usura. Pater consuetudo est, &c. respondet usurarius. Item obligatio libertatis ad molendinum ratione mutui, usura est. Sed potestis dicere tantum pro tanto sine aliqua conditione, & ille bene faciet, sed non obligetis eum. Item mutuare possessiones & interim fructus recipiendo, usura est. Item si seruatis uos pignora, & utimini pignoribus, usura est. Pater consuetudo est, dicit usurarius. Sed solutio nulla est. Contra leges humanas potest allegari consuetudo, que per contrariam consuetudinem abrogatur. Sed non contra legem Dei, imo propter consuetudinem grauius peccatum est, & talis mala consuetudo uertitur in naturam, intantum quod quasi impossibile est dimittere illas malas consuetudines. Authoritas, Si mutare potest ethiops pellem suam, aut pardus uarietates suas, & uos poteritis bene

face

facere cum didiceritis malum. Hieremie decimotertio. Tertia similitudo est de illo, qui uadit per uiam & habet transire passum angustum, in quo expectant eum inimici ensibus euaginatis contra eum, ut occidatur, necessaria est sibi munitio ad transeundum, ut possit euadere. Ita est de nobis. Lingua hominis est ad instar ensis facta, & quando aliquis uult incipere bonam uitam dimittendo uitia, uanitates & peccata, statim illi qui prius fuerunt socij in peccatis, nituntur eum retrahere, scilicet obloquentes. Verbi gratia, Si in aliquo monasterio uel collegio est aliquis religiosus uel clericus dissolutus, &c. nullus dicit sibi aliquid, imo commendabitur de fortitudine, &c. Et si ponit se in uia bone uite, ut uadat ad paradisum, factum est. alij qui uadunt ad infernum, statim persequuntur eum. Idem de clerico & laico, idem de mulieribus, idem de illo qui parcit inimicis, &c. Quot religiosi miseri clerici, & alij sunt, qui uellent incipere bonam uitam, sed dicunt, O miser quid faciam, quia dicent quod sum hypocrita. Ideo necessaria est prudentia, scilicet non curare quid dicunt male gentes, sed quid uult Deus & quid tenemini facere. hoc, scilicet, quod dicit Dominus per prophetam Hieremiam nono. Vnusquisque a proximo suo se custodiat, & in omni fratri suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & uir fratrem suum deridebit. Tamen dilectio diuine uoluntatis uigorose liberat ab omnibus istis supradictis. Authoritas, Aque multe non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Cantricorum octauo. Et loquitur de eo qui fortiter, & uigorose recepit bonam uitam. In tali enim aque multe, scilicet malarum inclinationum, & male consuetudinis, non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina, scilicet obloquentium, obruent illam. Ecce primus gradus charitatis, principium bone uite. ideo incipiamus pro tempore, dum sumus in hoc mundo, auisando, &c. Secundus gradus est, proficere in bona uita abundanter. Ex quo homo incepit, & continuauit, iam gentes non obloquuntur contra eum, quia uident bonam continuationem, quia non ficte, sed ueraciter bonam tenet continuationem & bonam uitam. Licet a principio mirentur & obloquantur, tacent post. Tunc tales siue talis, debent uel debet congregare uirtutes, & bona opera, & merita abundanter. Nota similitudinem de arbore transplantata in bona terra rigata, & radicata facit flores, folia, & fructus. ita ex quo persona est transplantata de terra stetili male uite in bonam, debet facere flores orationum, folia eleemosynarū, &c. fructū meritorū. Autho. Hoc oro, ut charitas uestra magis ac magis abūdet in omni sciētia, & in omni sensu, ut probetis potiora, ut sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitie. Ad

Philip.j.

Phil.j. Nota quatuor in quibus est habenda abūdantia. Primo debetis abundare in scientia. Si dicat rusticus, Et quomodo ego potero abundare in scientia? Respondeo, Nos qui habemus predicare, habemus abundare in scientia theologie, quia alias faceremus errare populum. Sed uobis simplicibus sufficit scire, Credo in Deum. in quo sunt omnes articuli fidei. Dicatur hic. Secundo debetis abundare in omni sensu penitentiam faciēdo. Sicut enim ex quinque sensibus peccamus, ita ipsis debemus facere penitentiā, in oculis lacrymando, in auribus missas & sermones audiendo, in odoratu uiam Domini sentiendo, sicut canis qui sequitur leporem per odorem, sentit in biuio quando transiuit, in gustu ieiunando, in sensu tactus totum corpus affligendo. Beatus uir qui in sapientia morabitur, quantum ad Credo in Deum. & in sensu cogitabit circunspectionem Dei, scilicet penitendo. Eccle. xiiij. Tertio probetis potiora. Bonum est corpus hominis, sed melior est anima. Ita bona sunt opera bona corporis, sed meliora sunt anime, scilicet orationes deuote & cōtemplationes. Multi sunt qui ex operibus misericordie corporis perdunt bona anime, quia negligūt nimis. Nō possunt audire sermones, que est optima contemplatio. & sic de aliis. Propter hoc scripsit Apostolus ad Timotheum, qui faciebat magnas afflictiones corporis dicens, Exerce teipsum ad pietatē, scilicet ad spiritualia. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Pietas autē ad omnia utilis est, promissionem habēs uite, que nunc est, & future. j. ad Tim. iiij. Quarto per Iesum Christum Dominum nostrū, quia nulla alia lex ducit ad paradisum, nisi lex Christi, non Moysi nec Machometi, licet dicant Iudei. Nota hic exemplum de illo diuite qui habebat tres filios, & unum lapidem pretiosum magni pretij. & quilibet filius petebat illum lapidem a patre. Pater autem uolens illos cōtentare, uocauit unum lapidariū qui fecit sibi duos alios lapides, omnino similes lapidi pretioso. Et quādo pater debebat mori, dedit unum lapidem seniori fratri. Secundo quem magis diligebat, dedit lapidem uerū. Tertio filio dedit alium de illis de uitro. Mortuo patre, quilibet dicebat se habere lapidem pretiosum, sed argentarius in pondere cognouit uerū lapidem. Isti tres filij sunt tres populi, scilicet Iudeorum, Christianorū & Agarenorum. Pater est Deus. Tres lapides sunt tres leges eorū, &c. sed cognoscuntur in pondere. Pondus enim legis Moysi secundū promissionem eius est, quod solum promittit terrena. Et ista quantū ponderauerunt? ecce quid dicit Salomon de terrenis, Vanitas uanitatum, & omnia uanitas. Quid habet amplius homo de uniuerso labore suo quo laborat, sub sole? Generatio preterit, & generatio aduenit, terra autem in eternum stat. Oritur sol & occidit, & ad locum suum reuertitur, ubique renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem. Eccleiast. j. Item uidi cuncta que fiunt sub sole, & ecce omnia uanitas.

Nihil

Nihil aliud ponderat, non est ergo ille lapis pretiosus. Pondus autem secte Agarenorum quod est? promittit enim lex illa maledicta, riuos mellis & lactis in celo, & uxores quingentas uirgines, &c. Ecce paradisus porcorum & asinorum bestialis. Ecce quod promittit, nil pōderat. Lex autem Christi promittit non uanitatem, ut lex Iudeorum, nec bestialitatem, ut Agarenorum, sed regnum paradisi quod est infinitum, & infiniti ponderis & ualoris. non enim potest estimari eius ualor, quia minor est tota Hispania. Ecce promissiones, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Mat. v. Beati qui persecutionē patiūtur propter iustitiam, quoniam, &c. Tertius gradus charitatis est perseuerare in bona uita finaliter continuando usque ad finem. Quia qui non currit, non obtinet brauium, nec bene currēs obtinet brauū, nisi cursum consummauerit usque ad brauium. Ideo Apostolus orando dicebat. Det uobis Deus secundum diuitias glorie sue uirtutē corroborari, per spiritum eius in interiori homine Christum habitare, per fidem in cordibus uestris in charitate radicati & fundati, ut possitis cō prehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo, longitudo, sublimitas & profundum. ad Ephes. iij. Primo que sit latitudo. i. extēsa dilectio, que debet esse tanta in corde Christiani, quod debet diligere, non solum seipsum, sed & proximos, non solum illos de domo sua, sed etiam extraneos, non solum amicos & benefactores, quia & canis diligit benefactorem suum. Ideo qui solum diligunt amicos, habent amorē canum. Ex tali amore non habebunt a Deo saluationem siue meritū. Sed meritum est diligere amicos & inimicos propter Deum, quia inimici non habent rationem diligibilitatis, nisi propter Deum, qui precepit illos diligere. Itē diligere debemus Iudeos, Agarenos, & alios infideles, & orare pro eis ut conuertantur, sed non participare cum eis. Secundo que sit longitudo, scilicet perseuerantis durationis. Hic tangit rectores qui fecerūt bonas ordinationes ad utilitatem cōitatis ut seruent, alias modicum esset. Sed dicitur modo, Hodie facta, hodie fracta. Ita quod mirum est, quare Deus dat nobis panem, uel aquam uel uinum. Ideo nullo modo frangantur ordinationes. Nota historiam Ione de ciuitate magna Niniue, in qua fiebāt multa peccata, & Deus misit ad eos Ionam prophetam qui predicauit, & gentes timuerunt & fecerunt ordinationes & penitentiam, sed non habuerunt longitudinē, & fregerunt ordinationes & redierunt ad peccata, propter quod tota ciuitas, ut inquit Lyra, uersa est in abyssum, nec aliquis euasit. In qua erant plures gentes quam in regno Aragonie, ita erat populosa. Ideo Dauid, domum tuam, scilicet uillam, uel communitatem, decet sanctitudo Domine in longitudine dierum. in psal. xcij. Tertio, que sit sublimitas & altitudo celestis premij, quod Deus promisit bonis dominis, & rectoribus communitatum, scilicet regnum paradisi. O qualiter deberemus

Inconstātia gētis Niniuitarum.

beremus esse aduocati Iesu Christi & zelotypi de suo honore, quemad modum aduocatus alicuius baronis pro modico salario statim in omni loco defendit eum, & sua, &c. Et pro Christo, qui promittit regnum paradisi, nullus est aduocatus, & nullus curat de suo honore. Ideo curetis de suo honore, & attendatis quid promittit. Ideo Apostolus, In sublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis, non contẽplãtibus nobis que uidentur, sed que non uidentur. Que enim uidentur, temporalia sunt, que autem non uidẽtur eterna sunt. ij. Cor. iiij. Quarto & profundum, scilicet infernalis damnationis, que parata est dominis & rectoribus, qui sustinent peccata notoria, & negligenter exercẽt officium suum, qui propter lucrum sustinent ludũ taxillorum, meretrices in hospitiis uel cõcubinas, &c. Quilibet curat diligenter de domo sua, magis & diligentius curandum est de communitate. Ratio est ista. De communitate est, ut de naui in mari, si patronus uel nauta solum curaret de sua camera, malũ esset pro naui. Quia si camera patroni uel alia destruatur, non est periculũ, sed si unus postis uel tabula amoueatur de latere nauis, ibi est periculum periclitãdi omnibus. Ita charitas est ad instar magne nauis, &c. Charitas enim de qua scriptum est, non querit que sua sunt, sic intelligitur quod nõ propria communibus, sed communia propriis anteponit. Tanto enim uos magis proficere noueritis, quanto rem communem diligentius curaueritis. ut dicit Aug. in regula, Ergo ante omnia charitatem habentes, &c.

Dominica intra octa. Ascensionis. Sermo vij.

HEc locutus sum uobis, ut non scandalizemini. Ioan. xvj. Verbum istud Christi fuit dictum Apostolis, quando uidit eos paratos, ut caderent in peccatum, quia erant fragiles. Ideo dicit eis, Hec locutus sum uobis, &c. Scandalum Grece idem est quod offensio Latine, ut cum homo uadit per uiam quam non considerat, sed cogitat de aliis & ponit pedes ad lapides, &c. illud uocatur scandalum. Ideo sapiens dicebat filio suo, Ecclesiast. xxxij. In uiam ruine, id est petrosam non eas, & non offendes in lapides, nec credas te uie laboriose, ne ponas anime tue scãdalum. Modo ita est, omnes qui sumus modo in uita, sumus in uia, nullus credit hic remanere, quia omnes sumus peregrini, & uiatores. unus uenit, scilicet nascendo, alter transit, scilicet moriendo. Ideo Dauid in sua oratione dicebat, Peregrini sumus coram te, & aduene, sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi umbra super terram, & nulla est mora. j. Paral. xxix. Ex quo ergo sumus uiatores, uolo uos auisare, ne modo uos offendatis ad lapides, & in fine sermonis potero uobis dicere, Hec locutus sum uobis, &c. Quanuis sumus omnes uiatores, tamen non omnes imus ad paradisum per eandem uiam. imo in Scriptura sacra inueni tres uias securas & bonas eundi ad paradisum.

Prima

Prima eſt pura innocentia,
Secunda eſt digna penitentia,
Tertia eſt firma obedientia.

Prima eſt pura innocentia. Sed quia multi ſcandalizantur in qualibet iſtarum, ideo uolo uos auiſare, ut poſsim uobis dicere the. Hec locutus ſum uobis. Dico primo, quod prima uia eundi ad paradiſum, eſt innocentia pura, q̃e eſt, nullum peccatum unquam feciſſe, nec ueniale, nec mortale, nec corde cogitando, nec ore loquendo, nec opere operando. De iſta uia prophetauit Iſa. propheta. ca. xxxv. Erit tibi ſemita, & uia ſancta uocabitur. Non tranſibit per eam pollutus. Et hec erit uobis directa uia, ita ut ſtulti non errent per eam. No. & erit, ſcilicet in tẽpore gratie, uel noue legis, ſemita, id eſt uia innocentie. Et non ſolum dicit uia, ſed & ſemita ſtricta, quia pauci hodie uadunt per eam, & uia ſancta uocabitur, quia non tranſibit per eã pollutus. Primus ergo qui per hanc uiam tranſiuit, fuit Chriſtus, qui peccatum non fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. j. Pe. ij. Etiam uirgo Maria ſecuta eſt eum, quia nunquã peccauit aliquo modo: cui dicit Spiritus ſanctus. Can. iij. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Nec de adultis inueniuntur plures, niſi Chriſtus & uirgo Maria, nec de patriarchis, nec de prophetis, nec apoſtolis, nec martyribus, nec confeſſoribus. Nullus enim preter Chriſtum & uirginem poteſt ſe excuſare de peccato mortali, uel ueniali, imo beatus Io. Euangeliſta de ſe, & de aliis dicit. j. Ioh. j. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt. Solum enim pueri nouiter nati & baptizati, qui antequam peccent moriuntur, ſequuntur Chriſtum, & uirginẽ Mariã, per uiam innocentie. Cogitate quia quando uirgo Maria fuit in celo cum filio, uertit ſe reſpicicẽdo ſi aliquis eam ſequebatur, & uidit q̃ ſolũ innocẽtes, de quibus regratiãdo filio ſuo dicit, Innocẽtes & recti adhæſerũt mihi, quia ſuſtinui te. pſal. xxiiij. No. quod ſuſtinui te tripliciter, Primo in utero nouem menſibus. Secundo in brachiis & amplexibus. Tertio in manibus cum gemitibus & doloribus. Ideo innocentes adhæſerunt ſibi. Chariſsimi, p̃ uera declaratione intelligatis quod in hac uia homines tripliciter ſcãdalizãtur: q̃dã enim ſcãdalizãtur cadẽdo in puteũ inferni. Alij non cadũt, ſed deuiant a uia paradiſi. Tertij non cadũt nec deuiãt, ſed retardãtur. Primi ſũt pueri, q̃ nõ baptizãtur. Et propter hoc ut pueri nõ ueniręt in iſtũ ſcãdalũ, Xp̃s p̃cepit Mat. ult. dicẽs, eũtes docete oẽs gẽtes baptizãtes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Secũdo aliqui ſcandalizantur non in inferno cadendo, ſed deuiando, ſicut ille qui offendit peccando mortaliter, in quo ſcandalizati ſumus omnes, quia ſtatim dũ fuimus annorũ quinq; uel ſex, incepimus peccare. Nota de puero quinque annorum in dialogo Grego. In iſta ergo etate multi deuiant peccando mortaliter, licet non in inferno

ferno ſtatim cadant, imo per penitentiam poſſunt ſe iuuare. Nota qualiter eſt magna triſtitia uiatoribus, quando per unam leucam uel duas deuiant, amplius, quando deuiant per dietã. Modo cogitate quot dietas quilibet ueſtrum ambulauit poſt uiam innocentie deuiãdo. Quãdo peccamus mortaliter, deuiamus intantũ, quod impoſsibile eſt redire ad innocentie ſtatum, & ideo per aliam uiam oportet nos redire, ut poſsimus dicere, Errauimus a uia ueritatis, ſcilicet Chriſti, q dicit. Ego ſum uia, ueritas & uita. Io. xiiij. Et laſſati ſumus in uia iniquitatis & perditionis. Sap. v. Ideo uos qui habetis filios, nutriatis eos bene, & cuſtodiatis, ne deuient a uia Domini, ſed heu multi magis curant quod filij ſui ſint bene induti. Tertio aliqui ſcandalizantur non cadendo in infernum, nec deuiando, ſed retardando per peccata uenialia, qui nunquam peccauerunt mortaliter, ut creditur de Hieremia, & Ioanne Baptiſta, & ceteris. ideo non perdiderũt uiam innocentie. Qui autem ſolum habent peccata uenialia, retardantur in purgatorio. Ideo de hoc dicebat Dauid pſal. cxlj. In uia hac qua ambulabam, abſconderunt laqueum mihi. Secunda uia eundi ad paradiſum, eſt digna penitentia. Et per iſtam oportet nos ire, ex quo perdidimus uiam innocentie. Nota digna penitentia eſt adequatio culpe ad penam. uerbi gratia. Si peccamus corde male cogitando, odiendo, uel concupiſcendo, faciamus penitentiam conterendo. Si ore blaſphemando, iurando, faciamus penitentiam confitendo Deum & laudando. Si oculis uane uidẽdo, fiat penitentia plorando. Si manibus, fiat penitẽtia erectis manibus orãdo, & reſtituendo. Si per gulam, fiat penitẽtia ieiunãdo. Si in corpore, fiat penitentia affligendo. Iſta eſt digna penitentia, ſic ſecundum peccatũ fiat penitentia. Sed iſta uia anguſta eſt. Vnde Chriſtus Matt. vij. Quam anguſta porta & arcta eſt uia que ducit ad uitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam. No. q̃ dictio, Quã, eſt admiratiua. Anguſta porta huius uie eſt confeſsio: anguſta eſt, quia homo habet ſe diffamare & dicere de peccato ſuo, & non alterius. Vnde propheta pſal. cxvij. Hec porta Domini, iuſti intrabunt in eam. In hac uia penitentie tripliciter ſcandalizantur homines, quidam faciendo plus, quidam minus, quidam ex toto dimittendo. Primi plus faciunt, qui utuntur in diſcretione. Quoniã homines indiſcrete uigilando, ieiunando, uel corpus affligendo, effuntur magni fatui, & ſic damnantur. Diabolus enim impugnat eos aliquo colore, dicendo quod parum facit pro Chriſto, qui tantum fecit pro ſe, & ſimilia, & tunc ſic illuſus facit magis de penitentia quam poſsit ſuſtinere. Talis enim ex indiſcretione facit de uia paradiſi uiam inferni. Contra iſtos dicit Scriptura ad Romanos xij. Obſecro uos fratres per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium ueſtrum, id eſt ſeruitiũ ueſtrum. Nota rationabile. Quilibet cogitet quantũ poteſt

portare

portare asinus suus, id est corpus, &c. Alij sunt facientes minus de penitentia quã deberent, & in hoc plurimi deficiunt, habẽt enim bonũ corpus, ꝙ fecit multa, & magna peccata, & faciunt parum de penitentia. Cõtra istos qui minus de penitentia faciunt, ad Col. iij. dicit apostolus, Mortificate mẽbra uestra que sunt super terram. Tertij sunt qui nullam penitentiã faciunt, bene incipiunt magnam penitentiã, sed postea dimittunt totum. Sicut multi religiosi qui optime incipiunt, quia religio nõ est nisi penitentia, & postea dimittunt frangendo penitentiam, ieiunia, nota essentialia, & ceremonias & illud est magnum scandalũ. Aug. Nõ uidi meliores quã eos qui in monasterio profecerunt, nec deteriores quã qui ibi defecerunt, quia bonus religiosus plus lucratur de meritis suam secularis ceteris paribus, quia bonum opus factum ex uoto magis est meritorium, quam si fiat sine uoto. Aliquando in malo religioso est tãta ingratitudo, & tantum peccatũ, ꝙ facit cõtra Deum, ꝙ dimittit totaliter penitentiã, reuerentiam suam, uel habitum suum, uel nõ curat amplius de sua reuerentia. Ideo multi religiosi sunt peiores ad cõuertendum quã infideles. Idem de presbyteris qui optime & deuote incipiunt penitentiam. Idem de laicis hominibus, & mulieribus. Ideo Christus dicit Matth. xj. Beatus est qui nõ fuerit scandalizatus in me. Tertia uia eundi ad paradisum est firma obedientia. ad Dei precepta custodire se a peccatis mortalibus. quam declarauit Christus predicando de gloria paradisi. Nota quante dulcedinis & saporis erãt uerba Dei incarnati. Predicabat enim sepe de gloria paradisi, ut corda gẽtium inflammaret, & ut ex ista gloria despicerent mundana & transitoria. Et tunc post predicationem uenit ad eum quidam totus inflammatus gloria, Christo dicens, Magister bone quid boni faciam, ut habeam uitam eternam? Mat. xix. Christus autem respõdit ostendens sibi uiam obedientie, dicens, Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Ideo sapiens dicit Prouerb. vij. Fili serua mandata mea, & uiues. De ista uia dicitur Esa. xxx. Hec est uia, ambulate in ea, & nõ declinetis neque ad dextram, neque ad sinistram. Dextra enim & sinistra sunt due ripe uie obedientie. Pars siue ripa dextra est obedire preceptis Dei, ore suo, dictis & mandatis. Vnde Petrus apostolus dicit Act. v. Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Pars siue ripa sinistra, est obedire preceptis dominorum tẽporaliũ, de qua apostolus dicit, Obedite prepositis uestris. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus uestris reddituri. ad Heb. xiij. Ad dextram ergo declinant cadentes, inobedientes Deo. Ad sinistram inobedientes dominis siue prelatis. In hac uia obedientie scandalizantur homines tripliciter. Primo per ignorantiam. Secundo per malitiam. Tertio per cõcupiscentiam. Per ignorantiam scãdalizantur illi, qui nesciunt mandata Dei, nec excusantur, quia sciunt quot denarios ualet florenus, &c. Ideo apostolus. j. ad Corinth. xiij. Si

Opus ex uoto amplius meretur, quam sine uoto.

quis autem ignorat ignorabitur. Quidam ſcandalizãtur per malitiam, quia ſciunt quid debent facere ſecundum Deum, & nõ curant ponentes aratrum ante boues, & non retro, ſcilicet affectionem malam ante iuſtitiam & ueritatem & diuinam ordinationem. De quibus ſcriptura dit Sapien. ij. Excecauit enim illos malitia eorum. Tertij ſcandalizantur per concupiſcentiam, ſcilicet dignitatum ſeu diuitiarum & deliciarum & huiuſmodi. Et ideo Dauid Pſalm. xlviij. Hec uia illorum ſcandalum ipſis, & poſtea in ore ſuo complacebunt. Ecce quare dicit thema Hec locutus ſum uobis.

In uigilia Pentecoſtes. Sermo unicus.

SPiritum ueritatis mundus non poteſt accipere. Ioã. xiiij. Iam ſcitis quomodo craſtina die erit feſtum pentecoſtes, in quo Spiritus ſanctus deſcendit uiſibiliter ſuper apoſtolos in Ieruſalem. Ea quia iam hodie eſt uigilia, faciemus officium de hoc: propter quod uolo uobis declarare quomodo ad recipiendum gratiam Spiritus ſancti debemus nos preparare, & qui eam habent, qualiter poterunt cõſeruare eam & augmentare. Sed primo ſalutetur uirgo Maria, &c. Pro thematis declaratione determinande ſunt due queſtiones. Prima pro introductione. Secunda ꝓ proſecutione. Prima eſt quare Spiritus ſanctus dicitur ſpiritus ueritatis. Secunda quare mundus nõ poteſt accipere eum, & quis eſt iſte mundus. Pro prima queſtione notaui duas rationes, quas inueni in themate, quare Spiritus ſanctus dicitur Spiritus ueritatis. Prima ratio eſt reſpectu ꝓceſſus, quem eternaliter habuit. Secunda eſt reſpectu effectus, quẽ temporaliter ꝓducit. De prima principium a quo Spiritus ſanctus eternaliter ꝓcedit, eſt nõ ſolum pater, ſed filius & pater, qui nõ ſunt duo, ſed unum tantum, quia cõmunis ſpiratio eſt una notio duarum perſonarum, patris & filij. Quia ergo filius dicitur ueritas, Ego ſum uia, ueritas & uita. Ioan. xiiij. ideo Dominus Spiritum ſanctũ, qui etiam ab eo ꝓcedit, dicit Spiritũ ueritatis. Secunda ratio eſt reſpectu effectus, quem temporaliter producit. Nam nulla ueritas poteſt eſſe in corde, nec in ore, nec in opere alicuius perſone, niſi a Spiritu ſancto. Authoritas. Nemo poteſt dicere Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto. j. Corinth. xij. gl. Ambroſij. Omne uerum a quocunque dicatur, a Spiritu ſancto eſt, propter hoc dicitur Spiritus ueritatis. De iis duabus rationibus authoritas. Cum uenerit ille Spiritus ueritatis, quantum ad primam rationem, docebit uos omnem ueritatem, quantum ad ſecundam rationem, Ioan. xvj. Patet prima quomodo introductiua, & per cõ ſequens prima pars thematis, quare dicitur Spiritus ſanctus Spiritus ueritatis. Secũdo queſtio ſermonis proſecutiua eſt, quare mundus nõ poteſt recipere Spiritum ſanctũ, & quis eſt iſte mundus. Pro quo ſciendum

Diuus tho. 1. p. q. 36. articul. 4.

dum quod iſta dictio mundus, in ſcriptura ſancta capitur quatuor modis. Primo pro eccleſia uniuerſali. Secundo pro iſta habitatione terrenali. Tertio pro mundi fabrica generali. Quarto pro omni populo criminali, & omnes iſtas expoſitiones huius nominis inueni una authoritate. Illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Hic accipitur pro eccleſia uniuerſali. In mundo erat hic pro habitatione terrenali. Et mundus per ipſum factus eſt, hic pro mundi fabrica generali. Et mundus eum nō cognouit, hic ſumitur mundus pro gente carnali uel criminali. Ioan. j. Et iſto quarto modo dicit thema. Spiritum ueritatis mundus, ſcilicet gens mundialis, carnalis, uel criminalis, nō poteſt accipere. Dico primo, &c. pro eccleſia uniuerſali, ſcilicet Chriſtianitate. Ratio, quia ſicut mundus cōprehēdit & amplexatur omnia, ita eccleſia nō ſolum uni populo data eſt, ut ſynagoga ſolis Iudeis, ſed omni populo & toti mundo. Authorit. & loquitur Deus pater filio, ſcilicet Chriſto homini, Parum eſt, ut ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob & feces Iſrael cōuertendas. Dedi te in lucem gentibus, ut ſis ſalus mea, uſque ad extremum terre. Eſaie. xlix. Ideo dicitur, illuminat omnē hominem uenientem in hunc mundum. Et niſi mundus ſumatur hic p eccleſia uniuerſali, iſta propoſitio non poſſet ſaluari. Et ſi acciperetur hic pro mundo uniuerſali, falſa eſſet, quia nō omnes illuminantur, nec lumine naturali, quia multi fuerunt & ſunt ſtulti, nec lumine ſcientie, quia multi ignorantes ſunt, nec lumine fidei, quia multi ſunt infideles, nec lumine gratie, quia multi uiuunt & moriūtur in peccatis. Quomodo ergo uerificatur dicta authoritas? Illuminat omnem hominem uenientem in hūc mundum, nō aliter, niſi quia ibi mundus ſumitur pro eccleſia militante, quia quando aliquis uenit ad eam, ſtatim in porta illuminatur Porta huius eſt baptiſmus, ibi quilibet illuminatur habitualiter, uel etiam actualiter, niſi ficte accedat ad baptiſmum, ibi enim illuminantur lumine fidei, lumine gratie, lumine ſcientie, & lumine ſapientie, &c. Sic intelligitur illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Nota ſimiliudinem de magna platea, in cuius circuitu eſſent carceres tenebroſi, & platea eſſet illuminata a ſole, omnes uenientes ad plateam eſſent illuminati, qui autem eſſent in carceribus, non eſſent illuminati, non ex defectu ſolis, ſed ipſorum nolentium ad plateam uenire. Ita Chriſtianis eſt magna platea a ſole Chriſto illuminata, ad quam omnes uenientes illuminantur. Qui uero ſtant in carceribus infidelitatis, non illuminantur. Iudei ſtant in carcere Moyſi pleno puluere, quia ſolum promittit terrena. Agareni ſtant in carcere fetido Machometi. Sed Chriſtus dicit, Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, nō ambulat in tenebris, ſed habebit lumen uite, dicit dominus. Io. viij. Ecce quare eccleſia dicitur mūdus, & cōcordat deriuatio grammaticalis. Mundus a munditia eſt dictus ex lauacro baptiſmi. Et iſte eſt intellectus

Multiplex ſignificatio huius uocis, mundus, in ſacris bibliis.

tellectus apoſtoli dicẽtis, Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, mundans eã lauacro aque in uerbo uite, nõ habentem maculam, aut rugam. ad Epheſ. v. Nota ſemetipſum tradidit, &c. Quia baptiſmus nõ habet uirtutem, niſi per ſanguinẽ Chriſti. Authoritas. Hic eſt qui uenit per aquam & ſanguinẽ Ieſus Chriſtus. Nõ in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine. j. Ioã. v. Nota in uerbo uite. Iſtud uerbum eſt forma baptiſmi. Item nõ habentem maculam aut rugam. Macule cõmunitatis ſunt peccata publica & notoria. Iſtas maculas debent abluere & purgare rectores. Et ſi dicatur, quomodo corrigentur, ſi nõ accuſantur, uel denuntiantur? Modus eſt facere ſtatutum & preconizationem, quod nullus ludat ad taxillos, nec teneat cõcubinam, nec meretrices ſint in hoſpitiis, & tranſacto tempore ſiue termino eis aſsignato debent facere executionem, &c. De hac macula dicit ſcriptura, Macula huius ſceleris, ſ. peccatorum publicorũ in uobis permanet, multique de populo corruerunt. Ioſue. xxij. Ruge ſunt peccata ſecreta, que nõ cadunt in iudicio hominum, ſed Dei, ut ſecretorũ uſurariorũ, qui. ſ. per ſe ſecrete uel mediante Iudeo faciunt uſuras, &c. Qui talia agunt, digni ſunt morte. ad Ro. j. Sic accipiendo mundum pro eccleſia uniuerſali, modo poſſumus uere dicere thema, Spiritum ueritatis. imo ipſum recipit realiter, & eſſentialiter iſto modo, quia ſicut eſſentiale eſt corpori humano uiuo habere ſpiritum rationalem, ita corpori Chriſti myſtico uiuo, q̃ eſt eccleſia uniuerſalis, ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam, quod eſt corpus ipſius. ad Epheſ. j. Eſſentiale eſt habere Spiritũ ſanctum. Autho. Soliciti ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis. Vnum corpus & unus ſpiritus. ad Ephe. iiij. Not. ſoliciti. Nullus poteſt auferre diuiſiones ſeu malas uoluntates aut ſciſma per ſe. Ratio. dicit S. Th. in. j. q. de libero arbitrio, quod diſpoſitiones ſunt in libero arbitrio, ſed effectus finales nõ. Verbi gratia. De piſcatore uolente capere ſeu dicente, uolo capere piſces. Talis effectus a Deo eſt, & nõ a piſcatore. Piſcator enim poteſt diſponere hamos, fila etiam, retia, &c. Idem de laboratore dicente, Iſto anno uolo habere multũ bladum, uinũ, & huiuſmodi. Talis effectus a Deo habet eſſe. Diſponere poteſtis laborando, ſeminando, inſerendo, parando, ſed quod naſcatur & creſcat in herbam, a Deo eſt, & nõ a natura, quia natura poteſt ipſum corrũpere, ſed nõ uiuificare. Ideo nõ attribuitur nature, ſed Deo. Idem de bona litera nõ attribuitur calamo, ſed notario. Idẽ de illis in matrimonio, q̃ habẽt ꝓles, a Deo eſt. Et ſic patet quod effectus finales ſunt a Deo, ſed diſpoſitiones a nobis. Idẽ de effectu ſpirituali, ſi dicat predicator, ego uolo cõuertere Iudeos uel peccatores ad bonam uitã, ſtultitia eſſet, quia talis effectus a Deo eſt. Sed predicator debet cogitare, ego faciam quod in me eſt predicando, & ſacram ſcripturam declarando, & ueritates oſtendendo. Si enim ex iſtis diſpoſitionibus ſequatur

effectus

effectus cõuersionis, hoc est a Deo. Authoritas. Loquente Petro uerba hec, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebãt uerbum. Act. x. Nota cecidit Spiritus sanctus, nõ dicit misit, quia ipse nõ poterat mittere, quia hoc est effectus Dei, sed ipse disposuit predicando secreta fidei. Ideo apostolus, Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Ita neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementũ dat Deus. j. ad Corinth. iij. Ita in proposito de scismate uel pace, nullus enim presumat dicere, ego faciam, &c. dispositiones potestis facere. Ideo dicit, Soliciti seruare unitatem, scilicet disponendo. Dico secundo, quod mundus capitur pro ista habitatione terrenali, in qua habitamus, cũ dicitur, In mundo erat Christus, ante suam incarnationẽ iam erat in mundo isto secundum suam diuinitatem. Sicut filius regis iam erat homo in domo regis, antequam militaret, ita de filio Dei iam erat in mundo isto, antequam incarnaretur. Sed dicitur uenisse in hunc mundum nõ per mutationem localem, quia ipse dicit, Ego dominus & nõ mutor. Malach. iij. Sed per nouum modum essendi dicitur descendisse, scilicet per assumptam humanitatem, quia tunc apparuit in forma uisibili factus nouus miles in aula uteri uirginalis armatus ut bellaret. Authoritas. Ex tempore antequam fierẽt. s. opera redemptionis, ibi erã, & nunc Dominus Deus misit me, & Spiritus eius. Esa. xlviij. Et sic accipiendo mundum dicitur mundus a motu, quia mutabilis, quia nihil est firmum in hoc mundo, nec dominium temporale & prelationes, nec officia, dignitates, seu honores, diuitie, nec gaudia, imo dicitur, Quid est de tali? mortuus est. Ecce quomodo est mutabilis. Ideo beatus Ioan. euang. dat optimum cõsilium di. Nolite diligere mundum, neque ea que in mundo sunt. Si quis diligit mundum, nõ est charitas patris in eo. Quoniam omne quod est in mundo, cõcupiscentia carnis est, & cõcupiscentia oculorum & superbia uite. j. Ioan. ij. Ratia quare nõ est diligendus, quia nõ est firmus. Iste mundus est ut arbor, fructus eius sunt honores, dignitates, diuitie, &c Et quilibet uult colligere, sed iam minatur ruinam. Ideo despectis terrenis desiderem celestia, ideo apostolus dicit, Qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. Preterit enim figura huius mundi. j. Corinthio. vij. Dixi tertio quod quandoque mundus accipitur pro tota mundi fabrica de creatione generali, cum dicitur, Et mundus per ipsum factus est, scilicet totalis fabrica uniuersi. Sicut enim domificator per suam sapientiam operatur domum, ita Deus pater per Christum qui est eius sapientia. Nos predicamus Christum Dei uirtutem, & Dei sapientiam. j. Operatus est domũ huius mundi. Sapientia edificauit sibi domũ, excidit columnas septem. Prouerbior. ix. De ista domo dicit Baruch, O Israel quam magna est domus Dei & ingens & inestimabilis locus possessionis eius, sapple in duratione, excelsus & immensus. Baruch. iij. Istam domũ edi-

ficauit sibi non ad utilitatem, seu necessitatem, sed ad honorem, gloriam, & laudem sui. Nos autem sumus hic interius adhuc cum bestiis in stabulo, camere pulchre sunt superius. Nota. excidit columnas septem, scilicet septem gradus creaturarum, in quibus consistit tota fabrica mundialis. He sunt quatuor elementa, scilicet terra, aqua, aer, ignis, natura celestis, quam philosophi uocant quintam essentiam, sexta est, natura humana, septima est natura angelica, tota fabrica dicitur mūdus. Ecce quare dicitur mūdus, quasi minima dans. Item nota quod in creaturis habemus exemplum obediētie. Postquam Deus a principio creauit omnia: dedit preceptum soli, lune, & stellis, licet non haberent rationem, ut mouerentur sic & sic, &c. etiam primo mobili. Et septem millia annorum uel circa sunt quod dedit eis preceptum, & nunquam pretermiserunt preceptum, tamen nō promisit eis premium si obedirent, nec punitionem si facerent contra suum preceptum. De isto precepto dicit in Psal. Dauid, Statuit ea, Deus supple, ineternū, & in seculum seculi preceptum posuit, & non preteribit. O qualis uerecundia est nobis, qui habemus rationem & promissionem glorie, & comminationem pene, & tamen non seruamus eius precepta. Si tamen Deus monti preciperet ut mutaret se, statim esset factum. Et tu peccator, cui dicit Deus, ut mutes tuam malam uitam, & conuertaris, & recedas a peccatis, & mala societate, non uis facere. Si preciperet aquile esurienti ne tāgeret cibum, factum esset, & tibi precipit ne frangas ieiunia, &c. tu nihil curas. Si preciperet asino eunti ad asinam, ne eam tangeret, statim esset factum. Et tibi dicit, Non mechaberis, & non uis obedire. Exo. xx. Item in elementis habemus exēplum amicitie, que sunt quasi quatuor homines tripudiantes tenentes se, quia quilibet habet duas qualitates, quasi duo brachia, &c. Item in elementis habemus exemplum diligendi Deum. Ignis qui est calidus, dat nobis exemplum de feruore spirituali. Aer qui subito illuminatur, de contemplatione celesti. Aqua que mundat de munditia personali. Terra que fructificat de abundantia meritali uel penitentiali. Augustinus, Celum, terra, mare, & omnia que in eis sunt, dicunt mihi ut te Domine diligā. Dico quarto, mundus accipitur pro tota gente criminaliter uel carnaliter uiuente, & sic sumitur, cum dicitur, Et mundus eum non cognouit. sic nec carnales spiritum sanctum. quia macula peccatorum impedit. Authori. Animalis homo non percipit ea que sunt spiritus Dei. j. Corint. ij. quia quandiu homo uiuit in peccatis, non habet spiritum sanctum. Et sic accipiendo mundum, dicitur quasi immundus per antiphrasim. quare dicit Bern. O munde immunde qui te diligunt nō te norunt, id est nouerant. De isto dicit thema. Spiritum ueritatis, mundus, id est gens carnalis nō potest accipere. Not. ad hoc figuram Gene. viij. de columba quam Noe emisit de arca uolens experiri si iam cessassent aque, dicit

Ecce qd philosophis quīta dicatur essentia.

ter.

ter. Emisit quoque columbam, ut uideret, si iam cessassent aque super faciem terre. Que cum non inuenisset ubi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam. Aque enim erant super uniuersam terram. Columba alba signat spiritum sanctum. Luc. iij. Descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, &c. Noe autem, id est Deus, de arca, id est de celo mittit columbam, id est spiritum sanctum, & uenit ad palatium dominorum temporalium, & inuenit eos plenos iniustitia, rapina, non inueniens ubi requiescat pes eius, uadit ad prelatos, & inuenit eos plenos de simonia, gulositate, de luxuria, de excessibus, & superfluitatibus, & negligentiis circa curam animarum, & non inueniens ubi, &c. uenit ad mercatores, & uidēs ibi tot usuras, fraudes, deceptiones, quia ipsi nesciunt. Pater noster, Credo in Deum. Sciunt tamen coniurationes & sortilegia, &c. reuertitur ad arcam, uenit ad monasteria religiosorum, & uidens quod nō seruantur ibi uota, nec regule, nec ceremonie, &c. sed sunt ibi inuidie, diuisiones, & non inueniens ubi &c. reuertitur ad arcam. Ista est ratio quare mūdus, id est homines carnales seu carnaliter uiuentes, nō possunt recipere spiritum sanctū, nō propter aliquod impedimentum spiritus sancti, sed propter peccata. Remedium ergo habemus, si die crastina uolumus recipere spiritū sanctum, quod mundemus nos & purificemus per contritionem, confessionem, & satisfactionem, & iniuriarum remissionē, iuxta illud Dauid, Cor mūdum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Psal. l. Deo gratias.

In die sancto Pentecostes.
Sermo j.

REpleti sunt omnes Spiritu sancto. Act. ij. Tota solennitas hodierna est de aduentu spiritus sancti, qui uisibiliter in forma ignis descēdit de celo super apostolos & discipulos Iesu Christi. De hoc etiam erit sermo noster. Et si Deo placet, habebimus multas doctrinas pro intellectus illuminatione & uite instructione. Saluterur uirgo Maria, &c. Doctrina communis est & clara ex textu euangeliorum, quia apostoli & discipuli Christi ante Christi passionem & resurrectionem non habuerunt plenitudinem spiritus sancti, licet enim haberent ipsum ad plenitudinem gratie & perfectionis spiritualis, & adhuc in multis erant defectuosi. Et licet Christus perfecte ad plenitudinē gratie potuisset eis dare spiritum sanctum, tamen noluit ante suam passionem & resurrectionē eis dare. Ratio est ut saluaretur cōformitas inter corpus Christi appriū & naturale, & corpus eius appropriatū & figurale. Corpus Christi appriū & naturale est illud, qđ recepit ī utero uirginis unitū diuinitati, de quo dicit scriptura, Peccata nostra ipse ptulit ī corpore suo, s. pro-

Hoc est, per spiritus sancti aduentū, fuerūt in gratia cōfirmati, quod ante non erant.

prio & naturali. j.Pet. ij. Corpus autem Christi appropriatum & figurale est ecclesia, que tota erat in apostolis & discipulis Christi, cuius corporis ipse Christus est caput. Authoritas, Ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam que est corpus ipsius. ad Ephe. j. Modo certum est, quod ante resurrectionem Christi in corpore Christi proprio & naturali erant multi defectus, non morales, sed naturales. Ideo ad seruandum proportionem in corpore figurali & mystico Christi, ante suam resurrectionem fuerunt multi defectus morales. Sed post resurrectionem Christi, quando corpus suum naturale fuit liberum omnibus defectibus naturalium passionum, conueniens fuit, ut eius corpus mysticum & figurale haberet etiam plenitudinem spiritus sancti. Et istam rationem tangit Ioānes, cum dicit, Nondū erat spiritus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus. Io. vij. Sed hodie ad plenitudinē gratie & perfectionis spiritualis acceperunt spiritum sanctum. De hoc loquitur thema dicens, Repleti sunt omnes spiritu sancto. Non dicit, acceperūt spiritum sanctum, quia iam ipsum acceperant per gratiā gratificantē. Sed repleti sunt, quod idem est quod iterum impleti. Sicut Io. iij. Renatus, id est iterum natus, & etiam repleti, id est iterum impleti. Inuenio quod post Christi resurrectionem apostoli & discipuli Christi receperunt spiritum sanctum tribus plenitudinibus,

Primo cum plenitudine scientie intellectualis,
Secundo cum plenitudine potentie spiritualis,
Tertio cum plenitudine eloquentie uniuersalis.

Sed receptio hodierna fuit maior. Ideo dicit thema, Repleti sunt oēs. Dico primo, &c. quod primitus erāt rudes, simplices & ignorātes, &c. Sed post resurrectionē impleuit intellectus eos de scientia intellectuali, ita clare ut intelligerent scripturas, dicens eis, Necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege Moysi & ꝓphetis & psalmis de me. Tūc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Lu. ult. De ista plenitudine possumus dicere, Impleti sunt omnes spiritu sancto, scilicet intellectualiter. Secūdo receperūt ipsum cū plenitudine potentie spiritualis, quia presidentes uel legati Pape magna indigēt potētia. Ita & apostoli, qui fuerunt legati a Papa Iesu missi. Pro Christi legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos. ij. ad Corint. v. oportebat ergo eos habere potentiam spiritualem. Ecce quomodo dedit eis hanc potestatem post resurrectionem, dicens eis, Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Hec cum dixisset, insufflauit, & dixit eis, Accipite spiritū sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Io. xx. Quare insufflauit? Dico quod ad ostendendum authoritatem spiritus sancti, qui ab eo procedit. Sicut enim anhelitus procedit ab anhelante, ita spiritus sanctus nō solum a patre, sed etiā a filio procedit. De ista plenitudine possemus dicere ad thema, scilicet,

Cur Christus insufflarit spiritum sanctum apostolis imperfectis.

Com

Completi sunt spiritu sancto,& potentia spirituali,quia tunc fuit completa promissio,quam Christus dixit aante passionem suã,dicẽs,Amen dico uobis quecunque alligaueritis super terram,erunt ligata & in celo.Et quecunq; solueritis super terrã,erunt soluta & in celo.Mat.xviij. Tertio receperunt spiritum sanctum cum plenitudine de eloquentia uniuersali.Et istam gratiam receperunt hodie,de quo dicit thema,Repleti sunt omnes spiritu sancto. Et ceperunt loqui uariis linguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illis.Act.ij.Patet thema: & sum modo in materia predicanda. Modo ad practicam uenio , quam declarabo per quatuor dispositiones necessarias ad recipiendum spiritum sanctum cum plenitudine gratiarum,

Prima est abstinentia corporalis,
Secunda oratio affectualis,
Tertia concordia fraternalis,
Quarta audientia doctrinalis.

Omnes istas dispositiones, & quamlibet earum, habuerũt apostoli & discipuli Christi.Propter quod dicit thema,Repleti sunt,&c.Prima dispositio propria & necessaria ad recipiendum gratiã spiritus sancti est abstinentia corporalis a nimio cibo,potu,dormitione,locutione,risu, deliciis,ab aspectu mulierum siue hominum & gentium conuersatione.Talis abstinentia est dispositio propria & necessaria ad recipiendũ spiritum sanctum.Hoc declaro per talem similitudinem.Si enim lignis uiridibus aut madefactis apponatur ignis,non accenduntur quoadusque ligna sint sicca & exusta.Siccatio enim lignorum necessario precedit ignitionem.Ita de uobis.Persone dissolute in cibo & potu,&c.sunt uti ligna uiridia.iam de dissoluto.O & quomodo uiridis. Si ergo uultis quod ignis spiritus sancti inflammetur & accendatur in uobis,oportet siccari uos,& nõ ita sepe cõmedere,bibere,nec dormire,& sic de aliis. Abstinere se de negotiis mundanis,de placentia corporali & huiusmodi,& tunc ignis spiritus sancti accendetur in uobis.Authori. Prophete Ezechielis fuit ostẽsus magnus campus plenus ossibus mortuorũ, quibus ossibus dixit Propheta ex parte Dei,Ossa arida audite uerbũ Domini.Hec dicit Dominus Deus ossibus his. Ecce ego intromittam in uos spiritum,& uiueris.Ezech.xxxvij.Ossa arida sunt persone abstinentes a deliciis,uitiis,& negotiis.In istis mittit Deus spiritum sanctũ.Patet ergo quod abstinentia est dispositio propria & necessaria ad habendum gratiam sancti spiritus. Dico quod per istam habuerũt eam apostoli & discipuli Christi.Nam a die ascensionis usque hodie ieiunauerunt,& abstinuerunt nõ solũ a cibo & potu,sed etiam a deliciis & negotiis,sciẽtes q; abstinẽtia erat necessaria Hoc habetur a tribus euangelistis,qui dicũt q; Pharisei uenerunt ad Christũ dicentes, Magister. et Christus,Quid uultis? Dixerãt, Quare discipuli Ioãnis & Phariseo-

rum ieiunant? tui autem diſcipuli non ieiunant? Mar. ij. Reſpondit Chriſtus, Nunquid poſſunt filij nuptiarum quandiu ſponſus cum illis eſt ieiunare? Veniét autē dies cum auferetur ab eis ſpōſus, & tunc ieiunabūt in illis diebus. Mar. ij. Ex iſto textu habeť, quod apoſtoli a Chriſti aſcēſione, quia tunc ablatus fuit eis ſpōſus, uſq; hodie ieiunauerūt a cibo, potu, negotiis, &c. Fiat ergo ratio. Si abſtinētia eſt ita neceſſaria ad habendum ſpiritum ſanctū, & iſtā habuerunt apoſtoli, quid dicemus? Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, quia hodie deſcendit ille ignis ſpiritus ſancti qui eos inflammauit. Secunda ratio multū neceſſaria, eſt oratio affectualis, ſcilicet deuota, quia aliqui orāt, que proprie nō dicūtur orationes, ſed quedam recitationes, quando induūtur, & mulieres quādo ornantur, tales proprie nō dicuntur orationes. Sed oratio affectualis eſt quādo homo flectit genua eleuando mānus erga celū & oculos & cor, quēadmodum ſupplicatur corā Papa & Rege. Cogitetis quod uideatis Chriſtum in cathedra glorie, & minetur uobis, & tunc ueniet terror in corde ueſtro, & incipietis orationem. Iſta eſt diſpoſitio bona & neceſſaria ad recipiendum ſpiritum ſanctum. Declaratur hoc per ſimilitudinem de anhelante, qui emittit anhelitū ab ore calidum & huiuſmodi, & poſt attrahitur aura recens. Ita oratio deuota eſt anhelitus calidus per deuotionem, & humidus quando Deus dat lacrymas in oratione. Sic enim attrahitur aura recens ſpiritus ſancti, qui ex eius potentia refrigerat animam cōtra febres peccatorū, auaritie, luxurie, &c. Autho. Pſal. cxviij. Os meum aperui, & attraxi ſpiritū, ſcilicet in oratione ardenti. Modo apoſtoli & diſcipuli Chriſti ſcientes iſtam diſpoſitionem eſſe neceſſariā, a diebus aſcenſionis quolibet die ac nocte orabāt affectualiter uſq; hodie. Auth. Hi omnes erant perſeuerantes unanimiter in oratione cū mulieribus, & Maria matre Ieſu. Act. j. Modo eſt hic queſtio bona & ſubtilis de p̄deſtinatiōe. Diceret aliqs, Et nūquid Chriſtus promiſit, & ordinauit, & predeſtinauit infallibiliter mittere apoſtolis ſpiritum ſanctū? quid ergo oportebat eos petere & orare ut mitteret? Iſtā queſtionē faciunt multi dicēdo, Si Deus predeſtinauit me ſaluādū, quid oportet me laborare, & facere penitētiā, quia ex quo Deus ordinauit, ita fiet. Reſpōdeo ego, & dico, q̄ Deus predeſtinauit, ordinauit, & promiſit mittere ſpiritum ſanctū apoſtolis & diſcipulis, tamen fuit neceſſarium ut orarēt, & peterent. Ergo promiſsio poteſt falli. Dico q̄ nō. Sed licet Deus promitteret, &c. tamen requiritur diſpoſitio. Verbi gratia, Si Papa promittit amphorā de balſamo uel de chriſmate, q̄ ſunt liquores pretioſi, & tu uenires ad recipiēdū balſamū cū amphora immūda, plena ſtercore, Papa nō daret tibi, qa in promiſsione iam intelligitur debita preparatio uaſis. Idē quādo Papa Ieſus promiſit apoſtolis ſpiritū ſanctum, quaſi diceret, Promitto uobis implere amphoras ueſtras, ſcilicet cōſcientias, intellectū, memoriā, & uoluntatem

balſamo

balſamo ſpiritus ſancti. Propter hoc apoſtoli debebant lauare cõſcientias ſuas abſtinendo, orando, & huiuſmodi. Idem eſt de predeſtinatione. Omnes predeſtinati, iam ſunt ſcripti in charta alba literis aureis, & nõ ſolum ſcribitur ibi Petrus uel Ioannes uel Magdalena, &c. ſaluabit̃, ſed etiam opus per quod ſaluabitur, ſcilicet quia erit baptizatus, & erit miſericors, patiens, caſtus, &c. Idem depreſcitis & dãnatis. Iam omnes ſcripti ſunt in charta nigra, & nõ ſolum eſt ibi ſcriptum, talis damnabitur, ſed etiã opus quo dãnabitur, quia erit peccator, ſuperbus, auarus, uel luxuriosus, uel uindicatiuus, & finaliter erit impenitẽs. Si ergo preſciti & damnati dimittunt opera, nõ ſequuntur illi effectus damnationis, quia ita eſt ordinatum, quod talis effectus damnationis uel ſaluationis ſequatur ex talibus operibus. Iſta eſt ratio, quare apoſtoli orabant, licet eſſent certi de Chriſti promiſsione. Vnde dixerũt, Paremus nos, quia aliter nõ daret nobis. Greg. Ipſa eterni regni predeſtinatio ſic eſt ab omnipotenti Deo diſpoſita, ut ad hanc electi, ex labore perueniant, ut orãdo mereãtur accipere quod eis omnipotens Deus ante ſecula diſpoſuit donare. Tertia cõditio neceſſaria eſt cõcordia fraternalis, non habere rancorem, odia, malas uoluntates, ſeu deſiderium uindicte contra proximum. Quia ſpiritus ſanctus non habitat in loco, uilla, ſeu communitate diuiſa. Ad hoc ratio naturalis. Quia ſicut ſpiritus humanus ad hoc quod uitam det corpori, requirit coniunctionem membrorum. Quia ſi membra ſunt diuiſa, ſcilicet caput ſeorſum, & manus & pedes, & ſic de aliis, ſpiritus recedit, nec remanet cum aliquo membro diuiſo. Ita etiam eſt de ſpiritu ſancto. Cogitate quod tota cõmunitas eſt unum corpus, & habet multa mẽbra & diuerſa, ut corpus humanum. Oculi ſunt ſpeculatiui, & homines ſcientie. Aures ſunt iudices, & domini qui habent audire iuſtitiã. Nares ſunt deuoti Chriſti odorem & ſanctorum ſentientes. Os ſacerdotes qui comedunt ſacramentum euchariſtie, quo reficiuntur & refocillantur omnia membra ſana, &c. Brachia milites, qui defendunt totum corpus. Laboratores, qui ſuſtinẽt totũ, ſunt pedes. Caput Chriſtus. Ephe. j. Auth. Sicut enim in uno corpore, ſcilicet humano, multa mẽbra habemus, omnia autem membra nõ eundem actũ habent, ita multi unũ corpus ſumus in Chriſto. ad Ro. xij. Et quãdiu ſumus uniti & cõiũcti in bona pace & cõcordia, quia maiores diligunt minores, & minores honorãt maiores, clerici cõueniunt cũ laicis, & ecõuerſo uir cũ uxore, & ecõuerſo, pater cũ filiis, & ecõuerſo tãdiu ſpiritus ſanctus uiuificat corpus cõmunitatis. Sed ſi mẽbra ſunt diuiſa per inuiriã, rãcores, &c. ſtatim recedit ſpiritus ſanctus. Auth. Hi ſunt q ſegregãt ſemetipſos, animales, ſpiritũ nõ habẽtes. Iude. ca. unico. Patet ergo ꝙ neceſſaria eſt cõcordia fraternalis. Iſtã habuerũt apoſtoli & diſcipuli Chriſti. Diſcordia & diuiſio fuerat inter eos, ſ. inter apoſtolos, Ioannẽ & Iacobũ ex una parte, & alios ex alia

parte

parte,quia mater eorum ad instantiam eorum dixit Christo, Dic ut sedeant hi duo filij mei,unus ad dexteram tuam,& alius ad sinistram in regno tuo.Mat.xx.Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus.Ibidem cogitate qualiter petierunt ueniam, & pie & rationabiliter credendum est pro bona eorum concordantia, quia Iacobus & Ioannes ab aliis petierunt ueniam de eorum presumptione & maioritate quam petebant.Secundo fuit discordia inter Apostolos adinuicē, quis eorum esset maior in regno celorum, ut patet Luc.xxij.Cogitate quod in his diebus,concordantes,petierunt ueniā. Tertia inter Thomam Apostolorū ex una parte, & alios ex altera parte : quia Thomas erat ita durus quod nolebat credere aliis apostolis sibi dicētibus Christum surrexisse. Cogitate qualiter petiit ab eis ueniam de sua duritia cordis.Item inter Magdalenam & alias Marias & Apostolos,que quādo dixerunt Apostolis, Christū surrexisse,uisa sunt ante illos quasi deliramentum uerba ista,& non ctedebant illis.Lu.ul.Et petierunt ueniā ab ipsis. Cogitate ergo qualiter apostoli,& singulariter Thomas apostolus,petierunt ueniā a uirgine Maria,que quando dixit eis,quod filius suus surrexerat a mortuis, & sibi apparuerat, non crediderunt ei. Ideo in die ascensionis increpauit eos Christus, ut patet Mar.ulti.Recumbentibus undecim discipulis apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem illorum,& duritiam cordis,quia his qui uiderant eum resurrexisse,non crediderunt. Ideo in his diebus pacificauerunt se.Dicit textus,Dum complerentur dies pentecostes,erant omnes pariter, id est concorditer, in eodem loco. Act.ij.Si ergo hodie uultis accipere Spiritum sanctum,pacificate uos exemplo apostolorum,quia alias nō potestis ipsum accipere. Authoritas. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit Deum. Contemplantes ne quid desit gratie Dei,ne qua radix amaritudinis sursum germinās impediat.ad Hebreos xij.Nota,pax sanctimonie,est pax que est bona,& uera secūdum Deum,quia alia pax est mala,ut peccatorum,latronum, homicidarum, & huiusmodi. Quarta dispositio multum necessaria ad recipiendum Spiritum sanctum,est audientia doctrinalis, audire libenter uerba Dei. Non autem dico Ouidij,Terētij,Vergilij,& sic de alis, quia qui non habuerunt Spiritum santum, quomodo darent uobis? Sed doctrina Dei illa dat Spiritum sanctum.Declaratur per similitudinem de ignili, in quo percussio lapidis ad ferrum, excutit ignem.Recte ita est de predicatione.Lapis ignitus est Christus.Petra autem erat Christus.j.ad Cor.x.Ferrum uel es est lingua predicatoris. Auth.Non uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestris qui loquitur, &c. Matth.x.Materia nigra est populus qui est niger ex peccatis.Accenditur autem ignis Spiritus sancti, quando in prima uel secunda uel tertia predicatione superbus,uanus,pomposus,humiliatur, ponit dece-

tero uiuere ſimpliciter. Modo pſona eſt ignita igne Spiritus ſancti,& ſic de aliis peccatis. Authoritas, Adhuc loquente Petro uerba hec, cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebant uerbum. Act.x. Iam audientiam doctrinalem uerbi Dei habuerunt Apoſtoli, quia a die aſcenſionis quolibet die habuerunt ſermonē. Si dicatur, Quis predicabat? Dico quod uirgo Maria, quam Chriſtus dimiſit loco ſui doctricē & magiſtram. Doctrix, id eſt doctoriſſa eſt diſcipline Dei, & electrix operum illius. Sap. viij. Chriſtus autem ante ſuam aſcenſionem promiſit apoſtolis Spiritum ſanctum dicens, Expedit uobis, ut ego uadam. Si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Si autem abiero, mittam eum ad uos. Et cum uenerit, ille arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. Iohannis xvj. Sed non dixit eis quando, ſilicet qua die, nec qua hora. Alia promiſſio fuit in die aſcenſionis, quando fuit in monte Oliueti & debuit aſcendere, dixit, Ioannes quidē baptizauit aqua, uos autem baptizabimini Spiritu ſancto, non poſt multos hos dies. Act.j. Apoſtoli neſcientes certam diem huius promiſſionis, in die aſcenſionis, feria.vj. in crastinum. & ſabbato expectauerunt, credentes quod in illis diebus mitteret Spiritum ſanctum. Sed tranſactis his tribus diebus uidentes, quod Chriſtus non miſerat eis Spiritum ſanctum, ceperunt triſtari, & dicere adinuicem, O quando mittet? Reſpondit unus eorum, Non admiremini, quia ecce que eſt dies dominica, mittet. Motiuum quod non mittet eis hac, quia tali die Deus formauit lumen, & diuiſit lucem a tenebris. Ideo rationabiliter tali die mittet nobis lumen Spiritus ſancti, & tenebras dominica, & non miſit, & mirabantur. Dixit alter, Die hac mittet, quia tali die fecit firmamentum, & diuiſit aquas que ſunt ſuper firmamentum, ab aquis que ſunt ſub firmamento, tali ergo die uenies, quia nos indigemus firmamento fortitudinis, ut diuidamus aquas uiuentium ab aquis uiriorum: & nō uenit. Dixit alius, Die martis uenies ſeu mittet, quia tali die produxit planetas ad fructificandum, tali ergo die mittet, ut poſſimus plantare fidem catholicam, ut facere poſſit fructus, & expectantibus eis nō uenit. Dixit alius, In die mercurij mittet. Ratio, quia tali die formauit ſolem lunam & planetas; tali ergo die mittet, ut creet in nobis ſolē charitatis, lunam ſpei, ſtellas uirtutum: & non uenit. Cogitate qualiter mirabantur & triſtabantur. Dixit alius, Die iouis mittet, quia tali die aſcēdit ab aſpectibus noſtris. Ideo tali die conſolabitur nos, & non uenit. Dixit alius, Die ueneris mittet, quia tali die fuit paſſus, & nos habuimus dolores ſue paſsionis, propter quod tali die meremur quod det nobis Spiritum ſanctū conſolatorem, & non uenit. Dixit alius, In ſabbato ueniet, quia tali die fuimus diſperſi, ita quod unus non remanſit cum alio. Ideo hodie ut ſibi uniamur, mittet. Videntes autem quod ſabbatum tranſierat, & non uenerat, & iam perdiderant computum dictum,

dierum,& timebant Iudeos,dicit textus,Erant enim congregati propter metum Iudeorum. Cogitate quomodo rationabiliter erant tristes & desolati. Ideo hodie simul congregati fuerunt ad portam camere uirginis Marie expectantes quando exiret ut consueuerat. Ipsa autem uirgo surgebat in media nocte,iuxta illud, Media nocte surgebā ad confitendum tibi.Psalmo cxviij.Et dicebat officium suum.Quando ergo uirgo Maria exiuit cameram, & uidit omnes Apostolos & discipulos flentes,dixit eis, Quid est hoc filij mei de quo fletis? quia filius meus modo regnat in celis. Et dixerunt sibi, Benedicta mater nostra filius uester promisit nobis mittere Spiritum sanctum, dicens quod non dimitteret nos orphanos inter Iudeos, modo autem sunt decem dies transacti quod ipse ascendit,& nō misit nobis Spiritum sanctum. Respondit uirgo Maria, Non dubitetis filij mei, quia filius meus non habet conditiones hominum mundanorum, qui in paupertate cognoscunt amicos,& quando sunt in prosperitate & honore,non curāt nec recordantur de eis. Sed dicam uobis rationem quare nondum misit. Nescitis uos quod quando Deus extraxit populum Israel de captiuitate Egypti,quinquagesimo die descendit in forma ignis, in montem Sinai dando legem? Et Apostoli,Virgo benedicta, bene sciimus illud. Et uirgo, Hoc fuit figura, quod filius meus in die resurrectionis sue extraxit de captiuitate inferni, omnes sibi credentes, & obedientes. Hodie autem est quinquagesima dies, a resurrectione filij mei. Ideo mittet modo Spiritum sanctum. Ideo ponatis uos omnes in deuota oratione,quia que a Deo ordinata sunt,precibus & deuotis orationibus sunt impetranda. Tunc Petrus apostolus cum aliis Apostolis posuerunt se ad unam partem,& quilibet orando dicebat, Cor mundum crea in me Deus,& spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Dauid registrauit eam.Psalmo l.Lazarus autem cum aliis septuaginta duobus discipulis ad aliam partem flexis genibus orando dicebant, Sensum tuum Domine quis sciet,nisi tu dederis sapiētiam, & miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis, & si correcte sint semite eorum, qui sunt in terris,& que tibi placent didicerint homines. Nam per sapientiam sanati sunt quicunque placuerint tibi Domine a principio.Sapiēt.nono.Maria Magdalena, & alie sancte mulieres, flexis genibus orando dicebant,Redde mihi leritiam salutaris tui,& spiritu principali confirma me. Psalmo l.Deinde dixerunt Apostoli uirgini Marie, Virgo benedicta uos etiam oretis, quia statim audiet uos filius uester. Et erat tunc hora tertia. Tunc uirgo flexis genibus orauit dicens,Emitte spiritum tuum,& creabuntur,& renouabis faciem terre.Psalmo ciij.Nota creabuntur, scilicet uirtutes,infuse gratie, dona & perfectiones,& renouabis faciem terre,scilicet per predicationem Apostolorum & discipulorum tuorum. Facta oratione a uirgine Maria, subito factus est

de celo

de celo ſonus magnus ad inſtar tonitrui, nō terrentis, ſed delectātis, & fuit quaſi uox reſponſiua uirgini Marie. Quem ſolum audierunt Iudei qui erant in Ieruſalem. Et ſubito ad inſtar uenti deſcendit de celo, & ille ſonus repleuit totam domum ubi erant Apoſtoli,& tota domus repleta eſt igne.Iudei autem ad dictum ſonum concurrerunt, & uidebant ignem clarum per feneſtras, ſed ille ignis non comburebat, ſed illuminabat,& uidebant fumum album ut fumum incenſi, & ignis ille diuiſit ſe ad inſtar linguarum, & ſedit ſupra ſingulos eorum,& repleti ſunt omnes Spiritu ſancto. Actuum ij. Tunc fuit completa prophetia Ioelis.In diebus illis effundam Spiritum meum ſuper ſeruos meos, & ancillas meas,& dabo prodigia in celo,& in terra,ſanguinem,ignem, & uaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem antequam ueniat dies Domini magnus & horribilis. Et omnis qui inuocauerit nomen Domini,ſaluus erit. Ioel.ſecundo.Nota,dabo prodigia in celo,quia tunc celum uidebatur ſuper Ieruſalem ſanguinolentum,innuens quod merito paſsionis Chriſti mittebatur Spiritus ſanctus Apoſtolis & diſcipulis. Et in terra apparuit ignis clarus,qui ab omnibus poterat uideri in domo ubi erant Apoſtoli. Et uaporem fumi ad modum fumi incenſi,&c.

In die ſancto Pentecoſtes. Sermo ij.

PAcem relinquo uobis,pacem meam do uobis. Ioā. decimoquarto. Si uolumus cogitare & diligenter penſare totam uitam Chriſti a principio,ſcilicet natiuitatis, uſque ad paſsionem,inter alias uirtutes ſingulariter predicauit, & uoluit pacem eſſe inter Chriſtianos. Et poteſt declarari ſic,quia iam in ſua natiuitate uoluit, ut Angeli cantarent nouam cantilenam, ut moris eſt dominorum, ſcilicet gloria in altiſsimis Deo, & in terra pax hominibus bone uoluntatis. Luce ſecundo. In quo oſtēditur,quod ſibi placet pax. Item ſi reſpicimus ſuam uitam, quando fuit adultus,& ibat predicando, & intrabat ciuitates,uillas,caſtra & domos,modus ſalutationis ſue & diſcipulorum eius erat, dicere,pax uobis,ut ponitur ab euangeliſtis, non dicebat,ſalus,uel,bona dies,ſed pax,in qua conſiſtit omne bonum.Item Apoſtolis & Diſcipulis, & aliis ipſum ſequentibus dixit,Pacem habete inter uos. Matthei nono. Item quando uoluit mittere Diſcipulos ad predicandum, dixit eis,In quamcunque domum intraueritis, ſalutate eam dicendo, pax huic domui.Matthei decimo.Item in nocte paſsionis, recedens a ſuis Diſcipulis,pro hereditate dimittens eis pacem,dicit thema.Pacem relinquo uobis,pacem meam do uobis,&c. ſi aliquis Apoſtolus dixiſſet ſibi,Domine,quādo aliquis dominꝰ moritur, aliquid dimittit ſuis,&c. etiā quando moritur pater,dimittit filiis hereditatē.Ideo uos qui modo uultis mori pro ſaluatione,&c.dimittatis aliquid nobis. Reſpōdit,

pacem

pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. patet thema. Modo intendo declarare que pax sit ista, & in quo consistit, & inueni quod est triplex. Prima est pax ethica, id est personalis, scilicet in se. Secunda est pax economica, id est domestica. Tertia ex pax politica, id est uniuersalis. Verba sunt Philosophorum, & de qualiber dicit the. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis, &c. Dico primo, scilicet quãdo homo habet pacem secum, quando anima & corpus, spiritus & caro concordãt, quod est bene difficile, scilicet cõcordare istos duos inimicos, inter quos naturaliter est guerra, quia quod uult unus displicet alteri. Vultis intelligere quomodo ista guerra est magna? uidistis unquam terram aliquem quem chorda trahit sursum, põdus deorsum? Nunquid talis est magna pena seu guerra? Talem guerram habet quilibet nostrum: Anima inquantum de natura sua est spiritualis trahit sursum uel set contemplari, &c. sed pondus carnis trahit deorsum ad mundanas delectationes, luxurias, & corruptiones. De ista guerra dicit Scriptura. Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem, &c. Gal. v. Modo uideamus quomodo poterimus facere pacẽ in ista guerra. Dico quod habet fieri dupliciter, uel quod anima humilietur & conscientia cadat ad omnes suas uoluptates, uel econuerso. Primus modus est malus, & reprobatus contra Deum & rationem & naturam. Sicut si nobilis domina & generosa haberet guerram cum sua ancilla captiua, uili & inmunda, & uos tractando pacem, diceretis, quod domina subiiciatur captiue in omnibus, hoc esset iniquum. Vnde dicit Bern. Non decet dominam ancillari, nec ancillam dominari. Idem esset de anima nobili & generosa de substantia spirituali, si haberet subici carni captiue suc. Talis pax nõ esset bona, quia non decet dominam ancillari. Ergo oportet quod ista pax fiat econuerso, scilicet quod caro tanquam captiua humilietur & subiiciatur domine, scilicet anime, & hoc fit quando homo cum ieiuniis, uigiliis & alis asperitatibus humiliat carnem, quia casu ut captiua recalcitrat contra dominam, sed quando sic affligit, quasi lassa subiicitur anime. Propter hoc inuenta est penitentia ad faciendum pacem personalem in se. Et iste modus faciendi pacem est bonus & rationalis, & istum uult Deus. Ideo dicebat ille sanctus homo Iob. Pacem habeat tabernaculum tuum, id est persona. Et uisitans speciem tuã, id est animam, nõ peccabis. Iob v. Sed multi faciũt oppositum, nesciunt sustinere istã guerrã anime & carnis, & uolentes pacificari, cõplacent carni. Vultis cognoscere quod peccatũ est? Noueritis, ꝙ erat quidã rex unicam habens filiam sibi charam, cui uoluit dimittere totum regnũ suum, que assimilabatur patri, ut ouũ alteri ouo. Accidit, quod iste rex uoluit ire ad terrã sanctã ad uisitandũ sanctuaria. Et uni militi cõmisit filiã suam cum captiua, que ei seruiret. Dicẽs militi ꝙ curaret diligẽter de filia, promittẽs militi quod in regressu magnificaret

eum.

eum. Qui miles poſt regis receſſum adamauit captiuam deſpecta filia regis, ſibi in omnibus complacens, & uoluit quod captiue ſeruiretur a filia regis, &c. Dicatur quid meretur iſte miles, &c Ideo quando ueniet rex &c. Iſte rex eſt Ieſus Chriſtus filius uirginis Marie, rex regum. Filia dilecta eſt anima, que preciſe aſsimilatur ſibi pluſquam imago depicta, quia ad imaginem Dei creata. Dixit Deus quando uoluit creare hominem, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrã. Gene. j. quod nõ dicitur nec intelligitur quantum ad corpus, quia Deꝰ incorporeus eſt, ſed quantum ad animam, que eſt de natura ſpirituali, nobili & generoſa & pulchra. Vnde ſi poſſetis uidere unam animam in ſua pulchritudine, inquantum eſt ad imaginem Dei, nolletis comedere nec bibere, intantum quod pulchritudo ſolis uel lune nihil eſt reſpectu, &c. Et diligitur a Chriſto intantum quod ſibi uult dare regnum celeſte Et uidetur quod dilexit eam plus quam ſe. Quare uoluit naſci, & in hoc mundo. xxxiij. annis cõuerſari, & tandem pati & mori, totum amore filie. Et poterat dicere, da mihi animas, ceteta tolle tibi. Geneſ. xiiij. Iſte rex uoluit ire ultra mare ad uiſitandum ſanctuaria. Iſte mundus dicitur mare propter undas & pericula, & parui piſces comedũtur a magnis. Et in die aſcenſionis ab iſto mundo receſsit, & filiam ſuam commiſit uni militi, quia animam tuam commiſit tibi, & meam mihi, &c. cum captiua, ſcilicet carne, ut ſeruiat ſibi. Et nos modo adulterino cum captiua, ſcilicet carne conſentimus ſpreta anima, & uolumus ut ſeruiat ſibi anima. Quare induimini? Nunquid amore carnis? quare paratus uictum delicatum? Nunquid amore captiue? Et de filia regis non curamus, ſed moritur fame, & incedit nuda & immunda. Caro ſepe lauatur, & mundatur. Et de filia regis non fit mentio, nec de ea curamus. Homines laborant per terram & per mare pro captiua. Et pro anima filia regis non poteſtis quieſcere in dominica, &c. In eadem condemnatione militis eſtis. Cogitate quid faciet uobis rex quando ueniet cito in iudicio generali, uel in particulari, quid dicetis. Ecce ergo quod peccatum eſt uelle plus complacere carni quam anime. Ecce do uobis conſilium, ut quolibet die curetis de filia regis ſicut de captiua, cui ordinate bis in die datis refectionem, ſcilicet prandium, & cenam. Idem faciatis anime orando de mane & de ſero, prius benedicendo menſam, ſcilicet ſignando ſe, & poſt dicere Pater noſter, Aue Maria, deuote cogitando quod uidet Chriſtum in gloria, qui adoratur ab angelis, & minatur uobis, deinde cogitando quod uidetis uirginem Mariam ad dexteram filij ſui, dicatis Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, Benedicta, &c. Idem in ſero, nec tradatis obliuioni prandium iſtud, nec cenam. In dominica dabitis ſibi maius prandium audiendo miſſam completam, & quod ſitis in confeſsione que quaſi eſt manuum ablutio, cum ſilentio, &c. Adorare Chriſtum uerum Deum & homi-

nem debetis in hoſtia. Item ſemel in anno debetis eam induere de nouo. Iſtud fit in confeſsione ubi deponuntur ueſtes antique, &c. & induuntur noue in paſchate faciendo magnum feſtum communicando, Et iſto modo poteritis dare in iudicio regi Chriſto bonum computum de filia ſua, que faciet uos magnos in paradiſo. De illis autem qui faciunt oppoſitum plus curando de carne quam de anima, dicit Dauid Pſalmo. lxxij. Zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum uidens. Quia non eſt reſpectus, ſcilicet miſericordie, morti eorum, ſcilicet damnationi, & firmamentum in plaga eorum. In labore hominum non ſunt, ſcilicet per penitentiã, & cum hominibus nõ flagellabuntur, ſed cum demonibus. Dico ſecundo, &c. id eſt domeſtica, quando, ſcilicet in domo uir, uxor, & familia ſtant in bona pace & concordia ſine contentionibus, talis pax dicitur domeſticalis, ſicut prima dicitur perſonalis. Ad iſtam pacem faciendam & conſeruandam ſunt neceſſarie ſex doctrine, due ſunt uiri ad uxorem, & due uxoris ad uirum, & due uiri & uxoris ad familiam domus. Primo ſciendum, quod uir erga uxorem debet ſeruare dilectionem. Vir debet diligere uxorem ſuam, non deſpicere pro aliquo defectu, ex quo eſt proba femina. Sunt aliqui miſeri qui ſolum diligunt uxores tantum quantum durat panis nuptiarum, quando ſunt ſatiati de eis, deſpiciunt eas, propter quod uenit guerra in domo. Benedictus eſt homo qui illum amorem quem oſtendit uxori prima die uel hebdomada ſemper ſeruat. Secũdo debet uir uxori prouiſionem adhibere. Non enim debet deſerere eam, ſed ei prouidere, non in uanitatibus, quia ſi ipſa ſit uana, debet ſibi dicere: uir, mulier damnabor uobiſcum, &c. quia uxores uane non ſolum damnant ſe, ſed etiam uiros eis conſentientes. Non poteſt uir dimittere uxorem ut ſit eremita uel religioſus conſummato matrimonio per carnalem copulam, niſi de licentia uxoris ipſius, & tunc fieri debet de licentia prelati, & quod uxor ſit talis, quod non ſit ſuſpicio peccandi, &c. Ideo dicit ſcriptura, Viri diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aque in uerbo uite, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata. Ita & uiri debent diligere uxores ſuas, ut corpora ſua. ibidem, Qui ſuam uxorem diligit, ſeipſum diligit. uide ibi pulchra in textu ad Ephe. v. Vxor uero erga uirum debet habere duo, ſcilicet reuerentiã & diligentiã. Primo reuerentiam, ut uelit quod uir ſit dominus, alias ſi in oppoſitum ſit, guerra oritur in domo, quia natura, ſcriptura, lex diuina & humana dictant, quod uir ſit dominus domus, & contra naturam, legem diuinam & humanam eſt, quod mulier ſit domina uiri. Dicatur de uirgine Maria pulchra & nobili, &c. cum quanta reuerentia & honore loquebatur ſponſo ſuo Ioſeph

pauperi

pauperi seni.ideo dicit scriptura, Mulieres uiris suis subdite sint sicut Domino,quoniam uir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesie.ad Ephesios quinto. Nota,ut Domino, non contra Dominum, quia posset querere de corpore uxoris, quod mulier non debet consentire, imo deberet magis pati se occidi,quia esset martyr antequam consentiret, &c. Item debet esse diligens ut conseruet illud quod uir lucratur cum magnis laboribus & periculis, ne sit domus ut saccus perforatus, ut teneat domum & se mundam, quia tunc uir diligit talem uxorem, & sic est pax in domo. de ista diligentia Ecclesiasti.xxvj. Gratia mulieris sedule delectauit uirum suum, & ossa illius impinguabit, id est totum faciet eum pinguem. Tertio uir & uxor erga familiam debent habere duo. Primo circa filios eruditionem. Multi sunt qui dicunt, sufficit quod dent filiis cibum & potum, sed non curant eos edire siue informare, &c. Dicatur quomodo pueri debent nutriri. Quia sicut arbor tenera flectitur, &c. sic pueri dum sunt parui. Hoc maxime competit matri,quia quando pueri petunt panem de mane, bona mater debet dicere. Modo fili dicas Aue Maria, scias quod est nostra regina in celo, &c. Modo flecte genua, &c. Dicas Aue Maria,& quod signo crucis signet se, & informare debent parentes pueros ne mentiantur,ne furentur,ne sint contentiosi, quod confiteantur quando sunt quinque uel sex annorum, & quod communicent quando sunt.xij.annorum,debent parentes ducere eos ad ecclesiam,ut audiant missam, &c. ideo dicit scriptura, Patres nolite ad iracundiam, sup.Dei prouocare filios uestros,sed educate illos in disciplina, & correctione Domini. ad Ephesios sexto. Culpa est hortulani, si arbores sunt tortuose, quia parue poterant dirigi. Ita uos parentes estis hortulani.Plantetis arbores bonas in uiridario Christi,id est ecclesia.Quo ad seruos & captiuos, quia debent eos inducere ut baptizentur uel ut confiteantur,quod audiant missam, dare opportunitatem audiēdi missam & communicandi,tunc talis domus est benedicta. Facere oppositum predictis est maximum peccatum.Ecce quid dicit scriptura.Si quis suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit,& est infideli deterior.j.ad Timoth. v. In hoc enim consistit pax domesticalis,scilicet quod uir habeat erga uxorem, &c. Epiloga breuiter. Talis domus habet pacem & Dei benedictionem, ideo dicit scriptura, O Israel, id est uir uidens Deum, si in uia Dei ambulasses, scilicet in his que dixi, habitasses utique in pace super terram. Baruch. iij. Dico tertio, &c. id est uniuersalis. Prima pax est personalis. Secunda domesticalis. Tertia est uniuersalis, quando una communitas, uilla, seu ciuitas uuit in pace,tunc est pax uniuersalis. Et ista est pax primo in corde,secundo in ore,tertio in opere. In corde quoniam non habet inuidiam,rancores,nec malas uoluntates adinuicem.

&c. Plus enim est compatiendum illis qui habent officium seu regimen, quam inuidendum, quia habent reddere rationem de tantis sibi commissis. Sicut naui periclitanti compatitur quisque, & non inuidet. Ita qui habent regimen populi, sunt in mari fluctuanti in periculo submergendi in inferno, intantum quod nullus prudens anhelare deberet ad regimen. Filius Dei est qui potest euadere. Ideo compatiendum est potius quam inuidendum. Secundo ista pax est in ore, loquendo, adinuicem salutando. Quia sicut per fumum fumeralis cognoscitur ignis domus, ita per salutationes ignis, pacis, & dilectionis, in corde existentis, quia cor non potest uideri a nobis. Nullus dicat, Si loquatur mihi, loquar ei, &c. Dicatur quomodo uirgo Maria primo loquebatur crucifixoribus filij sui. Tertio consistit in opere, non sint questiones & litigia. Aliqui sunt qui in paradiso inuenirent questiones, &c. Ideo apostolus, Iam quidem omnino delictum est in uobis, quod iudicia habetis inter uos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed uos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus. j. Corinthiorum sexto. Propter quod apostolus precipit, Si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habere. ad Romanos. xij.

Feria secunda post Pentecosten.

Sermo unicus.

GRatia Spiritus sancti effusa est. Verbum istud habetur textualiter in actibus apostolorum. cap. x. & officiatur in epistola hodierna. Sermo noster est de gratiis quas dat Spiritus sanctus personis in quibus habitat. Ista materia est consequens ad materiam hesternam. Heri enim fuit de Spiritu sancto, & de aduentu eiusdem, & hodie est de eius effectu. Spero in Domino Iesu Christo, quod erit materia magne edificationis & consolationis, sed ut sit Deo acceptabilis & gratiosa, nobis autem meritoria & proficua, salutetur uirgo Maria, &c. Pro breui introductione materie predicande & declaratione uerbi propositi, sciendum quod licet Spiritus sanctus simul cum patre & filio sit unus Deus, unus Dominus, unus creator, simplex, indiuisibilis, impermutabilis, tamen effectus & gratie ab eo procedentes sunt diuersi, quia omnes potentias anime implet diuersimode. Declaratur per similitudinem arboris unicum truncum siue stipitem habentis, sed post multiplicatur per ramos ad fructificandum. Ita Spiritus sanctus una persona trinitatis, non est nisi una radix in anima, sed post effectus eius multiplicantur in anima, quia unum ramum mittit ad intellectum quem implet scientia, alium ad memoriam quem implet timore Dei, alium ad uoluntatem quem implet amore charitatis ut abundet & fructificet, iuxta dictum Christi, Ego posui uos ut eatis, & fructum afferatis, &

tis,& fructus ueſter maneat.Ioan.xv.Nota.ego poſui uos, in uiridario eccleſie. Patet ergo quod unus & idem Spiritus multiplicatur in effectibus.de hoc authoritas apoſtoli.Diuiſiones gratiarum ſunt,idem autem Spiritus diuidens ſingulis prout uult.j. ad Corinth.xij. Patet ergo the.cum dicit,gratia,ſcilicet gratum faciens,effuſa eſt,id eſt diſperſa,diuiſa,& diſtincta. Iſta effuſio, diuiſio ſeu diſtinctio gratiarum ſpiritualium,que inſeparabiliter ſunt cum gratia gratum faciente, de quibus uolo nunc predicare,ſunt in certo & determinato numero,ſcilicet ſepteno,iuxta prophetiam Eſaie.Requieſcet ſuper eum, ſcilicet uirum iuſtum Spiritus domini,Spiritus ſapientie & intellectus, Spiritus conſilij & fortitudinis,Spiritus ſcientie & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris domini.Eſaie.xj.Patet ergo ꝙ ſunt ſeptem gratie, quas Spiritꝰ ſanctꝰ dat ꝑſone,in qua habitat,& q̄libet earū facit animā deo gratā.

Prima eſt ſapientia diuinalis,
Secunda intelligentia ſpiritualis,
Tertia conſilium rationale,
Quarta fortitudo internalis,
Quinta ſcientia moralis,
Sexta pietas cordialis,
Septima timor filialis.

De omnibus iſtis dicit the. Gratia Spiritus ſancti effuſa eſt. Prima gratia quam dat Spiritus ſanctus ad faciendum creaturam in hoc mundo gratioſam,in alio glorioſam,eſt ſapientia diuinalis.Magna queſtio fuit, antiquitus inter doctores & maxime philoſophos,qui nūquam potuerunt ſcire ueraciter quid eſt ſapientia diuina. Doctores theologie dederunt diffinitionem de ſapientia diuina, ſed pre omnibus placet mihi illa de textu biblie,que dicit ſapientia doctrine ſecundum nomen eius eſt,& nō in multis eſt manifeſta.Eccle.vj. Sapientia ſecundum nomen eius,& etymologiam.id eſt ſapida ſcientia dicitur, ſcilicet quando perſona in ſcientia,quam habet de Deo, inuenit ſaporem deuotionis,talis dicitur habere ſapientiam.Quando uero tota ſcientia ſtat ſpeculatiue in intellectu,& in anima,nō ſentit ſaporem nec deuotionem, talis habet ſcientiam & nō ſapientiam.uerbi gratia. Multi magiſtri uel baccalauei & doctores habent ſciētiam de potentia Dei,quod eſt infinita,quod patet in creatione mundi,quem de nihilo creauit.Nullus igitur magiſter operum uel artifex,nec carpentarius, nec alij poſſunt aliquid operari,niſi preſuppoſita materia, ſed Deus de nihilo operatꝰ eſt omnia in tanta pulchritudine & ꝓportione,ut uides,& quando tu cogitas iſta,ſi nō ſentis dulcorem deuotionis in anima,tunc habes ſcientiam,ſed nō ſapientiam.Sed quando homo cogitat,hodie ſunt ſeptem millia annorū,uel quaſi,ꝙ nihil erat niſi Deus,& ipſe de nihilo cuncta iſta creauit,& anima delectatur,dulcoraturq;,tunc habetis ſapientiam,

id est sapidã scientiã, que secundũ nomẽ eius est, &c. Item multi sciunt prudentiam & gubernationem de regimine mundi, qui prouidet omnibus creaturis. Itẽ de motu stellarũ incessabili, si cum deuotione ista cogitantur, habetis sapientiã, alias scientiã. Idẽ de sciẽtia, quã habem⁹ de misericordia Dei: quã nobis ostendit in redẽptione, ꝙ cum haberet infinitos modos redimẽdi nos & saluandi, humiliorem uoluit accipere & humanitatem similiter de muliere uirgine nascẽdo, in maxima paupertate uiuendo, ut nos dulciter inclinaret ad humilitatem, castitatem, & paupertatem, uoluit pati & suspendi, ne aliquis sibi credens & obediens pateretur & suspenderetur in furca inferni. Sic quando tu cogitas uel legis ista, si sentis saporem deuotionis, habes sapientiam, alias scientiam. Ecce quare dicitur sapientia doctrine secundum nomen ei⁹, &c. Sed dolendum est cum sequitur dicens, & non in multis est manifesta. Multi sunt qui predicant, disputant, legunt, sed sine labore deuotionis exterius solum sonat in ore. Quibus autem agnita est, permanet usque ad conspectum Dei. Autho. Siue lingue cessabunt, siue scientia destruetur. j. Cor. xiij. Philosophi autem habuerunt scientiã, sed nõ habuerunt sapientiam, ut dictum est, quia cum loquerentur de prima causa, & primo principio, & de primo motore, non habebant ad ipsum deuotionem, nec referebant gratias, de quibus dicit Apostolus. Cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiẽs cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Ad Rom. j. Secunda gratia Spiritus sancti est intelligentia, scilicet perceptio bonorum spiritualium in rebus sensibilibus, quasi in libris apertis. uerbi gratia. In honoribus temporalibus huius mundi legere, precipere honores spirituales & eternos, cogitando si honores huius mundi tantum delectant, quanto magis delectare debent honore paradisi, ubi minimus est maior, quam sit Papa uel Imperator in hoc mundo. Qualis honor est esse in societate angelorum, & sanctorum apostolorum, & prophetarum? Cogitate qualis honor sit Regi nouiter intranti per ciuitatem, &c. Lege hic qualis honor sit anime deuote, quando intrat in ciuitatem paradisi. Ecce quid est intelligentia spiritualis. Item diuitie huius mundi multum delectant, quando quis habet multos reditus & magnos, uel multas pecunias in cista, letus est, cum tamen sit quoddã onus periculosum, tamẽ nullus dominus habet quicquid uult. Lege hic diuitias paradisi, ubi quilibet habet quicquid uult. Dicunt doctores, ꝙ quilibet sanctus est omnipotens respectu sue uolũtatis, quia quicquid uolunt possunt. Deus est simpliciter omnipotens. Item in delectationibus huius mundi, comedendi, bibendi, audiendi, & huiusmodi. Legatis hic delectationes spirituales paradisi. Verbi gratia, quando delectamini in gustu comedendo uel bibendo, legatis hic delectationes

nes ſpirituales circa guſtum. Determinatio eſt ſancti Tho. doct. in iiij. ſententiarum, quod poſt iudicium omnes ſenſus corporales actuabuntur. Laus enim uocalis erit in celo. Auditus audiendo angelorũ cãtus. Si in hoc mundo tantum delegatus auditur, quanto magis tunc? Dicatur miraculum de religioſo, qui audiendo cantum angeli in forma uolucris in horto ſtetit cc. annis, &c. Item quando uiſus delectatur hic uidendo pulchra, cogita de paradiſo. Ibi enim uidebunt regem regum, & dominum dominantium Chriſtum, imperatorem, & reginam angelorum & ſanctos, &c. O qualis pulchritudo. Authoritas, Tunc uidebis, & affluues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. Eſaie lx. Item odoratus, ſi crocus, &c. tantum delectat. Cogita qualis delectatio erit ſentiendo odorem corporis Chriſti, uirginis, & ſanctorum. Nam corpus glorioſum redolet, &c. Item beati reſumptis corporibus habebunt guſtum, quia tunc os non erit uacuum, nec plenum aere, ſed erit plenum de liquore pretioſiſsimo incorruptibili & ſapido. De hoc qualiter ſenſus erunt ſic in actu, uide latius inferius docto. uigeſimoprimo ſermone. Hic lege quando poteris. De omnibus his authoritas, Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in uia hac, qua gradieris, firmabo ſuper te oculos meos. Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, inquit Pſalmiſta Pſalmo trigeſimoprimo. Nota, Intellectum tibi dabo, ut ſcilicet in his ſenſibilibus ſcias legere ſpiritualia. Non ſic de beſtiis, quia delectantur in ſenſibilibus, tamen non habent intelligentiam, ideo dicit, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Tales ſunt perſone beſtiales, de quibus dicit Apoſtolus, Animalis homo non percipit ea que ſunt ſpiritus Dei. Stultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur, ſpiritualis autem iudicat omnia. prime ad Corinthios ſecundo. Tertia eſt conſilium rationalis. Conſilium ſumitur pro concluſione conſilij, quando in conſilio unus dicit hoc, & alius aliter, quando Dominus cui conſilium de omnibus, eligit quod melius eſt, illud dicitur conſilium, quod eſt donum ſpiritus ſancti, ita conſilium ſpiritus ſancti, eſt inter multa bona ſcire eligere meliora, & inter duo mala ſcire minus malum eligere, hoc eſt a dono ſpiritus ſancti, quod uocatur conſilium. Regula eſt Philoſophi, quod de duobus bonis melius eſt eligendum, & de duobus malis maius uitandum eſt. Verbi gratia, Bonum eſt in hoc mundo habere bonum, honores, dignitates, officia, &c. Item bonum eſt in alio mundo habere bonum, eſſe in paradiſo, &c. Modo comparando quod eſt melius bonum, hoc uel illud, dico quod bonum huius mundi modicum ualet reſpectu boni alterius, quia honores, officia, dignitates, &c. huius mundi modicum durant, & non ſunt niſi umbre. Bonum autem alterius mundi eſt infinite durationis, Ideo conſilium ſpiritus ſancti eſt ſcire eligere maius bonum, ne

iſto modo perdamus illud, & accidat nobis ut ſemel multis dominis accidit in quadam ciuitate, in qua dominabantur ſolum per annum, & poſt mittebantur in exilium. Ipſi uero ut ſtulti quando erant in dominio, cogitabant in dicẽdo, Ex quo tam modicum durat dominiũ meũ, pro certo uolo delectari, & tranſacto anno exulabat & moriebatur fame. Fuit unus prudens qui in anno dominij ſui abſtinebat a multis, & quicquid poterat habere, mittebat ſecrete ad inſulam, in qua poſt debuit exulare, ut ibi de illis uiueret, ut cum alii morerentur fame, ſibi eſſet optime prouiſum. Ita eſt de honoribus & diuitiis & dominiis huius mũdi, que nõ durant niſi per annum imo talis credit uiuere per annũ, qui eras ſepelietur. Vita autem & honores alterius mũdi eternaliter durant & ſine fine. Cogitate ergo ſtultitiã de illo qui dicit, Modo pro certo ego uolo delectari, &c. Et poſt ibitis in exiliũ cum diuite epulone. Ideo recipiamus cõſilium ſpiritus ſancti, abſtineamus hic & reſtringamus nos: mittamus in alium mundum quicquid poterimus per elemoſynas, penitentias, & alia bona opera. De conſilio dicit ſcriptura, Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum nõ penitebit. Eccleſi. xxxij. O quot reges, prelati, & domini penitent modo in inferno. Sed non eſt modo remedium. Ideo dicit, Fili ſine conſilio, &c. Item de duobus malis conſilium eſt ſcire uitare maius. Verbi gratia. Si aliquis criminoſus eſſet cõdemnatus a rege ut induatur tunica ferrea ignita, uel tunica ſtupea, nunquid eſſet ſtultus, ſi dimiſſa tunica ſtupea uellet induere tunicã ferream ignitã? Iſtã diſiunctiuã proponit nobis Deus, quia oẽs ſumus criminoſi & peccatores ut recipiamus tunicam de ſtupa, que eſt penitẽtia leuis, que fit in hoc mũdo, uel tunicam ferreã ignitã, ſcilicet penam & dãnationem eternam. Autho. Dico ꝙ niſi penitentiã egeritis, omnes ſimul peribitis. Luc. xiij. Ecce hic uirtualiter dicta diſiunctiua. De illis autẽ qui neglecta tunica ſtupea, ſcilicet penitẽtia, dicit ſcriptura, Gens abſq; conſilio eſt, & ſine prudentia, utinam ſaperent & intelligerẽt, ac nouiſsima prouiderent. Deut xxxij. Quarta eſt fortitudo internalis, ſ. de anima. Nam gratia ſpiritus ſancti, qui dicitur fortitudo, non in corpore conſiſtit, ſed in anima. Quia de fortitudine corporali non eſt gloriãdum, quia beſtie excedunt nos. Verbi gratia, de iſtis qui ſciunt ſaltare, &c. ceruus uel catus uincet uos. Et uos luctatores, urſus uincet uos. De curſoribus, unus lepus uincet uos. De uelocitate, unicornis uincet uos. Tales fortitudines corporales non ſunt donum ſpiritus ſancti. Sed fortitudo que eſt donum ſpiritus ſancti, eſt ſpiritualis in aĩa, ſcire reſiſtere & tenere ſe fortiter cõtra diaboli tentationes, contra mundi occaſiones. & contra carnis inclinationes. Verbi gratia, Venit tentatio, di. Quare tu nõ ibis ut talis, &c. Reſiſtite nec curate quod dicunt gentes, quia uerba uõ ſunt niſi uentus. Debilis eſt turris que a uento ruit. Idem de mulieribus quando tentantur, dicendo, Ego por-

tauí tantum de dote,& adhuc nõ feciſti mihi ueſtes. Talis que nõ portauit tantum,habuit ueſtes,&c.Item contra occaſiones mundi fortes eſſe debemus eas uitando.Item cõtra carnis tentationes,fortitudo eſt reſiſtere.Cogita,O miſer propter delectationes beſtiales perdam delectationes paradiſi.Abſit.Grego.Breuis eſt uoluptas fornicationis, ſed perpetua pena fornicationis.Gregor. Momentaneum eſt quod delectat,ſed eternum quod cruciat. Iſta fortitudo eſt donũ ſpiritus ſancti. De iſto ſe appretiauit Dauid,& nõ de corporali,licet eſſet fortiſsimus, quia adhuc puer cuſtos ouium interfecit urſum,leonem,& Goliam,tamen non appretiauit ſe de iſta fortitudine corporali, ſed de ſpirituali, dicendo,Fortitudinem ad te cuſtodiã, quia Deus ſuſceptor meus es, ut habetur in Pſal.lviij. Sed de nobis iam uerificatur illud,Et erit fortitudo ueſtra,ut fauilla ſtupe,& opus ueſtrum quaſi ſcintilla,& ſuccendetur utrunque ſimul,& non erit qui extinguat Eſa.j. Nota hic moraliter de multis qui audiunt aliquem bonum ſermonem, & recipiunt bonum propoſitum bene uiuendi,& poſt ſtatim dimittunt,tales non ſunt fortes.Verbi gratia de uſurario,qui proponit ſatisfacere,& quando uidet florenum,dimittit.Ecce fauilla ſue ſtupe.Item de illis qui tenent aliquã malam mulierem concubinam,quando in ſermone audiũt laudare caſtitatem uel punitionem,que fit de luxurioſis,proponunt recedere ab ea,ſed quando ipſa incipit fiere,nihil fit.Idem de illo qui proponit parcere de inimicis propter bonum ſuum & defuncti.Sed quando dicitur ſibi,Vere dicent,quia eſtis effeminatus uel Iudeus,&c. Ecce quare dicit Eſa.Et erit fortitudo ueſtra ut fauilla ſtupe, & opus ueſtrum quaſi ſcintilla,& ſuccendetur utrunque ſimul,& non erit qui extinguat, &c. Amore Dei ſimus bene fortes, ne ſimus de ſtupa. Quinta eſt ſcientia moralis,que cõſiſtit in practica.Non credatis q̃ iſta gratia conſiſtit in ſcientia ſpeculatiua,ſed in practica, ſcilicet in ſcire ſe gubernare irreprehẽſibiliter ab intra & ad extra,a dextris & a ſiniſtris,ante & retro, ſuperius & inferius.Ecce hic octo diuiſiones in quibus oportet ſcire ſe bene regere & gubernare.Primo ab intra,ſcilicet in anima,& ibi incipit gubernatio corporis,quia iuxta gradum ueſtrum in anima habetis ſcientiam.uerbi gratia.Si eſtis prelatus,dicit ſanctus Tho.quod tenemini ſcire etiam illa que poſſunt facere difficultatem in ſacra ſcriptura.Curati autem ut ſciant miniſtrare ſacramenta. Clerici ſimplices ut intelligant ad minus grammaticaliter quod legunt.Laici tenentur ſcire duodecim concluſiones,ſiue articulos fidei,ſcilicet, Credo in Deũ. Et ſecundum conſilium beati Hier. dicere quolibet mane & ſero cum proteſtatione quaſi miles qui facit homagium Regi. Ergo cuſtodi temetipſum & animam tuam ſolicite.Deute. iiij. Secundo ſcire oportet ſe gubernare ad extra,ſcilicet in corpore. Qui enim habet gratiam ſpiritus ſancti,taliter ſcit ſe gubernare, quod in nullo ſcandalizat proxi-

mum, nec gestu, nec incessu, nec uerbo, nec opere. ideo Augustin. in regula clericorũ, In incessu, statu, habitu, & in omnibus motibus uestris nihil fiat quod cuiusquam offendat aspectum, sed quod uestrã deceat sanctitatẽ. Tertio a dextris sunt parentes, & amici, quibus taliter dandum est de bonis ecclesiasticis, ut si indigent, non indigeant, uel non tantum egeant, sed nullatenus diuites fiant, ut dicit Augustin. Quarto a sinistris, scilicet erga inimicos, de quibus dicit Christus, Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, &c. Matt. v. Quinto ante, qui placitant ante iudicem. Ideo iudices debent expedire negotia dando sententias, non precipitando, sed ex quo factum est clarum, expedire debent sententiam, alias diu stabitis ante portam paradisi, & non intrabitis, imo dicit Christus, Discedite a me operarij iniquitatis. Luce xiij. Sexto retro, scilicet scutiferis qui sequuntur retro facientes caudã, oportet soluere solidatam, & stipendium ne furentur, ne teneant meretrices in lupanari, &c. Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, statim mercedem eius restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino nõ remaneat. Tob. iiij. Septimo superius, id est erga superiores, scilicet ad Deum, & ad prelatos ecclesiasticos obedientiam, erga dominos temporales fidelitatem, erga parentes obsequium, & sic de aliis. Ideo dicit scriptura, Obedite prepositis uestris. Ipsi enim peruigilant quasi rationẽ pro animabus uestris reddituri. Heb. ulti. Octauo inferius oportet scire bene regere. Si estis dominus prelatus, uel rector communitatis, auisetis uos. Si estis prelatus, ut curetis plus de animabus, quam de reditibus. Quia propter officium datur beneficium. Scientia sanctorum prudentia supple est. Prouerb. ix. Aliter autem conuertitur Christus dicens, Propterea captiuus ductus est populus meus, quia nõ habuit scientiam. Esa. v. Sexta gratia est pietas cordialis cum dicit, & pietatis. Pietas uulgariter accipitur pro misericordia. De hoc uide sanctũ Tho. ij. ij. q. x. & iij. scrip. dist. xxiiij. sed multum differunt stricte loquendo. Nota quinque differentias inter pietatem, & misericordiam,

Prima est respectu persone, cui datur,
Secunda respectu doni,
Tertia respectu modi dandi,
Quarta respectu motiui dantis,
Quinta respectu finalis intentionis.

Prima differentia est erga personam cui datur, scilicet si datis eleemosynam pauperi, illud dicitur misericordia. Si autem facitis bonum parentibus uestris, pauperibus, uel amicis, dicitur pietas. Secunda differentia est respectu doni, scilicet si datis panem, uel uinum, & uestem: si recolligitis peregrinum, istud est misericordia, sed instruere ignorantem, corrigere dulciter errantem, istud dicitur pietas. Tertia differentia est respectu modi dandi, quando datur eleemosyna, ut panis datur

cani

cani, miſericordia poteſt dici. Item quando datur cum humilitate, & cordis compaſsione, tunc dicitur pietas. Quarta differentia eſt reſpectu mortui, quum das eleemoſynam, quia eſt homo ſicut tu, tunc dicitur miſericordia, ſed quãdo das eleemoſynam reſpectu Dei, uidelicet quia eſt homo ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei, tũc eſt pietas. De hoc uide ſanctum Tho. tertio ſcrip. diſt. xxxiiij. q. iij. art. ij. queſtiuncula prima ad ſecundum. Quinta differentia eſt reſpectu finis. Si tu das eleemoſynam illo reſpectu & fine, ne efficiaris pauper, uel ut Deus conſeruet tibi ſanitatem, proſperitatẽ, & filij tui uiuant, &c. & illud dicitur miſericordia. Sed quando tu das eleemoſynam iſto reſpectu, ut quando tu petes eleemoſynam ad portam paradiſi, Deus det tibi eleemoſynã, illud dicitur pietas. Miſericordia autẽ licet ſit magna uirtus, tamen nõ computatur inter ſeptem dona ſpiritus ſancti, ſicut pietas. De hac uirtute ſcripſit Apoſtolus ad Tim. dicẽs, Exerce teipſum ad pietatẽ. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt. Pietas autẽ ad omnia utilis eſt. j. Tim. iiij. Contra iſtos qui non habent pietatẽ, dicit Dauid, Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine. Pſal. v. Septimum donum ſiue gratia ſpiritus ſancti eſt timor filialis, quãdo homo abſtinet a peccatis ne offendat Deũ, etiam ſi ſciret quod Deus non puniret eum. Bonus Chriſtianus in omnibus dictis & factis ſuis, timet ne Deum offendat in aliquo. In principio diei orat Deum, ut ipſum preſeruet a peccatis. Item in nocte. Itẽ ſi debet ambulare per uiam, & ſic de aliis. Authoritas, Timor Domini expellit peccatum. Nam qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari. Eccleſiaſt. j. Nota, quod Eſa. propheta loquens de donis ſpiritus ſancti, de ſex donis dicit, requieſcet ſuper eum, ſcilicet uirum iuſtum, uſque, ſpiritus ſcientie & pietatis. de dono autem timoris Domini ſpecialiter dicitur, replebit. Quia alia ſex dona, uirtutes ſeu gratie ſpiritus ſancti habent ſpecialia ſubiecta, uel obiecta, uel ſpeciales modos agendi. Sed timor Domini replet omnes potentias anime & ſenſus corporis. Ideo dicit ſcriptura, Qui timet Deum, nihil negligit, ſcilicet de his que tenetur facere. Eccleſiaſtici vij. Sed dicitur alibi, Quia non profertur cito contra malos ſententia abſque timore ullo filij hominum perpetrant mala. Eccleſiaſt. viij.

Quid inter timorem & alia ſpiritus ſancti dona interſit.

Feria iij. poſt pentecoſten. Sermo unicus.

EGo ueni ut uitam habeant, & abundantius habeãt. Verbum iſtud habetur originaliter. Ioan. x. recitatiue in euangelio hodierno. Solennis aduẽtus ſpiritus ſancti ſuper apoſtolos & diſcipulos Chriſti cõmuniter durat per tres dies. Ratio, quia ſpiritus ſanctus in ſuo aduentu dedit tria, Primo preſentiam perſonalem,
Secundo gratiam principalem,

Tertio

Tertio affluentiam finalem.

Ecce quō spūs sctūs nobis datur.

Dico primo Spiritus sanctus in suo aduentu dedit Apostolis & Discipulis suam presentiam personalem. Non solum autē dedit eis suas gratias, sed etiam seipsum personaliter, etiam in qualibet gratia gratū faciente datur Spiritus sanctus personaliter. Quidam autem dixerunt, quod solum datur effectus Spiritus sancti, sed hoc improbatum est in primo sententiarū. Non solum enim datur effectus, sed etiam ipse Spiritus sanctus. Et ita promisit Christus Apostolis dicens, Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in eternum. Ioannis xiiij. Nota alium paracletum dabit uobis, id est alium cōsolatorem. Sed est hic magna difficultas, quia pater, filius, & Spiritus sanctus non sunt nisi unus consolator, sicut nec sunt nisi unus Deus, quomodo ergo dicit alium paracletum? Solutio sic intelligitur, alium paracletū, id est aliū Spiritū sanctū dabit uobis consolatorē, ita quod ista alienitas non referatur ad paracletum, sed ad Spiritum sanctum, qui est alius a patre & filio personaliter. Sequitur, ut maneat uobiscum in eternum. Ex isto textu habetur, quod sancti apostoli post festū pentecostes non peccauerunt mortaliter. Ecce donatio excellens de sua penitentia personali. Et de hoc fit festum & solennitas in die pentecostes, scilicet ante heri. Quia sicut in natiuitate fuit nobis datus filius in redemptionem siue redemptorē, sic in die pentecostes fuit nobis datus Spiritus sanctus in consolatorem. Quantum ad secundum, Spiritus sanctus in suo aduentu, dedit apostolis & discipulis gratiam principalem, quam theologi uocant gratiam gratum facientem, & licet apostoli & discipuli Christi habuerunt iam istam gratiam, tamen in die pētecostes receperunt eam in maiori abundantia. Ideo apostolus, Vnicuiq; nostrū data est gratia secundum mensuram donationis Christi. ad Ephes. iiij. Nota secundum mēsuram, scilicet illam, de qua Christus. Mensuram bonam & confertam & coagitatam & superfluentem dadabunt, scilicet tres persone trinitatis, in sinum uestrum. Lu. vj. De ista donatione gratie solēnitatis, die hesterno fuit peracta. De tertio dico quod Spiritus sanctus in suo aduentu dat affluentiam finalem, que est habere abundanter & multipliciter uitā. Et de hoc dicit ipsemet in theme, Ego ueni ut uiram habeant, scilicet homines, & abundantius habeant. Patet thema. De ista affluentia finali fit festum hodiernum. Et in ueni in sacra Scriptura quatuor uitas, quas debemus a Spiritu sancto.

Ita fuerūt Apostoli in gratia cōfirmati post pentecostē ut mortaliter non peccarēt unquam.

Prima est uita corporalis, quam habemus digne gubernare,

Secunda est uita spiritualis, quam debemus stricte & solicite conseruare,

Tertia est uita celestialis, quam debemus alte & deuote desiderare,

Quarta est uita eternalis, quā debemus certe & secure expectare.

Et quia

Et quia Spiritus ſanctus dat iſtas quatuor uitas, ideo dicit ipſe, Ego ue
ni ut uitam habeant, ſcilicet corporalem, & abundantius habeant, ſcili
cet ſpiritualem, celeſtem, & eternam. Dico primo, quod prima uita eſt
corporalis, que eſt per unionem anime & corporis. Quandiu enim a-
nima eſt unita corpori, durat uita corporis. Anima enim eſt forma cor
poris, que dat corpori uitam. Et corpus ſine anima non poſſet uiuere,
audire, loqui, ambulare, & huiuſmodi. Et ſine anima, corpus non eſt
niſi truncus nihil ualens. Ab anima autem corpus habet omnia ſenti-
menta, uiſum, auditum, &c. & omnes operationes. In morte enim ho-
minis omnes ſenſus, & omnes uires organice deſtruuntur, quare nec
operationes remanere poſſunt, ut dicit ſanctus Thomas iiij. ſcrip. diſt.
xliii. Ideo Chriſtus, Spiritus eſt qui uiuificat, caro autem non prodeſt
quicquam. Ioann. vj. Dico quod iſta uita corporis que eſt ex preſentia
anime rationalis, eſt effectualiter a tota trinitate, appropriatur tamen
Spiritui ſancto, quia ipſe ſpiritus creator dat uirtutem ſpiritui creato,
ſcilicet anime ſtandi in corpore, decem uel uiginti annis, uel plus uel
minus, ſicut ſibi placet, antiquitus dabat longã uitam corporalem, ut
patet in Adam qui uixit nongentis xxx. annis. Gen. v. Mathuſalem qui
uixit nongentis lxix. annis. Et in Noe qui uixit nõgentis l. annis. Gen.
ix. Sed paulatim diminuta eſt uita corporis. Si dicatur, quia Spiritus
ſanctus menſurat uitam corporalem, quare ille antiquitus dabat tam
longam uitam, & nobis breuem? Reſpondeo, quod ad illos ſpectabat
habere experientias rerum & artium, propter hoc dabat eis longam
uitam. Modo autem iam omnia ſunt experimentata, & experimento
cognita. Item quia tunc erant rudes & ſimplices, ideo indigebant ma-
gno tempore ad ſciendum. Modo autem ſunt homines intricati. Item
tunc comedebant ſolum ſemel pro neceſsitate, & modo comeſſatio-
nibus crapule & gule homines uacant, &c. ſed longa uita, uel breuis a
Spiritu ſancto eſt. Ideo dicit Iob Spiritui ſancto, Vitam, ſcilicet corpo-
ralem, & miſericordiam tribuiſti mihi, & uiſitatio tua cuſtodiuit ſpiritũ
meum. Iob x. Nota miſericordiã, quia quod Spiritus ſanctus det uitã
corporalem mihi uel tibi, miſericordia eſt, & non debitum, quia nulli
obligatur. Sed dico, quod iſtam uitam corporalem debemus digne &
fructuoſe gubernare, quia non debemus ipſam totam expendere, uel
occupare in negotiis temporalibus, ſed etiam in ſpiritualibus propter
theſaurum meritorium cumulandum. Vnde poſtquam occupaſtis uitã
temporalem in negotiis temporalibus feria ſecunda & tertia, &c quie
ſcatis in dominica ab omni negotio temporali, & detis uos negotiis
ſpiritualibus audiendo miſſam antequam aliquid comedatis uel biba
tis. Quia qui habet ſupplicare Pape uel regi, non debet habere anhe-
litum fetidum, &c. Licet enim multi excuſantur a ieiuniis eccleſie, ab
iſto tamen, ſcilicet ab audientia miſſe non ſic excuſantur homo. Item

debemus

debemus uenire pro tempore ad missam, quia in confessione, que fit pro uobis, debetis interesse omnes. ideo quando campane pulsantur, debes tu dicere, O dominus citat me, & cito dimittere alia, debetis ire ad ecclesiam. Item non loquamini in ecclesia, sed cum signis, innuendo si uenerit aliquis qui, &c. Item non recedere a missa quousque detur benedictio a sacerdote. Item debetis esse in uesperis & completorio. Sicut enim expendistis sex dies hebdomade, congregando bona temporalia transitoria, que hic remanent, ita expendatis diem festum congregando thesauros spirituales, qui durabunt eternaliter. Ideo sapiens dicebat, Fili mi in tempore uite tue ne indigeas. Melius est enim mori quam indigere. Ecclesiastici xl. Nota ne indigeas, scilicet thesauris spiritualibus meritorum. Melius est enim mori corporaliter, quia liberatur, quam indigere. Patet ergo quod uita corporis est digne gubernanda. Secunda uita est spiritualis. Vita enim spiritualis est, quando persona dimittit uitia & peccata, & recedit a mala societate, & dat se bone uite, plus curando de spiritu, quam de corpore, occupando se in orationibus, & bonis operibus temporalia obliuiscendo. Ista est uita spiritualis, quam habemus a Spiritu sancto. Nota ad hoc pulchram figuram Ezech. xxxvij. legitur quod Deus eduxit prophetam in quendam magnum campum plenum ossibus mortuorum, & circunduxit eum in gyro, & dixit sibi Deus, Fili hominis putas ne uiuant ossa ista? Respondit, Domine Deus tu nosti. Et dixit sibi Deus, Vaticinare de ossibus istis, & dices eis. Hec dicit Dominus Deus, A quatuor uētis ueni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant. Et ingressus est in ea spiritus, & reuixerunt, steteruntq; super pedes suos exercitus grandis nimis ualde. Ecce figura. Item magnus campus, plenus ossibus mortuorum corruptis est iste mundus, qui iam ex peccatis est totus fetidus, & corruptus ex luxuria, & sic de aliis peccatis, tanta enim est corruptio, quod iam nihil respicitur, & sic de aliis peccatis, prout expediens erit. Ideo Dauid, Corrupti sunt & abo. fa. sunt. Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum, scilicet de adultis. Psal. lij. Ecce campus. Modo uideamus quomodo uiuificabuntur ossa arida, id est peccatores, ut habeant uitam spiritualem, quia iam habent uitam corporalem. Ad hoc oportet quod Spiritus sanctus ueniat uel de oriente uel occidente, de aquilone uel de meridie. De oriente uenit Spiritus sanctus pueris, qui quando incipit claritas discretionis, cauent a peccatis, timent Deum, orant, confitentur, dulciter conuersantur, non iurant, non mentiuntur, &c. De occidente uenit senibus peccatis antiquatis & assuetis. Sed quia uident se iuxta occasum mortis, antequam ueniat mors cōuertuntur ad deum, proponunt cauere a peccatis, confitentur, &c. Aliquibus autem uenit Spiritus sanctus de aquilone, qui signat aduersitatem, quia aduersitas aliquos reducit ad Deum. O quot

sunt

sunt in mundo, qui quando sunt in prosperitate, non curant de Deo, sed quando uentus aquilonaris frigidus, & tempestuosus uenit, scilicet aduersitas, tunc redeunt ad Deum dicendo, Domine misericordia, & conuertuntur, & confitentur, &c. Nota, Mala que nos hic premunt, ad Deum ire compellunt. uerba sunt Gregorij super Luc. xxiiij. Aliquibus autem uenit Spiritus sanctus de meridie, que est pas abundans humido & calido, & significat prosperitatem. Quando autem persona intra se cogitat bona que habet. Vnde habui ista, cum pater meus fuisset pauper, ego sum diues, habeo hoc, & hoc. Et nunquid omnia ista dedit mihi Dominus? imo. ideo uolo sibi seruire. Si enim rex dedisset, mihi, &c. iam seruirem ei, quantomagis ergo Deo? huic uenit Spiritus sanctus de meridie, de prosperitate. Ecce qualiter ossa arida, id est peccatores uiuificantur in uita spirituali. Ecce quare dicit authoritas. A quatuor uentis uenit spiritus. Et hanc uitam debemus secure cõseruare. Ideo dicit Scriptura, Omni custodia serua cor tuum. Quia uita spiritualis multos habet inimicos. Verbi gratia. Si religiosus uult seruare regulam & uota, statim alij qui nihil seruant dicunt, O hypocrita. & sic de aliis. Nota de quolibet statu. ideo dicit, Omni custodia serua cor tuum, &c. Ratio quoniam ab ipsa uita procedit, scilicet spiritualis. Ecce quare dicit a quatuor uentis. Et ego ueni, inquit Christus, ut uitã habeãt, scilicet corporalem, & abundantius habeant uitam, scilicet spiritualem. Tertia est uita celestialis, quando anima persone, que agit condignam penitentiam per mortem corporalem, recedit a corpore, statim ascendit in celum, & ibi uiuit uita celestiali. Hec est differentia inter animas hominum, & iumentorum. Nam anima hominis nõ est substantia spũalis subsistẽs, & incorruptibilis, sed est forma substantialis immersa materie, que non habet esse sine materia, & corpore: imo totum esse habet in corpore, quia est educta de potentia materie, & quia sicut modo dictum est, totum esse habet a corpore, ideo destructo corpore corrumpitur. Sed anima hominis est substantia spiritualis, ut angelus, & nihil habet a corpore, imo ipsa dat esse corpori, & uiuere, &c. Ideo quando corpus deficit, ipsa remanet. De hoc uide sanctum Thomam prima parte, questione septuagesimaquinta. articulo secundo, tertio, & sexto. Articulo enim secundo ostendit, quod anima humana est subsistẽs. Item articulo iij. quod anima brutorum non est subsistens, concludit & ostendit. Item arti. vj. ostendit & concludit, quod anima humana est incorruptibilis, sed anime brutorum, ut patet in eodem art in solutione ad primum argumẽtum, sunt corruptibiles. Vnde si anima hoĩs bene se gubernat, corpus remuneratur. Sicut si miles qui bene gubernauit castrũ sibi cõmissum a rege. Quãdo Deus creat aĩam, creando infundit eam in castrũ corporis, ut gubernet ipsum iuxta uolũtatẽ Dei, ne p̃ portas, s. sensuũ intrent

inimi

inimici sui, nec per oculos uana aspiciendo, & sic de aliis. Si ergo bene ipsum gubernat, remuneratur, si male, punitur. Quando ergo anima que bene gubernauit castrum corporis, per mortem recedit a corpore, statim uenit coram Christo dicens, Domine custodiui castrum, &c. Et Christus dat sibi uitam celestem in celo. Authoritas, Si Christus in uobis est, scilicet per gratiam & bonam uitam, corpus quidem mortuum est propter peccatū, spiritus uero uiuit per iustificationē. Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis uiuificabit, & mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis, &c. ad Rom. viij. Sed diceres, a quo est ista uita celestis? Dico quod hec uita celestis appropriate est a Spiritu sancto. Ratio, quia sicut uapor qui de mane egreditur a terra per intromissum calorē solis, sursum trahitur, sic anima non posset celum ascendere, nisi calore Spiritus sancti informaretur & habilitaretur, qui ipsam sursum trahit. Ideo dicit Dauid. Viuificabis me in equitate. Psal. cxlij. Dico consequenter, quod hec uita est uehementer desideranda. Sicut si Dominus diues in suo testamento dimisisset tibi castrum altum, forte, inexpugnabile, de quo nondum haberes possessionem, O qualiter ipsum desiderares? Vehementius desiderādum est castrum celi empyrei. Ideo Christus, Ego sitienti, id est ardenter desideranti & ambulanti dabo de fonte aque uiue gratis. Qui uicerit, possidebit hec. Et ero illi Deus, & ille erit mihi filius. Timidis autē & incredulis & execratis & homicidis & fornicatoribus & ueneficis & idolatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Et uenit unus de septem angelis habentibus phialas plenas septem plagis nouissimis, & locutus est mecum dicens, Veni & ostendam tibi sponsam, uxorem agni, &c. Nota ibi quasi per totum capitulū, pulchra ualde de regno, &c. Apoc. xxj. Quarta est uita eternalis, scilicet quando in die iudicij omnes resurgemus in corpore & anima. Boni autem resurgent cum corporibus glorioſis, cum quibus eternaliter uiuent. Si dicatur, Et nūquid uita sanctarum animarum quam habent modo in celo, est eterna? Dico quod nō, quod uerū est, quo ad istū modū essendi, quia mō sunt anime beate a suis corporibus separate, sed in iudicio & resurrectione generali suis corporibus glorioſis reunientur. De hoc uide sanctum Thom. in iiij. dist. xliij. & xliiij. Mali autem resurgent cum corporibus fetidis, &c. Ratio huius est, quia Deus remunerat quemlibet secūdum uitā quam hic tenuit, & bona opera que fecit. Modo in bonis que hic facimus, est talis ordo. Quia primo fiunt ab anima sola, scilicet cogitando, deliberando & ordinando, & sic primo meretur, deinde in executione peris corpus facit executionem. Ideo anima prius remuneratur, deinde remunerabitur corpus, scilicet in iudicio. Idem est de malis operibus.

primo

Primo enim anima facit peccatum cogitando, deliberando, ordinando, deinde corpus facit executionem. Ideo anima prius punitur in inferno. Deinde corpus in iudicio. Hoc dicit authoritas facte scripture. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gesit. ij. Corinth. v. Nota propria corporis. Nota quod hec uita eterna appropriate est a Spiritu sancto, quia noster Spiritus est naturaliter uadens, & nō rediens. Sed per uirtutem Spiritus sancti animam habitantis, quelibet anima resumet suum propriū corpus. de hoc uide S. Tho. in iiij. dist. xliij. Nec hoc est Spiritui sancto difficile, quia qui de nihilo creauit omnia, faciliter potest animā & corpus incineratum unire. Ideo dicit scriptura. Si spiritus eius qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, habitat in uobis, uiuificabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis. ad Romanos. viij. Hec uita est certissime expectanda. Nota contra illos qui sunt de errore Sadduceorum, dicentium, quomodo est possibile resurgere, &c. Ideo Christus, Nolite mirari hoc, quia uenit hora in qua omnes qui in monumētis sunt, audient uocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem uite, supple eterne. Qui uero mala egerunt in resurrectionem iudicij, scilicet damnationis. Ioann. v. Nota. Nolite mirari hoc, scilicet de resurrectione, quia Deo nihil est difficile. Quia uenit hora, scilicet iudicij. in qua omnes qui in monumētis sunt, audient uocem filij Dei, scilicet illam, Surgite mortui, uenite ad iudicium. Et procedent, &c. Patet ergo quomodo a Spiritu sancto habemus has quatuor uitas, scilicet corporalem & spiritualem, celestem & eternam, ecce quare dicit, Ego ueni ut uitam habeant, scilicet spiritualem, celestem & eternam, quam det nobis glorioſus.

Feria quarta. Sermo unicus.

NEmo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Ioannis sexto. Thema dat mihi motiuū predicandi & declarandi modos, quos Deus tenet trahendi ad se peccatores, scilicet qualiter peccator, qui diu uixit in peccatis, trahitur per Deum ad bonam uitam. Ista materia est utilis & proficua. Sed ut sit Deo acceptabilis & gratiosa, salutetur uirgo Maria. Thema est uerbum Christi di. Nemo, id est nullus peccator potest uenire ad me per bona & sancta opera, nisi pater, qui misit me, traxerit eum. Pro cuius declaratione sciendum quod inter alia mala & magnos defectus, quos in hac uita habemus, sunt duo, scilicet difficultas ad bonum, & pronitas ad malum. Cum magna difficultate facimus bona opera, nec scimus facere sine magistro. Mala autem sine magistro scimus facere. Recte de nobis est sicut de lapide, qui uiolenter ascendit, non a se, sed ab alio, licet per se naturaliter descendit &

cadit. Ita de nobis si uolumus ascendere in altum per bonam uitam & spiritualem, orando, contemplando, uiolentia est necessaria, quia contra inclinationes carnis & obloquutiones gentium. Sed naturaliter descendimus peccando & malam uitam tenendo, & sic cadimus in infernum. ideo dicit scriptura, Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Genes. viij. Ratio huius assignatur, Sapientie nono. ubi dicitur, Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Sicut si falconi, qui leuis est de se, apponeretur una libra in pedibus eius, non posset leuari in altum, nisi cum difficultate. Ita de anima que de se est leuis, sed corpus aggrauat & trahit eam deorsum. Verbi gratia. Vultis modicum contemplari in oratione, & eleuatis mentem, statim homo descendit cogitando de negotiis, de coquina uel taberna. Ideo dicit, Corpus quod corrumpitur, &c. Post iudicium non erit ita, imo corpus sequetur animam in beatis, quia in corporibus beatorum erunt quatuor dotes, scilicet subtilitas, impassibilitas, agilitas, & claritas. Et his dotibus iam caremus. Ideo si uolumus modo ascendere per bonam uitam, oportet quod Deus iuuet nos, non uiolentando liberum arbitrium, sed ipsum iuuando & confortando & mouendo. Hoc dicit thema, Nemo potest uenire ad me per bonam uitam, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Pater thema. Et sum in materia predicanda. Modo uideamus, qualiter Deus trahit peccatores. Ego amore uestri quesiui in sacra scriptura, & inueni quod quatuor chordis Deus trahit ad se.

Prima est amor diuinalis,
Secunda est ardor celestialis,
Tertia est timor infernalis,
Quarta est dolor temporalis.

Aliqui trahuntur per primam, aliqui per secundam, aliqui per tertiam, aliqui per quartam. Omnes quotquot sunt in paradiso, uel erunt, uel fuerunt, tracti sunt aliqua istarum chordarum. Ecce quare dicit thema, Nemo potest uenire ad me. Prima ergo chorda qua aliqui trahuntur, est amor diuinalis. Ista ligatur in corde creature ut homo ueniat ad Deum. Ligatur enim cogitando beneficia & dona & gratias a Deo receptas, quasi dicendo, si unus homo etiam rapax fecisset mihi tot bona, quantum ipsum diligerem. Ista chorda habet quatuor cogitationes quas debemus habere, scilicet cogitando. Primo opus uel beneficium creationis. Secundo opus uel beneficium prouisionis. Tertio opus uel beneficium expectationis. Quarto opus uel beneficium redemptionis. De primo debet homo cogitare beneficium creationis, quia non animal brutum, bouem uel asinum, serpentem, catum, siue murem, nec lapidem uel arborem, sed hominem rationalem ad imaginem & similitudinem suam me fecit Deus. Dedit mihi corpus cum membris,

quia

quia pater uel mater modicum faciunt in corpore. Cogita quantum diligeres illum, qui tibi reſtituiſſet oculum, uel manum, uel pedem abſciſum. Quantum ergo eſt Deus diligendus, qui dedit corpus, & omnia membra, & animam cum potentiis? Secundo cogita beneficium prouiſionis. Cum eſſes in utero matris clauſus, te conſeruauit, & quando tu fuiſti natus, dedit lac matri, ut te lactaret, & modo quis dat tibi bladum in campis, uinum in uineis, fructus in arboribus, aquam in fontibus, carnes & piſces, &c. nullus niſi Deus, quia natura inſtrumentum eſt, & ſic Deo grates agere debemus, & non nature, ſicut nec grates, nec gratias habetis dare calamo de bona litera, ſed notario. Si ergo ſeruitores & famuli diligunt Dominum, qui dat eis prouiſionem, quanto magis Deum diligere debent & tenentur? De tertio cogita beneficium expectationis. In primo peccato ſaltem mortali quod homo facit, ſtatim datur ſententia mortis a Deo contra eum. Anima que peccauerit, ipſa morietur. Ezechielis decimooctauo. Et Deus ſuſpendit executionem, expectando te miſericorditer ad penitentiam. Vis cognoſcere iſtam gratiam? Nota hic peccatum luciferi & aliorum angelorum quantum credis quod Deus eos expectauit ad penitentiam per annum, &c. Dico quod nec per annum, nec per menſem, diem uel horam, ſed in eodem momento expulſi ſunt de paradiſo, &c. Et quot anni ſunt quod tu incepiſti peccare? xl. uel l. &c. tot annis te ſupportauit & expectauit ad penitentiam. De quarto cogita beneficium redemptionis. Quia uoluit humiliari & de celo ad terram deſcendere, ut tu aſcenderes in celum: uoluit ſuſpendi in cruce, ne tu ſuſpendaris in furca inferni. Spinis uoluit coronari, ut tu in celo coroneris corona glorie. Quanta eſſet humilitas regis uolentis ſe humiliare, ut ad coronam regni exaltaret ruſticum. Cogitando, iſta chorda amoris diuini ligatur cor. Hoc cogitando Dauid in Pſalm. dicebat, Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Hic ſunt omnia quatuor fila. Primum ibi, diligam te Domine fortitudo mea, ſcilicet per creationem. Et ecce primum. Dominus firmamentum, ſcilicet per prouiſionem, ecce ſecundum. Et refugium meum, ſcilicet per opus expectationis, ecce tertium. Et liberator meus, ſcilicet per opus redemptionis, ecce quartum. Sed modo homines mundi non diligunt Deum, peiores ſunt beſtiis, quia beſtie & fere ſylueſtres cognoſcunt beneficia, & diligunt ſuos benefactores. Nota hic miraculum quod legitur in uita beati Hieronymi de leone uulnerato in pede, qui uenit ad monaſterium beati Hieronymi quod erat in deſerto, quem uidentes fratres fugerunt. Dixit beatus Hieronymus. Et ſic recipitis hoſpites? confidens autem de obedientia leonis, dixit illi, Quid uis leo? Qui eleuato pede ſuo oſtendit plagam in medio. Et beatus Hieronymus in nomine

Iesu sanauit eum. Dauid. Homines & iumenta saluabis Domine, &c. Leo autem cognoscens beneficium noluit recedere a monasterio, ac si fuisset domitus. Cui beatus Hieronymus imposuit ut custodiret asinum, &c. De hoc exemplo uide in legenda beati Hieronymi. Modo dicas tu quod beneficia recepisti a Deo, quid habes quod non accepisti? nihil. Ideo chorda amoris debet esse ligata in corde tuo. Authoritas. Salomon in spiritu prophetie dicit, Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescētule dilexerunt te. Trahe me post te. Curremus in odore unguentorum tuorum. Canticorum primo. Nota oleum effusum, &c. Nomen sumitur hic pro doctrina, lege, & fama Christi. Prouerbiorum uigesimosecundo. Melius est nomen bonum quam diuitie multe. Conditio est olei, quod quando est effusum claresci. Ideo marinarij quando infra aquam uolunt uidere uel aliquid perquirere sub aqua, recipiunt oleum in ore, & quando sub aqua ipsum spargunt, uident ibi clare. Ita nos in mari huius mundi eramus sub aquis peccatorum in tenebris. Sed propter predicationem apostolorum, nomē Christi & doctrina euangelica publicata fuerunt & sparsa, & tunc uidemus clare ueritates fidei. Dauid. In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. Psal. xviij. Ideo adolescentule sunt anime. Ratio, quia non senescunt. Corpora autem senescunt, quia sunt corruptibilia & mortalia. Anime autem rationales siue humane & angeli & stelle sunt incorruptibiles, ideo non antiquantur. Ita iuuenis est anima unius senis centum annorum, sicut anima pueri unius diei. Ideo dicit, adolescentule dilexerunt te. Ex quo chorda est ligata, ut dixi, trahe me post te, ut curramus siue ascendamus post te, quasi diceret, Tu ascendisti in celum, ideo trahe me ut ascendam post te. Et curramus in corde in odore unguentorum. Nota hic pro declaratione huius, similitudinem de uenatore qui recipit mutuo canes ab alio uenatore, qui nolentes eum sequi ligat ad collum eorum chordas, & sequuntur ipsum trahentem, quousque sint extra domum domini, sed ex quo sunt in uenatione, ipsi currunt per se. Ita de peccatore quandiu est in peccatis, est canis diaboli, & Christus est uenator animarum, secundum illud, Da mihi animas, cetera tolle tibi. Genesis decimoquarto. Et oportet ut cum chorda trahat peccatores de domo & seruitute diaboli, quousque sint extra, quia tunc per se current de uirtute in uirtutem. Ideo dicit thema. Nemo potest uenire, &c. Nota in odore unguentorum. Vnguenta Christi sunt opera uirtuosa & medicinalia que fecit in hoc mundo contra plagas mortales peccatorum. Plaga mortalis est superbia. Vnguentum Christi, quod istam plagam curat, est humilitas incarnationis & pauperis conuersationis. Plaga mortalis est auaritia. Vnguentum medicinale est paupertas Christi, qui nec domum nec pecuniam uoluit habere. Plaga mortalis est gula, non seruare ieiunia ecclesie,

clefie, exceſsiue comedere, inebriari. Vnguentum eſt abſtinentia Chriſti quam fecit in quadrageſima, & etiam in tota uia ſua ſemper erat ieiunium. Plaga mortalis eſt ira & deſiderium uindicte. Vnguentum & medicina eſt patientia Chriſti. Plaga mortalis eſt inuidia. Vnguentum eſt charitas Chriſti, quia amore noſtri mori uoluit. Plaga mortalis eſt acidia, unguentum eſt diligentia Chriſti. Nunquid tu ſentis odorem iſtorum operum ſiue unguentorum? Patet prima chorda. Amore Dei diligatis eam in corde uestro. Dicatur hic exemplum de illo clerico male uite & inhoneſte, qui quando habuit bonum beneficium dixit, O modo potero habere concubinam, &c. Deinde Deus dedit ſibi maiora beneficia, & ipſe augmentabat peccata, ſed Deus fecit ſibi gratiam quod recognouit ſe, & ad ſe reuerſus dixit intra ſe, O miſer, continue Deus dat mihi bona & me augmentat in honoribus & dignitatibus, & ego augmento peccata, ualde ſum ingratus. Et habuit maximam contritionem de peccatis, & fecit penitentiam, de cetero tenuit bonam uitam & ſanctam. Secunda chorda eſt ardor celeſtialis, ſcilicet deſiderare gloriam paradiſi, propter pulchritudinem & excellentiam celeſtis pulchritudinis. Sicut nobilis uiator ex pulchritudine hoſpitij trahitur ad illud. Iſta chorda ardoris celeſtis habet quatuor fila, ſcilicet quatuor conſiderationes. Prima eſt conſiderando celum, maxime de nocte, quando optime apparent ſtelle dicendo, O Domine, & qualis habitatio debet eſſe intus, quia extra & in tranſuerſo ita apparet pulchrum, & deſiderare debet feruenter eſſe intus. Sic ligatur chorda ardoris celeſtis, quia tãta eſt pulchritudo celi, quod ſi per potentiam diuinam homo poſſet ipſum uidere, non uellet comedere nec bibere, etiam ſi aliquid non uideret niſi celum. Ideo apoſtolus cui Deus oſtendit, interrogatus quid uidit, reſpondit, Oculus nõ uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, que preparauit Deꝰ his qui diligunt illum. Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum. j. ad Corinth. ij. Nota, oculus non uidit. Philoſophi enim habuerunt noticiam de nouem celis, de celo lune, &c. Sed ad decimum celum, ſcilicet empyreum, non potuerũt aſcendere, quia iſtud eſt immobile. Ideo dicit, Oculus, ſcilicet philoſophorum non uidit, nec aliqua auris audiuit, ſcilicet Iudeorum. Iudei enim audierunt ab ore Moyſi legem. Et quid audierunt? Si in preceptis meis ambulaueritis, &c. Leuitici xxvj. Solum promittit eis terrena, de gloria autem celi nullam promiſsionem habuerunt, nec audierũt, nec in cor hominis, ſcilicet pagani aſcẽdit. Machometus autem promittit Agarenis paradiſum porcorum & aſinorum, comedendo mel & lac & luxuriando, nobis autem Chriſtianis reuelauit, ſcilicet in ſacra ſcriptura celum & celeſtia bona & gaudia Secunda eſt cõſiderando celum empyreum, cuius eſt habitatio. Dauid inquit in Pſal. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in celis. Pſal. cxxij.

Magnum palatium est palatium pape, uel imperatoris uel regis, sed nihil respectu palatij Dei, quod ipse propriis manibus operatus est, & ipsum ornauit & depinxit. Tertia est considerãdo festum quod ibi fit. De quo festo dicit saluator noster Iesus Christus. Simile est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias, & nolebant uenire. Iterum misit alios seruos dicens, Dicite inuitatis, Ecce prandium meum paraui. Tauri mei, & altilia mea occisa sunt, & omnia parata, uenite ad nuptias. Illi autem neglexerunt & abierunt, alius in uillam suam, alius uero in negotiationem suam. Reliqui uero tenuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, ac ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis, Nuptie quidem parate sunt, sed qui inuitati erant non fuerunt digni, &c. Matthei xxij. Cogita si palatium regis ita paratur in nuptiis primogeniti, quanto magis, &c. Quarto considerando pretiũ quod constat. Si enim unus lapis pretiosus constaret mille millia florenorum, existimas & opinaris de illo lapide, quod multum ualet. Modo cogita quantum constat regnum celi, pro quo Christus dedit totam uitam suam & pretiosissimum sanguinem suum, ut ipsum nobis emeret. Istis considerationibus ligatur chorda ita fortiter. Qđ si Deus diceret alicui bene philocapto de paradiso, Ab hinc usque ad annum ascendes mecum in celum, ille responderet, O Domine & tantum tardabo, tantum habeo stare adhuc in hoc mundo. O Domine adhuc triginta dies expectabo, domine statim faciatis me ascendere. Propter hoc dicebat Christus, Nunc iudicium est mundi. Nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia trahã ad meipsum. Io. xij. Nota, nunc iudicium est mundi, scilicet ut contemnatur, qa non pro hominibus, sed pro bestiis erat factus. Sed sumus hic exules ex proditione patris nostri Ade, qui tradidit castrum diabolo. Nũc princeps mũdi, scilicet diabolus tyrannus eiicietur foras propter mundi contemptum. Et ego si exaltatus fuero a terra. Exaltatus fuit Christus in cruce & in resurrectione, & maxime in ascensione. Omnia traham ad meipsum, scilicet per odorem celestialẽ. Tertia chorda est timor infernalis uel iudicialis. Ista chorda ligatur cogitando iudicium. Ad quod oportet personaliter uenire. Remediũ ergo est sicut de latrone fugiente cum furto in manibus, qui proiicit furtum, licet sit charũ & pretiosum. Ita debemus facere. Christus iudex insequitur nos, quia cito erit iudicium. Ideo si furatus fuisti aliquid ab ecclesia decimas, a uasallis autem per rapinam, a pauperibus per usuram, a seruitoribus per calumniam recipiendo pretium laboris sibi datum, uel alias per furtum secretum, aut male emendo uel uendendo, aut aliquid inueniendo, proiice furtum restituendo, alias iudex inueniet te cum

furto

furto in manibus & condemnabit te. Ideo time hoc iudicium, & poteris dicere cum Dauid; Confige timore tuo carnes meas, a iudiciis tuis timui. Psal. cxviij. Nota exemplum de iuuene uano, & pompoſo, & luxurioſo, ſed chorda timoris fuit tractus ad Deum. Dicatur quomodo ſomniauit ſe eſſe in iudicio. Et Chriſtus interrogabat eum dicendo, Redde rationem de uita tua, &c. Et ſubito effectus fuit canus, & de cetero emendauit uitam ſuam, & fecit magnam penitentiam. Hinc dicitur a Chriſto, In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans. Hieremie trigeſimoprimo. Quarta chorda eſt dolor temporalis. Iſta eſt fortior aliis, quando nec amore diuino, nec ardore celeſti, nec timore iudicij trahuntur. O dicit Deus, expecta modicum, quia ego ſalnabo te, ego faciam te uenire uiolenter. Recte facit Deus ſicut bonus pater, quando filius nō uult ire ad ſcholas, facit ipſum uenire, & dat ſibi alapas. Ita facit Deus. Quot homines ſunt in mundo tam religioſi, quam clerici & laici qui in proſperitate, honore, & ſanitate non curāt de Deo, q.d. domine non curetis de me, nec curabo de uobis. O uerbum infidele. Et dicit Deus, uos uenietis. dat ſibi aduerſitatem, dolores, infirmitates, perditionem bonorum uel amicorum, perſecutionē & iram dominorum, & tunc reuertuntur ad Deum, & dicunt horas & multas orationes, uadunt ad eccleſiam, cōfitentur, & cōmunicant, &c. Ecce qualiter trahuntur chorda doloris temporalis. Grego. Mala que nos hic premunt, ad Deum ire cōpellunt. Idem de mulieribus. Erit aliqua mulier uana & pōpoſa, que totum tempus & ſtudiū ponit ut ornetur perlis, aptat māmillas, oſtendit eas militibus. Sed quid facit Deus de illis perlis quas portat? ponit unā ſibi in oculo uel in carne, que reuertitur lippa, uel habebit caput ſcabioſum, uel habebit aliam infirmitatem, uel habebit infirmitatem cancri in mammilla, uel habebit malum in tibiis, & tunc non curant de tripudiis uel nuptiis, ſed quando alie uadunt ad tripudia, ipſe uadūt ad eccleſiam. Idem de muliere que uult dominari ſuper uirum, ſed maritus ipſam baculando humiliat eā, & tunc recurret ad uirginem Mariam di. adiuua me uirgo Maria. Ad religioſos, ut orent Deum, ut det ſibi pacem cum uiro. Ideo Deus pater dixit filio ſuo Ieſu Chriſto, Compelle intrare, ut impleatur domus mea. Luce decimoquarto. Vel ſint uerba Chriſti ad angelum uerum. non cogit liberum arbitrium: ſed tribulationes & aduerſitates cogunt hominem uenire ad Deum, deinde liberum arbitrium conſentit. Propter hoc Propheta in perſona Chriſti dicit, Ego quaſi nutritius Effraim portabam eos in brachiis meis, & neſcierunt quōd curarem eos. In funiculis Adam traham eos in uinculis charitatis. Oſee undecimo. Ego quaſi nutritius. Nutrix enim, ut uidetis, aliquando demulcet puerum, aliquando uerberat ut amare uel timere faciat, ita Chriſtus. Nota Effraim. Nota hiſtoriam de Iacob, qui benedixit duobus

filiis Ioseph, scilicet Manasse, & Effraim. Gen. xlviij. Isti duo Manasses & Effraim significabant duos populos. Manasses primogenitus significabat populum Iudeorū, quia Manasses idē est quod oblitus. Effraim idem est quod auctus uel augmentum, & significabat populum Christianorum qui habuit benedictionem promissam per crucem. ideo dixit, Ego nutritius Effraim, id est populi Christiani, cui per crucem dedit benedictionem. Portabam eos in brachiis meis. Quia peccata nostra ipse pertulit. j. Pet. ij. Not. in funiculis Adam diminutiue, non dixit funibus. Ratio, quia pene dolores & afflictiones huius mūdi nihil sunt in comparatione penarum inferni, sicut nec gaudia mūdi sunt aliquid respectu gaudiorum paradisi. Funiculi enim Ade sunt labores, miserie, & passiones huius mundi, quibus Deus trahit nos ad se, qui nihil sunt respectu glorie. Ideo ait Apostolus, Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, que renouabitur in nobis. Nam expectatio creature reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non uolens, sed propter eum qui subiecit eam in spe, quia ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatē glorie filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit & parturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed & nosipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, &c. ad Roma. viij. Rogemus ergo Dominum, ut aliqua istarum chordarum, uel amore, uel, &c. trahat nos ad se hic per gratiam, & in futuro per gloriam.

Feria v. post Pentecosten. Sermo unicus.

FActum est gaudium magnum in illa ciuitate. Act. viij. Non dicit in qua ciuitate factum est gaudium. Ideo pro declaratione huius uerbi anagogice sumpti, sciendum est quod inuenitur in sacra scriptura clare, quod in alio mundo sunt due magne ciuitates inter se ualde diuerse, & contrarie, scilicet ciuitas infernalis, ciuitas supernalis. Et ecce contrarietas, quia in ciuitate inferni nullum est ibi gaudium, nec letitia, nec solatium, siue consolatio. Sed tristitia & dolor infinitus. Nihil est ibi de quo non doleant & tristentur ciues istius ciuitatis. Primo tristantur de bonis huius mundi que fecerunt, siue qui sunt in hoc mundo pro eis facta, scilicet de omnibus ieiuniis, eleemosynis, &c. Ratio, quia nihil proficiunt, imo totum perdiderunt. Sicut si unus homo, qui cum magnis periculis & laboribus laborando acquisiuit multa bona, & post illa bona comburuntur, uel si furantur, qualiter dolet, plus dolent damnati. Secundo dolent & tristantur de malis & peccatis que fecerunt, non inquantum offenderunt, & iniuriauerunt diuinam maiestatem, imo isto respectu uoluissent aliquid feciſſe amplius. Sed tristan-

tur

tur inquantum ſunt cauſe & rationes pene & mali eorum. Tertio dolent de gloria ſanctorum, quam modo uident clare & inuidẽt dicẽdo, O miſeri, &c. potuiſſemus habere illam gloriam, ſi tenuiſſemus bonam uitam, & ſic triſtantur, ſicut ſi triſtaretur famelicus uidendo menſam paratam plenam cibariis, & non auderet tangere. Ita etiam ibi. Quarto triſtantur de illis, qui ſunt in inferno. Ratio, quia pro quolibet damnato augmentatur pena eorum. Sicut ſi titioni ardenti addatur alius titio, magis ardebit, & quanto plures adduntur, magis ardet. Ecce aliquas conditiones ciuitatis inferni, a qua Deus nos preſeruet. Ideo uos auiſo de bona hora & de bona uita. Ideo in perſona damnatorum dicit Hiere. cui fuit reuelata pena inferni. Defecit gaudium cordis noſtri, uerſus eſt in luctum chorus noſter. Cecidit corona capitis noſtri, ue nobis, quia peccauimus. Thren. v. Si de iſta ciuitate uellemus loqui, oporteret in themate mutare unum uerbum, dicendo, Factum eſt tedium magnum in illa ciuitate infernali magna. Alia ciuitas eſt celeſtis in qua non eſt triſtitia, nec dolor, ſed letitia, gaudium, iucunditas, conſolatio, de nullo triſtantur. Et pregaudent de bonis que in hoc mundo fecerunt, uel corde cogitando, uel ore loquendo, uel opere operando propter gloriam quam habent ex iſtis. Item gaudent & letantur de malis, & peccatis que fecerunt, non inquantum ex illis offenderunt Deum, ſed quia de illis fecerunt penitentiam, & inquantum Deus liberauit eos ab illis dicendo, O benedictus Deus, ego conſueui eſſe ſuperbus, ſed Deus mutauit mihi cor, & uixi humiliter, & ſic de aliis peccatis, de quibus gaudent, non quia ipſi fecerunt, ſed quia ab eis liberati fuerunt, & quanto peccata fuerunt maiora, tanto gaudium eſt maius. Sicut marinarij, qui quanto de maiori periculo & fortuna euaſerunt, quando ſunt in terra, tanto magis gaudent. Item gaudent de gloria ſanctorum, minor non inuidet maiori de gloria, imo letatur, quia de gloria alterius augmentatur gloria ſua, & quanto plures ſunt glorioſi, tanto magis augmentatur gloria. Verbi gratia, Sicut ſi candele accenſe addatur cereus accenſus, lumen eſt maius, & ſi addantur plures, erit maius. Item gaudent de pena damnatorum, quam uident etiam de patre & matre, uxore uel fratre, &c. non quod gaudent de malo & pena eorum, ſed de iuſtitia Dei dicendo matri, uel patri, O pater, uos eſtis ibi iuſte, uos damnauit iuſte Deus, quia uſurarius eratis, latro, uel luxurioſus. Et dicunt uxori, O putana, id eſt meretrix, ibi uos eſtis, & quanta feciſtis contra honorem meum? ideo iuſta eſt damnatio. Ecce quomodo illi de ciuitate paradiſi habent contrarias conditiones illis de inferno. Authoritas, Letitia ſempiterna ſuper capita eorum, gaudium & letitiam obtinebunt, & fugiet dolor, & [illegible]itus, ego ipſe conſolabor uos. Quis tu ut timeas ab homine mortali & a filio hominis, qui quaſi fenum ita areſcet? Eſaie trigeſimoquinto, & lj.

Nota super capita eorum, quia tanta est letitia sanctorum, & gloria, quod non potest comprehendi. ideo dicit super capita. Gaudium & letitia differunt, quia gaudium consistit in corde sine ostensione ad extra. Letitia autem non solum in corde consistit, sed extra ostenditur saltando, cantando. Ideo dicitur letitia, quasi latitia, id est lata letitia. Et fugiet dolor & gemitus: que differunt, quia dolor consistit in corde, gemitus uero non solum consistit in corde, sed ad extra ostenditur plangendo se. De ista ciuitate loquitur thema nihil mutando, dicens, Factum est gaudium magnum in illa ciuitate, scilicet paradisi. Patet ergo thema, Amore uestri ego quesiui in sacra scriptura quot sunt conditiones bonarum personarum in hoc mundo bene uiuentium, de quibus fit magnum festum in illa ciuitate paradisi, & inueni quod quinque sunt de personis, scilicet,

Persone pure innocentes,
Plene obedientes,
Digne penitentes,
Firmiter patientes,
Iuste presidentes.

De qualibet conditionum istarum dicit thema, Factum est gaudium magnum in illa ciuitate. Dico quod magnum gaudium fit in ciuitate paradisi de personis pure innocentibus, scilicet que nunquam peccauerunt, nec mortaliter, nec uenialiter, nec corde cogitando, nec ore loquendo, nec opere faciendo. De istis autem personis nulla est nec fuit unquam, nisi Christus, & uirgo Maria. De aliis autem nunquam fuit aliquis sanctus, nec propheta, nec patriarcha, apostolus, siue martyr, quin habuerint maculam peccati uenialis uel mortalis. Que sunt ergo persone innocentes pure? Dico quod pueri solum, qui decedunt antequam peccent, qui aqua baptismi fuerunt purificati de originali. Quando enim moriuntur, de eis fit festum magnum in toto regno, scilicet celo. Vultis intelligere hoc festum? Sicut quando rex de regina uxore sua habet filium primogenitum, quando nascitur, fit magnum festum in toto regno, & dicitur regi, prosit uobis filius. Maius festum fit quando regina, scilicet ecclesia sponsa regis Christi mittit sibi filium unum. De istis pueris innocentibus dicitur Christo, prosit uobis filius. gaudet totum regnum celeste. De ista materia authoritas anagogice, Mulier cum parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius. Cum autem peperit filium, iam non meminit pressure, propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Ioannis decimosexto. In ista authoritate Christus comparat mortem puerorum partui. Ratio est ex aliquibus similitudinibus. Primo quia quando creatura nascitur, exit de loco stricto, & intrat locum latum, scilicet mundum. Ita quando creatura moritur exit de loco stricto istius mundi, & intrat locum latissimum,

mum, ſcilicet celum. Quia ſicut punctus eſt quaſi nihil reſpectu circumferentie, ita terra nō eſt niſi punctus reſpectu celi. Secundo quia quando creatura naſcitur, exit de loco tenebroſo, ſcilicet utero, & intrat locum clarum, ſcilicet mundum. Ita quando moritur, exit de loco tenebroſo iſtius mundi, nobis autem uidetur clarus, & etiam nox uidetur clara noctue: ſed quando intrat claritatē paradiſi, tunc cognoſcit quid hic ſit. Tertio quando naſcitur exit de loco maculoſo, quot corruptiones ſunt in utero uxoris & uiri? & intrat locum pulchrum. Ita quando moritur, exit de hoc mundo immundo & maculoſo, quot ſunt macule peccatorum? & intrat locum pulchrum, clarum & mundū. Quarto exit de loco periculoſo, quot pericula tranſit creatura de utero matris? & intrat mundū, in quo licet ſint multa pericula, non tamen tot. Ita quando moritur, exit de hoc mundo periculoſo. Ber. Periculum huius mundi probat tranſeuntium paucitas, & pereuntiū pluralitas. In mari Maſſilie de quatuor nauibus uix una perit. Ex mari uero huius mundi, uix de quatuor animabus una euadit. Quinto naſcitur cū doloribus, quia dolores partus ſunt poſt dolores mortis maiores. Ita cum doloribus tranſit de hoc mundo ad gloriā. Dauid, Ibi, ſcilicet in morte, dolores ut parturientis in ſpiritu uehementi, &c. Pſal. xlvij. Ecce quare Chriſtus mortem creature comparat partui mulieris. Cum autem peperit, quando iam eſt in paradiſo, non meminit preſſure propter gaudiū, quia natus eſt homo in mundū. Proprie celū empyreū dicitur mūdus, ſcilicet a munditia. Moraliter habetis hic doctrinā, ne multū ploretis, quando pueri ueſtri parui moriuntur. Sed quaſi pro gratiarū actione proiiciatis ſex uel octo lacrymas dicendo, Fili ora pro me. Benedictus Dominus, quia habeo unū camerarium in celo. Et nunquid placeret uobis ſi Rex Francie tranſiens per iſtam uillam, & uideret filium ueſtrū ſibi gratiſsimum, reciperet eū pro curia ſua, & ipſum indueret ſtatim de auro & ſerico, & faceret eum militem & comitem, haberetis uos triſtitiam de hoc? non profecto, ſed gaudium & letitiam, dicendo, O gratias Deo, &c. Item de regina recipiente filiam ueſtram. Sed plorarētis ex letitia parum, quia naturale eſt, quod receſſus a preſentia ueſtra det dolorem. Sic quando rex glorie Chriſtus recipit filium ueſtrum, tunc tranſit per iſtam uillam & ducit ſecum, ſtatim induitur de auro, ſcilicet de ueſte glorie, & ſtatim fit maior dominus, quam unquā fuerit in hoc mūdo Papa uel Imperator. Maior enim eſt gloria minoris q̄ eſt in paradiſo, q̄ Pape uel Imperatoris. Ideo magnū peccatū eſt de illis q̄ faciūt magnū plāctū & triſtitiā de illis pueris, cū deberetis facere de his maius feſtū quam de magnis in die nuptiarū. Ideo Apoſtolus, Nolumus uos ignorare de dormiētibus, id eſt innocēter in Chriſto quieſcētib⁹, ut non contriſtemini, ſicut & ceteri qui ſpem non habent. j. ad Theſſa. iiij. Secunda conditio perſonarū, de quibus fit feſtū in celo, eſt melior,

ſcilicet

scilicet de personis plene obedientibus, sicut sunt illi qui quando habent etatem discretionis, recipiunt propositum ante mortem sustinere, quam facere contra uoluntatem, & mandatum Dei, & sic conseruãt se in puritate baptismali gratiam augmentando. Nolunt se regere secundum sensualitatem, & eorum inclinationem, sed secundum uoluntatem Dei dicendo, Domine ego inclinatus sum ad superbiam, sed uideo, quod uos Domine precepistis humilitatem, ideo uolo uiuere humiliter, & sic de aliis, De istis talibus fit magnum festum in celo, qui quando uident, quod homo sic se coseruat, quod pro nullo lucro, officio, dignitate, seu honore facit contra Dei mandatum, imo quãdo dicitur eis, Vos possetis lucrari tot florenos, si feceritis falsum iuramentum, dicunt hoc esse peccatum mortale. Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, &c. Item si dicitur eis, Vos possetis habere placitum cũ tali muliere, &c. dicunt nolo placitũ, quod tanti constaret mihi, quia essem damnatus. Idem de uindicta inimicorũ. Sancti de tali faciunt magnum gaudium in celo, &c. Declaro per talem similitudinem. Si rex mitteret unũ militem ex suis inter inimicos suos, qui multis modis tentarent militem ut faceret contra regem promittendo sibi honores, officia, diuitias, &c, Ipse autem miles tanquã bonus & fidelis dicit, Mihi non placet, quia nullo modo faciam, quia hoc esset cõtra honorem regis. Quando talis miles reuertitur ad curiam, & omnes sciunt suam fidelitatem, omnes faciunt sibi magnum festũ & gaudium. Ita Deus misit nos in hunc mundum inter inimicos. Qui enim uult bene uiuere, ille habet multos inimicos, Primo carnem, quia caro semper inducit & inclinat ad ea que sunt contra Dei honorem. Secundo sensus corporis interiores & exteriores, ad extra autẽ sunt demones & occasiones peccandi, & contradictiones, uir contradicit uxori, & econuerso, pater filiis, & frater fratri, &c. Si uolunt tenere bonam uitam, & facere penitentiam, tunc ut ait Dominus, Inimici hominis domestici eius. Matth. x. Qui ergo scit prudenter se conseruare inter tot inimicos, nec facit contra Dei honorem, nec eundo ad diuinos pro aliqua necessitate. & sic de aliis preceptis. Quando talis uenit ad curiam celi, fit sibi magnum festũ, dicente sibi Christo, Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, &c. Matth. xxv. Nota, Euge est interiectio gaudentis. Serue bone, quia tenuisti bonam uitam, & fidelis, quia nihil feciſti cõtra honorem meum. Mortaliter instruimur, ut seruemus Dei mandata, quia aliter no possemus paradisum intrare. Ratio quia seruus qui non facit uoluntatem Domini, non consequitur solidatam siue salarium. Sic nos omnes sumus captiui Christi, qui pro solidata siue stipendio promittit nobis regnum celeste, si bene seruimus sibi. Ideo Christus, Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Matth. xix. De obedientibus ergo dicit thema,

Factum

Factum eſt gaudium magnum,&c. Tertia conditio eſt de perſonis digne penitentibus, que perdiderunt puram innocentiam, & multoties fecerunt contra Dei mandata. Remedium quod habent ex digna penitentia, habet duo. Primum eſt afflictio corporalis. Secundum eſt diſcretio intellectualis. De primo remedium eſt caſtigare carnem dicendo, Domine iſta caro fecit me peccare, ego eam caſtigabo,& recipiã cilicium aut diſciplinam. Ideo Chriſtus dicit Facite fructus dignos penitentie. Luce iij. gloſſ. quia iuxta modum & quantitatem peccatorum debet eſſe penitentia. Qui enim plus peccauit, maiorem tenetur facere penitentiã. Secundo requiritur diſcretio intellectualis, ne ex afflictione perdatur maius bonum, ſcilicet ex nimia uigilia perdat ſermonem, uel ex nimio ieiunio orationem que eſt melior. Item ne ex nimia penitentia pars iniurietur, talis debet eſſet quod non ſit preiudicatiua parti. Ideo diſcrete debet fieri, quilibet ſcit quãtum poteſt portare aſinus ſuus in tanta uia. De iſta materia dixit Ieſus talem ſimilitudinem. Que mulier habens drachmas decem,& ſi perdiderit drachmam unam, nõne accendit lucernam, & euertit domum, & querit diligenter, donec inueniat eam? uſque, ſuper uno peccatore penitentiam agente. Luce xv. Mulier iſta ſignat perſonam obedientem ad decem precepta, que ſunt quaſi decem drachme, que auree ſunt, quia eis emitur regnum celorum. Perdit drachmam unam, quando peccat contra unum preceptum, uel primum, ſecundum, &c. Et euertit domũ cordis, quam oportet facere per quatuor, ut fecit illa mulier, que primo accendit lucernam. ecce cognitio peccatorum. Secundo euertit domum, ecce contritio peccatorum, quando dicet, O miſer ego ſum religioſus, uel clericus, uel uxoratus, &c. & euertit domũ cordis, de his dolendo de quibus fuit delectatus. Tertio, & querit diligenter, ecce hic confeſsio ubi queruntur peccata dicendo, Pater ego peccaui corde, cogitando hec & illa, &c. ore loquendo de iſtis & de illis, &c. Opere faciẽdo, quia omiſi per meam malitiam talia precepta, & tali modo commiſi peccata, ſic per ordinem & tempus & locũ, & cetera que requiruntur. Quarto, inuenit drachmam, ſcilicet gratiam, Dei quando abſoluitur a confeſſore dicendo, Ego te abſoluo. Et tunc gaudent ſancti. Quia gaudiũ eſt angelis Dei ſuper uno peccatore penitentiã agente. Ergo factum eſt gaudium magnum, &c. Quarta eſt de perſonis firmiter patiẽtibus, quia quando habent aduerſitates, patienter eas ſuſtinent dicẽdo, Domine ex quo uobis placet, quia alias iſta mihi non euenirent, placet mihi etiam. Vos dediſtis mihi iſtam infirmitatem, ſed in celis dabitis mihi plenam ſanitatem, quia ego modo habeo patientiam. Idẽ de paupertate. Spero Domine quod ero dives in paradiſo, & de illa aduerſitate recipiunt amaritudinem cordis, nec murmurant contra Deum, de talibus fit magnum gaudium in paradiſo. Authoritas, Beati eritis cum

uos

uos oderint homines, & cum ſeparauerint uos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen ueſtrum tanquã malum propter filiũ hominis. Gaudete & exultate. Ecce enim merces ueſtra multa eſt in celo. Luce vj. Ex iſta ratione dicebat Iacobus, Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in tentationes uarias incideritis, ſcientes quod probatio fidei ueſtre patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet ut ſitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Iaco. j. Quinta eſt de perſonis iuſte preſidentibus, ſicut ſunt omnes illi, qui iuſte regũt populum ſuum, ſiue ſint domini ſiue officiales. Iuſte preſidere requirit, primo ut intrent per portam, quod non ſint intruſi per potentiam, propter nobilitatem, &c. Secundo ut quando ſunt intus, ſeruent iuramentũ, quod fecerunt in ingreſſu de iuſtitia ſeruanda, & de utilitate Reipublice cuſtodienda, corrigendo uitam malam, & peccata notoria. Idem dico de prelatis eccleſiaſticis, qui quando ſunt intus, magis curant de animabus, quam de reditibus. De talibus autem magnum feſtum fit in celo. Authoritas, Que eſt enim noſtra ſpes, aut gaudiũ, aut corona glorie? Nonne uos ante Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in aduẽtu eius? Vos enim eſtis gloria noſtra, & gaudium. j. ad Theſſa. ij. Ecce qualiter dicit thema, Factum eſt gaudium magnum in illa ciuitate. Secus eſt de malis rectoribus, melius fuiſſet eis, ſi fuiſſent paſtores porcorum, quia maiorem damnationem habebunt quam homicide, quando faciunt contra iſtud iuramentum. Ideo auiſetis uos, &c.

Feria ſexta poſt Pentecoſten.

Sermo unicus.

NE derelinquas animam meam in inferno. Actuum ij. & Pſal. xv. Pro huius uerbi declaratione & materie introductione, ſciẽdum quod in inferno loqui poſſumus dupliciter, ſcilicet uel per cõparationem ad malitiam damnatorum, uel per comparationem ad iuſtitiam diuinam. Si capiatur comparatiue ad damnationem, nullus eſt ibi ordo, nec ordinatio aliqua, nec charitatis, nec amicitie, nec prudentie, nec corde diligendo, nec ore loquendo, quia non diligunt Deum. Primo uellent, quod Deus annullaretur, nec diligunt proximum, imo unus contra alium indignatur. Nec filij diligunt parentes nec ecõuerſo, imo unus uerberat alium dicens, O miſer, o traditor, dicit filius patri, per te ſum damnatus. O maledicte pater, quare me genuiſti? O infelix mater, quare me peperiſti? Maledicta hora in qua natus ſum. unde Iob tertio. Pereat dies in qua natus ſum. Et econuerſo parẽtes aiunt filijs, O nequiſsime, quia uoluimus pro te congregare, ſumus hic damnati. Maledicta hora, &c. Et nota quomodo cõcubine ſacerdotũ loquũtur dominis ſuis, quia neſciũt loqui amicabiliter inter ſe, & ſic ſemper blaſphemant Deum, & ſeipſos maledicunt. Ita quod in ore eorum nulla eſt or

eſt ordinatio,ſed omnis blaſphemia.Authoritas,Apocalypſis decimo ſexto.Eſtuauerunt homines eſtu magno , & blaſphemauerunt nomen Dei habentis poteſtatem ſuper has plagas , neque egerunt penitentiam,ut darent illi gloriam . Nec eſt ibi ordo reuerentie, nec amicitie, imo ut dixi inuadunt ſe inuicem percutiendo,quanto amores fuerunt maiores & ardentiores adinuicem,tanto magis ſunt ibi in ſeipſos crudeles & magis ſe odiunt. Ideo quantum ad malitiam damnatorũ nullus eſt ibi ordo . unde Iob de inferno loquens dicit , Vbi umbra mortis,& nullus ordo,ſed ſempiternus horror inhabitat,Iob decimo. Secundo ſi uolumus loqui de inferno,quantum ad iuſtitiam diuinam,eſt ibi ordo dans penam iuxta malitiam peccatorum. Authoritas, Deutero.uigeſimoquinto . Pro menſura peccati, erit & plagarum modus.& Iſaie uigeſimo ſeptimo.In menſura contra menſuram,cum abiecta fuerit,iudicabit eam,ſcilicet animam a corpore ſeparatam.Item authorit. noui teſtamenti.Apocalypſis xviij. Quantum glorificauit,ſe & in deliciis fuit,tantum date ei tormentum , & luctum.Ecce ordinatio ſecundum iuſtitiam Dei. unde ad Romanos xiij. Que a Deo ſunt,ordinata ſunt.Cum ergo pene inferni ſint a Deo,oporet dicere,quod ibi ſit ordinatio reſpectu diuine iuſtitie. Et de iſta ordinatione uolo uobis predicare auiſando uos,ut quilibet ueſtrum dicat orando, Domine ne derelinquas animam meam in inferno,quia ſic fuit thema . Vnde notandum quod ordinatio inferni oppoſita eſt ordinationi paradiſi celi. Primus ordo in celo, eſt ordo angelorum aſcendendo.Secundus archangelorum,&c.& illi qui tenent in hoc mundo bonam uitam,ibidem ſecundum eorum merita collocabuntur,& ſic ſecundum theologiam in celo ſunt nouem ordines angelorum , & in quolibet ſunt anime ſancte ſecundum quod meruerunt . Si per oppoſitum in inferno ſunt nouem carceres demonum,ubi collocantur etiam anime damnatorum. De iſtis nouẽ ordinibus angelorum Lucifer fuit ſummus & pulchrior, ut dicit Gregorius . Qui uidens ſe in tanta exellentia ſuper alios uoluit Deo equiparari,& hoc reuelauit dicens, Ecce quid uobis uidetur? erit bonum quod ego aſcendam,&c.Et multi de quolibet ordine conſenſerunt, & ceciderunt, ut faciunt hodie multi in mundo adulatores dominis terrenis,& cadũt ſepe. Sed ſanct⁹ Michael, Gabriel,Raphael, & multi alij infiniti audiẽtes hoc,noluerũt cõſentire,ꝙ creatura equipararetur creatori ſuo.ideo fuit ei primũ bellum,dicẽte domino illud. pſal.c.Nõ habitabit in medio domus mee, q̃ facit ſuperbiã.Extra prothot.Ideo demon nõ aliud eſt quã angelus malus.De iſto ꝓlio dicitur Apo.xij.Factũ eſt prelium magnũ in celo.Michael & angeli eius prelia bantur cũ dracone,& draco pugnabat, & angeli eius,& non ualuerũt, neque locus inuentus eſt eorum amplius in celo. O quam magnũ prelium,ſicut ſi ex una parte eſſent centum millia , & ex alia decies cẽtum millia.

millia. Plures fuerunt angeli quam modo sunt homines in mundo, & ideo nunquam fuit in mundo tam magnum prelium. Nota, draco dicitur Lucifer, qui deuorauit alios angelos malos, qui quãto in celo fuerunt altiores & digniores, tanto sunt in inferno profundiores. Nota similitudinem de lancea, si homo teneat lanceam in manu super montem, & in ferro seorsum ponantur mille libre plumbi, si lãcea proiiciatur de alto, tunc plumbum ponderosum faciet lanceam descendere ue locius & profundius in basso, & sic cadet propter plumbum in inferiorem & profundiorem locum. Sic Lucifer erat sublimior, & ideo cõfusibilior & durius uersus est, propter plumbum sue superbie, & plus ponderabat in peccato. Ideo descendit in inferiorem locum. Isa. xiiij. Quo modo cecidisti de celo Lucifer, qui mane oriebaris, scilicet in celo? Corruisti in terram, scilicet infernalem, qui uulnerabas gentes, scilicet malos angelos, qui dicebas in corde tuo, scilicet propter tuam magnã superbiam. In celum ascendam, scilicet empyreum, super astra Dei, id est super omnes alios angelos, exaltabo solium meum, scilicet nomen meum: sedebo in monte testamenti, scilicet in paradiso: ascendam super altitudinem nubium, & similis ero altissimo. Non sic impij, nõ sic. Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci, quia, scilicet in ultimo carcere inferni est damnatus. Vt ergo simus super custodiam nostram fugiendo uitia, & uitutes acquirendo, ut caueamus ab infernalibus carceribus, dicamus cum propheta. Ne derelinquas animam meã in inferno. Charissimi uolo uobis ostendere & dicere, quod sunt nouem carceres in inferno, sicut sunt nouem mundi male uite in hoc mundo, & illi qui tenent primum modum male uite, id est peccati, uadunt ad primum carcerem, & qui tenent secundum, uadunt ad secundum. & sic de aliis.

Primus modus male uite est carnalis conuersatio,
Secundus spiritualis indeuotio,
Tertius crudelis incompassio,
Quartus mirabilis impatientia,
Quintus implacabilis discordia,
Sextus tyrannicalis presidentia,
Septimus spiritualis usurpatio,
Octauus fidei derelictio,
Nonus Dei abominatio.

Primus modus male uite in hoc mundo ad eundum ad primum carcerem inferni, est carnalis conuersatio quo ad corpus, quem tenent illi qui non curant de anima, sed totam diligentiam ponunt in corpore, scilicet bene comedendo, bibendo, uisitando tabernas, &c. qui taliter in hoc mundo delectantur. Dic practice modum, quando tales sunt in articulo mortis, diabolus qui fecit eos peccare uidens hoc, cum festinatione

nationc uadit ad infernum coram Lucifero dicens, O Domine maledicte. Talis est in articulo mortis, quem feci peccare tali peccato mortali. O dicit Lucifer. Iam cito uadatis. Tunc ueniunt omnes ad istum, & inueniunt ibi bonum angelum suum & dicunt ei, Recede, quia nihil habes in isto homine, quia noster est: nunquid fecit tale peccatum? Et angelus respondet eis, Adhuc potest penitere. O dicunt, nimis tarde est. Nota hic bene causas, quare uix aut nunquam potest aliquis taliter agonizans uere penitere, & ueram contritionem habere propter multa impedimenta. dic ut scis. Et tunc quando ista anima exit a corpore, demones rapiunt eam, sicut leo ouem, & sicut falco auem, dicentes, O misera maledicta, que sic peccasti, iam nobiscum eris in eternum tibi dabimus quod meruisti, & sic eam cum catenis & magnis ululatibus deducunt in infernum, & ponunt eam in primo carcere inferni. Si ergo uultis euadere istum carcerem, caueatis a carnali conuersatione, dando solum necessitatem uite humane, uitando superfluitatem, agendo penitentiam. quia corporalis afflictio erit in primo ordine in gloria, scilicet cum angelis. Ideo Christus contrarium facientibus ait, Luc. xiij. Dico uobis nisi penitentiam egeritis, scilicet refrenando corpus freno abstinentie, & penitentie: omnes simul peribitis, sicut diues epulo. De quo dominus Luc. xvj. Mortuus est diues, & sepultus in inferno. Sed hic uideamus unum magnum secretum. Quare damnatio istius diuitis uocatur sepultura, cum certum sit, quod eius corpus non sit sepultum in inferno, imo corruptum est in terra. Dico quod propter tres similitudines sepultura inferni comparatur sepulture mortui in hoc mundo. Ideo damnatio in inferno dicitur sepultura. Primo quia quando moritur una persona notabilis, aliquis amicorum suorum immediate uadit ad denunciandum curato, & aliis sacerdotibus ecclesie, & tunc presbyteri commouentur dicentes, eamus eamus, &c. Similiter est in inferno, quia quando talis moritur, denunciatur Lucifero prelato inferni per illum qui fecit eum peccare, ut supra dixi, & tunc Lucifer & alij demones commouentur, & faciunt rumorem magnum. Ysaie decimoquarto. Infernus subter te conturbatus est, in occursum aduentus tui suscitauit tibi gigantes. Secunda similitudo, quia presbyteri uadunt ad domum defuncti, ut portent eum ad ecclesiam, cum cruce & ornamentis cantando planctus & cantum doloris. Similiter demones ueniunt ad domum peccatorum, & portant animam ad infernum cum cruce inferni, que est circulus. Psalmo undecimo. In circuitu impij ambulant, & cantant cantus horribiles, sicut uenatores, quando uolunt capere predam. Vnde Prouerbiorum uigesimoprimo. Vir qui errauerit a uia doctrine, in cetu gigantium commorabitur. Via doctrine dicitur uia penitentie, quia illam Christus docuit. Matthei quarto. Penitentiam agite, &c. Gigantes sunt diaboli, quia

sunt magne statureꝙ,quia minor diaboli inferni est maior maxima turri uel arbore existente in mundo. Tertia similitudo est, quia sicut fiunt diuerse sepulture mortuorum secundum diuersos status personarum,sic in inferno sunt diuerse sepulture. Vnde Ezechielis trigesimo secundo nominantur septem sepulture inferni. Ibi Assur, ibi Elam, ibi Moloch, ibi Tubal, ibi Idumea, ibi Aquilo, ibi Pharao sepultura est. Nota ibi septem sepulturas.prima Assur,quod interpretatur nemus.& est superbia.Elam interpretatur abiectio in congregatione, & est auaritia. Moloch interpretatur captiuatio,& est luxuria. Idumea interpretatur sanguinolenta, & est gula. Aquilo interpretatur parturiens, & est ira. Tubal interpretatur fletus, & est inuidia. Pharao idem est quod denudabitur,& est accidia. Ponam primo Idumeã secundum ordinem penarum damnatorum,que interpretatur sanguinolenta, quia tales sunt carnales,gulosi.Per peccatum illud totum corpus & sanguis corrumpitur, & abbreuiatur uita,& generantur infirmitates.Vnde Ecclesiastic.xxxvij. In multis escis erit infirmitas. Quod patet clare,quia antiquitus uiuebant per multa tempora, ut patet de Adam, Mathusalem,& Noe,& non comedebant nisi panem,& aquam, herbas & fructus terre,nec bibebant uinum,nec comedebant carnes, sed nos miseri,&c. Tales sepeliuntur in inferno in primo ordine demonum in puteo pleno calce uiua.In tali sepulchro fuit sepultus ille diues, &c.Luce decimosexto,nec potuit obtinere guttam aque, nec unquam obtinebit.Calx uiua de sua natura consumit omnia illa cum quibus posita sit. Sic gulosi & carnales de cibis & potibus cõsumunt corpus & animam & bona temporalia, de quibus pauperes bene uiuerent. Ideo Sapientie undecimo.Per que quis peccat,per hec & punietur, &c. Secundus modus male uite est spiritualis indeuotio, quo ad animam.Multi sunt qui nullam deuotionem in sua anima habent ad Deum, nec sciunt orare recte, sed si loquerentur cum principe aliquo temporali bene scirent flectere genua, sed cum Christo uel uirgine Maria uix nisi se induendo uel calciando,quod nunquam ausi essent facere coram rege temporali uel regina.Et credendum est, quod oratio eorum non ascendit, quia nesciunt quid dicunt, & oratio est ascensus mentis in Deum,ut dicit Damascenus,nec tales missam audiunt, nisi prius potauerint, aut respiciunt mulieres, uiros, & econuerso, uel loquuntur adinuicem de malo suo, nec confitentur aut communicant tempore debito. Idem de ecclesiasticis, non dicunt officium nisi confuse & indeuote, non celebrant nisi pro proprio commodo, &c. & tunc dicunt duas missas, & libenter dicerent tres. Sic hic quando tales moriuntur portantur in secundum carcerem a demonibus, qui ceciderunt de secundo ordine,scilicet archangelorum.Ideo. Psalmo septuagesimosecundo.Ecce qui elongant se a te, peribunt,scilicet per indeuotionẽ,

uotionem, ſicut homo per deuotionem appropinquat Deo. Et iſtis deberur ſepultura Pharao, quod idem eſt quod denudabitur, & eſt accidia, quia multi quando ſunt diuites temporaliter, per ſuam indeuotionem ſunt pauperes ſpiritualiter nulla bona habentes. Vnde Luce decimo. Homo quidam deſcendebat a Ieruſalem in Iericho, qui incidit, &c. Tales quando moriuntur, ſepeliuntur in inferno in ſimo hominis. Ideo Ioelis primo. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo, & quia indeuoti fuerunt, morientur ut non oretur pro eis. Ideo Auguſtinus dicit, Si ſcirem partem meum in inferno eſſe, facerem conſcientiam orare pro eo, quia in inferno nulla eſt redemptio. Iob decimo. Quia damnati ſunt membra abſciſſa a corpore eccleſie, & mortua & ſeparata ab eccleſia, ideo nulla opera bona proſunt eis. Tertius modus male uite eſt peior, ſcilicet crudelis incompaſsio. Ex quo ſunt multi bene induti & parati, non curant nec compatiuntur de miſeriis aliorum, cum tamen omnes fratres ſimus eiuſdem patris. Ideo orando dicimus, Pater noſter qui es in celis. Matthei ſexto, & Luce undecimo, & eiuſdem matris, ſcilicet eccleſie ſponſe ſue, qui nos parturiunt in baptiſmo. Ideo Chriſtus, Matthei uigeſimotertio. Omnes autem uos fratres eſtis. Ergo compati debemus adinuicem, ut poſsimus eſſe in tertio ordine in gloria paradiſi cum principatibus. Qui habent miſericordiam fraternalem, ibi erunt. Aliter dicitur Iacobi ſecundo. Iudicium ſine miſericordia fiet illi qui non facit miſericordiam. Tales quando moriuntur ita crudeles, anime eorum ſepeliuntur in tertio carcere in inferno cum illis diabolis qui ceciderunt de tertio ordine principatuum, & de illis dicitur, Ibi Elam que interpretatur abiectio in congregatione. Tales ſunt auari qui in hoc mundo faciunt magnam congregationem bonorum temporalium iniuſte acquirendo. Nota quomodo decipiunt pauperes, tales ſepeliuntur in inferno in puteo pleno auro bullienti, quia ut ſupra. Per que quis peccat, &c. Sapientie undecimo. O Chriſtiani recordamini illius uerbi Chriſti dicentis Marci v. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam cõſequentur. Quartus modus male uite eſt mirabilis impatientia, ſicut ſunt illi qui contra Deum in aduerſitate indignantur, intantum quod ſi poſſent darent ei de pugno. De quibus dicit ſcriptura Eccleſiaſtici ſecundo. Ve illis qui perdiderunt ſuſtinentiam, id eſt patientiam, & qui dereliquerunt uias rectas, ſcilicet patientie & dulcedinis, & diuerterunt in uias prauas, ſcilicet murmurationis & diſcordie & impatientie. Tales ſepeliuntur, quando moriuntur in quarto carcere in inferno cum demonibus, qui ceciderunt de quarto ordine. ſ. poteſtatũ. De quibus dicitur ibi, Aquilo q̃ interpretatur parturiẽs, & ſunt iracundi, quia ſicut qui prurit, ſtat in dolore, ita iracũdi ſunt ĩ dolore, quãdo nõ poſſunt ſe uindicare, cogitã

do etiam quomodo poterunt uerba iniuriosa proferre,& reddere, & stant in dolore.Et isti sepeliuntur in inferno in fouea serpentibus plena, qui eos pungunt & comedunt, sicut ipsi pupugerunt proximos suos,& comederunt,iniuriando uerbis,& non remittendo.Ideo Matthei sexto.Si non dimiseritis hominibus, &c. ergo, Per que quis peccat,&c.O Christiani facite oppositum seruando patientiam uirtualem, quia dicitur Luce. xxj. In patientia uestra possidebitis animas uestras. Quintus modus est peior, scilicet implacabilis discordia, scilicet portando semper odium,rancorem,& inuidiam in corde suo. Hic modus inuenitur in his qui semper inuident aliis, & nituntur destruere bona proximi sui. O quantum dolent isti de bonis & prosperitate aliorum, corde cogitando, ore loquendo, & opere implendo suum odium in eis si possent. Tales quando recedunt,trahuntur a demonibus in quintum carcerem inferni cum illis qui ceciderunt de quinto ordine. De quibus dicitur,Ibi Tubal,sepultura eius,quod interpretatur fletus, & est peccatum inuidie,quia ut dixi,inuidus flet, & dolet de bonis alterius. Tales sepeliuntur in inferno in puteo pleno pice bulliente niger rima,quia habuerunt cor nigrum & obscurum, non clarum, & non egerunt iuxta preceptum Christi.Hoc est preceptum meum,ut diligatis inuicem sicut dilexi uos.Ioannis.xv.ideo Christus Matthei xviij.tradidit eum tortoribus,quia cum dominus suus dimisisset sibi decem mil. lia talenta, noluit misereri conserui sui qui debebat ei centum denarios.O Christiani, &c.Secus est de illis qui non portant inuidiam,nec habent rancorem,&c.sed amore Dei diligunt proximum dimittendo iniuriam,ne dominus sumat de eis uindictam. Matthei sexto. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet uobis pater uester celestis delicta uestra. Sextus modus est tyrannicalis presidentia quantum ad dominos & prelatos qui non habent bonum titulum uel iustum, qui non se bene regunt, quando habent dominium uel prelationem dando se ribaldariis,ebrietatibus,ludis,&c,uigilando in his usque ad mediam noctem,&c.fiunt pompe ut uix sufficiant in reditibus habendo, quasi qualibet hebdomada nouum tabernum uel habitum, non ministrant pauperibus eleemosynam,nec curant de iustitia tenenda.Contra tales dicitur Sapientie sexto. Iudicium durissimum his qui presunt fiet.Durissimum in superlatiuo gradu. Nam durum de propria persona,durius de domo & familia,sed durissimum de toto dominio & prelatione. Quia quando tales moriuntur, ad sextum carcerem inferni cum diabolis, qui ceciderant de sexto ordine dominationum,portabuntur. De illis dicitur ibi, Moloch, quod interpretatur captiuatio, & est luxuria, fornicatio, &c. quia omnis peccator coram Deo est fornicator, quia facit fornicari filiam Dei, scilicet animam nobilissimam. Tales sunt luxurioſi, qui capiuntur a diabolo sicut pisces hamo,

hamo, quia sicut piscator cooperit hamum ne pisces uideant, sic diabolus accipit peccatores, & specialiter luxuriosos ostendendo eis delectationes & hamum, id est tormenta que post peccatum sequuntur, occultat, & postea trahit ipsos cum peccato ad infernum. Vnde Ecclesiastici nono. Sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo. Tales sepeliuntur in inferno, in puteo pleno sulphure. Sulphur ardens multum fetet. Sic mali presidentes & luxuriosi inflammati in concupiscentiis & libidinibus & desiderii s malis multum fetent coram Deo, quia ardenter desideraverunt decipere proximum suum, &c. Ideo erunt in sulphure. Apocalypsis uigesimoprimo. Pars illorum erit in stagno igne ardenti & sulphure, quia ut supra. Septimus modus est spiritualis usurpatio consistens in hoc quod est reditus, & decimas retinere. Contra tales dicit Augustinus. Lucrum in arca, damnum in conscientia. Et religiosi Deo furentur, quod sibi dederunt, scilicet corpus per uotum castitatis: quia multoties sunt inhonesti & luxuriosi. Item animam furantur, quam dederunt per uotum obedientie, quia sepe sunt inobedientes, & rebelles suis prelatis. Item bona temporalia, que per uotum paupertatis dederunt Deo dicentes illud Matthei decimonono. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Sed per affectionem terrenam retrorsum respiciunt. Ideo Christus Luce nono. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Quando tales qui retinuerunt bona Dei, iniuste uel male expenderunt, moriuntur, detrahuntur ad infernum, ad septimum carcerem cum demonibus, qui ceciderunt de septimo ordine demonorum, & sepeliuntur in puteo pleno ueneno bullienti. Nota quá do Constantinus imperator magnus dedit reditus ecclesie propter Deum, id est ministris ecclesie propter Deum: audita fuit, ut dicitur a nonnullis, uox in aere ipso die dicens, Hodie in ecclesia Dei seminatum est uenenum, scilicet pro ipsis qui male utuntur bonis ecclesie, uel ea iniuste retinent. Ideo per que quis, &c. Octauus modus, male uite est fidei derelictio, quando, scilicet iam in corde dubitamus tenentes errorem, falsas opiniones de Deo, uel de sanctis, uel de articulis fidei. Quia sicut dicitur secunde Petri secundo. Melius esset illis non cognoscere uiam iustitie, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Contingit enim eis illud ueri prouerbii, Canis reuersus ad uomitū suū, & sus lota in uolutabro ueri. Item Prouerbiorum uigesimosexto. Sicut canis qui reuertitur ad uomitum suum, sic imprudens qui iterat stultitiam suam, &c. Quando uero tales moriuntur deportantur ad infernum ad octauum carcerem cum illis qui de octauo ordine ceciderunt, scilicet Cherubin. Et de istis & aliis sequentibus dicitur, Ibi Assur sepultura eius

quod interpretatur nemus, & ſignificat ſuperbiam, quia in nemore ſunt arbores inordinate. Ita ſuperbi ſunt inordinati, quia nolunt tenere ordinationem Chriſti dicentis, Matthei undecimo. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Item arbores nemorum ſunt infructuoſe, quia non habent niſi folia & frondes, ſic ſuperbi crudeles habent plura uerba uana, pompoſa, & frondes, ſcilicet uanitates portando noua ornamenta, ſicut cornua, caudas, &c. Et nullum habent fructum, quia dicitur ad Hebreos undecimo. Sine fide impoſsibile eſt placere Deo. Tales ſepeliuntur in inferno, in puteo pleno plumbo liquefacto: quia plumbum eſt ponderoſum, & conueniens eſt ad humiliandum eos qui noluerunt eſſe humiles in hoc mundo, iuxta dictum uerbi Chriſti, Luce decimooctauo, qui ſe exaltat humiliabitur. Nonus modus male uite eſt peior omniũ, ſcilicet Dei abominatio, ut illi qui iraſcendo Deum blaſphemant, negant & renegant, ut faciunt ſepe luſores taxillorum, & homines armorum in domibus pauperum laboratorum, in deſpectum Chriſti & uirginis Marie, eos uerberando & bona eorum auferendo. De talibus dicitur Tob. xiij. Maledicti erunt qui contempſerint te, & condemnati erunt omnes, qui blaſphemauerunt te. Quoniam omnes tales ſine penitentia frequenter moriuntur, & includuntur in nono carcere inferni cum illis qui de nono ordine, ſcilicet Seraphim ceciderunt, & credo quod tales ſepeliuntur in infimo loco cum lucifero. contra autem dicendum eſt, & erit de illis, qui benedicunt Deum. Tob. xiij. Benedicti erunt qui edificauerunt te, & beati omnes qui diligunt nomẽ tuum, quoniam tu benedices iuſto. Tales ueraciter poſſunt dicere, Ne derelinquas animam meam in inferno, &c. Quod nobis concedat omnipotens, &c.

De ſancta Trinitate.

Sermo j.

QVomodo poſſunt hec fieri. Ioan. iij. Hec queſtio eſt in euangelio hodierno, ſed ſolutio eſt. Io. xj. & xiiij. c. Cum magiſter noſter Ieſus Chriſtus docuiſſet diſcipulos ſuos, & eis mirãda dixiſſet de diuinis perſonis, & inter alia de patre dixiſſet hec uerba, In domo patris mei manſiones multe ſunt, &c. His auditis dixit Philippus Chriſto, Domine oſtẽde nobis patrem, & ſufficit nobis. Chriſtus reſpondit Philippo dicẽs, Qui uidet me, uidet & patrẽ meum, &c. Ex qua hiſtoria patet quod magiſter Ieſus Chriſtus Philippum querentem & petentem reprehendit dicẽs, Quomodo tu dicis oſtende nobis patrem. Sub iſtis uerbis Philippi loquentis Chriſto magiſtro ſuo poteſt fieri talis queſtio & petitio. An diſcipulus qui audit magiſtrum loquentem difficilia ad diſcendum & intelli-

telligendum, posit magistro mouere questionem sine reprehensione, & quando & in quibus casibus hoc posit fieri. Dicendum quod in tribus casibus, quos ponit sanctus Io. Primus casus uel prima conditio est, quando lectio magistri est supernaturale ingenium hominis & intellectum, hoc est quando excedit humanam rationem. Istū casum ponit Ioan. iij. cap. ubi dicit, quod magister noster Christus dicens Nicodemo, inter alia dicit sibi, Amen amen dico uobis, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest uidere regnum Dei. Ecce Christi lectio & disciplina. Hec lectio excedit naturale ingenium hominis seu intellectū, quia homo quando est iam senex quod iterum nascatur, quod uterum matris ingrediatur, humanum excedit intellectum. Ideo Nicodemus istam disciplinam non ualens intelligere, formauit super eam questionem & dixit ei, Quomodo potest homo renasci cum sit senex? Nūquid potest in uētrem matris sue iterato introire & renasci? Et tūc magister Iesus Christus sibi exposuit, quod erat duplex natiuitas. Vna in matris utero. Alia uero in baptismo & spiritu sancto. Vltimo modo oportebit eum nasci qui uoluerit uidere regnum Dei. Secundus casus seu conditio est quando lectio magistri est contra experimentum consuetudinis generalis, hoc est quando excedit omnem consuetudinem & uisionē. Istum casum exposuit beatus Ioan. vj. cap. ubi exprimit quod Christus docens suos discipulos inter alia dixit, Ego sum panis uiuus qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in eternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est. Ecce Christi lectio. Hec lectio excedit omnem consuetudinem & experimentum, quod homo det carnes suas aliis ad manducandum & nutriendum, hoc nunquam est uisum nec probatum nec auditum. ideo non ualentes lectionem capere litigabant adinuicem, & questionem formantes dicebant, Quomodo potest hic dare nobis carnem suam ad manducandum? Et tunc magister exposuit eis quomodo ipse erat filius Dei, uerus Deus, & homo, & quomodo panis erat conuertendus in eius carnem, & uinum in eius sanguinem in specie uini, & quomodo hic cibus bene utentibus confert uitam eternam. Consimilem sententiam Ioannis septimo exposuit, quod cum ipse Iesus in templo doceret, Iudei scientes quod nunquam magistrum habuerat nec didicerat, & docebat mirabilia de sacra scriptura, uidentes hoc esse contra generalem consuetudinem hominum & experimentum, admirantes querebant & dicebant, Quomodo hic literas scit, cum nunquam didicerit. Iesus autē soluens eis istā questionem dixit, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Si quis uoluerit uolūtatē eius facere cognoscet de doctrina utrū ex Deo sit, an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loquitur, gloriā propriam querit. Tertius casus quando lectio magistri est contra preceptum sacre scripture, seu consilium, hoc est quando excedit diuinam reuela-

tionem. Iſtum caſum exponit beatus Ioannes ſeptimo cap. ubi ponit, quod magiſter noſter Ieſus Chriſtus loquens & docens Iudeos inter alia dixit eis, quod ipſe filius hominis erat uerus Meſsias, & habebat exaltari in cruce & ſuſpendi. Ecce Chriſti lectio. Hec lectio uidebatur Iudeis contradicere & excedere reuelationem diuinam & ſcripturam ſacram. Cum enim ſcriptura ſacra dicat Chriſtum ſeu Meſsiam uel filium hominis nunquam moriturum, & Chriſtus dicebat & docebat ſe in cruce moriturum, contra ſacram ſcripturam uidebatur docere. Et ideo Iudei capere non ualentes queſtionem formantes dixerunt, Nos audiuimus ex lege quod Chriſtus manet in eternum. Et quomodo tu dicis, Oportet exaltari filium hominis. Quis enim eſt ille filius hominis? Et tunc Chriſtus expoſuit eis quomodo ipſe poterat mori, ſecundum humanitatem, ſed ipſe uiueret in eternum, ſecundum diuinitatem. Ecce tertius caſus. Patet ergo ſolutio queſtionis in qua querebatur ſecundum quem caſum diſcipulus attenderet ut poſsit ſine reprehenſione ſuper lectione magiſtri queſtionem facere. Patuit enim in tribus caſibus. Primo ſi magiſter diceret aliquid quod excederet naturale ingenium hominis, & intellectum. Secundo ſi diceret aliquid contra experimentum naturalis conſuetudinis. Tertio ſi diceret aliquid quod excederet conſilium reuelatum in ſacra ſcriptura contentum, preſertim ſi imponeretur diſcipulis ad credendum & tenendum, tunc diſcipuli iuſte & ſine reprehenſione poſſent queſtionem magiſtro facere, & dicere, Quomodo poſſunt hec fieri. Re uera beatus Ioannes qui eſt in ſacra ſcriptura maximus, qui eſt doctus & magiſtratus per Chriſtum, & eius conſilium & paradiſi ſtudium, quia per trinitatis myſterium ipſe & eius diſciplina approbatur. Iſte enim tam grandis magiſter & admirabilis inter multas admirandas queſtiones & diſciplinas ponit & dicit prime Ioannis quinto. Tres ſunt qui dant teſtimonium in celo, pater, uerbum, & ſpiritus ſanctus. Et hi tres unum ſunt. Hec diſciplina uidetur habere predictas conditiones. Prima excedit hominis intellectum, & rationem & ingenium. Quod ſic patet, quia ſecundum rationem noſtram uidetur, quod quecunque diſtincta ſunt, ſunt in natura ſua diſtincta. Verbi gratia, In omni genere creaturarum celum & terra diſtincta ſunt, quia celum habet naturam & formam incorruptibilem, & terra corruptibilē, & ſic tanquam corruptibile & incorruptibile diſtincta ſunt. Sic natura diſtincte ſunt due ſtelle in celo, ut ſol & luna, quamuis ſunt incorruptibiles, tamen diſtincte ſunt loco & magnitudine, & etiam claritate. Etiam in angelis natura & eſſentia diſtincta ſunt lapis & arbor, diſtincta ſunt natura capra & leo. Duo homines anima diſtincti ſunt, quia alia eſt anima Petri, & alia eſt anima Matthie, & alia eſt anima Georgij. Ita quod ubicunq; inuenimus in rebus creatis diſtinctionem perſonarum, ſemper inuenimus diſtinctionem

nem essentiarum & naturarum. Quod igitur dicimus quod in diuinis sunt tres persone distincte,& non per essentiam, uel substantiam uel per naturam distincte,rationem excedit.Si enim filij Israel non poterant intendere in facie Moysi propter claritatem uultus eius,ut habetur Exo.xxxiiij.quia uidebat Dei essentiam,& personarum trinitatem, quomodo possemus attendere & attingere trinitatem omnia excedentem?Quomodo enim quis posset intelligere quod unitas sit trinitas,& trinitas sit unitas,cum numeri omnes sint natura & specie distincti ut non sint duo equales? Quia ternarius excedit binarium, & quaternarius ternarium,&c.Quomodo ergo poterimus nos capere quod pater & filius & spiritus sanctus sint tres persone, & indiuisa substantia,natura,& essentia,non capit ratio humana. Igitur excedit rationē. Ideo dicit beatus Bernard.in sermone de sancta & inaccessibili trinitate.Inquirere de trinitate peruersa curiositas est, tenere & credere ut docet ecclesia,fides & securitas est:uidere eam sicut est,felicitas est.Et propter hoc Augustinum uolentem hoc mysterium ostendere rationibus,legimus reprehensum. Legitur enim eo tempore quo libros de trinitate sancta composuit,&c. Nota historiam sermone sequenti,&c. Igitur patet quod excedit humanum ingenium. Secundo excedit omne experimentum & exemplar. Quod sic patet secundum Apostolum ad Romanos primo.Et secundum Dionysium de celesti Hierarchia.Que cognoscimus de inuisibiliibus & celestibus,per uisibilia percipimus,modo in rebus uisibilibus & creatis. Oppositum huius mysterij inuenimus ut patuit. Quamuis enim hoc mysterium sanctissime trinitatis probemus uel magis declaremus per exempla & similitudines,tamen omnia deficiunt. Quod patet si unum exemplum in medium deducatur.Dicitur quod in pomo sunt tria, scilicet odor, sapor, & color,& tamen non est nisi unum.Sic in sancta trinitate sunt pater, filius,& spiritus sanctus,& tamen tantum unus est Deus. Istud exemplum si magis attendatur & bene, magis est contra quam pro. Nam horum trium nullum est primum.Nec color est pomum,nec odor est pomum,nec sapor est pomum.Sed in trinitate pater est Deus, filius est Deus,spiritus sanctus est Deus.patet hoc idem simile in exemplis aliis,que omnia deficiunt a perfecta probatione & ostensione istius altissimi mysterij,quod est quod Deus est unus & trinus.Vnde de hoc legitur quarto Esdre quarto,quod cum Esdras super quibusdam Dei secretis miraretur & uellet comprehendere, angelus dixit sibi, Si uales,flammam ignis pondera,flatum mensura uenti, & diem preteritum reuoca,quasi diceret, Non posses comprehendere hec terrena, quomodo poteris comprehendere celestia? Patet ergo quod excedit omne experimentum. De hoc uide beatum Thomam prima parte, questio.xxxij. articulo primo. Ibi ostendit subtiliter, quod impossi-

bile eſt per rationem naturalem ad cognitionem trinitatis diuinarum perſonarum peruenire. Et quod ille qui nititur trinitatem diuinarum perſonarum probare naturali ratione, dupliciter fidei derogat. Vide eum ubi ſupra. Tertio uidetur excedere diuinum myſterium reuelatum in lege ex parte Dei, quam populo Dei tradidit. Ita Deus dicit Deuterono. ſexto, Audi Iſrael, Deus tuus, Deus unus eſt. Ponit igitur Deus unitatem & non trinitatem, ut uidetur. Item beatus Paulus qui penetrauit uſque ad tertium celum & audiuit arcana Dei. prime Corinthiorum octauo, dicit ſic, Nam etſi ſint, qui dicantur dij ſiue in celo ſiue in terra, ſi quidem ſunt dij multi & domini multi, nobis tamen eſt unus Deus pater, ex quo omnia, & nos in illo, & unus dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum. Vt uidetur, Paulus ponit in diuinis unitatem & non trinitatem. Et quia iſti duo, ſcilicet Moyſes & Paulus qui hic exiſtentes uiderunt diuinam eſſentiam, quod eſt eis conceſſum, ut dicit Auguſtinus, & nulli alteri, ponunt in diuinis unitatem, ut uidetur, & non trinitatem. Ideo ponere trinitatem, uidetur contra legem uererem & nouam, & per conſequens contra diuinum myſterium reuelatum. Ponitur etiam idem ſub precepto ad credendum, ut expreſſe habetur extra de ſumma trinitate, & fide catholica, cap. primo. Igitur iuſte & ſine reprehenſione ſecundum predicta de triplici cauſa, &c. Nos qui audiuimus beati Ioannis lectionem, que eſt quod tres ſunt qui teſtimonium perhibent in celo, pater, uerbum, & ſpiritus ſanctus, poſſumus queſtionem formare & dicere uerba thematis preaſſumpti, Quomodo poſſunt hec fieri quod in diuinis credamus unitatem in eſſentia, & trinitatem in perſonis? & hoc ut uidetur eſt contra hominis rationem, & ingenium uerum. Si credideris, uidebis. Si credideris inquam hic uiator, uidebis illic comprehenſor. Si credideris in terris, uidebis in celis. In quibus uerbis beatus Ioannes ſoluit tres queſtiones, quas ſibi de trinitate poſſumus facere,

Prima ſi eſt ſubtilitate difficilis,

Secunda ſi eſt ueritate infallibilis,

Tertia ſi eſt cognoſcibilitate attingibilis.

Reſpondet quod ſic certitudinaliter & conditionaliter quomodo poſſunt hec fieri. Si credideris, uidebis. Primam queſtionem & ſecundam, ſcilicet quod hoc ſacramentum trinitatis & altiſsimum myſterium eſt ſubtilitate difficile mirabiliter, & ueritate infallibile certitudinaliter, oſtendit beatus Ioannes Apocalypſis quinto, ubi dicit quod uidit librum intus & foris ſcriptum ſeptem ſigillis ſignatum, & uidit angelum forte clamantem & predicantem uoce magna, Quis eſt dignus aperire librum, &c. Nullus eſt repertus nec in celo ſurſum, nec in terra in medio, nec in inferno deorſum, qui ualeret aperire librum uel ſoluere aliquod de predictis ſigillis. & flebat Ioannes, quia nullus erat

dignus

dignus aperire librum. Et ecce agnus qui erat ibi tanquam occisus, qui habebat oculos septem in uirtute magna surrexit, & aperuit septem signacula libri. Et tunc quatuor animalia, & xxiiij. seniores qui aderant, benedixerunt Deum, & dederunt gloriam & honorem. Per illum librum beatus Ioannes intellexit sacramentum trinitatis & mysterium secretorū omnium contentorum, intus & foris est scriptus, & rerum inuisibilium que sunt in celo intus, & rerum uisibiliū que sunt extra foris, proprietatibus & perfectionibus omnibus excellentiori modo est insignitus. Nam perfectiones que sunt in omni uisibili & inuisibili re, excellentiori modo sunt in sancta trinitate. De hoc uide sanctū Tho. j. parte. q. iiij. arti. ij. ibi ostendit quomodo omnes perfectiones rerum sunt in Deo. Septē sigillis liber signatus est, quia septē secretis hoc sacramentum & mysterium trinitatis clausum est. Solus autē Christus tanquā agnus occisus potuit aperire. Quia nullus nisi Christus agnus in cruce secundū humanitatē passus, dignus est perfectissime declarare: quia habet oculos septē de sciētia omniū perfectionū. Sicut enim a Christo aperiēte sigilla septē & secreta didicimus, ita uobis declaramus & aperimus. Primū sigillū est secretū, scilicet quod in isto mysterio trinitatis sunt tres persone, nō natura distincte, sed relatione, & una persona nō est alia, & tamen nō sunt nisi una natura & substantia & essentia, ita quod sunt tres persone diuine, sed tātū unus est Deus, & quilibet est Deus. Quod si uerū patet, quia ita dicit beatus Io. v. c. j. canonica. Tres sunt qui testimoniū dant in celo, pater, uerbū, & spiritus sanctus. Et hi tres unum sunt, & hoc cōfirmat ecclesia, extra de sum. tri. & fi. ca. c. firmiter credimus. hoc est ualde mirabile, & quomodo? Nunquid erit mirabile, ostensis Petro, Iacobo, & Ioāne, si diceremus, quod sint tres persone humane, & non sunt tamen tres homines, sed tantū unus homo, ut diceretur, Pet. est homo, Iac. est homo, Ioan. est homo, & quod sint unus homo & nō tres homines, & quod in eis nō sint tres anime, sed una tātū anima. Reuera mirabile erit. Ita in ꝓposito de sancta trinitate est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, sunt tres ꝑsone diuine, & tamē nō tres dij, sed unus tātū Deus. Certe mirabile est quomodo possunt hec fieri. Sigillum clausum est, sed aperiatur, quia possunt hec fieri. Quod sic patet ꝑ exēplū in natura, q̄ a fonte exit riuus, & a riuo exit unū ſtagnū, & sunt tres cōgregationes aque, & tamen nō sunt tres aque, sed una aqua in natura. Pariformiter a patre exit filius, & ab utroq; spiritus sanctus, & sunt tres ꝑsone diuine, sed tamē unus Deus. Et uerū est dicere, quod pater est Deus, filius est Deus, spiritus sanctus est Deus. Sed tamē nō tres dij, sed unus tātū Deus. Ecce primū sigillū apertū ꝑ agnū, scilicet Christū. Secūdū sigillū est quod una persona diuina, quāuis nō est alia, tamē est in alia. Quod sic patet, nā Christus dixit Philippo, ut habetur Io. xiiij. Non credis quia ego in patre, & pater

in me

in me eſt. Et hoc confirmat eccleſia titulo & capitulo preallegatis, firmiter credimus. Hoc eſt ualde mirabile, & quomodo? Nunquid mirabile eſſet quod Petrus non eſſet Paulus, & Paulus non eſſet Ioannes, & tamen Petrus eſſet in Paulo, & Paulus in Ioanne? profecto mirabile eſſet. Ita in propoſito. In myſterio trinitatis pater non eſt filius, nec filius Spiritus ſanctus, & tamen pater eſt in filio, & filius in Spiritu ſancto, & Spiritus ſanctus in patre & filio. Certe mirabile eſt. Quomodo ergo poſſunt hec fieri? ſigillum clauſum eſt, ſed aperiatur. Sed ſi eſt mirabile, tamen eſt poſsibile, nec dubitabile eſt, quia poſſunt hec fieri. Quod autem ita ſit oſtendit Chriſtus, qui eſt agnus per tale exẽplum. Nam in natura ponamus, quod ſint tres homines multum ſe mutuo diligentes, ſ. Petrus & Paulus & Ioannes, cor Petri non eſt Pauli, nec cor Pauli eſt Ioannis, ſed ſunt tria corda. Sed quia mutuo ſe diligunt, cor unius eſt in corde alterius. Et ideo id quod unus uult, uult alius. Nam dicit Augu. quod animus ſiue cor magis eſt ubi amat, quam ubi animat. Et hoc confirmat Chriſtus Matth. vj. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Et tamen clarum eſt, quod theſaurus non eſt cor, neq; cor eſt theſaurus, & tamen theſaurus eſt in corde, & cor in theſauro. Et propterea ſcribitur j. Ioan. iiij. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et ſic patet quod pater eſt in filio, & filius in patre, & Spiritus ſanctus in patre & filio. De hoc ſanctus Tho j. parte. q. xlij. art v. ubi dicit in corpore articuli, quod in patre & filio eſt tria conſiderare, ſcilicet eſſentiam, relationem & originem, & ſecundum quodlibet iſtorum filius eſt in patre, & econuerſo. Hec ille. Et idem iudicium eſt de Spiritu ſancto quod de patre & filio. Tertium ſigillum & ſecretum eſt, quod iſte tres perſone una eſt ingenerabilis, ſcilicet pater, alia genita, tertia ſpirata. Prima a nullo, ſecunda a prima, & tertia a prima, & ſecunda. Et quod ſit uerum, ita oſtendit Athanaſius dicens, Alia eſt perſona patris, alia filij, alia Spiritus ſancti. Et infra ponitur, Pater a nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus. Filius a patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus. Spiritus ſanctus a patre & filio non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens. Nota totum. Et hoc confirmat eccleſia, titulo & capitulo allega. Hoc eſt mirabile, & nunquid eſſet mirabile, quod aliquis homo generaret, & generatus non eſſet, & quod generaret & ſine muliere generaret? certe ſic, & quod eſſet aliquis homo qui homo productus eſſet, & ſine muliere productus, & quod eſſet productus & non genitus? Reuera mirabile eſſet. Ita in propoſito. Nam Deus pater generatus non eſt, neque ab aliquo eſt. De hoc uide ſanctum Tho. j. par. q. xxxiij. Deus filius a Deo patre generatus eſt, & ſine matre generatus, loquẽdo de generatione eius eterna, & Spiritus ſanctus a Deo patre, & Deo filio ſpiratus eſt, & procedens eſt ſine muliere, & tamen ganeratus non eſt. Hoc ualde mirabile eſt.

Igitur

Igitur quomodo poſſunt hec fieri? ſigillum clauſum eſt, ſed aperiatur. Sed & ſi eſt mirabile, tamen eſt poſsibile, nec dubitabile, quia poſſunt fieri. quod autem ita ſit, oſtendit Chriſtus, qui eſt agnus per tale exemplum in natura. Adam a nullo homine proceſsit, quia fuit primus homo. Eua ab Adam ſolum, Abel ab Adam & Eua ſimul. Iſti tres habent humanitatem, quia quilibet erat homo, & tamen nullus a nullo, ſcilicet Adam, & alius ab uno, ſcilicet Eua, & alius a duobus, ſcilicet Abel ab Adam, & Eua. Ita in propoſito, ſicut Adam habuit humanitatem, & nō habuit ab aliquo alio, Ita Deus pater habet diuinitatem a nullo, ſed ſicut Eua habuit humanitatem ab uno homine, quia ab Adam ſine muliere, ita filius Dei habuit, & habet diuinitatem a ſolo Deo patre ſine coniuge. Nec mirum, quod ſicut filius Dei eſt generatus a matre, quantum ad humanitatem ſine uiro & patre, ita quantum ad diuinitatem eſt genitus a patre ſine matre. Et ſicut homo humanitatem habuit a duobus, ſcilicet Abel, quia ab Adam & Eua. Item Spiritus ſanctus habuit & habet diuinitatem a patre & filio equaliter. Quartum ſigillum eſt, quod quamuis Deus pater generat, & ab eterno genera uit Deum filiū, tamen nec pater eſt prior filio, nec filius poſterior patre, ſed ſunt coeterni. Quod autem ita ſit, oſtendit Athanaſius, dicens, Et in hac trinitate nihil prius aut poſterius, nihil maius aut minus. Sed tote tres perſone coeterne ſibi ſunt & coequales. Et hoc etiam confirmatur titulo & capi. preallega. Hoc eſt ualde mirabile. Et quomodo? nunquid mirabile eſſet, quod Adam non preceſsit Abel, & quod architector nō eſſet prior quam domus per eum edificata? profecto eſſet. Ita in propoſito dico, quod Deus pater genuit filium, & quod ipſe non ſit filio prior, nec filius poſterior patre, neque ille antiquior, nec iſte iunior. Certe mirabile eſt. Quomodo poſſunt hec fieri? ſigillum clauſum eſt, ſed aperiatur. Et ſi eſt mirabile, tamen eſt poſsibile, nec dubitabile. Quia poſſunt hec fieri. Quod autem ita ſit, oſtendit Chriſtus per tale exemplum. A ſole exit radius, a radio ſplendor. tamen ſol nō eſt prior radio, nec radius ſplendore. Nam in pūcto quo eſt ſol, radius eius ſit, & in eodem puncto a ſole & radio ſplendor procedit. Idem de candela ſi accēdatur. Ita in propoſito a Deo patre ut a ſole radius exit Deus filius, & a Deo patre & filio exit Deus Spiritus ſanctus, ut ſplendor, qa Deus pater ab eterno genera uit filium. Et Deus pater & Deus filius ab eterno ſpirauerunt Spiritum ſanctum. Et per conſequens omnes tres fuerunt ab eterno. De hoc uide ſanctum Tho. j. parte. q. xiij. arti. ij. ſb: dicit in principio corporis articuli, quod neceſſe eſt dicere filium eſſe coeternū patri. Quod ſubtiliter ibidem probat. Item iudicium eſt de Spiritu ſancto, quia ſuo principio, ſcilicet patri & filio neceſſario eſt coeternus. Quintū ſigillum ſecretum eſt, quod omnia que habuit pater, dedit filio, & tamen totum ſibi retinuit. Et oſa que habuerunt

pater

pater & filius Spiritui ſancto dederunt,& totū ſibi retinuerunt, Quod autem hoc ſit uerum, declarat magiſter ſententiarum libro primo. Et Athanaſius ubi prius.Et ualde mirabile eſt.Et quomodo? Nunquid eſſet mirabile quod ego haberem decem florenos, & omnes illos traderem altari,& eoſdem retinerem,ita quod eſſent uere dati,& uere retenti? Ita eſt in propoſito, quia Deus pater omnes ſuas perfectiones dedit filio,& omnes ſimul retinuit, & ambo eaſdem Spiritui ſancto dederunt,& eaſdem ſibiipſis retinuerunt. Certe mirabile eſt. Et quomodo poſſunt hec fieri? ſigillum clauſum eſt,ſed aperiatur.Sed & ſi eſt mirabile,tamē eſt poſsibile,nec dubitabile,quia hec poſſunt fieri. Quod autem ita ſit,oſtendit Chriſtus per tale exemplum in natura. Magiſter totam ſcientiam dat baccalaureo, & totā ſibi retinet,quia dando eam non priuatur ea,& ambo dant totam diſcipulo,& ambo retinent ſibiipſis totam. Ita in propoſito,Deus pater totum uelle, & ſcire & poſſe dedit filio,& totum ſibi retinuit, & eis non eſt priuatus, & pater & filius communicauerunt Spiritui ſancto, & ſibi retinuerunt.Sextum ſigillum eſt, quod totum poſſe, totum uelle, & ſic de aliis perfectionibus quas habet pater,habet filius, habet etiam Spiritus ſanctus,& tamen Deus pater poteſt generare filium, quia Deus filius hoc non poteſt nec Spiritus ſanctus. Et etiam pater & filius poſſunt ſpirare Spiritum ſanctum alium ab ipſis in perſona, & tamen hoc non poteſt Spiritus ſanctus. Quod autem ita ſit, oſtendit magiſter ſententiarum,& confirmatur ut prius.Hoc eſt mirabile. Quomodo igitur hec fieri poſſunt? ſigillum clauſum eſt, ſed aperiatur. Sed & ſi eſt mirabile, tamen eſt poſsibile,nec dubitabile,quia poſſunt hec fieri. Quod ſic patet.Nā ponatur exemplum, quod rex Caſtelle habeat unam nobilem ciuitatem,& habeat plenum poſſe ſuper eam uendendi, donandi,& alienandi,& det illam cum toto poſſe ſuo & dominio regi Arragonie, & trāſferat dominium, hoc caſu poſito totum dominium,& poſſe quod habebat rex Caſtelle in dicta ciuitate,habet rex Arragonie,& tamen rex caſtelle habebat poſſe, quod poterat eam dare, non ſolum regi Anglie,Francie,&c.imo etiam regi Arragonie.Et tamen iſte rex Arragonie dato quod poſsit dare regibus Francie & Anglie, non tamen Arragonie, quia ſuum eſt, ideo ſibiipſi dare non poſſet.Ita in propoſito Deus pater totum poſſe ſuum, & uelle dedit filio, & pater & filius Spiritui ſancto,& quicquid pater poteſt & uult,filius poteſt & uult,& quecunque ambo uolunt & poſſunt,poteſt & uult Spiritus ſanctus.Et tamē Deus pater poteſt generare Deum filium,& tamen Deus filius nō poteſt generare Deum filium,& Deus pater, & Deus filius poſſunt & uolunt producere Spiritum ſanctū, & tamen Spiritus ſanctus nec uult nec poteſt producere Spiritum ſanctum. Ecce ſextum ſigillum apertū per Chriſtum.De hoc uide S.Tho.prima parte.q.xlij.ar.vj. Ibi concludit &

ſit & probat, quod filius eſt equalis patri in poteſtate, & Spiritus ſanctus utrique: quo tamen non obſtante non ſequitur, ut idem dicit, pater poteſt generare, ergo filius. Cuius rationem aſsignat ibi ſupra in ſolutione ad tertium argumentum. Septimum ſigillum eſt, quod pater eſt omnipotens, & non habet poſſe ut generetur. Filius eſt omnipotens, & tamen non habet potentiam ut generet. Et Spiritus ſanctus eſt omnipotens, & tamen non habet potentiam ut generet, uel producat Spiritum ſanctum. Et uterque iſtorum eſt omnipotens, & neuter habet potentiam ut diem preteritum reuocet, neque ut corruptam uirginem faciat non fuiſſe corruptam, ut dicit Thomas prima parte, queſtione xxv. articulo quarto. in corpore articuli, & in ſolutionibus argumentorum. Quod autem iſtud ſit uerum, oſtendit Athanaſius de generatione & ſpiratione predictis. Et magiſter ſententiarum ubi ſupra. Et confirmat eccleſia titulo & capitulo preallegatis. Hoc eſt ualde mirabile. Et quomodo poſſunt hec fieri? Nunquid eſſet mirabile ut diceretur, Ariſtoteles habuit omnem ſcientiam, & tamen neſciuit geometriam uel arithmeticam. Certe mirabile eſſet. Quomodo ergo poſſunt hec fieri? ſigillum clauſum eſt, ſed aperiatur. Sed ſi eſt mirabile, tamen eſt factibile, nec dubitabile. Quia poſſunt hec fieri. Quod autem ita ſit, patet per exemplum. Ponatur quod ſit aliquis magiſter in theologia maximus & perfectus. Iſte nunquid poſſet docere lapidem theologiam? Certe non. Sed hoc non eſt ex defectu ſuo, ſed lapidis. Nunquid poſſet docere puerum in cunabulo exiſtentem? Certe non. Quod non eſt ex defectu ſui, ſed pueri. Ita in propoſito Deus pater, &c. nec filius, &c. poſſent facere quod reuocent diem preteritam, &c. Sed hoc non eſt ex impotentia Dei, ſed rei, quia talis res non eſt factibilis, & tamen Deus dicitur omnipotens, quaſi omnia potens, quia omnia poſsibilia poteſt, &c. Ecce ſeptimum ſigillum apertum, & per conſequens ſeptem omnia. Et ſic patet prima & ſecunda ſolutio queſtionum ſupradictarū. Tertia ſolutio, ſcilicet tertie queſtionis eſt hec, quod hoc ſacrum myſterium trinitatis eſt cognoſcibile & attingibile conditionaliter, ſi credideris uidebis. Quod oſtendit beatus Auguſtinus dicens, Quod fidei que eſt in uia ſuccedit clara uiſio in patria, & ſpei comprehenſio ſiue tenſio, & charitatis fruitio. Si ergo uolumus uidere in patria, credamus in uia, quia ſi credideris uidebis. Sed cum fides ſit de inuiſibilibus. Quia ſecundū Aug. Fides eſt credere qđ tu non uides. Quō credimus quod non uidemus? Quomodo poſſunt hec fieri? Ad hoc reſpondet Aug. in libro de fide rerum inuiſibilium, & oſtendit per duo exempla, quod credimus & non uidemus. Primum eſt tale. Tu dicis iſtum ſutorem eſſe patrem tuum? Et ſi dicatur tibi, Nūquid uidiſtis eum te generantem? Reſpondebis non. Si igitur credis de patre uiſibili, quem uides, credas de patre inuiſibili, quem non uides.

uides. Secundum exemplum beati Aug. Tu es egrotus, medicus conſulit tibi, quod tu recipias talem medicinam, & curaberis. Nunquid uidiſti te curari? Reſpondebis non. Quid ergo dicis, quod ualebit medicina? Certe dicis quia medicus dicit. Et quare credis medico? Reſpondebis, Quia legit in libris Auicenne uel talis medici. Et ſi dicatur, Scitis ipſum? Reſpondebis non. Sed audio, & ita credo. Igitur credis quod nõ uides, crede igitur ut uideas. nam ſi credideris uidebis. Quod nunc uides fide in uia, tunc clara facie uidebis in gloria. Ad quam nos perducat qui in trinitate perfecta ui. &c.

De ſancta trinitate. Sermo ij.

NEmo poteſt hec ſigna facere que tu facis. Habetur uerbum iſtud originaliter. Ioann. iij. & recitatum eſt in euangelio hodierno ſecundum iſtam dominicam, & feſtum preſens. Nam ſicut eccleſia celebrat ſolennitatem ſanctorum, & ſi in particularibus ſolennitatibus ſit aliquid neglectum, ſanctos etiam omnes uenerantur in una ſolennitate ſimul in ſupplementum negligentie, ſcilicet in feſto omnium ſanctorum. Sic in qualibet perſona diuina facit hodie ſpecialem ſolennitatẽ. Quod bene congruit ad ſignificandum diſtinctionem perſonarum, & unitatem eſſentie. Ego habeo modo predicare de altiori materia & ſubtiliori, que ſit in tota theologia, uel in aliqua facultate, ſcilicet de eterna trinitate, ſcilicet de patre, & filio, & Spiritu ſancto. Ideo ut ſermo ſit ad Dei gloriam & reuerentiam, & noſtrarum animarum reformationem, & peccatorum correctionem, ſalutetur prius ſacratiſsima uirgo Maria. Secretum, & myſterium ſancte & eterne trinitatis, quomodo eſt unus Deus creator omnium rerum, & ille Deus unus eſt tres perſone, pater, filius & Spiritus ſanctus, eſt ita altum & tranſcendens, quod a principio mundi uſque ad finem, nunquam fuiſſet ſcitum per intellectum humanum, niſi Deus reuelaſſet nobis, quia intellectus humanus non poteſt comprehendere naturaliter tam altum myſterium. Iam uidetis quanta eſt altitudo celi ſupra corpora noſtra, maior incõparabiliter eſt altitudo trinitatis ſuper animas noſtras. Et ſicut nullo poſſe creato homo tenens pedes in terra poſſet digito ſuo tãgere celum, bene tamẽ poſſet ſupernaturaliter. Et hoc dupliciter, puta ſi celũ inclinaretur deorſum, uel homo a Deo in altum eleuaretur & tangeret celum, alias impoſsibile eſt celum digitõ tangere. Ita de ſancta trinitate circa animas. Digitus anime quo tangit ſubtilis eſt intellect'. Sicut enim corpus hominis digito non poteſt tangere celum naturaliter, ſic nec digitus anime poteſt tangere, intelligere, ſeu comprehendere myſterium trinitatis naturaliter, ſed bene ſupernaturaliter, dupliciter, uel quod celum, id eſt ſecretum inclinatur deorſum, ut fuit factũ in benedicta incarnatione filij Dei, & tunc eleuauit homines, quando illa alti

ma altitudo infinita humiliauit se de celo descendens ad terram, naturam humanam assumendo, & ipsemet ore proprio reuelauit, predicauit & declarauit, quomodo unus Deus est trinus in personis. Ideo tangimus digito intellectus. Item quia elleuauit homines in altum, ut apostolos, martyres, doctores, confessores per aliam contemplationem, & uite perfectionem, qui digito intellectus tetigerunt mysterium trinitatis. Ecce quomodo uel per celi humiliationem uel hominis eleuationem tangimus supernaturaliter mysterium illud. Authoritas. Dauid in Psalm. cxliij. dicit, Domine inclina celos tuos, & descende. Ecce primus modus. Tange montes & fumigabunt. Ecce secundus modus. Celos uocat secreta mysteria trinitatis di. Domine inclina celos tuos, id est secreta. Vnum celum est quod unus Deus est tres persone. Aliud quod solus pater generat filium. Aliud quod a solo patre procedit filius per eternam generationem. Aliud quod Spiritus sanctus procedit ab utroque equaliter. Item aliud secretum est, quod in diuinis sunt quatuor reales relationes, & quinque notiones. De istis dicit, Inclina celos. Ecce primus modus. Secundus, Tange montes & fumigabunt. Montes altissimos uocat apostolos, martyres, & doctores, & confessores, qui habuerunt intellectum eleuatum per altam contemplationem & spiritualem uitam. Valles terrestres sunt gentes mundane, ergo dicit, Tange montes & fumigabunt. Non de fumo de furno calcis, sed de fumo doctrinarum & predicationum & ad instar fumi incensi boni odoris. Istis duobus modis scimus secreta trinitatis, aliter enim nullus intellectus humanus potuisset sciuisse nec cognouisse mysterium hoc, quia dicit apostolus. Deus lucem inhabitat inaccessibilem quem nullus hominum uidit, nec oculo corporis, nec intellectus, sed nec uidere potest, cui honor & imperium sempiternum. Amen. j. ad Timotheū sexto. Questio. unde procedit iste defectus, quod non possumus Deum uidere. Dico quod non est defectus obiecti, sed potentie, quia Deus de se uisibilis est, sed defectus est ex parte nostri intellectus, qui non est ei proportionatus. Nam oculus noctue non potest uidere solem qui tamen de se est bene uisibilis, sed oculo noctue est improportionabilis. Ita mysterium trinitatis de se clarissimum est, & uisibile, sed defectus est ex parte nostri intellectus. Ideo dicit philosophus, Sicut se habet oculus noctue ad lumen solis ita se habet intellectus noster ad manifestissima in natura. Ideo dicam uobis miraculum de sancto Augustino maximo doctore & subtilissimo, qui uoluit facere unum librum, in quo declararet secreta trinitatis rationibus naturalibus, argumentis, & authoritatibus. Cum autem semel ambularet iuxta litus maris meditando ut scriberet rationem, quando occurreret, inuenit puerum gratiosum, qui cum una patella argentea trahebat aquam de mari, & mittebat in paruam soueam quam fecerat cum ma-

nu. Cum autem beatus Auguſtinus diu contemplatus fuiſſet puerum, dixit ſibi, Quid facis fili? Reſpondit quod totam aquam abyſsi maris uolebat mittere in illam paruam foueam. Innuens Auguſtinus quod fouea parua erat liber, patella argentea intellectus Auguſtini clarus & ſubtilis, maris abyſſus ſecretum trinitatis infinitum, & puer diſparuit. O dixit Auguſtinus, In uanum laboro. & dimiſsis rationibus naturalibus & phyſicis, quibus non poteſt myſterium trinitatis intelligi, recepit alium modum, ſcilicet recurrendo ad reuelationes Chriſti, qui ſcilicet inclinauit celos & eleuauit homines, & ad authoritates biblie, & ſic ordinauit ſuum librum dicens cum apoſtolo, O altitudo diuitiarum ſapientie & ſcientie Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uie eius. Ad Romanos undecimo. Nota altitudo diuitiarum, dicitur ſcientia quam habet homo de trinitate. Diuitie huius mundi non ſunt proprie diuitie, quia pereunt, ſed ſcientia de ſecretis trinitatis eſt altitudo diuitiarum, que facit animas diuites in hoc mundo per fidem, & in celo per gloriam, dant eis quicquid uolunt, & quicquid deſiderant. Sapientie, id eſt ſapide ſcientie, quia magnum ſaporem inuenit anima deuota in contemplatione trinitatis & ſcientie, & hoc quantum ad beatos, qui iam uident clare, & poſſunt dicere, Sicut audiuimus, ſic uidimus, &c. Iudicium proprie eſt conſilij concluſio, quà preſidens eligit auditis conſiliatoribus, & dicit, hoc debet fieri, iſtud eſt conſilium. Iudicia ergo trinitatis ſunt concluſiones uere, ſcilicet quod unus Deus eſt tres perſone, quod pater generat filium, ſicut ſol generat radium, nec eſt neceſſaria uxor in tali generatione. Et ſicut a ſole & radio procedit calor, ita a patre & filio procedit Spiritus ſanctus. Talia iudicia incomprehenſibilia ſunt de ſe intellectui creato. Et inueſtigabiles uie eius, uel illius. Vie ſunt argumenta, rationes, & probationes, quia ſicut per uiam homo uadit ad terminum, ita per argumenta & rationes homo uenit ad concluſionem. Vult ergo dicere quod non ſolum iudicia ſunt incomprehenſibilia, ſed etiam non poſſunt inueniri ſeu inueſtigari argumenta, rationes, ſeu probationes phyſice ſeu naturales, ad demonſtrandum myſterium trinitatis. Veruntamen Deus dedit ad conſolationem fidelium nobis ſigna repreſentantia ipſius trinitatis ſacratiſsime myſterium, & de his loquitur thema. Nemo poteſt hec ſigna facere que tu facis, &c. Et ſunt tria ſigna. Primum ſignum dedit in anima rationali, & hoc per creationem. Secundum in corpore materiali, & hoc per redemptionem. Tertium in uita ſpirituali per ſaluationem. Et quia nullus poteſt facere iſta ſigna, niſi ſolus Deus, ideo dicit thema. Nemo poteſt hec ſigna facere, que tu facis. Dico primo quod Deus dedit ſignum ſancte trinitatis in anima rationali per creationem. Et ecce qualiter, in uno corpore non eſt niſi una anima rationalis, que gu-

Iudicium quid ſit.

bernat

bernat totum corpus & membra, scilicet caput, pedes, manus, & omnia. Sic in toto mundo non est nisi unus Deus, qui gubernat & regit totum mundum. & caput quod est celum, & brachia, scilicet solem, & lunam, stellas, quibus fiunt opera, & uentrem, scilicet elementa. Iam uideris quanta est altitudo celi, quod est caput, ad pedes, scilicet terram. Et sicut anima rationalis habet tria in se, scilicet memoriam qua intelligimus presentia, & uoluntatem qua desideramus futura, ut sanitatem. Nunquid tu infirmus desideras sanitatem, & tu pauper diuitias, & tamen memoria & intelligentia & uoluntas non est nisi una anima. Ita in mundo non est nisi unus Deus, & ille Deus non est nisi tres personę. Pater, Filius & Spiritus sanctus. Ecce qualiter Deus dedit signum trinitatis in anima rationali per creationē, sicut rex qui de diuersis metallis facit monetam, sed solum in moneta auri ponit imaginem suam. In aliis autem monetis solum ponit sigillum suum. Ita Deus a principio mundi fecit multas creaturas, quasi moneras diuersorum metallorum, sed solum in moneta aurea, scilicet in homine impressit imaginem suam loquendo de creaturis corporalibus. Moneta argenti clara est sol, luna, & stelle: sed illa habent solum signum trinitatis, & non imaginem. Moneta de luto sunt elementa, sed non habent uestigium. Solus homo est ad imaginem Dei loquendo de creaturis corporalibus, quia sicut aurum inter omnia metalla est nobilissimum, ita homo inter omnes creaturas corporales excellentior. Et sicut ille qui facit monetam, imprimit imaginem regis in floreno, sic Deus quando creat animam, in ea imaginem suam imprimit. Hoc ostendit Deus a principio quando creauit omnia dicens, Fiat lux. & nihil amplius dixit. Fiant luminaria, &c. Sed quando uoluit formare hominem, non dixit, fiat homo, sed quasi teneret consistorium Pater & Filius & Spiritus sanctus, dixit Deus, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, ut presit piscibus maris & uolatilibus celi & bestiis, uniuersęque terre, omnique reptili. Genesis primo. Patet quomodo istud signum datur in anima a Deo per creationem. De isto signo dicebat Dauid. Signatum est super nos lumen uultus tui Domine, dedisti letitiam in corde meo. Psal. iiij. Nota, Lumen uultus tui Domine, id est imago trinitatis, super nos, id est in anima que est supra corpus. Moraliter hic instruimur. Si quilibet nostrum habet imaginem Dei in anima, quam digne & reuerenter est seruanda imago Christi. Proditor & infidelis iudicaretur qui imaginem Christi uel uirginis Marie scinderet ense uel combureret igne, uel proiiceret in latrinam, omnes uos diceretis, O traditor, ribalde, &c. Magis proprie est imago Dei anima rationalis quam alia imago. Et aliqui scindunt eam, ut iracundi & uindicatiui occidendo hominem. Si dicatur, O ipse interfecit patrem meum. Responsio. Si ipse est proditor, ideo tu uis esse proditor. Ideo uindicta

eſt Deo dimittenda, quia ipſe faciet hic uel in alio mundo. Ideo dixit Deus, Quicunque effuderit humanum ſanguinem effundetur & ſanguis illius. Et ſignatur ratio. Ad imaginem quippe Dei factus eſt homo. Geneſis nono. Nota effundetur ſanguis illi⁹: hoc intelligitur uel a iudice per iuſtitiam, uel ab ipſomet per penitentiam. Qui enim occidit uel conſentit in mortem proximi, homicida eſt, ſi preter uel contra ordinem iuris, &c. Propria penitentia effundetur de ſanguine ſuo cum diſciplinis. Alij autem non ſcindunt imaginem Dei, ſed proiiciunt eam in ignem, ut auari, quia auaritia non eſt niſi ignis qui incenditur in corde auari ad congregandum uel per uſuras, uel per rapinas, &c. Propter hoc dicit Chriſtus, Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiuſquam uita eius eſt ex his que poſsidet. Luce duodecimo. Nota ab omni uniuerſaliter. Alij proiiciunt imaginem in latrinam, ut luxuriosi, quid eſt luxuria niſi ſtercus putridum? Qualitercunque fiat luxuria, eſt damnatio, ſed actus matrimonialis poteſt fieri abſque omni peccato, imo etiam quandoque cum merito, & etiam cum peccato mortali & quandoque etiam cum peccato ueniali. Dicatur contra illos, qui dicunt fornicationem ſimplicem non eſſe peccatum, & contra notorias meretrices. Ideo dicit ſcriptura, Fili, in manſuetudine ſerua animam tuam, & da illi honorem ſecundum meritum ſuum, quia enim imago Dei digna eſt honore. Peccantem in animam ſuam quis iuſtificabit? Et quis honorificabit exhonorantem animam ſuam? Eccleſiaſti. x. Dico ſecundo, &c. in corpore materiali, & hoc per redemptionem. Signum quod Chriſtus recepit in die redemptionis, que fuit in die ueneris ſancta, eſt crux. Sicut rex Arragonie recepit pro ſigno diuiſiones. Rex Francie florem lilij. Rex Caſtelle leonem & caſtrum. Ita Chriſtus rex celi & terre recepit ſignum crucis, ex quo fuit ibi ſuſpenſus pro noſtra redemptione. Ne aliquis ſibi credens uel obediens ſuſpendatur in furca inferni. De hoc propheria, Hec dicit Dominus Deus, Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo ſignum meum, ſcilicet ſancte crucis. Eſaie. xlix. In hoc ergo ſigno carnali uiſibili & audibili, dedit Deus ſignum trinitatis, quia quando ſignat ſe, dicit, In nomine patris & filij & Spiritus ſancti amen. In nomine, Ecce unitas eſſentie, Non dicit in nominibus. Dicunt doct. quod ſi quando ſacerdos baptizat, diceret, Ego baptizo te in nominibus, &c. non baptizaret. De hoc uide S. Thom. iij. parte. q. lxvj. art. vj. in ſolu. ad ſextum. Et in. iiij. diſtin. iij. ar. ij. q. j. ad nonum. Ideo dixit Chriſtus apoſtolis & diſcipulis, Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & Spiritus ſancti. Non dicit in nominibus. Matt. ulti. Cum dicit patris & filij & Spiritus ſancti, clare dicit trinitatem perſonarum. Item quantum ad uiſum & auditum in modo ſignandi, oſtendit hic modum ſignandi, quando dicitur, In nomine patris, teneantur

manus

manus alte. Ratio, quia pater nunquam fuit ab alio missus, sed ipso existente in cathedra eternitatis sue, misit filium suum unigenitum in uterum uirginalem, sicut sol mittit radium suum, & tamen non recedit ab eo. Ideo quando dicitur & filij, debet tenere manus circa uterum: quãdo dicitur & Spiritus sancti, debet ducere manum per transuersum de scapula ad scapulam, quia Spiritus sanctus fuit sparsus super apostolos & discipulos Christi in die pentecostes. Quando autem dicitur amen, iungantur manus signantes unitatem essentie. Aliqui multum errant in modo signandi, quando dicunt, In nomine patris, longe faciunt dicentes quod pater est maior, hoc est hereſis, quia in hac trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus. Sed tote tres persone coeterne sibi sunt & coequales, ut dicit Athanasius. Alij ponunt filium ad dexteram, quia dicit articulus, Sedet ad dexteram Dei patris. Sed hoc nihil est: quia filius & Spiritꝰ sanctus sunt a dextris Dei: quia esse a dextris Dei nihil aliud est quam esse equalem Deo patri. Alij ponunt Spiritum sanctum a dextris, dicendo quod ad siniſtram est diabolus qui tunc percutitur. Et hoc nusquam reperitur in libro alicuius authoritatis. Ideo bonus modꝰ signandi est ille, de quo uobis, &c. De hoc signo dicit ecclesia, Signum salutis, salus in periculis, uitale lignum, uitam ferens omnium, &c. Moraliter hic patet, quod errant illi qui non signant se signo Christi, sed diaboli, ut sunt multi clerici & laici. Qualis iniuria fieret regi, si quis de palatio amoueret signa sua, & poneret signa inimici sui? Talem iniuriam faciunt Christo qui non bene signant se. Signum enim Christi est crux, signum diaboli est circulus uel rota. Authoritas. In circuitu impij ambulant, dicit Dauid. Palatium Christi est corpus Christiani, in quo fuit positum signum crucis Christi regis in baptismo. Sed quando uos signatis faciendo circulum, tunc amouetis signum Christi a palatio suo: & ponitis signum diaboli. Dicatis, quando surgitis de lecto, qualiter signatis uos? pater sic: & faciunt circulum. Item quando uolunt prandere, imo dolentes referimus: sacerdotes in benedictionibus salis, aque, & panis, faciunt signum diaboli, &c. imo quod peius est in sacrificio, & etiam quando post missam dant benedictionem populo que est magne uirtutis ex Christi presentia. Aliqui cum signo diaboli dant benedictionem dicendo, In unitate Spiritus sancti benedicat uos pater & filius & Spiritus sanctus amen. faciendo circulum. Cogitate quantum displiceret regi amotio signi sui. plus displicet Christo. Propter hoc dicebat Dauid in Psal. Vt quid Deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascue tue. Nota ut quid repulisti, &c. Respondet sancta trinitas. Signa nostra nõ uidimus. iam nõ est propheta, id est sacerdos prophetizando, uere faciendo signũ Christi. Ideo corrigatur hoc uitium malum. Dixi tertio quod Deus dedit signum trinitatis in uita spirituali, quod fuit datum per saluationẽ. Vita enim

Ratio signandi nosipsos signo crucis.

Quid sit esse a dextris Dei.

enim ſpiritualis ſancta & bona non eſt niſi una a principio uſque in finem, tamen habet tres partes, ut ſcilicet homo ſit bene ordinatus. Primo erga Deum. Secundo erga proximum. Tertio erga ſeipſum. Et ſicut eſt unus Deus in trinitate perſonarum, ita eſt una uita ſpiritualis cum tribus ordinationibus. Ecce ſignum trinitatis. De iſto ſigno dicit Bernard. Data ſunt ſigna & indicia quedam, & indicia manifeſta ſalutis ut indubitabile ſit eum eſſe de numero electorū, in quo illa ſigna permanſerint. Scitis quando eritis bene ordinati erga Deum, quādo portabitis honorem & reuerentiam Deo. Tunc enim uaſalli ſunt bene ordinati erga ſuum Dominum, quando cum reuerentia loquuntur de eo, ſic nos erga Deum non iurando, non renegando ipſum uel blaſphemando. Ideo non miremini, ſi habetis malum tempus, &c. Sed ego miror, quod non intratis in abyſſum, propter blaſphemias, quas facitis. De hoc conqueritur Deus pater dicens, Filius honorat patrem, & ſeruus Dominum ſuum. Si ergo pater ego ſum ubi eſt honor meus? & ſi Dominus ego ſum, ubi eſt timor meus? dicit Dominus. Malachie j. Fiat ergo ordinatio contra iurantes. Omnes deberent clamare cōtra iurantes, ſicut contra lupum, &c. Secundo bona ordinatio erga proximum eſt, ſcilicet non nocere proximo, nec in bonis ipſum damnificando, nec in fama, nec in perſona, ſed habere erga eum amatorem bene uolentie. Ideo eſſet neceſſarium uitare ludum taxillorum, qui ludus taxillorum proximum ualde damnificat, tam in bonis, quam in corpore, quam etiam in anima. Ideo iſtos iudicabit filius, quia ſibi fit iniuria, qui uenit ad ſaluandas animas. Pater omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem. Ioan. v. Tertio bona ordinatio erga ſeipſum in hoc conſiſtit, ut poſtquam laboraſtis feria ſecunda & tertia, &c. quieſcatis in die dominica, nihil temporale faciendo, non debetis ambulare per campum, niſi propter magnā neceſsitatem, non negotiationes debetis facere, nec contractus aliquos, &c. Nota aliquod miraculum, &c. Fiat ergo ordinatio ut feſta ſeruentur, & abundabitis. Iſta ordinatio correſpondet ſpiritui ſancto, qui requirit requiē in anima, in qua habitat. Ideo dicit ſcriptura, Amodo iam dicit ſpirit⁹, ut requieſcāt a laboribus ſuis. Apoc. xiiij. Deo gratias.

De ſancta Trinitate. Sermo iij.

Patres perfecti eſtote. Verbum iſtud habetur ij. ad Corinth. xiij. & recitatiue in epiſtola preſentium octauarū. Hoc thema dat mihi motiuum declarandi, in quo conſiſtit perfectio uite ſpiritualis. Materia erit utilis & proficua, ſed ut Deo ſit acceptabilis & gratioſa, ſalutetur uirgo Maria Si ſtricte uolum⁹ cogitare in operib⁹ huius mūdi, que Deus fecit p creationē, inueniem⁹ q̄ in triplici gradu cōſiſtūt: & homo eſt in pfectiori gradu, ſecūdū quod ego uobis declarabo. Primus gradus eſt de crea

de creaturis que ſunt ſubſtãtie ſpirituales: ſicut angeli, quia omnes angeli ſunt ſpiritus. Dauid, Qui facit angelos ſuos ſpiritus: ſpiritus nõ habet carnes neq; oſſa. Spiritus carnem & oſſa non habet. Lu. ul. De hoc uide ſanctum Tho. j. par. q. l. ar. j. Secũdus gradus eſt de creaturis quas Deus fecit a principio, ſcilicet de creaturis pure corporalibus, que nõ habent ſpiritum, ſicut ſunt celi, ſol, luna, & ſtelle, que nõ habẽt animã, rationẽ, nec intellectũ, ſed ſunt ut lapides ſine ſpiritu. Item elementa, terra, aqua, ignis, &c. Item elementa, ut uolucres, metalla, & animalia. Dauid, Nõ eſt ſpiritus in ore ipſorũ, qa licet emittant anhelitũ, nõ tamen habẽt ſubſtãtias ſpirituales. Tertius gradus eſt de creaturis ſimul corporalibꝫ & ſpiritualibꝫ, ut ſunt homines. Vltimo enim creauit Deus hominẽ, & quaſi epilogãdo cõpoſuit eũ de materia corporali, quãtum ad corpus, & ſpirituali ſubſtãtia, quãtũ ad animã. Patet ergo ꝙ inter omnia opera Dei ſingularẽ perfectionẽ habet homo ſuper oẽs creaturas. Ideo dicit Moyſes, Igitur perfecti ſunt celi & terra, & omnis ornatus eorũ. Gen. ij. Moraliter celi ſunt potẽtie intellectiue, ut memoria, intellectus, & uolũtas. Terra eſt caro. Ornatus anime ſunt bone cogitationes de corde, affectiones, deſideria, cõtẽplationes, & huiuſmodi. Ornatus autem carnis ſunt mẽbra corporis, & quinq; ſenſus corporales. Satis ergo patet quod ſi uolumus loqui de pfectione naturali, homo ſuper omnes creaturas habet perfectionẽ naturalẽ, unde & homo dicit ſecũdũ beatũ Greg. omnis creatura. Ideo rationabile eſt, ut homo etiã habeat pfectionẽ moralẽ, ſcilicet de uita ſpirituali: ꝓpter hoc dicit thema, Fratres pfecti eſtote, ſcilicet in uita ſpirituali. Modo uidendũ eſt, ĩ quo cõſiſtit uite ſpiritualis pfectio. Et inuenio ꝙ in quatuor, ſ.

In dilectione generali ſine exceptione,
In locutione rationali ſine offenſione,
In diligentia uirtual: cum recta intentione,
In patientia temporali cum uera exultatione.

Dico primo, &c. ſcilicet dilectio uniuerſalis ſine exceptione eſt, ſiue in hoc cõſiſtit quod eſt diligere omnes homines uniuerſaliter, tã uiuos, quã etiã mortuos, ſ. illos de paradiſo, de eis laudãdo Deũ, de purgatorio pro eis orãdo ut inde exeãt, ꝓ Chriſtianis ut in fide & in bona uita cõſeruentur, pro inimicis etiam orando ut ad bonum finem perducantur. Non ſolum debet quis diligere domũ ſuam, ſed etiã omnes alios, ita quod totus mundus recipiatur in corde ſuo per dilectionẽ uniuerſalem. Talis eſt in primo gradu perfectionis uite ſpiritualis, quia nemi nem excludit a dilectione, ſicut faciunt aliqui. Vnde dicit unus, ego diligo amicos meos, ſed non inimicos. Alius dicit, ego diligo parentes meos, ſed non curo de aliis. Alius dicit, ego diligo illos de loco meo, ſed non alios, nihil ualet. Ratio eſt quia oportet ꝙ dilectio ſit uniuerſalis. Quilibet diligit imaginẽ Chriſti uel uirginis Marie, cuiuſuis materie

ſit,ſiue auri,ſiue argenti,&c. Diligitur enim & honoratur imago, non ratione materie,ſed ratione illius cuius eſt imago.Cum ergo homo ſit imago Dei, magis propria, quam imago facta a pictore. Ad imaginē quippe Dei factus eſt homo. Gen.ix.c.Ideo talis imago diligēda eſt in quacunque materia,ſiue in auro, ſiue in argento.Imago Dei aurea eſt in homine ſancto & bone uite, que diligenda eſt. Item imago eſt de argento,quando homo habet intellectum clarum in ſcientia, & os in eloquentia,& cor in credentia.Item de ferro,quando eſt impatiens,tamen eſt diligenda. De ligno putrido eſt imago, quando eſt peccator. De lapide duro,quando non habet deuotionem. De carbone nigro, quando perſona eſt male fame,tamen eſt diligenda, quia imago Dei eſt,deſiderando & orando pro cōuerſione ſua. Si ergo imagines ſunt amabiles ratione illorum quos repreſentant, quanto magis homo? de hoc authoritas Chriſti qui predicando populo dixit, Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.Ego autem dico uobis, Diligite inimicos uestros,benefacite his qui oderunt uos,orate pro calumniantibus & perſequentibus uos,ut ſitis filij patris uestri,qui in celis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos,& pluit ſuper iuſtos,&c. Eſtote ergo perfecti,ſicut pater uester celeſtis perfectus eſt.Matth.v. Nota quod loquitur de dilectione generali & generalibus ſignis eius.Si enim diligitis benefactores,nec grates,nec gratias habetis, quia etiam iumenta diligunt benefactores.Canis enim diligit benefactorem ſuum, & odit malefactorem. Qui ſolum diligit amicos & benefactores, nullum meritum habet apud Deum. Oportet ergo diligere generaliter omnes amicos & inimicos propter Deum.In hoc eſt meritum. Si ergo eſt aliquis ueſtrum qui in corde ſuo odium & rancorem ſeu malam uoluntatem habet,deponat.Ideo Apoſtolus, Videte ne quis malum pro malo alicui reddat,ſed ſemper quod bonum eſt ſectamini inuicem & in omnes.j. ad Theſſal.v.Dico ſecundo,&c.Locutio rationalis ſine offenſione.Prima perfectio uite ſpiritualis conſiſtit in corde. Iſta autem ſecunda in ore.Talis enim debet eſſe locutio quod non offendat Deum nec proximum.Offenditur autem Deus,quando homo mendacium loquitur, quia ipſe eſt ueritas.Ego ſum uia,ueritas, & uita. Ioann.xiiij. Peius eſt mendacium in ore,quam ſtercus,ratio quia aufert officium lingue que data eſt homini ad exprimendum mentis conceptum.Ideo,&c.Secundo iurando in uanum offenditur Deus. In uanum iurare eſt quando homo ſine neceſsitate uel utilitate iurat dicendo, per Deum iſta capa eſt nigra,& huiuſmodi,&c.Tertio iurando falſe,ſicut multi miſeri qui faciendo complacentiam, & ad complacendum amico uel uicino in iudicio falſum iuramentum faciunt. Quarto iurando enormiter, & hi cum lingua quaſi cum enſe diuidunt dominum ſuum, quantum in eis

eſt:ui

eſt:uidetur uobis hec modica iniuria? Quinto renegando terribiliter. Quia iam hodie non ſufficit iurare,ſed dicitur,Maledicar ego a prauis hominibus iniquis & peruerſis, & ſimilia terribilia proferendo, &c. Sexto quod eſt peius blaſphemando horribiliter,quando ſunt irati ex ludo,uel aliter cum gladio percutiunt crucem. uel manu uerſus celum dicendo uerba contra Chriſtum & uirginem Mariam,&c. Ex iſtis peccatis ueniunt mala infinita,ideo rectores debent ſuper hoc prouidere & ſtatuere ſub certis penis contra tales,&c. Secundo offenditur proximus,quando diffamatur,uel peccatum ſuum ſecretum publicatur, uel ſeipſum laudando. Ideo dico quod locutio debet eſſe rationalis, ne Deus uel proximus offendatur.Ideo dicunt philoſophi, quod iſta differentia rationalis eſt perfectio eſſentialis hominis & formalis differentia,que dat ei perfectionem.Quid eſt homo?animal rationale,quia mortale non eſt de eſſentia,ſed additum fuit ab infidelibus.Angeli autem non ſunt rationales,quia ſubito & ſine diſcurſu intelligunt:homines uero ſunt rationales.De hoc uide ſanctum Tho.j.parte.q.xvij.ar. iij.& iiij.Ideo debet loqui rationabiliter. Ideo Apoſtolus, Fratres in multis offendimus omnes. Si quis autem in uerbo non offendit hic perfectus eſt uir.Iac.iij.Nota hic de iuuene loquaci & uerboſo,qui uenit ad quendam ſanctum hominem querens ab eo conſilium qualiter gubernaret linguam ſuam.Qui dixit,facias quod os tuum non loquatur ut burſa auari ad ſoluendum. Et iſte, Pater non intelligo iſtud. Et ſanctus reſpondit.Burſa auari habet tres modos,& quando aliquis petit ab eo debitum,non ſtatim ſoluit,ſed diſputat dicens, Et quare ſum uobis obligatus?& ſimilia.ita debet fieri antequam loquatur. Ideo lingua habet tres clauſuras quaſi tres muros.Secus de aliis ſenſibus, qui omnes ſunt aperti,oculi,nares,manus,&c.Sed lingua uel leena habet tres cuſtodias.Ideo quando uis loqui ut auarus,diſputa primo intra te dicendo,Quare uolo loqui:erit neceſſarium, utile, uel edificatorium? Si non truffatorium uel iniurioſum,non loquar ergo. Qui iſto modo ſcit gubernare linguam ſuam perfectus eſt.Ideo Apoſtolus,Omnis ſermo malus ex ore ueſtro non procedat,ſed ſi quis bonus eſt ad edificationem fidei,ut det gratiam audientibus.ad Ephe.iiij.Dico tertio, &c. ſcilicet diligentia uirtualis cum recta intentione, ſcilicet quod quilibet cum diligentia faciat quod tenetur facere ſecundum ſtatum & officiū ſuum.Verbi gratia,Religioſus qui eſt diligens in ſeruando ordinem & regulam,& tria uota eſſentialia,& ceremonias in uictu & ueſtitu & ſilentio,talis eſt perfectus.Qui autem dimittit predicta longe eſt a perfectione.Idem de diligentia ſacerdotum in horis dicendis tam de die, quam de nocte.Item habere diligentiā in inſtrumentis eccleſie,ut ſint bona & mūda,&c.Idē de laicis,Diligentia enim ueſtra in hoc cōſiſtit, ut detis operam facere orationem deuotā, quēadmodum ſupplicatur

Angeli ſunt quidem intellectuales, quemadmodū & nos, non autē proprie rationales dicūtur,qa non per diſcurſū, ueluti nos,intelligunt.

Pape uel Regi,&c. In qualibet hebdomada ſeruare Dominicã, audiendo miſſam completam, cum ſilentio,&c. Et quolibet anno confiteri in principio quadrageſime,& in paſcha cõmunicare,& diligẽter penitentiam datam a confeſſore ſeruare, iſta faciunt Chriſtianum perfectum. Propter hoc dicit Deus Chriſtiano cuilibet. Ego dominus omnipotẽs. Ambula coram me,& eſto perfectus. Gen. xvij. Not. Ambula, nõ dicit ſta, uel cede, ſed ambula, quod notat diligentiam. Ambulare eſt de uirtute in uirtutem incedere coram Deo. Aliqui enim ambulant non coram Deo, ſed corã gentibus, ut hypocrite,& uani, glorioſi, ut laudẽtur & uideantur. Sed ille ambulat coram Deo, qui quicquid facit, facit recta intentione pro Deo, nõ curando de gentibus, ſed de Deo. Ideo dicebat Zacha. Seruiamus Domino in ſanctitate & iuſtitia corã ipſo omnibus diebus noſtris. Lu. j. Dico quarto, ſcilicet patiẽtia temporalis, cum exultatione, ſcilicet ad ſufferendũ mala & iniurias: quia alias modicum eſſet facere bona opera, niſi in aduerſis homo habeat patiẽtiã. Ratio eſt, Qui enim uult intrare bellũ, nõ ſolum armatur armis inuaſiuis, ſed etiam armis defenſiuis. Si enim portat lanceã in dextera, non erit perfecte armatus, niſi portet ſcutum in ſiniſtra. Ita de nobis, qui in hoc mundo ſumus in campo prelij. Ideo oportet perfecte armari de armis inuaſiuis. Diligentia in ſpiritualibus eſt quaſi lancea, & defenſiuis patientia. Patiẽtia enim eſt quaſi ſcutũ, quod opponitur ſagittis tribulationũ, iniuriarum, tentationũ, ne tangant cor. Sed multi ſine iſto ſcuto intrant iſtud prelium. Sunt enim diligentes in operibus ſpiritualibus, ſed ſunt impatientes in tribulationibus,& in iniuriis non ſunt firmi, quia ſtatim ad modicam iniuriam turbantur, ideo oportet armari perfecte. Diligentia enim in bonis,& patientia in malis faciunt hominem perfecte armatũ. Cum gaudio ſumende ſunt aduerſitates & tribulationes, quia meritorie ſunt. Plus meruit Iob per patientiam in aduerſis, quam per diligentiã in bonis. Ideo dicit apoſtolus Iacobus, Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in tentationes uarias incideritis, ſcientes quod probatio fidei ueſtre patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet ut ſitis perfecti & integri in nullo deficientes. Iaco. j. Nota cum gaudio ſunt accipiende tribulationes. Cum propter neceſsitatem, tum propter utilitatem. Patientia uobis neceſſaria eſt, ut uolũtatem Dei faciẽtes reportetis promiſsionem. ad Heb. x.

De ſancta Trinitate. Sermo iij.

NEmo aſcendit in celum niſi qui deſcendit de celo. Habetur uerbum iſtud originaliter. Ioan. iij. & officiatur in euangelio preſentium octauarum. In preſenti ſermone ſecundum morinum quod dat mihi thema, uolo declarare quomodo nos peccatores poterimus in celum aſcẽdere, quia ad hoc ſumus finaliter creati. Credo ꝙ erit materia utilis,&

lis,& proficua. Sed ut sit Deo acceptabilis & gratiosa, salutetur uirgo Maria. Thema est uerbum Christi,quod uerbū nisi intelligatur recte, portaret seu duceret peccatorem in desperationem,cum dicit. Nemo ascendit in celum,&c. Quia nullus descendit de celo, nisi ipsemet Christus,secundum quod ipsemet declarat,cum sequitur,filius hominis quī est in celo.Ipse enim descēdit de celo in incarnatione,& ascendit in celum in ascensione postquam compleuit opus nostre redemptionis.Et dixit,Nemo,id est nullus homo ascēdit. Ergo miseri qd faciemus nos? Ideo dictū uerbū sic intelligitur.Nemo ascendit in celū,scilicet uirtute propria,nisi q descēdit de celo,scilicet Christus,quia hoc solū sibi cōpetit.qa sicut falco uel aquila ascēdit uirtute alarū,hec indiget auxilio, sic Christus cū duabus alis,s.potētia diuinali ala dextra,& gloria humanali quasi ala sinistra ascēdit in celū , nec indiguit auxilio alterius. De hoc propheta Dauid , A summo celo egressio eius, & occursus eius,i. regressio usq; ad summū eius.Psal.xviij.Ideo Apostolus, Qui descēdit ipse est,& q ascēdit sup celos ut adimpleret oīa,s. ꝓphetizata.ad Eph. iiij. Ecce qualiter intelligitur,Nemo ascēdit in celū,&c.Ergo nos qualiter poterimus ascēdere?qa nec habemus potētiā diuinalē,nec gloriā humanalē.Ideo nō possumus ascēdere uirtute ꝓpria , sed oportet nos ascēdere uirtute Christi,q dat nobis uirtutē fidei,spei , & charitatis,& uirtutes morales,ut possimus ascēdere.Not. similitudinē de nebula,q̄ de mane iacet in terra: sed post uirtute solis ascēdit sursum. Ita de nobis q sumus terrestres,cōcepti,nati,& nutriti in terra,Dauid, Celū, id est gloriam celi,Domino:terrā autē dedit filiis hominū. Ideo oportet nos ascendere uirtute solis illius,s.de quo dicitur uirgini Marie. Felix nāq; es sacra uirgo Maria & omni laude dignissima, qa exte ortus est sol iustitie Christus Deus noster.Quādo homo moritī in gratia,uirtute istius solis homo ascēdit,quasi homo trahatur ab eo . Iuxta illud, Ego si exaltatus fuero a terra. oīa trahā ad meipsum.Io.xij.Et sic intelligitur thema,Nemo ascendit in celū, &c. scilicet uirtute propria. Nota nouē gradus huius ascensionis , quemadmodum sunt in celo nouē ordines angelorum seu gradus.Ideo aptetis uos ut ascendatis,

Primus est peccatorum cognitio, Secundus cordis contritio,
Tertius emendandi propositio,
Quartus sacramentalis confessio,
Quintus penitentialis satisfactio,
Sextus debitorum restitutio,
Septimus fame reformatio,
Octauus iniuriarum remissio,
Nonus eucharistie communio.

De istis dicebat Esaias,Venite ascendamus ad montem Domini,& ad domum Dei Iacob, Ezaie secundo. Dico primo quod primus gradus

ascen

aſcenſus, eſt peccatorum cognitio, ſcilicet habere ſentimentum & cõſcientiam de peccatis, quando conſcientia pungit & remordet dicẽs, O miſer ego ſum religioſus. & non uixi ut religioſus: non ſeruaui regulam, &c. Idem de clericis & laicis. Talis iam tenet pedem in primo gradu. Talis cognitio eſt neceſſaria, quia nullus curat de medicina, qui non ſentit ſe infirmum. Ideo dicebat Hiere. Vide uias tuas in conualle, & ſcito quid feceris. Hiere. ij. Sed multi deficiũt in iſto gradu qui ſtatim ſentiũt defectus corporis, ſed non ſentiunt mala anime. uerbi gratia. Sunt multi qui ſtatim ſentiunt uentum intrantem per feneſtrã, ſed non ſentiunt uentos ſuperbie, uane glorie, & preſumptionis, flantes in corde. Magnus defectus eſt iſte. Alij ſentiunt ſtatim puluerẽ, & claudunt ſibi os, & nares, ſed non ſentiunt in anima pulueres auaritie, uſure, furti, rapine, &c. Alij ſentiunt ſtatim modicum calorem forte proue nientem ex nimio potu, ſed non ſentiunt ignem luxurie qui totũ comburit. Alij ſentiunt ſtatim paruam ſpinam in digito, ſed non ſentiũt gladium diaboli, qui totam animam transfodit, quando recurrunt ad diuinos pro ſanitate, pro ſe, uel pro filiis, uel ad inueniendum rem perditam. Alij ſi comedunt legumina, ſtatim ſentiunt inter dentes, & non ſentiunt ſaxum inferni, quod tenent in ore quando iurant. Alius ſentit ſtatim, ſi habet ſtomachum repletum, cum non poterit dormire, ſed quando tenetis ſtomachum anime repletum ueneno odij & rancorũ, non ſentitis. Alij ſi dormiunt in lecto, ſtatim ſentiunt pulicem, ſed non ſentitis lupos, uel leones inferni, qui tenẽt uos ne uadatis ad miſſam, uel extrahunt uos de eccleſia, & ſic de aliis. Ideo pauci ſunt qui aſcendunt in primo gradu. Non ſunt iſti ſicut Dauid, qui ſtatim habuit cognitionem de peccato ſuo. Ideo dixit Deo. Pſal. l. Amplius quam merear laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. Et aſsignauit rationem dicẽs, Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. q.d. Iam ſum in primo gradu. Ideo quilibet ueſtrum auiſet ſe qualiter uiuit, in quo ſtatu eſt, & corrigat ſe. Secundus gradus eſt cordis contritio. Poſtquã homo cognoſcit peccata, debet conteri & dolere de eis, quia alias cognoſcere peccata & delectari in ipſis, malum eſſet & peccatum. Neceſſaria eſt ergo contritio. Ideo dixit Ezechias rex, ut habetur Iſa. xxviij. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Domine ſi ſic uiuitur, & in talibus uita ſpiritus mei corripies me, & uiuificabis me. Nota, cum dicitur tibi, non dixit mihi, ſeu mundo, &c. ſed tibi, quia nullus dolor de peccatis ualet aliquid, niſi ſit reſpectu Dei, etiam ſi pro uno peccato homo proiiceret tot lacrymas quot ſunt gutte aque in mari, nihil ualeret niſi ſit reſpectu Dei. Verbi gratia, Si religioſus cogitans, quod preſidens ſuus ſciret mala ſua, incarceraret eum, & illo timore plorat, uel quia erit diffamatus, &c. nihil ualet, quia hoc nihil aliud eſt,

Partes cõtritionis ſunt. Intẽſa de pcã̃ diſpliciẽtia, idq; proter Deũ,

niſi

nisi recogitabo mihi non tibi. Sed tunc esset contritio si diceret, O mi ser quod peccata feci, & quantum offendi creatorem meum, qui de ne more mundi me elegit & plātauit in religionē, ut seruirem sibi, & ego miser feci oppositum, tunc esset contritio. Idem de sacerdote quando cogitat, O miser, episcopus sciet quod ego sum concubinarius, &c. & perdam beneficium, & plorat, nihil ualet attritio, que non sufficit ad saluationem, sed posset esse contritio si respectu Dei doleret dicendo, O miser, Deus fecit mihi gratiam quam angelus nō fecit, &c. Idem de laicis si aliquis esset sententiatus ad furcam, & plorat propter periculum & diffamationem, &c. nihil ualet. Idem de muliere cuiusuis sit status que peccauit & plorat timore uiri uel diffamationis, &c. nihil ualet, oportet quod sit respectu Dei. Ideo dicit prophe. in persona Christi, Recordabuntur mei, quia contriui cor eorum fornicans & recedēs a me, & displicebunt sibimet super malis que feceraut in uniuersis abominationibus suis. Ezech. vj. Tertius gradus est emandandi propositum & sequitur ad duos gradus predictos. Quid enim ualeret cognitio, seu displicentia peccatorum & contritio, nisi homo habeat propositum emendandi, & corrigendi uitam suam, nihil ualet. ideo necessario requiritur propositum firmum emendandi, dicendo, Ego consueui esse superbus, pomposus: sed factum est De cetero uolo uiuere humiliter: & sic de aliis. hoc est emandandi propositum, quia modicum esset dolere de peccatis preteritis: nisi homo proponat cauere a futuris. De hoc Dauid, Beatus uir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in ualle lacrymarum, in loco quem posuit. Psal. lxxxiij. Nota, in ualle lacrymarum Vallis inter duos montes consistit. Ita uita presens dicitur uallis lacrymarum, cōsistens inter duos montes, quorum unus est paradisus terrestris, altus intantum, quod aque diluuij que ascenderunt xv. cubitis super omnes montes, illuc non ascenderunt. de quo dicit Beda, quod folia arborum tangunt spheram siue celum lune. Alius mons ad quem debemus ascendere est paradisus celestis, Et hic debemus nos disponere per bonam uitam & bona opera, ut illuc ascendamus. ideo dicit ascensiones in corde suo disposuit in ualle lacrymarum in loco quem posuit. Locus religiosi est monasterium, clerici ecclesia, & sic de quolibet statu laicorum. In quolibet isto tum locorum quilibet debet disponere ascensiones per recessum a malis & accessum ad bonum, ideo Christus, Vade & iam amplius noli peccare. Ioannis octauo. Quasi dicat, Ex quo iam ascendisti in primo & secundo gradu, ideo uade ascende amplius, & iam noli peccare. Ecce hic propositum emendandi. Quartus est sacramentalis confessio, & loquitur ad predicta. Quid enim ualeret mundare cameram, si stercus remaneret in angulo? ideo oportet ut per fenestram stercus proiciatur. ita illius qui habet cognitionem peccati & cōtritionem cum proposito

& āplius non peccandi firmum pro posituri.

poſito non redeundi, camera conſcientie erit munda, ſi ſtercus peccatorum per feneſtram oris proiiciatur, dicendo confeſſori, Pater ego fui ſuperbus, &c. & ſic de aliis peccatis. Ex quo dicebat beatus Ioānes, Si confiteamur peccata noſtra, fidelis & iuſtus eſt Deus, ut remittat nobis peccata, & emundet nos ab omni iniquitate. j. Ioan. j. Propter hoc ſtatutum eſt, quod quolibet anno in quadrageſima homo confiteatur peccata ſua mundando conſcientiam: ut ſit habitatio Dei, alias enim eſt habitatio demoniorum. Ideo dicit ſcriptura, Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur, ſcilicet ut aſcendat in celum. Qui autem confeſſus fuerit & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. Prouerb. xxviij. Quintus gradus eſt penitentialis ſatisfactio. Differentia eſt inter ſatisfactionem & reſtitutionem. Satisfactio fit Deo pro peccatis. Reſtitutio fit proximo. de iſta dicam in ſexto gradu. Sicut enim ex peccatis que fecimus offendimus Deum, ita per penitentiam debemus facere Deo ſatisfactionem uerbi gratia. Si offendiſtis Deum per ſuperbiam, debetis ſatisfacere ſibi per humilem orationem. Si per auaritiam, ſatisfacere debetis per eleemoſynas, &c. Si per luxuriam, ſatisfacere debetis per carnis afflictionē, ne a demonibus uos puniri oporteat in inferno. & ſic de aliis. Ratio huius ſatisfactionis eſt, quia poſt reconciliationem amicabilem requiritur ſolutio debiti. Ideo Luce iij. Facite ergo fructus dignos penitentie. Vbi dicit gl. quod fructus eſt, &c. quando medicina correſpondet plage ſiue morbo. Sed modo in pluribus omnes confeſſores dant unam medicinā cuilibet morbo, ſcilicet miſſas, ut ipſi habeant. &c. Sextus eſt debitorum reſtitutio, que fit proximo. Quilibet reſpiciat domum, taxillam, uel burſam: ſi eſt ibi aliquid de malis bonis & iniuſtis, de uſura, furto, rapina uel retinendo mercedem laboratorum, decimam & primitias reſtituatis. Dicunt aliqui, Pater ego dimittam in teſtamento ut reſtituatur, &c. Et interim uos ibitis in inferno, ſi mori uos contingat ſine penitentia, ſtatim enim debet reſtitui alienum, &c. De quo uide S. Tho. ij. ii. q. de reſtitutione. Et ſiue reſtitutio fiat per heredem ſiue non, non liberabit uos. Et pater, Oporteret me uendere, &c. ſi uellem reſtituere, &c. Solutio. Quare non? & uendere debetis, & diminuere ſtatum, quia regula eſt iuridica, quod non dimittitur peccatū, niſi ablatum reſtituatur. xiiij. q. vj. Si res, ideo reſtituatis. In iſto gradu multi frangūt ſibi collum. ideo dicit apoſtolus. Reddite omnibus debita. Cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quicquam debeatis, uiſi ut inuicem diligatis. ad Rō. xiij. Septimus eſt fame reformatio. Si diffamaſtis, uel iudicaſtis, uel condemnaſtis aliquem, oportet quod reſtituatis ſibi famam coram illis, etiam dato quod dixeritis uerum, ſi reuelaſtis peccatum occultum. Et ut intelligatis hoc peccatum, dicā uobis ſimilitudinē de nobili domina optime ornata, quam

latrones

latrones despoliauerũt usque ad camisiam, deinde uenit alius & expoliauit sibi camisiam. Credo quod magis credit se iniuriatam ab isto secundo, quam ab aliis. Ita persona que habet bonam uitam, portat camisiam albam per bonam famam & uestes ex auro & serico cum margaritis, que sunt bona opera. Sed quando peccat mortaliter, depredatur a latronibus inferni. sed adhuc remanet sibi camisia alba, scilicet bona fama, sed quando tu reuelas suum peccatum, quod erat secretũ, tunc denudas sibi camisiam. Maius peccatum facis quam si bona exteriora sibi furatus fuisses, quia melius est nomen bonum, quam diuitie multe. Super aurum & argentum est bona gratia, id est bona fama. Prouer. xxij. Si ergo qui furatur pecunias uel alia bona, tenetur ad restitutionem si uult saluari, quanto magis necessario restituenda est fama? Ideo Aug. Non pigeat ex ipso ore ferre medicamenta, unde facta sunt uulnera. Octauus gradus est iniuriarum remissio. Si ore iustitie uultis iustitiam, hoc poteritis licite. Sed in corde uestro non teneatis desiderium uindicte, sed exemplo Christi, qui in cruce pepercit omnibus parcatis inimicis dicendo, Domine parcatis mihi & remittatis mihi iniurias, quas feci uobis, ego remitto iniurias inimicis. Vnde dicit Christus, Pater meus celestis tradet uos tortoribus, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris Matt. xviij. Nonus est eu charistie communio, hic completur penitẽtia, In isto gradu iungimur Deo. Omnia enim predicta sunt preparationes ad ascensum celestem. Sed perfecta medicina & uirtus animam secum trahens ad celum est eucharistia. Nota, exemplum de communione Hugonis de sancto Victore. Ideo Christus, Ego sum panis uiuus, qui de celo descẽdi. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in eternum. Io. vj. Dicatur contra illos qui non communicant, &c. De quibus Io. j. In propria uenit, & sui eum non receperunt.

In festo corpris Christi, & hoc de corpore Christi glorioso, scilicet sancto sacramento.

Sermo j.

EGo accepi a Domino quod & tradidi uobis. Verbũ istud habere textualiter. i. ad Cor. xj. & recitatũ est statim in epistola hodierna. Secundum ꝙ totum festum hodiernum est de illo sancto & glorioso sacramento altaris, sic erit & sermo noster. Et habebimus multas bonas speculationes pro intellectus illuminatione & animarum consolatione, & aliquas moralitates pro uite correctione, sed salutetur prius uirgo Maria. Pro huius uerbi declaratione & materie predicande introductione, sciendum ꝙ tota credentia cordis quã habemus de isto sancto sacramẽto, & locutio oris quã facimus de eodẽ, tota debet esse fundata in sancta scriptura. Ita ꝙ cor nõ debet se plus extẽdere ad credẽdũ, nec os

nec os ad loquendum, nisi quantum habemus ex sacra scriptura. Ratio est propter altitudinem & subtilitatem transcédentem huius sacramenti, quod excedit omnem intellectum naturalem & scientiam philosophicalem, & omne posse nature. Qui ergo de hoc sancto sacramẽto uellet credere, uel loqui secundum intellectum naturalem, aut sciẽtiam philosophicalem, uel posse nature, erraret & deficeret in multis, sicut qui uellet numerare secundum intellectum quot palme seu cubiti sunt abhinc usque ad celum, quot passus ab oriente usque ad occidentem, uel quot sunt grana arene & gutte aque, erraret & deficeret. Ideo dicit scriptura Ecclesiastici. iij. Altiora te ne quesieris, scilicet intellectu naturali, & fortiora te ne scrutatus fueris, scilicet scientia philosophicali, sed que tibi precepit Deus, scilicet in sacra scriptura, que est os eius habens duo labia, scilicet duo testamenta. Superius est nouum testamentum, inferius uetus testamentum. Ideo ait Dominus, Si separaueris pretiosum a uili, quasi os meum eris. Hiere. xv. Illa cogita semper. Ideo modo dimittendo rationes naturales & philosophicales, solum recipiam authoritates de sacra scriptura, quia nolo aliquid dicere nisi quod Dominus dicit in sacra scriptura. Et tunc potero dicere thema, Ego accepi a Domino, non philosopho, nec a Virgilio, nec naturali inuẽto, sed a Domino, scilicet in sacra scriptura quod & tradidi uobis. Patet the. Inter cetera mirabilia & secreta huius sacramẽti sunt quinque principalia, que dicam uobis modo secundum sanctam scripturã.

Primum est mutatio substantialis,
Secundum operatio sacerdotalis,
Tertium habitatio sacramentalis,
Quartum perceptio sensualis,
Quintum receptio usualis.

In his sunt altitudines & difficultates huius sacramenti. Si dicatur, Vnde habetis hoc frater? Respondet thema, Ego accepi a Domino, & modo tradam uobis. Primum mirabile, & altum secretum huius sancti sacrificij est mutatio substantialis. Duplex enim est mutatio, una est accidentalis, alia substantialis. Mutatio accidentalis est quando accidens, uel qualitas mutatur in creatura manente eadem substãtia, ut est mutatio de albedine in nigredinem, uel de sanitate in infirmitatẽ, uel de caliditate in frigiditatem, uel de paruitate in magnitudinem secundum quod mutatur puer, sed substantia manet eadem, tales mutationes dicuntur esse accidentales. Mutatio substantialis est quando non solum accidens, sed etiam substantia mutatur, ut si lutum mutaretur in aurum, uel plumbum in argentum, non solum accidentia mutarentur, sed etiam substantia. In isto autem sacramento solum fit mutatio substantialis, & non accidentalis, quia substantia panis & uini non manẽt facta conuersione, sed accidentia eorum manent. In isto autem sacra-

Quoties accidens adest & abest subiecto, preter subiecti corruptionẽ, mutatio fit accidẽtalis.

mento

mento deficiunt due regule philoſophie. Prima que dicit, quod quandocunque fit mutatio ſubſtantie etiam fit accidentium. Ratio, quia accidentia non migrant, id eſt tranſmutantur de ſubiecto in ſubiectum, quia ſi lutum mutatur in aurum, etiam qualitas eius mutatur. Sed in hoc ſacramento eſt oppoſitum: quia ſubſtantia panis uirtute uerborū mutatur in corpus Chriſti, accidentia autem non, quia eadem albedo & quantitas & rotunditas, odor & ſapor remanent que prius. Modo gubernando uos per regulas philoſophie in hoc ſacramento oporteret errare & deficere. Et facta mutatione adoramus, ſed non adoramꝰ id quod uidemus, ſcilicet albedinem nec rotunditatem, ſed Chriſtum uerum Deum & hominē intra contentum. ita uere & realiter ut in utero uirginis fuit uel in celis eſt. De hoc uide S. Tho. iij. par. q. lxxxv. art. j. Quemadmodum enim milites adorant regem intra cortinas, quando audit miſſam, licet ipſum non uideant, ita nos adoramus Chriſtum intra illa accidentia quaſi intra cortinam exiſtentem. Secunda regula philoſophie deficit etiam in hoc ſancto ſacramento, que dicit quod nulla mutatio ſubſtantialis eſt integra, quia ſemper remanet materia prima, quam philoſophi uocant hyle. quia ſi lutum mutatur in aurum, materia prima que eſt in termino a quo, eſt eadem cum illa que eſt in termino ad quem, quia eadem eſt materia omnium generabilium & corruptibilium. In hoc ſancto ſacramento hec regula deficit, quia nihil remanet de materia nec de forma ſubſtantiali panis, quia totum mutatur in corpus Chriſti. De hoc uide S. Tho. iij. parte. q. lxxv. artic. v. & vj. Ideo oportet quod homo non regat ſe hic per regulas philoſophicas que deficiunt, ſed ſecundum ſanctam ſcripturam in pſalterio, que dicit, Hec mutatio, ſcilicet ſubſtantialis dextre excelſi. Mutationes nature ſunt de ſiniſtra, ſed iſta dextre excelſi. Et ſequitur, tu es Deus qui facis mirabilia, ſcilicet iſta predicta. Similiter de mutatione uini in calice in ſanguinem Chriſti. Moraliter habetis hic doctrinam quod debetis Chriſtum adorare in hoſtia conſecrata ſine dubio & ſine conditione. Aliqui preſumptuoſi & proterui cadunt in errorem, dicendo quando adorant, adoro te, ſi tu es Chriſtus, Nec grates, nec gratias, quia etiam lignum uel lapidem uel canem poſſetis adorare iſto modo cum conditione. Ideo ſine conditione debetis adorare. Ratio, quia conditio dubitationem includit, & Deus uult adorari firmiter toto corde, ſpiritu, uoluntate, & deuotione. Ideo Dauid, Tollite hoſtias, & introite in atria eius, adorate Dominum in atrio ſancto eius. Pſal. xcv. Nota tollite hoſtias. hic loquitur presbyteris. Et introite in atria eius, hic loquitur populo. Adorate Dominū. ſ. tam ſacerdotes quam populus. In atria. gl. id eſt in corde ſine dubio & ſine conditione. Diceret aliquis, Si ſacerdos non dixit uerba, uel ſi non ſit ordinatus non cōſecrauit. ergo, &c. Reſpōdeo q̄ ſacerdos ſolum dānabitur, & nō eſt periculū uobis. Ideo

adoretis sine dubio, licet enim habitualiter habeatis in corde hoc, & si oppositum sciretis nō adoraretis, & hoc sufficit, tamen hoc non debet exprimi uerbis, sed simpliciter adorare debetis. Ecce primum mirabile secretum, quod est, ego accepi a domino in scriptura, & tradidi uobis. Secundum mirabile huius sacramenti est operatio sacerdotalis, scilicet quod sacerdos existēs in terra habet potestatem ut aperiat celos, & faciat descendere filium uirginis Marie in altari in manibus suis. Magnū mirabile reputatur in Moyse, qui fecit descendere manna de aere: ut habetur Exo. xvj. Et de Elia qui fecit descēdere ignē de sphera ignis ad cōburendum duos quinquagenarios, ut habetur. iiij. Regū. j. Maius mirabile est hic, quoniam sacerdos nō de aere nec de sphera ignis, nec de celo Lune, nec de celo Mercurij, nec de celo Veneris, nec de celo Solis, nec de celo Martis, nec de celo Iouis, nec de celo Saturni, nec de celo stellato siue firmaméto, nec de celo crystallino, sed de celo empyreo facit Christum descendere. Ecce operatio sacerdotalis. Scitis & quando uirgo Maria salutata per angelum Gabrielem consentiens dixit, Ecce ancilla Domini, &c. Luc. j. In ultimo uerbo celum fuit apertū & filius Dei descendit in utero suo, & angelus & uirgo adorauerunt ipsum in utero, & sicut os uirginis aperuit celum, ita os sacerdotis, & excellentius. Non displicebit uirgini Marie si dico ueritatem, quia uirgo aperiendo celum habuit dicere octo uerba. Primum, Ecce secūdum ancilla, &c. quousque dixit totum, tunc enim celum fuit apertum, & ipsa cōcepit. Et sacerdos solum dicit quinque uerba, & quādo dicit ultimū uerbum, scilicet meum, tunc celum aperitur, & Christus est in hostia. Itē uirgo Maria solum semel aperuit celum, &c. sed sacerdos quolibet die, & in qualibet missa. Item in utero uirginis descendit paruus, nō ita magnus sicut formica, & passibilis & mortalis, sed in hostia descendit ita magnus, ut est in celo, ut fuit in cruce, nec passibilis, nec mortalis, sed glorioſus & impassibilis. Gregor. Quis enim fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora, ad sacerdotis uocem celos aperiri, & in illo Iesu Christi mysterio angelorum choros adesse ima summis sociari & celestibus iungi, unum idemque ex uisibilibus, atque inuisibilibus fieri. Greg. in iiij. dialo. & habetur de conse. dist. ij. quid sit sanguis uersic. quis enim fidelium. Nota qualiter intelligitur celos aperiri, quē admodum de manifestatione materie secrete dicitur. Mihi aperuit cor suum, non quod corrumpatur uel diuidatur, sed quia secretum manifestatur. Ita dixit Dalida de Sanſone Philisteis, Nūc aperuit mihi cor suū. Iudi. xvj. Ita de filio Dei qui est secretus in celo empyreo, quando descendit in hostiam consecratam, illa descensio dicitur apertio celorū. Hic est panis qui de celo descendit. Si quis manducauerit ex hoc pane uiuet ineternum. Ioannis sexto. Si dicatur, Christus de celo descendit in hostiam, ergo recedit de celo. Respondeo quod non dimittit celum.

Nū Christi corpꝰ liceat adorare sub conditione, in sacramento altaris.

Ad hoc

Ad hoc nota duas similitudines. Prima de domo habente centum foramina uel mille foramina, in quolibet intrat radius solis, & tamen nō recedit de celo. Ita Christus radius Dei patris descendit in quamlibet hostiam, & tamē nō dimittit celū. Secunda de uoce mea, que est in qualibet aure uestra. Iā uidetis quot aures sunt hic. Modo credo ꝙ quilibet habet duas, &c. & in qualibet est uox mea, & tamen non recedit a me. Si uerbum corruptibile & transitorium potest tantum, quanto magis uerbum eternum? de quo Ioā. j. In principio erat uerbum, &c. Ideo Dauid, Dominus in templo sancto suo, & simul Dominus in celo sedes eius. Si uirgo grauida erat templum Dei, ita hostia consecrata est grauida. Templum Dei potest dici ubi sunt angeli, ut dicit Grego. quia rex non uadit solus, si non haberemus oculos lippos, nec aures obturatas uideremus & sentiremus eos cantantes. Sicut aliqui sancti, ut beatus Tho. de Aquino ordinis fratrum predicatorum, qui ordinauit officiū hodiernum, qui cantat, Panis angelicus fit panis hominum, dat panis celicus figuris terminum. O res mirabilis manducat Dominum seruus pauper & humilis. Moraliter patet qualiter mundus debet esse sacerdos, qui habet iudicem & circundatur angelis, & manus & digiti implē tur angelis. Si est bonus, dicunt angeli, O benedicte maiorem gratiam habes quam uos, &c. Si sit malus, luxuriosus, concubinarius, lusor, &c. dicunt angeli Christo, Domine uultis ut occidamus istum proditorē? Respondet Christus, Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Ezechie. xviij. Questio est hic quam forte facitis uos iam in cordibus uestris. Si sacerdos sit male uite, luxuriosus, &c. an talis habet illam potestatem consecrandi &c. quia de bono sacerdote bene credimus. Respondeo, quod tam bonus quam malus sacerdos dicendo uerba consecrat uere. Ad hoc nota similitudinem de duobus canalibus, aureo & ligneo, per que aqua ab eodem fonte uenit in hortum ad rigandum caules. Qui caules erunt meliores, nunquid tantum ualent uni, quantum alij, ex quo aqua est eadem? quia bonitas caulium non est uirtute canalium, sed uirtute fontis. Ita in proposito, Fōs unde procedit aqua totius mundi & sapientie est Christus. Fons sapientie uerbum Dei in excelsis. Ecclesiast. j. Canalia per que transit aqua consecrationis sunt sacerdotes. Hostie sunt herbe uel caules de terra tritici, nō de alia materia. Canale aureum est bonus sacerdos & deuotus, ligneū est sacerdos male uite, concubinarius, simoniacus, ribaldus, &c. tamen quilibet uere consecrat non uirtute sacerdotis, sed Christi. Christus autem in fine faciet ut dominus horti. Qui postquam usus est canalibus, canale aureum ponit in thesauro in capsa celi. Qui mihi ministrat me sequatur, ut ubi sum ego, illic & minister meus erit. Ioannis duodecimo. Canale ligni putridi ponit in ignem ad comburendum in inferno. Ideo apostolus. Probet autem seipsum homo, & sic de

pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium, ſcilicet damnationis ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. j. Corinth. xj. ubi dicit gl. Ambro. Ita punitur ac ſi Chriſtum propriis manibus interfeciſſet. Ecce hec operatio ſacerdotalis, & unde ſcitis hoc frater? Ego accepi a domino quod, &c. Tertium ſecretum mirabile huius ſacramenti eſt habitatio ſacramentalis. O mirabile eſt quod totus Chriſtus in tam parua quantitate habitet. Dices tu qualiter eſt hoc poſsibile? Item quomodo eſt poſsibile quod quando frangitur hoſtia, non frangitur totus Chriſtus, imo totus integer manet, & in qualibet particula fractionis, Hic deficit omnis regula philoſophie, ueruntamen pro conſolatione ueſtra oſtendam uobis ſimilitudinem ad oculum de imagine ueſtra quantumcunq; ſitis magnus, que tota recipitur in ſpeculo, & ſi eſſent centum millia & ultra ſpeculorum coram uobis, in omnibus eſſet imago ueſtra, & ſi frangatis ſpeculum, tamen non frangitur imago, imo in unaquaque particula eius manet integra. Et nunquid Deus pater poterit tantum de imagine ſua, que eſt Chriſtus? Chriſtus eſt imago inuiſibilis Dei. ij. Corinth. iij. & Col. j. Hoſtia eſt ſpeculum. diceret aliquis, Non eſt ſimile de imagine in ſpeculo, que non eſt corporalis, & de Chriſto in hoſtia, que habet uerum corpus. Dico quod imo, quia ſubtilius eſt corpus glorioſum quam imago que modico panno impeditur, ne intret ſpeculum. Corpus autem glorioſum a nullo poteſt impediri. ſubtilius eſt luce, uoce, &c. etiam imagine. Ideo dictis uerbis ſtatim totum corpus eſt in hoſtia, tanquam imago in ſpeculo. Ideo de iſta hoſtia cõſecrata poteſt dici, Candor eſt lucis eterne, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. Sapien. vij. Candor eſt lucis eterne quantum ad diuinitatem que eſt ibi, Pro quo ſciendum, quod ui uerborum ſolum eſt ibi, ſcilicet ſub ſpecie panis corpus Chriſti, ſed ex reali cõcomitantia eſt etiã ibi aĩa, quia corpus Chriſti eſt ibi corpus uiuũ, qđ non eſt ſine aĩa nec ſine ſanguine. Si in triduo apoſtoli conſecraſſent, ſolum fuiſſet ibi corpus Chriſti mortuum, quale tunc erat. ſed modo eſt uiuum cum anima & ſanguine ſimul & diuinitate. Vi uerborum ſolum eſt ibi corpus, ſed cõcomitatiue eſt ibi anima cum excellentiis, & diuinitas cum omnibus perfectionibus. Sicut ſi aliquis dominus inuitaret aliquem magnum Dominum, uel prelatum ad prandium, & ille ſecum duceret ſcutiferos, uirtute uerbi inuitantis, ſolum eſt ibi dominus ille uel prelatus, ſed ex concomitantia uel aſſociatione ſunt etiam ibi ſcutiferi. Ita ſacerdos conſecrando ui uerborum, non conſecrat niſi corpus Chriſti preciſe, ſed conſequuntur ipſum anima, ſanguis, & diuinitas. Ideo cogita quid tu manducas, quando communicas, quia de omnibus rebus corporalibus ibi eſt melior, ſcilicet corpus Chriſti, de creaturis ſpiritualibus excellentior eſt ibi, ſcilicet anima Chriſti: ſuper omnia autem que Deus

Vide qd in altaris ſacramẽto ſit ex ui uerborũ, & ex reali concomitantia.

fecit

fecit uel faciet uel poteſt facere, eſt diuinitas, que etiam eſt ibi. Ideo dicit authoritas, candor eſt lucis eterne, ſcilicet quantum ad diuinitatē. Ideo hoſtia eſt rotunda, quod ſignificat eternitatem Dei, & ſpeculum ſine macula, quantum ad animam. Ideo hoſtia debet eſſe puriſsima & alba. Et imago bonitatis Dei quantum ad corpus per quod compleuit ſuam bonitatem in opere redemptionis. Moraliter habemus hic doctrinam, quod ſi digne uolumus communicare, habeamus tria, ſcilicet candorem lucis eterne per ueram credentiam ſine errore & falſa opinione. Secundo ſpeculum ſine macula per caſtitatem. Tertio quod habeamus imaginem bonitatis illius per firmam amicitiā, quia ſicut Chriſtus noluit recipere uindictam de inimicis ſuis, nec uos de ueſtris amore ſui. Ideo Chriſtus, Beati pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur. Mat. v. Nota pacifici ſecundum etymologiam, id eſt pacem facientes, & male dictus eſt qui pacem impedit, de quibus poteſt dici, Damnati guerrifici, quoniam filij diaboli uocabuntur. Quartum ſecretum mirabile eſt perceptio ſenſualis, quia ſenſus corporales uidentur decipi circa euchariſtiam, quia aliud ſentitur, quam credatur, quia oculus non uidet Chriſtum, ſed albedinem, nec auditur Chriſtus, nec odoratur. Quare hoc? Chriſtus bene poſſet facere, quod ſicut imago uidetur in ſpeculo, etiā ipſe uideretur in hoſtia, ſicut a multis ſanctis fuit ibi uiſus. Sed hoc non uult duplici ratione. Prima neceſsitatis. Secunda utilitatis. Neceſsitatis, quia oportet communicare, quia ſicut totum noſtrum malum uenit nobis ex eſu fructus, ita uult Deus quod totum bonum ueniat nobis ex eſu fructus, de quo dicitur uirgini Marie, Benedictus fructus uentris tui Ieſus Chriſtus. Et abominabile eſſet carnem humanā uiſibiliter comedere, & ſanguinem bibere. Sed ſicut medicus cooperit pilulam oblata uel hoſtia, ne perſonis delicatis ſit faſtidioſa, ita Chriſtus medicus noſter, cuius caro eſt pilula noſtre ſalutis, quia aliter non poſſem⁹ ſaluari, niſi per communionem, cooperit, ne uideatur, neque ſapor carnis ſentiatur, &c. Ecce neceſsitas. De quo ait ꝓpheta Eſaias. Te adorabunt, ſcilicet in hoſtia conſecrata, teque deprecabuntur. Tantum in te eſt Deus, & non eſt Deus abſque te. Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael ſaluator. Eſaie. xlv. Nota, tantum in te eſt Deus. Iſta dictio excluſiua tantum, excludit alia ſacramenta, in quibus non eſt Deus, niſi figuratiue ſolum in iſto ſacramento realiter, & perſonaliter. De hoc uide S. Tho. iij. par. q. lxxv. artic. j. Non dicit ſimilitudinarie, ſed uere. Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. conſtruitur ſic. Cibus ille uere eſt caro mea, & potus ille uere eſt ſanguis meus. Io. vj. Secunda ratio eſt utilitatis, ſcilicet noſtri meriti. Articulus de hoc ſacramento eſt ualde magni meriti, propter difficultatem ſenſuum, qui iudicant oppoſitum de hoc, quod credimus. Si enim creditis quod hoſtia ſit alba, nec grates habetis, quia ad oculum uideris. Sed meritum

eſt credere quod ibi ſit Chriſtus, quem non uidetis. Grego. Fides no[n] habet meritum, ubi humana ratio prebet experimentum. Sed meritum eſt credere, quia ipſe dixit quod realiter. Ipſe enim non poteſt mentiri nec decipere. Ideo facimus ſibi magnum honorem credendo ſimpliciter, dicendo, Domine licet intellectus meus non capiat hoc myſterium, tamen credo ex quo uos dicitis. Ipſe dicit, Beati qui nō uiderunt & crediderunt. Ioan. xx. Multi ſancti Chriſtum uiderunt in hoc ſacramento. Quintum ſecretum mirabile eſt receptio uſualis, quia permittit & uult a nobis non ſolum adorari, ſed recipi ſecundum uſum & cōſuetudinem eccleſie. Sacerdotes quolibet die celebrādo bene parati, &c. Perſone deuote quolibet menſe ex bono conſilio. Alij autem ſemel in anno, ſcilicet in paſcha ex precepto, aliter nunquam recipientur in celo. Dicunt angeli, O res mirabilis, manducat dominum ſeruus pauper & humilis. O magnum mirabile eſt hoc, & quare facit, qualem utilitatē habet? Dico quod hoc inſtituit duplici ratione. Prima propter honorem ſuum. Secunda propter profectum noſtrum. Honor eſt regni uictorioſo recipi fideliter intra caſtra que bellando acquiſiuit. Et per oppoſitum dedecus, quando non permittunt ipſum intrare. De quibus dixit Ioannes, In propria uenit, & ſui eum non receperunt. Io. j. Sed bene permiſerunt intrare iumēta, pullos, capones, &c. Secunda ratio eſt propter noſtrum profectum. Si rex uel Papa faciunt gratias magnas, ubi bene recipiuntur: quāto magis Chriſtus rex & Papa ſimul, ex cuius digna receptione ineſtimabiliter proficiunt chriſtian? Dauid. Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe. pſal. cx.

De corpore Chriſti. Sermo ij,

HOc facite in meam commemorationem. Verbum iſtud habetur textualiter. j. ad Corin. xj. c. & recitatiue in epiſtola preſentium octauarum. Inter omnia ſacramēta eccleſie ſacramentum euchariſtie expreſsius & proprius repreſentat nobis & oſtendit amorem & charitatē Chriſti Ieſu ad nos, ac paſsionem & mortem quas Chriſtus pro nobis ſuſtinuit. Ideo de hoc modo uolo predicare. Materia erit deuota, ſed prius ſalutetur uirgo Maria. Sanctum ſacrificium altaris habet duas cōditiones uel proprietates. Prima quod eſt ueritas plena. Secunda quod eſt figura uera. De prima quia Chriſtus plene & realiter uerus Deus & uerus homo in anima & corpore glorioſo eſt in hoſtia conſecrata, quēadmodum eſt in celis, licet oculis corporalibus non uideatur a nobis, tamen ibi eſt ueraciter iuxta prophetiam, Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael ſaluator. Eſa. xlv. Et loquebatur de Chriſto. Iſto reſpectu

ctu fit festum hoc hesternum. Secunda conditio seu proprietas, quod est figura uera, scilicet passionis Christi, que nobis propriissime representatur in hoc sacrificio. Quia sicut Christus fuit eleuatus & crucifixus inter duos latrones, ita hostia consecrata eleuatur duabus manibus dextera & sinistra, que significat latrones, & sicut tūc corpus Christi erat albū ex sanguinis effusione, ita eleuatur hostia alba. Ideo quando uidetur, debet cogitare Christianus. Tali modo fuit redēptor meus in cruce eleuatus. Et sicut Christus obtulit sanguinem suū patri in pretium pro omnibus sibi credentibus & obedientibus, ita sacerdos offert calicem. Ecce qualiter habet figuram ueram. Ideo dicit collecta huius festinitatis. Deus qui nobis sub sacramento mirabili, passionis tue memoriam reliquisti, &c. Ideo de hoc sacramento dicit thema, Hoc facite in meam commemorationem, &c. Inuenio quod sacra passio Christi ex ordinatione diuina, ut memoretur a nobis, representatur quinque sensibus nostris, scilicet uisui, auditui, odoratui, tactui, & gustui. Passio Christi ad omnes partes intellectus representatur, quia dicit Philosophus, ꝙ nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. Quicquid est in corde naturaliter, habet intrare per aliquam partem sensus. Ideo in qualibet parte posuit signum sue passionis, dicens, Hoc facite in meam commemorationem. Primo passio Christi representatur, uisui, quia uult Dominus quod in terra Christianorum non solum in ecclesiis seu locis religiosis, sed etiam extra per uias cruces eleuentur. Ratio ut quando transis per uiam, & uides crucem, habeas memoriam de Christi passione, dicendo, O Domine amore mei uoluistis in cruce pati. Non intelligatis quod cruces sint in ecclesia, seu in uia, ut adoretis illud lignum uel lapidem, aurum uel argentum, ut dicunt stulti Iudei, sed ut adoremus Christum crucifixum quem representant ad memoriam. Et de quo do uobis talem similitudinem. Si pater uel frater alicuius fuit in furca suspensus, deinde sepultus, quando transit iuxta illam furcam, & uidet eam frater uel filius suspensi, totus alteratur, & turbatur in semetipso, cogitando in hac furca pater meus uel frater fuit suspensus. Ita de nobis, quando uidemus crucem, statim debemus cogitare, in tali cruce fuit suspensus redemptor meus pater & frater meus, & debemus adorare, dicendo, Adoramus te Christe, &c. Hoc fuit iam per Esaiam prophetatum, qui fuit ante Christum per quingentos annos, dicentem, Omnes habitatores orbis qui moramini in terra, cum eleuatum fuerit signum in montibus uidebitis, & clangorem tube audietis. Esa. xviij. Nota cum eleuatum fuerit signum, non dicit quod signum. Ideo cum dicit signum absolute, per excellentiam intelligitur de signo crucis, sicut quando dicitur Philosophus absolute, intelligitur Aristoteles, quando dicitur Apostolus, intelligitur Paulus per excellentiam. Idem in proposito de signo crucis. Nota clangorem tu

rem tube,quia quando Christianus uidet crucem, statim in corde suo debent sonare illa tria,Iesu Nazarene fili Dei uiui miserere mihi peccatori,&c.Ecce signum ad oculos ad uidendum & memorandū Christi passionem.Nota quod ante Iesu Christi passionē per mille & quingentos annos iam Iudei adorabant crucē,ut habetur Nume.xxj. Not. historiam de serpentibus,eo quod Iudei murmurauerunt cōtra Moysen & Aaron.Et Deus misit serpentes,&c. Orauit autem Moyses Deū pro populo.Et locutus est Dominus ad eum,Fac serpentem eneum,& pone eum pro signo,qui percussus aspexerit eum,uiuet. & dicit tex.ꝙ Moyses fecit serpentem eneum,& posuit eum pro signo, quē cū percussi aspicerent,sanabantur.Nume.xxj.Ecce signum primū. Ergo hoc facite,scilicet eleuando crucem in meam commemorationem.Secundo Christi passio representatur auditui, ut per aures intret memoria passionis ad cor.Nihil enim tantum mouet cor creature ad deuotionem & peccatorum contritionem,quantum memoria passionis Christi,nec aliquid est, quod tantum inflammet cor ad eius amorē & dilectionem.Nota ad hoc similitudinē de illis duobus magnis amicis omnino similibus.& accidit quod unus eorum fecit furtum,pro quo captus & sententiatus fuit ad suspendendum. Quod sciens amicus eius, ex amore nimio non potuit sustinere, quod amicus suus suspenderetur.propter quod uenit ad carcerem,& induit sibi uestes amici capti,& suas restituit amico capto,dicens, Vade,quia ego amore tui suspēdar, ut tu euadas.Et ita factum est,fur euasit, & ille amicus fuit suspensus. Modo dicatur quantum tenebatur illum amicū diligere. Profecto intantum quod quandocunque recordabatur uel loquebatur de illo,statim flebat ex amore.Ita ꝓprie est de Domino Iesu Christo. Ipse enim & genus humanum sunt duo amici ualde dilecti,intantum quod amor Christi ad genus humanum excedit omnē amorem. unde Apostolus, Propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos.ad Ephe. ij. Propter nimiam.Nota excessum dilectionis.humanum autem genus ex furto, scilicet Ade,erat sententiatum ad suspendium inferni.Sed quid fecit filius Dei?Profecto Iesus Christus,ut ille fidelis amicꝰ,uenit ad captionem huius mundi,scilicet in incarnatione,& indutus est uestem latronis,scilicet humanitatem.Qui cum in forma Dei esset,non rapinam arbitratus est se esse equalem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo,&c.Ad Phil.ij.& uestē suam restituit amico. Vestis Christi est Dei filiatio per eternam generationem. Hac uestē filiationis restituit amicum suum per temporalem regenerationem, scilicet in baptismo, dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus,neque ex uoluntate carnis,neque ex uoluntate uiri,sed ex Deo nati sunt.Et uerbum caro factum est,&c.Ioan.j.Et

filius

filius Dei pro amico fuit ſuſpenſus, nec fuit cognitus. Si enim cognouiſſent, nunquam Dominum glorie crucifixiſſent. j. Corin. ij. Et humanum genus euaſit. Ecce qualem rationem habemus diligendi Chriſtū. Poſſemus habere maiorem? Certe non. Ideo quando audimus loqui de eo, & de eius paſsione, ſtatim cor noſtrum debet moueri & inflammari ad eius deuotionem & dilectionem, ad eius ſeruitium & peccatorum uitationem, quibus offenditur. De hoc propheta Dauid, Dixit Dominus ex Baſan conuertam, conuertam in profundum maris. Vt intinguatur pes tuus in ſanguine, lingua canum tuorū ex inimicis ab ipſo. Pſal. lxvij. Nota ſecreta Baſan, ſecundum interpretationem Hebraicā, idem eſt quod confuſio. Ille eſt in Baſan qui eſt in confuſione peccatorum, quia nullum ordinem tenet, nec orationis, nec confeſsionis, &c. ſed ſicut beſtia ambulat de peccato in peccatum. De tali dicit Dominus, Ex Baſan conuertam, licet enim ſit in peccatis antiquatus, ego cō uertam. Domine & quomodo? Reſpondet, conuertam in profundum maris contritionis. Quia contritio non eſt niſi amarus dolor peccatorum. Verbi gratia, Quando religioſus qui uixit ad libitum, non ſeruando regulam, &c. Et Deus facit ſibi gratiam quod conteritur dicendo, O miſer, & quid erit de me, &c. tunc conuerſus eſt ex Baſan in profundum maris. Idem de ſacerdote & de laicis hominibus & mulieribus. Et qualiter ſeu quomodo fiet iſta conuerſio in profundum maris, dicit pater filio, Vt intinguatur pes tuus in ſanguine. Inferior pars corporis eſt pes, ſuperior autem caput. Sic etiam in Chriſto ſunt due partes, id eſt due ſubſtantie. Et ſuperior pars eſt diuinitas tanquam caput. Et inferior pars eſt humanitas tanquam pes. Sed iſte due ſubſtantie ſolū faciunt unam perſonam. Dicit ergo ex Baſan conuertam, in profundum maris. Et quomodo? ut intinguatur pes eius, id eſt corpus eius, quod tinctum fuit in ſanguine, in capite per ſpinarum coronationem, in toto corpore per flagellationem, in brachiis & manibus per clauationē. Idem de pedibus. Et lingua canum tuorum, Chriſtus eſt paſtor, eius oues ſunt Chriſtiani. Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas. Io. x. Paſtor autem habens oues, indiget canibus, alias lupi, &c. Iſti canes ſunt predicatores qui latrant contra lupos inferni. Ideo predicatores ſepe debent loqui de Chriſti paſsione. Ideo dicit, Lingua canum tuorum, id eſt predicatorum de Chriſti paſsione predicantium. Sic enim conuertitur peccator. Quis enim eſſet ita infidelis, & obſtinatus, qui quando audit, Chriſtus tam crudeliter paſſus eſt pro me, quod non caueat a peccatis, ne Chriſtum offendat? Et ſic ex inimicis, id eſt demonibus liberatur peccator, non a predicatoribus, niſi inſtrumentaliter, ſed ab ipſo, ſcilicet liberamur faciendo pacē, remittendo iniurias, ab ipſo, ſcilicet Chriſto, quia exēplo eius qui pepercit & orauit pro crucifixoribus ſuis. No. hic quomodo eſt duplex remiſsio, ſcilicet neceſſaria, alia

uoluntaria. Necessaria est remittere odium cordis & desiderium uindicte. Voluntaria, ne petat iustitiam, quam iuste potest prosequi. Pater meus celestis tradat uos tortoribus, quia si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Matth. vj. Tertio Christi passio representatur odoratui, scilicet in thurificatione. Quare creditis quod detur incensum in ecclesia in magnis festiuitatibus, nisi ad memoriam passionis Christi? Ideo quando uos sentitis illum odorem suauem incensi, debetis cogitare, qualem odorē, & quam odoriferum sacrificium dedit anima Christi in passione, quā cum tanta patientia sustinuit Deo patri, & sanctis angelis in celo, & sanctis patribus in limbo. Quinque similitudines inuenio inter corpus Christi & thuribulum. Prima quia thuribulum est inferius clausum, supra apertum. Ita Christus clausus fuit, quantum ad ista terrena, & mūdana, quia nihil uoluit, nec portabat pecunias, intantum, quod dicitur Marci xj. quod circumspectis omnibus, cum iam uespera esset hora, exiit in Bethaniam cum duodecim. Vbi dicunt glo. quod respiciebat, si forte post quam predicauit, inuitaretur ab aliquo ad prandium, alias tempore messium apostoli colligebant spicas, &c. Idem in sero si non inuitabatur ab aliquo ad dormiendum, ibat ad desertum dormire, sed supra terram, quia tantum erat desiderium celeste. Secunda est, quia quando thuribulum exit de operatorio est prefulgidum, sed tandem ignis uaporatione obscuratur. Ita Christus quando exiuit de operatorio uteri uirginalis. Argentarius qui operatus fuit eum, fuit spiritus sanctus. Speciosus erat pre filiis hominum. Dauid, Tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Sed igne passionis fuit deturpatus, quando fuit plagatus scopis, uidebatur leprosus depilata barba, ita quod quando uirgo Maria uidit eum, non cognouit eum. iuxta prophetiam Esa. Vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, & nouissimum uirorum, uirum dolorum & scientem infirmitatem, & quasi absconditus uultus eius, & despectus, &c. Esa. liij. Tertia est, quia thuribulum est perforatum: ita corpus Christi fuit totum perforatum in capite per coronam spineam, in manibus & pedibus per clauos, in latere per lanceam, in toto corpore per flagella. Quarta est, quia thuribulum est prunis igneis plenum, ita corpus Christi prunis illius ignis de quo ipse dixit, Ignem ueni mittere in terrā, & quid uolo nisi ut accendatur? Luc. xij. Cuius prune sunt charitas, amor, deuotio, uirt⁹, & huiusmodi. Quinta, quia thus supra positum tandem euaporat fumum album suauissimum. Ita corpus Christi quando de eo exiuit illa anima sanctissima & purissima que dedit odorem suauissimum obedientie Deo patri angelis ex eorum reparatione, sanctis patribus ex eorum liberatione, humano generi ex redemptione, mortuis ex mortuorum resurrectione. Ecce quare in ecclesiis datur incensum ut etiam per nares memoria passionis

ſionis Chriſti intret ad cor. De hoc autho. ad literam. Apocal. viij. Alius angelus uenit & ſtetit ante altare habens thuribulum aureum in manu ſua, & data ſunt ei incenſa multa, & aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum, de manu angeli coram Deo. Nota alius angelus. Chriſtus non fuit angelus, ſed creator & Dominus angelorum. Sed angelus idem eſt quod miſſus. Et quia Chriſtus inquantum homo miſſus fuit a Deo patre, ideo dicitur angelus. Sicut enim frater minor, qui tenet uitam & regulam beati Franciſci, dicitur alius Franciſcus, & frater predicatorum alius Dominicus: ita Chriſtus miſſus a patre dicitur alius angelus, & uenit, ſcilicet in hunc mundum, & ſtetit ante altare, ubi obtulit ſacrificium pro noſtra redemptione. Fuit crux in monte caluarie ſita ubi ſtetit, quia non mouebatur niſi ut crucifixores dicebant, quando ſibi dicebatur depone ueſtimenta, dicebat, libenter, & ſic de aliis. Habens thuribulum, ſcilicet eius corpus ſanctum aureum ex ualore in manu ſua, id eſt poteſtate, quia in manu ſua erat mori uel non. Nemo tollit, dicebat Chriſtus, animam meam a me, ſed ego pono eam a meipſo. Poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Ioannis decimo. Et data ſunt illi incenſa multa, que ſunt orationes ſanctorum, quia omnes deſiderabant ſuam paſsionem. Angeli, ut ruina eorum repararetur. Sancti patres, ut liberarentur. Et aſcendit fumus incenſorum, &c. Hoc dicit Apoſtolus clarius, Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. ad Ephe. v. Quarto Chriſti paſsio repreſentatur tactui per penitentialem afflictionem. Senſus tactus dat cognitionem inter calidum & frigidum, inter molle & durum, inter leue & aſperum, que nec uiſu nec auditu nec odoratu cognoſcuntur, ſed tactu. Tunc autem ſenſu tactus ſentimus Chriſti paſsionem, quando facimus penitentiam, tunc enim ſentimus duritiam, & aſperitatem paſsionis Chriſti. Quando homo dolet, conteritur & lacrymatur pro peccatis, tunc ſentit paſsionem Chriſti, qui quando fuit in agonia, id eſt anxietate, factus eſt ſudor eius ſicut gutte ſanguinis decurrẽtis in terram. Secũdo quando homo poſt contritionem uadit ad confeſsionẽ, ubi corã cõfeſſore, tanquã corã iudice uos accuſatis, dicẽdo, Pater ego feci hoc & hoc, &c. Tunc tangitis Chriſtum, quando coram iudice accuſabatur dicendo, Iſte incantator fecit hoc & hoc, &c. Sentitis quomodo eſt durum coram iudice accuſari. Tertio quando confeſſor ſecundum qualitatem peccatorum dat uobis penitentiam, & uos acceptatis, tunc tangitis Chriſtum, qui acceptauit ſententiam, ut crucifigeretur. Non appellauit, imo dicit Ioannes, quod baiulans ſibi crucem. Quarto quando cum diſciplinis uos caſtigatis, tunc tangitis Chriſtum, qui fuit grauiter uerberatus, & totus ſanguinolentus ducebatur ad crucifigendum. Quinto, cum ieiunatis,

tangitis

tangitis Christum, qui in sua passione ieiunauit,& hora prandii mẽsa fuit ibi parata. Mensa fuit canna arundinis,mappa folia arũdinis,esca spongia,potus acetum cum felle. Sexto quando perseueratis in bona uita,& penitentia,nec aliqua causa desistitis,tunc tangitis Christũ qui noluit de cruce descendere, cum sibi diceretur.Si rex Israel est,descendat nunc de cruce,&c.Alios saluos fecit,seipsum non potest saluum facere,nec ex pena nec ex derisionibus dimisit orationem suam,imo cõtinuauit,& dixit centum & quinquaginta uersus. Ecce quomodo sensu tactus sentitur passio Christi tangendo,dicit Mar.vj.Quotquot tangebant eum,salui fiebant.Mar.vj. Sed aliqui tangunt Christum aliter, scilicet cum ense lingue ipsum inuadendo & scindendo, iurando & renegando,blasphemando.Isti peiores sunt Iudeis qui non fregerũt os. Talis tactus non est penitentialis, sed criminalis. Auisentur rectores, ut hoc uitiũ corrigatur. Aliter ecce quid dicit Deus rectoribus,Dominatores populi mei inique agunt, & iugiter tota die nomen meũ blasphematur, &c.Isa.lij.Ideo nõ miremini,si habetis tribulatiões.Quinto Christi passio representatur gustui in cõmuniõe. Ad hoc enim ordinauit hoc sanctum sacramentum, ubi deuote communicãtes sentiant dulcedinẽ saporis palato anime. Christus in sua passione sensit duos sapores,scilicet saporem dulcem, & alium saporem amarum diuersis respectibus. Et quis posset cogitare amaritudinem passionis Christi? Dicunt doctores & spiritualiter S.Tho.in iij.parte.Nullus dolor martyrum potest ei comparari,nec Laurentij,nec Vincentij,&c.Ideo dicebat ipse.O uos omnes qui transitis per uiam,attendite & uidete si est dolor sicut dolor meus. Thre.j. Iste dolor erat in sensualitate in parte infima.Sed in parte superiori, scilicet in mente habebat tantam dulcedinem glorie,quantam habet modo in celo. Sic in communione homo debet sentire istos sapores. Primo amaritudinem passionis.Cogita quod illa hostia consecrata sit discus argenteus,ubi est ille agnus filius illi⁹ benedicte ouis uirginis coct⁹in ueru crucis inter duos ignes, scilicet timoris & doloris,sic sentitur amaritudo passionis Christi gustu anime. Quotienscunque manducabitis panem hunc,& calicem bibetis,mortem Domini annunciabitis donec ueniat, &c.j. ad Cor. xi. Sapor autem dulcedinis sentitur in communione cogitando fructus & gratias, quas habemus ex communione. Plus enim proficimus in gratia per communionem, quam per alia opera.quia ex bonis operibus licet merita multiplicantur, tamen non ex quolibet bono opere augmentatur gratia, sicut nec puer augmentatur ex quolibet bolo panis. Sed quãdo homo cõmunicat digne semper augmentatur gratia. Ideo dicebat Dauid, Gustate & uidete,quoniam suauis est Dominus, scilicet digne cõmunicantibus,beatus uir qui sperat in eo. Psal.xxxiij. Ecce quare dicit thema,Hoc facite in meam commemorationem.

Nota hic q̃ pars anime subiectũ fuerit doloribus Christi, in sua sacratissima passione.

De cor

De corpore Christi. Sermo iij.

MEmoriam fecit mirabilium suorum, escam dedit timentibus se. Psalm. cx. In istis uerbis describit propheta tria mirabilia huius sacramenti, scilicet figuram, naturā, & culturam. Memoriam fecit. escam dedit timētibus se. Pro primo sciendū est, qđ inter omnia mirabilia nostre fidei maxima sunt illa que de hoc sacramēto predicamus & credimus, quod scilicet in hostia consecreata sit Christus Deus & homo realiter, & sumendo hostiam consecratam, Christum sumimus. Vt ergo ad credendum omnia que sunt in hoc sacramento ueraciter, facilius nos induceret, quantumcunque enim sunt mirabilia facta, mirabilia inducit his similia, ut rebus mirabilibus fidem preberent facta mirabilia. Ideo dixit, Memoriam fecit. Mirabilia autem que uidentur in hoc sacramento difficilia ad credendum, possunt reduci ad sex, que inueniūtur precessisse ordinationem huius sacramenti in rerum natura & in scriptura. Et ordinando istud sacramentum Deus fecit memoriam mirabilium suorum. Primū mirabile est de panis transubstantiatione. Ponit enim fides catholica. In hoc sacramento conuertitur substantia panis & uini in corpus & sanguinem Christi, est ergo mirabile quomodo hoc possit fieri. Sed quod hoc diuina uirtute possit fieri, ostēdit Deus per aliud mirabile, quod precessit in natura & in scriptura. In natura quidem, quia uidemus quod granum seminatum in terra attrahit terram, & conuertitur in herbam, deinde in spicam, ultimo in granum. Idem facit uitis, quia trahit humorem, & conuertitur in uuam: Deinde in uinum, Multomagis ergo potest hoc facere uirtus Dei, in Christi corpus & sanguinem, panem, & uinum conuertendo. Item adhuc certum est quod uirtus celestis uapores eleuatos a terra conuertit in aliam materiam, aliquando in pluuiam, aliquando in pruinam, aliquādo in niuem, etiam aliquando in ranas. Vnde recitat Albertus, quod aliquando cum pluuia cecidit uitulus. Ergo si hanc conuersionem potest facere uirtus celestis corporalis, multofortius Christus illa mirabilia, Sed illa non mirantur homines: quia frequentia sunt, & tamē sunt mirabilia. Sed hoc mirantur, quia noua res. Quando ergo Christus cō uersionem panis & uini in suum corpus & sanguinem instituit, suorū mirabilium que erant in natura memoriā fecit in scriptura. Itē adhuc aliud mirabile legimus, quia Exod. vij. scribitur quod manu Moysi uirga in colubrum, & coluber in uirgam alternatis uicibus conuersa sit. Si ergo in manu sacerdotis ueteris legis hec mirabilis conuersio facta fuit, quare hec conuersio fieri non possit in manibus sacerdotis noue legis? Adhuc ibidem legimus quod Moyses omnia flumina Egypti cōuertit in sanguinem. Vnde dicitur in psal. ciiij. Conuertit aquas eorum in sanguinē, &c. Multo fortius potest hoc facere Christus & sacerdos

noue

noue legis. Sed dices forte quod ille Moses scilicet uel Aaron, non faciebãt uirtute uerborum, sicut modo. Ad quod respondeo quod imo. Nam legimus Nume.xx. quod deficiente aqua, Dominus dixit Moysi & Aaron, Loquimini ad petram, & dabit aquas, & ad uerba eorum conuertit petram in stagna aquarum, &c. Facilius autem uidetur panem in corpus, & uinum in sanguinem cõuertere uirtute Christi, quã petram in aquam, Vnde Ioannis secundo. Solo uerbo conuertit Christus aquam in uinum. Qui ergo mirabile fecit in illo conuiuio, simile facit in hoc sacramento. Igitur in institutione huius sacramenti, & eius confessione, Deus fecit memoriam suorum mirabilium que similia precesserunt in operibus nature & uerbis scripture. Ideo dicitur in Psal.lxxvj. Quis Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia. Item in psal.cxxxv. Qui facit mirabilia magna solus. Secundum mirabile est de Christi sumptione, quia sumitur, & non consumitur. Si enim esset mons olympus, deberet esse consumptus. Christus toties & a tot manducatur, & nunquam consumitur. Et hoc est mirabile, sed diuina uirtute possibile est. Et nihilominus in natura & scriptura precessit aliquid simile. Vbi sciendum est, quod filius Dei uocatur in scriptura sapientia & scientia patris. Eccle.xxiiij. Ego sapientia, effudi flumina. Vocatur etiam fons sapientie. Eccle.j. fons sapiẽtie uerbum Dei in excelsis. Vocatur lumen ut dicitur in psal. Exortũ est in tenebris, &c. Vocatur etiam scientia & sapientia, que sunt uere res que date non decrescunt. Vnde totam meam sciẽtiam possem alteri dare, ea tota in me remanente. Ita etiam uidemus de mari, quod semper flumina egrediuntur a mari, quia mare est fons omnium fluminum, & tamen non consumitur. Ita est in proposito. Filius Dei sapientia & ars patris, lumen de lumine, Deus de Deo, fons totius sanctitatis, & mare infinite bonitatis, existens in hoc sacramento ueraciter, quotiẽscunque sumptus nunquam minuitur. Huic mirabili simile quoddam mirabile legimus in scriptura.iij.Reg.xvij. quod Helias & mulier uidua comedebant de farina hydrie & oleo, quod erat in lecytho, & tamen hydria farine non defecit, & lecythus olei non est imminutus iuxta uerbum Domini. Per farinam hydrie, corpus Christi in pane. Per lecythum olei, sacramentum sanguinis in confectione intelligitur, que sicut tunc sumpta non consumebantur, ita nec nunc corpus & sanguis Christi in hoc sacramento. Hoc idem fuit factum per Christum, quia de quinque panibus & duobus piscibus satiauit quinque millia hominum. Matth.xiiij. Et illa sumpta, non fuerant consumpta, imo collegerunt.xij.cophinos ex eis que superfuerant. Sicut ergo in illo conuiuio Christus fecit, ita facit nunc in hoc sacramento. Ideo Iob v. Ad Deum ponam eloquium meum, qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia absq; numero. Tertiũ mirabile est quod Christus dicitur esse in celo, & nihilo

& nihilominus in hoc ſacramento. Dicitur enim eſſe in uno altari, & in alio, & generaliter in omnibus in quibus hoſtia conſecratur. Quomodo corpus Chriſti poteſt eſſe in tot locis? Reſpondetur quod eſt mirabile, tamen poſsibile diuina uirtute. Et huius rei preceſsit exemplū in natura & ſcriptura. In natura quidem, quia uidemus quod idem uerbum manet in mente & in oratione dicentis, & in ore & mente cuiuſlibet audientis in diuerſis locis. Ita filius Dei qui dicitur uerbum patris, poteſt eſſe in pluribus locis & hoſtiis conſecratis. Idem de ſono, & de odore qui in diuerſis locis idē ſunt. Huius rei ſimile mirabile legimus in ſcriptura ſacra. Apoc. vlt. quod Ioānes uidit fluuium aque uiue procedentem de ſede Dei & agni, & ex utraque parte fluminis lignum uite afferens fructus duodecim, per mēſes ſingulos reddēs fructū, &c. Ergo Ioannes uidit unam rem ligni uite in duobus locis, quia ab utra que parte fluminis, alias non eſſet idem lignum. ut ait Hiero. ſuper illo uerſu, Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt. non dixiſſet lignum afferens, ſed ligna. Iſte fluuius eſt largitas donorū bonorū gratie & glorie. In una ripa huius fluuij eſt paradiſus, qui irrigatur ripa glorie. Lignum uite eſt Chriſtus, qui eſt in utraq; parte, quia in parte dextera in paradiſo, & in hoſtia conſecrata per ſacramentū in hoc mūdo. Poteſt ergo fieri quod corpus Chriſti ſit in pluribus locis, ut in celo, & & in terra, & in ſacrificiis diuerſis & in altaribus pluribus. Ad idem eſt illud j. Regum xxviij. quod mulier ſuſcitauit Samuelem, & apparuit in hoc mundo, & tamen realiter erat in limbo. Diuerſo igitur modo eſſendi fuit Samuel hic & ibi. Conſimiliter Chriſtus eſt in celo localiter, in hoſtia ſacramentaliter, modo eſſendi diuerſo. Item legimus. ij. ad Cor. xij. quod Paulus fuit in hoc mundo, & tamen fuit raptus uſque ad tertium celum, ſiue in corpore, ſiue extra. Si ergo ipſe fuit ſimul in celo & in terra, quare ergo Chriſtus non poſſet eſſe in celo & in ſacramento? Idem legitur etiam de beato Ambroſio, licet non ſit in canone ſacre ſcripture, q̄ ſimul fuit Mediolani ubi celebrabat, & Turonis ubi B. Martinum ſepeliebat. Ideo Pſalmiſta bene dic. pſal. lxxxv. Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus ſolus. Quartū mirabile eſt quomodo totum corpus Chriſti poteſt in tam parua hoſtia contineri, non ſolum in tota, ſed etiam in qualibet eius parte minima ab aliis diuiſa. Sed licet hoc ſit mirabile, tamē eſt Deo poſsibile. Et huius inuenimus ſimile in natura, q̄a uidemus quod ſol qui eſt maior tota terra, recipitur & uidetur in paruo ſpeculo, & in qualibet eius parte, ſi diuidatur. Item per artem uidemus rem maiorem tranſire per minorem. Vnde uidi humano artificio gabiam ſiue caueam ligneam cum una auicula exiſtentem intra uentrem amphore, quod uidetur impoſſibile. Vidi etiā ouū groſsius collo amphore, q̄d per humanū artificiū fuit introductū in uentrē amphore. ergo ſi iſta pōt facere uirtus creata

mul

multomagis Christus. Sicut ergo diuinitas fuit in utero uirginis, ita totum corpus Christi est in sacramento. Huius habetur figura Apo. j. ubi Ioannes uidit in medio septem candelabrorum aureorū similem filio hominis, habentem in dextera sua septem stellas. Septem candelabra sunt septem sacramenta ecclesie, in quorum medio est Christus filius hominis in eucharistie sacramento. Sicut ergo in illa uisione Christus qui est magnus, apparebat in paruo candelabro, quod tamen erat minus Dei filio, ita Christus in hoc sacramento magnus est in parua hostia. Quod autem Christus maior est illo cādelabro in quo erat pater, quia ipse habebat in dextera sua septem stellas, quarum quelibet erat maior omnibus septem candelabris. Ergo tunc uidit Ioannes rem maiorem in minori magnum hominis filium, in paruo medio cādelabro, quem & nunc uidemus fide magnum in paruo eucharistie sacramento. Quid est autem quod in dextera habebat septem stellas? Dicendū, quod per illas significabantur septem articuli fidei de diuinitate. Nam quatuordecim sunt atticuli fidei, septem ex parte sinistra humanitatis, & septem ex parte dextera diuinitatis. ideo psal. dicit, A Domino factū est istud, & est mirabile in oculis nostris. psal. cxvij. Quintum mirabile quod hostia in hoc sacramento frangitur, diuiditur, & dētibus teritur, & tamen non leditur corpus Christi, nec frangitur, sed manet integrū & illesum. Sed licet hoc sit mirabile, tamen est Deo possibile. Exemplū quippe simile est in natura. Nam imagine in speculo existente: si frangatur speculum, non frangitur imago, & in quot partes speculum frangitur, in tot remanet & resultat imago. Ita in hostia potest fieri de corpore Christi uirtute diuina. Huius figuram habemus Exodi iij. Vidit enim Moyses uisionem magnam, quod rubus ardebat, & non combu rebatur, uidebatur ignis in rubo ardere, ac si deberet rubum comminuere & incinerare, & tamen ab igne non ledebatur nec minuebatur. sic & corpus Christi in ore comedentis a dente non leditur. Sed sicut rubus in igne, ita corpus Christi illesum & integrum remanet in ore comedentis. Ideo psal. dicit, Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. psal. xcvij. Sextum mirabile est, quomodo quilibet sumens & communicans, totum corpus Christi sumit, & sumēs partem minimam, sumit totum, sicut sumens totam hostiam. Ratio est, quia sicut totum uerbum loquentis est in una aure, & in qualibet tam magna, quam parua equaliter. Ita idem sacramentum continet totū Christum, & communicans sumit ipsum totum equaliter. Huius figurā habemus Exod. xvj. de manna, ubi dicitur, quod plus colligens māne, nō plus habebat quam qui minus collegerat, sed putrefiebat. Ita in hoc sacramento quilibet sumit corpus Christi equaliter, & si quis crederet in maiori quantitate plus inuenire, fieret putredo infidelitatis in anima illius, ideo Ecclesiast. xj. Mirabilia opera altissimi solius, & glorioſa &

absco

abſconſa & in uiſa opera illius, id eſt ſic nō uidentur ad ſenſum, licet uiſa ſint in ſcriptura & natura ſecundum intellectum. Ergo Chriſtus inſtituendo hoc ſacramētum fecit memoriam mirabilium ſuorum, quia preceſſerāt ſimilia in natura & in ſcriptura. Vnde dicit pſalmiſta, Mirabilis i altis domin⁹. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. Deo gra.

De corpore Chriſti. Sermo iiij.

EGo ſum panis uiuus qui de celo deſcendi. Ioann. vj. Quando aliquis ſumme diligit & dilexit aliquem, ſi contingit ipſum recedere ab eo cōſueuit ſibi relinquere aliquod donum in ſignum amoris, & cauſa eſt, ut habeat eius memoriam. Chriſtus qui fuit, & eſt uerus Deus, & uerus homo pater & Dominus noſter, ſumme diligit & dilexit apoſtolos, pluſquam mater filium diligit, & hoc ipſe perfecte oſtendit, quia p eis & pro nobis mori uoluit, quod eſt ſignum magne dilectionis. Authoritas. Maiorem hac dilectione nemo habet, quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Io. xv. Et ideo quando debuit ab eis recedere per mortem, in die cene congregauit eos, & ſuum receſſum nunciauit, & eis donum maximū & precioſum dimiſit in ſignum dilectionis. Et hoc ut haberent memoriam eius. Iſtud autem donum fuit corpus ſuum & ſanguis ſuus precioſus, quem accepit de uirgine Maria. Et illud donum excellentiſsimum eſt, quia eſt uerus Deus & uerus homo, & eſt memoriale paſsionis & mortis Chriſti. Nam altare ſignat crucē. Ratio eſt, quia ſicut in altari conſecratur ſacramentaliter corpus & ſanguis Chriſti, ita in cruce realiter immolabatur. Calix ſignat ſepulchrum Chriſti, quia ſicut in calice continetur corpus & ſanguis Chriſti, ita in ſepulchro corpus Chriſti realiter continebatur. Per patinam intelligitur lapis qui poſitus fuit ad oſtium monumenti ad cooperiendum. Sic patina ad cooperiendum calicem. Per corporale in quo ponitur corpus Chriſti, intelliguntur linteamina in quibus inuolutum fuit corpus Chriſti. Et ideo uere eſt memoriale. Vnde Chriſtus dixit, Hec quotiēſcunque feceritis in mei memoriam facietis. Iſtud autem donum nobis dimiſſum debet eſſe nobis ualde charum, quia ualde precioſum eſt. Et ut ipſum magis charum habeamus, Chriſtus de ſeipſo dicit uerba poſita, Ego ſum panis uiuus, qui de celo deſcen. &c. In quibus uerbis tria tanguntur.

Primum eſt ſua conditio & proprietas, cum dicit, quia ego ſum,

Secundum eſt ſua magna uirtus & poteſtas, quia uiuus,

Tertium eſt ſua origo & dignitas, quia de celo deſcendi. Ioan. vj.

Primum eſt ſua conditio & proprietas, quia ego ſum panis. Vbi ſciendum quod ſi uerbum illud ſimpliciter intelligatur, non eſt uerum, quia hoſtia conſecrata non eſt panis corporalis, licet fuerit, quia forma ſubſtantialis panis receſsit, licet accidentia panis, ſcilicet color, ſapor, &

odor remaneant. De quo uide beatum Thomam iij. parte. queſt. lxxv. artic. v. & vj. Sed uerum eſt intelligendo ſpiritualiter, quia hoſtia conſecrata eſt panis & cibus ſpiritualis anime. In hoc autem quod appellatur panis, recte eius cõditio ſpiritualis importatur. Nam corpus Chriſti aſsimilatur pani quantum ad compoſitionem, & quantum ad effectum. Quatuor ad compoſitionem panis requiruntur, quia ſicut ſcitis, panis cõponitur ex farina & aqua, & ex illis formatur in uaſe quidam panis qui ſic formatus in furno ponitur, & ibi uirtute ignis decoquitur, & ſic efficitur cibus corporalis. Sic ſpiritualiter Chriſtus fuit compoſitus ex aqua & farina, id eſt ex anima & carne, & formatus fuit in uaſe, id eſt in utero uirginis Marie, & demum poſitus fuit in furno crucis, & ibi decoctus fuit per mortem uirtute ignis, id eſt uirtute amoris Spiritus ſancti, quem ad genus humanum habuit, qui ſignificatur per ignem, quia ſicut ignis habet calefacere corpora, ita amor Spiritus ſancti calefacit & incendit corda. In cuius ſignum Spiritus ſanctus deſcendit in diſcipulos in forma ignis. Secundo corpus Chriſti aſsimilatur pani, quantum ad effectum. Nam panis habet ſatiare corpus. Vnde nullus cibus eſt qui tantum ſatiet hominem, & qui tantum appetatur ab homine fameſcente ſicut panis. Ita corpus Chriſti habet ſatiare ſpiritualiter animas. Et hoc uobis ſic declaro. Nam res dicitur ſatiata, quando ſic eſt plena, quod non plus tenere poteſt. Anima autem noſtra tante capacitatis eſt in deſiderio, quod nulla creatura poteſt eam ſatiare & implere niſi ſolus Deus. Et hoc ſatis apparet. Nam ſi homo haberet decem libras, deſideraret habere centum, & tandem totum mundum, ſicut patet de Alexandro rege. Sed Deus ſolus eſt ille, qui poteſt deſiderium noſtrum implere, quia in ſe continet omnes perfectiones exiſtẽtes & poſsibiles. Et hoc eſt quod dicit Auguſt. Animam Dei capacẽ, ſolus Deus adimplere poteſt. Et pſalmiſta dicit, Animam eſurientem ſatiauit bonis. Sed in hoc ſacramento continetur uerus Deus, quia in hoſtia conſecrata continetur uerus Deus qui creauit celum & terram, & ideo illud ſacramentum merito poteſt animam ſatiare. Vnde Dauid dicit in Pſal. cxlviij. Ex adipe frumenti ſatiat te. Secundum in hoc ſacramento eſt ſua uirtus & poteſtas, quia uiuus, ubi ſciendum quod iſte panis ſpiritualis dicitur uiuus. quia dat uitam digne ſumentibus, & conſeruat ipſos in uita. Et non ſolum dat uitam ſpiritualem, que eſt in preſenti per gratiam, ſed etiam dat uitam eternam, que erit in futuro per gloriam. Vnde dicitur in euangelio, Qui mãducat hunc panem uiuet in eternum. Ioan. vj. Et in hoc oſtenditur huius ſacramenti magna uirtus & poteſtas. Nam maius quod poteſt eſſe in hoc mũdo eſt uita. Sed triplex eſt uita, ſcilicet corporalis, ſpiritualis, & eterna. Prima eſt bona. Secunda melior, Tertia optima. In hoc ergo quod iſte panis dat uitam precipue ſpiritualem & eternam eius magna uirtus oſtẽditur. Sed

eſt ad

eſt aduertendum quod iſte cibus non dat uitam nec conſeruat, niſi ſit bona diſpoſitio ex parte recipientis. Ad quam diſpoſitionem habendam tria requiruntur in recipiente.

Primum quod recipiat eum cum magna puritate & innocentia,
Secũdum quod recipiat eum cũ magna charitate & beneuolẽtia,
Tertium quod recipiat eum cum magna firmitate & patientia.

Vnde ſciendum quod non eſt conueniens quod res precioſa & nobilis in loco immundo ponatur. Iſte autem cibus ſpiritualis eſt res precioſa, quia eſt uerus Deus, & eſt res mundiſsima, quia eſt ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis. ideo uas & cor in quo debet recipi, debet eſſe mundiſsimum, quia in maleuolam animam non introibit ſapientia. Sapien. j. In cuius ſignum antequam Chriſtus in cena corpus ſuum daret diſcipulis, lauit pedes eorum, ut ſacerdos ante conſecrationem lauat ſibi digitos ad oſtendendum quod illi qui hoc ſacramentum conficere uel recipere uolunt, debent eſſe mundi ab omni peccato, non ſolum mortali, ſed etiam ueniali, quantum eſt poſsibile, quia licet peccata uenialia non ſint, nec efficiantur peccata mortalia, tamen hoc cauere debet ſibi quantum poteſt, quia ſunt uie ad mortalia, quia conſenſus ad uenialia cito tranſit ad mortalia. Et ponitur exemplum, quia ſunt quedam animalia que habent uenas latas, & talia ſi uenenantur ſiue intoxicantur, cito moriuntur, quia uenenum per uenas latas cito tranſit ad cor. Sed alia ſunt que habent uenas ſtrictas, & iſta non ſic cito moriuntur ex ueneno. Applica ad propoſitum, &c. De iſta autem puritate habemus figuram in Ioſeph, qui mortuo Chriſto accepit eius corpus, & inuoluit panno mundo, & poſuit in monumento nouo, & unxit myrrha & aloe. Ioſeph interpretatur ſaluator, & ſignificat quemlibet religioſum qui ordinem intrauit ut ſaluet animam ſuam. Iſte ergo ſi uult recipere uel cõficere corpus Chriſti, debet ipſum ponere in monumento nouo, ſcilicet corde puro & inuoluere pannis mundis, id eſt cogitationibus ſanctis, & ungere ipſum myrrha & aloe, id eſt recipere cum cordis dolore & amaritudine, quod ſignificatur per myrrham que eſt amara, & aloe, id eſt cum cordis deuotione, & ſe indignum reputare ad tale ſacramentum ſumendum, quia uere nullus dignus eſt. Vnde uere poteſt dicere illud quod dicit Centurio, Domine non ſum dignus ut intres ſub tectum meum. Matthei octauo. Nec mirum quia legitur de Ioanne baptiſta qui erat in utero ſanctificatus, & in eremo diu conſeruatus, & a Chriſto uocatus, & Chriſtus uenit ad eum, & ab eo baptizatus eſt, & tamen dicit euangeliſta quod Ioannes non audebat tangere ſanctũ Dei uerticem, ſed clamabat cum tremore, ſanctifica me ſaluator. Si ergo Ioannes nõ reputabat ſe dignum tangere uerticem Chriſti cum eſſet talis & tantus, quanto magis nos qui ſumus in cõparatione ipſius magni pctõres nos indignos reputare debem⁹ nõ

tantum ad tangendum uerticem, sed etiam ad recipiendum eum integre? Beatus etiam Marcus amputauit sibi pollicem ne promoueretur ad sacerdotium, quia se indignum reputabat. Si ergo aliquis sentit aliquam immunditiam peccati in se. debet auferre. & sic accedere poterit. Authoritas. Aufer rubiginem de argento & egredietur uas purissimum Prouerb. xxv. Per argentum intelligitur anima munda & clara, per rubiginem intelligitur peccatum. Aufer ergo rubiginem de anima, & sic egredietur uas purissimum, id est aptum ad corpus Christi recipiendum. Secundo requiritur quod recipiat ipsum magna charitate & beneuolentia, id est cum magna dilectione Dei & proximi. alias non confert uitam nec confortat. Et hoc sic ostendo. Nam quantumcunque panis materialis sumeretur, nihilominus uitam non daret nec conseruaret nisi in corpore esset calor naturalis digerens. Ita est in proposito nisi charitas in corde sit que intelligitur per ignem & calorem que habet calefacere animam. Vnde summe cauere debet ne cum ira uel odio uel alio peccato mortali corpus Christi sumat, quia grauissime peccat & magnam penam incurrit, quia mortem corporalem non nunquam incurrit sicut multoties legitur. Et ut Gregor. dicit hoc accideret. Quia angeli qui assistunt huic sacramento indigne recipientem interficerent, nisi diuina misericordia prohiberet. Incurrit etiam mortem spiritualem, id est separationem anime a Deo, quia grauissime peccat. Vnde dicit Greg. & etiam Augu. super illo uerbo, Quicunque manducauerit panem uel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini. j. ad Corinth. xj. Sic peccat ille qui indigne sumit sicut Iudei qui ipsum interfecerunt. Vnde scribitur de Iudeis, quod si Dominum glorie cognouissent, nunquam ipsum crucifixissent. j. ad Corinth. ij. Peccator autem peccans mortaliter spiritualiter tali peccato occidit filium Dei scienter quãtum est de se, quia causam iterat propter quam mortuus est. Propter peccatum enim mortale incurrit quis etiam mortem eternam, nisi peniteat. Legitur quod mortuus est Oza, quia tetigit arcam Dei que portabatur, timens ne caderet, & etiam Bethsamite mortui sunt, quia uiderunt arcam. Et assignant Iudei causam quare Oza mortuus est quando tetigit arcam, quia in illa nocte iacuerat cum uxore. Si ergo Oza mortuus est qui fecit rem licitam, & tetigit arcam materialem & ligneam Dei, & uolens adiuuare ne caderet, quantomagis moriuntur illi qui faciendo rem illicitam nõ solum tangunt, sed etiam in se recipiunt non arcam ligneam, sed corpus Christi uerum, non ut adiuuent ut Oza, sed ut deturpent. Et si Bethsamite mortui sunt qui uiderunt arcam, quantomagis qui recipiunt indigne corpus Christi uerum? Tertio recipi debet cum magna stabilitate & firmitate & patientia. Vbi est sciendum quod non est conueniens quod nobilis liquor in uase fragili & instabili ponatur propter periculum

culum. Iſte cibus eſt huiuſmodi, ergo, &c. Sed debet poni in corde ſtabili & firmo per patientiam. Authoritas. Erit quaſi uas auri ſolidum ornatum omni lapide precioſo. Eccleſiaſtic. I. Sic enim debet eſſe cor recipiens, quia debet eſſe uas auri ſolidum. Aurum enim eſt metallum ſtabile & firmum, quia quantumcunque percutitur, non frangitur, ſed continue dilatatur. Sic debet eſſe cor hominis recipiens, quod nō frangatur per impatiētiam. Quod autem aurum ſit bonum, dupliciter probatur. Primo per ignem. Secundo per lapidem. Aurum enim in fornace non corrumpitur, ſed ſolidatur & firmatur. Sic anima recipientis eſt digna recipere quando per ignem tribulationis non conſumitur, nec per lapidem iniurie & uituperij deſtruitur, & quando cor ſic eſt factum & diſpoſitum, tunc eſt uas ſolidum. Sicut enim uidetis antequam uas ponatur ad menſam regis, multis preſsionibus premitur. Sic antequam anima uiri iuſti ponatur ad menſam regis eterni, oportet quod multis fatigationibus & preſſuris ponatur. De hoc habetis exemplum omnium ſanctorum qui ad illam menſam non iuerunt niſi per multas tribulationes. Vnde in actibus apoſtolorum dicitur, Per multas tribulationes oportet nos intrare regnum Dei. Actuum decimoquarto. Debet etiam eſſe uas ornatum omni lapide precioſo, id eſt omnibus uirtutibus, & diſcurre ſicut placet, &c. Tertium eſt ſua origo & dignitas, quia de celo deſcendit. Vbi eſt ſciendum quod quanto res ſit a meliori & ſubtiliori magiſtro, tanto uidetur excellentior & nobilior. Sed iſtud ſacramentum ſit a ſolo Deo proprie, quia uirtute uerborum que profert ſacerdos, conficitur hoc ſacramentum. Vnde proprie ſacerdos nō facit hoc, ſed Deus, qui hanc uirtutem dedit illis uerbis, quod quotienſcunque ſacerdos proferret illa uerba ſuper materiam debitam intentione recta, quod tale ſacramentum conficeretur. Vnde ſicut medicus non ſanat, ſed uirtus herbe, ita etiam, &c. Et in hoc oſtenditur iſtius ſacramenti magna dignitas & excellentia: & hoc notatur cum dicitur, qui de celo deſcendi, &c. Vnde non fit uirtute alicuius, ſed uirtute Dei qui eſt in celo. Si autem uolumus bene uidere uirtutem & excellentiam iſtius ſacramenti, uideamus mirabilia que in ipſo continentur. Primum eſt tranſſubſtantiatio panis in carnem, & uini in ſanguinem. Hoc autem non eſt impoſsibile Deo. Ratio eſt, quia maius eſt ex nihilo aliquid facere quam unam naturam in aliam tranſſubſtantiare. Primum facit Deus, ergo, &c. Nec mirum uideatur, ſi Deus hoc poteſt, quia natura uidetur hoc poſſe, nam natura in homine exiſtens conuertit panem in carnem, & uinum in ſanguinem. Naturaliter etiam de terra fit ferrum, & de cinere uitrum. Simile legitur de Anglia in qua eſt mare, in quo ſi proiicias lignum cuiuſcunque figure conuertitur in lapidem. Si ergo natura tantum poteſt, multo magis Deus. Sed tamen uerum eſt quod iſta exempla deficiunt, quia natura con-

uertit unam creaturam in aliam & multo tempore & per multas tranſmutationes. Deus autem conuertit creaturam in creaturam in inſtanti. Secundum mirabile quod in hoc ſacramento continetur eſt quod quantumcunque panis tranſſubſtantietur in corpus Chriſti non creſcit. Et certe hoc non eſt inconueniens, quia uidemus quando aliquis reuelat ſecretum ſuum, iſti non augmentatur propter hoc ſecretum ſuum in eo. Tertium mirabile eſt quod non decreſcit nec minuitur cum millies ſumatur. Exemplum de candela a qua ſumitur ignis, & tamen non minuitur. Quartum mirabile eſt quod ſumitur ab immundo & non maculatur. Quintū mirabile eſt cum ſit cibus uite ꝙ dat mortē indigne ſumentibus. Exemplum de infirmo, cui ſi uinum & carnes dentur, dant mortem, & tamen uinum & carnes ſunt cibus uite. Vnde dicit Gregorius. Sicut corporalis cibus cum uentrem inuenerit diuerſis humoribus occupatum, amplius & magis nocet, & nullum preſtat auxilium. Ita cibus ſpiritualis ſi aliquem reperit malignitate repletum, non ſui natura, ſed ſumentis uitio, nullum preſtat effectum bonum, imo magis nocet. Sextum mirabile eſt quod ſimul & ſemel eſt in diuerſis hoſtiis. Exemplum de ſono campane & uoce hominis. Septimum mirabile eſt quod hoſtia diuiditur & corpus non laceratur, ſed manet in qualibet parte integrum. Exemplum de ſpeculo, in quo imago exiſtens ad diuiſionem ſpeculi, non diuiditur: ſed in qualibet parte reſeruatur. Octauum mirabile eſt cum ſit ita magnum, quomodo poſſet in tam parua hoſtia contineri. Exemplum de monte cum ſit ita magnus, in parua pupilla oculi preſentatur. Nonum mirabile eſt, quia ibi ſunt accidentia ſine ſubiecto, &c. Ita ex hortor uos omnes ut digne ſumatis illud uenerabile ſacramentum, &c.

Dominica j. poſt feſtum trinitatis. Sermo j.

HAbent Moyſen & prophetas, audiant illos Habetur uerbum iſtud textualiter. Luce xvj. & officiatur in euangelio hodierno. Sermo erit de ſancto euangelio, & habebimus multas bonas doctrinas & ſpeculationes intellectuales, & bonas inſtructiones morales. Sed prius preſentemus uirgini Marie iocale quod ipſa ualde diligit, ſcilicet Aue Maria, &c. Sanctum euangelium hodiernum declarat nobis quatuor multū neceſſaria ad ſciendum pro noſtro auiſaméto, &c. Et ſunt hec,

Mundanalis conuerſatio,
Diuinalis retributio,
Infernalis diſpoſitio,
Scripturalis confirmatio.

Iſta autem quatuor ſunt ualde neceſſaria ad ſciendum. Primo mundanalis conuerſatio, ut ipſam ſpernamus. Secundo diuinalis retributio, ut ipſam ſperemus uel deſideremus. Tertio infernalis diſpoſitio, ut ipſam

ipſam uitemus. Quarto ſcripturalis confirmatio, ut per ipſam nos reformemus. De quarto autem ubi Chriſtus confirmat ſcripturas ſanctas dicit thema, Habent Moyſen & prophetas, audiant illos, &c. Dico primo quod in ſancto euangelio declaratur nobis mundanalis cõuerſatio, ut, ſcilicet ipſam ſpernamus. Que eſt mundana conuerſatio? Dico quod de ſeipſis nimis carnaliter curare in uanitatibus ueſtium, & delicias corporis querere, & non curare de neceſsitatibus proximi. Ecce quomodo oſtenditur in principio euangelij cum dicitur, Homo quidem erat diues, &c. uſque, Canes ueniebant & lingebant ulcera eius. Veſtiebatur ad carnem de byſſo. Byſſus enim eſt tela multum delicata. Deſuper autem induebatur purpura & auro pulcherrimo, &c. Comedebat quotidie ſplendide multiplici cibo, nunquam ieiunabat, de pauperibus non curabat. Erat mendicus quidam nomine Lazarus, &c. Ecce conuerſatio mundanalis contra quam dicit ſcriptura, Nemo quod ſuum eſt querat, ſcilicet tantum, ſed quod alterius, prime Corinthiorum decimo. Sed notanda ſunt hic duo ſecreta de quibus pauci ſe auiſant. Quando Chriſtus loquitur de diuite, non nominat ipſum, ſed dicit, Homo quidam erat diues. quando autem loquitur de paupere, nominat ipſum dicens, Erat quidam mendicus nomine Lazarus. Quare hoc? certum eſt quod diues habebat nomen, & Chriſtus non nominando eum dicit, Homo quidam, ac ſi non ſciret eius nomen, quod tamen ſciebat bene, maxime quia uos uidetis quod diuites ſunt famoſi & ualde nominati. Si enim queritur, ubi moratur talis diues. omnes ſciunt eum, &c. ſecus de pauperibus hominibus. Diuites uero faciunt tantum bene uel male, quod faciunt ſe cognoſcere & nominare. ideo Dauid loquens de diuitibus dicit, Tabernacula eorum in progenie & progenie, uocauerunt nomina ſua in terris ſuis, ſed non in celis. Pſal. xlviij. Cum ergo diues iſte eſſet famoſus, quare Chriſtus non nominat eum ſicut pauperem? Pro reſponſione ſciendum, quod quandiu perſona per bonam uitam eſt in gratia diuina, nomen eius eſt inſcriptum in celo in cathedra que ſibi correſpondet ſecundum preſentem iuſtitiam, ut dicunt ſancti doctores. Authoritas Chriſti dicentis illis qui erant in gratia, Gaudete & exultate, quia nomina ueſtra ſcripta ſunt in celis. Luce decimo. Scripta ſunt in celis, id eſt in cathedris celeſtibus. Per oppoſitum perſona que peccat & tenet malam uitam, uiuit in peccatis ſuperbie uel pompe, & ſic de aliis, raditur nomen eius de celo, non de libro predeſtinationis diuine, quia in illo nullus ſcribitur de nouo nec raditur, ſed raditur de hoc ſecundum preſentem iuſtitiam. Ideo quando Moyſes orabat ad Dominum pro peccato populi de uitulo aureo dixit, Obſecro Domine, peccauit populus iſte peccatum maximum, feceruntque ſibi deos aureos. Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem

ſcripſiſti. Exo. xxxij. Cui reſpondit Dominus, Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. ibidem. Item Dauid de peccatoribus loquens dicebat, Deleantur de libro uiuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. Pſal. lxviij. Et ſcribitur nomen eorum in inferno. O qualis confuſio & uerecundia eſt eis, ac ſi Papa haberet nomen alicuius ſimplicis ſacerdotis in rotula, ut promoueret ipſum ad epiſcopatum uel cardinalatū, & propter peccatum ſuum Papa deleret nomen ſuū, & ſcriberetur inter ſimplices ſcholares: uel ſi Rex haberet nomen alicuius ueſtrum ſcriptum ut faceret eum baronem, comitem uel ducem, & propter culpam ueſtram Rex deleret nomen ueſtrum, & ipſum ſcriberet inter nomina raptorum. Maior confuſio & uerecundia eſt incomparabiliter, quando deletur nomen de libro Dei, & ſcribitur in carceribus inferni. Autho. Hiere. xvij. Domine omnes qui te derelinquunt, ſcilicet peccando, confundentur recedentes a te in terra ſcribentur, ſcilicet in illa de qua Iob x. dicitur, Terram miſerie & tenebrarum, &c. Quia ergo iſte diues de quo loquitur euangeliū, erat peccator & male uite, Chriſtus non inuenit nomen ſuū in libro predeſtinationis, ideo noluit Chriſtus ipſum ore ſuo nominare. Quod iſta ſit ratio patet per Dauid in perſona Dei dicentem de diuitibus, Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus, id eſt peccatis. ſecundū illud, Libera me de ſanguinibus, &c. nec memor ero nominum eorum per labia mea. Ecce quomodo dicit clare. Pſal. xv. Eſſe diuitem de bono iuſto non eſt peccatum. Sed eſſe diuitem & male uite & impium hoc eſt peccatū. Et de talibus dicit Deus, Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus. Vnum cōuenticulum eſt diuitum ſuperborum, uolentium habere regimen ciuitatis, &c. non intendentium ad onus quod recipiunt. Aliud eſt conuenticulum auarorum uſurariorum, ut habeant omnes pecunias. Aliud luxuriosorum ducentium uxores iſto reſpectu ut, &c. Aliud guloſorum, cōuiuia facientium, iſto reſpectu ut ex eis habeant amicos, &c. aliud iracundorum & iuramenta ſibi facientium quod mutuo ſe iuuabunt dicendo. Qui tanget uos, me tanget. De omnibus iſtis dicit, Non cōgregabo conuenticula eorum, &c. ſcilicet in celo cum angelis & ſanctis, nec memor ero nominum eorum per labia mea. Sed quia nomen pauperis Lazari erat inſcriptum in libro Dei, ergo quia cum patientia recipiebat paupertatem ſperans ditari in celo, ideo nominauit ipſum, & fuit completa prophetia Dauid dicentis, Animas pauperum ſaluas faciet. Ex uſuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo, & loquitur de pauperibus. Pſal. lxxj. Nota, animas pauperum ſaluas faciet, ſi patienter ſuſtinent paupertatem. Non debemus furere, nec contra Deum indignari, ſed ſperantes in paradiſo ditari. Ex uſuris, ſcilicet quas modo ſoluunt redimet eos, quia nihil poſſunt habere de diuitibus niſi cum uſuris. Si petunt ab eis mutuo,

non

non obtinent niſi cum uſura. ſi uolunt emere bladum uel pannum, &c. cum uſura emunt pluris, ſcilicet propter ſolutionis dilationem, & uendunt eis cũ uſura. Ex iniquitate, ſcilicet quam faciunt eis liberabit eos, quia non poſſunt obtinere iuſtitiam. Aduocati, & procuratores, & notarij quandiu ſentiunt in eis pecunias, protrahunt eos nimis. Poſtea dicunt eis conueniatis cum parte, quia malum ius habetis. & quare non dixiſtis ante? Ideo pro una die tu ſtabis mille millia annorũ ad portas paradiſi, nec intrabis. Dicit ergo quod ex uſuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo. Qualis honor ac ſi Rex uel Papa nominaret & peteret de aliquo paupere. Secundum ſecretum eſt ibi, cum di. Canes ueniebant & lingebãt ulcera eius. Qui ſunt, & quid iſti canes ſignificãt? dicit Greg. in homilia ſuper iſto euangelio di. allegorice, quod canes ſunt qui habent officium predicandi. Ratio, iam ſcitis quod Dominus nõ mittit oues ſuas ad nemus niſi cũ canibus ut cuſtodiant oues a lupis. Ita ille qui dicit, Ego ſum paſtor bonus, &c. Ioan. x. non dimittit oues ſuas ſine cuſtodibus. Cuſtodes ſunt prelati. Canes predicatores. Primi canes optime latrantes fuerunt apoſtoli, deinde martyres, doctores, & confeſſores, hodie omnes illi qui predicant & latrant contra lupos inferni, ne approximẽt ouibus Chriſti. Et nunquid hoc eſt magna dignitas? Ecce quid dicit Iob in perſona Chriſti. Et ita exponit Greg. in moralibus. Nunc derident me iuniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Iob xxx. Nota, nunc derident me iuniores, ſcilicet Iudei, qui tunc deridebant Chriſtum dicendo, Vah qui deſtruis templum Dei. Alios ſaluos fecit, &c. quorum patres, ſcilicet patriarchas & prophetas non dignabar ponere cum canibus gregis mei. Ita quod maior eſt dignitas predicatorum quam prophetarum & patriarcharum. Iſti canes habent linguam medicinalẽ quando lingunt ulcera peccatorum. Plaga & uulnus ſuperbie que in capite conſiſtit, lingitur a predicatore, quãdo cõmendat & laudat uirtutem humilitatis, & quomodo Chriſtus ſaluator noſter, & beata Maria fuerunt humiles, & quantũ eis placent humiles perſone, caſte, deuote, & beneuole. & ſic de aliis. Et quomodo & qualiter ſuperbia fuit initium totius mali, clauſitque ianuam paradiſi, & ſic de aliis peccatis & uirtutibus oppoſitis. Lingua canũ medicinalis eſt, ſed dentes ſunt uenenoſi, quando in confeſſionibus petunt pecunias, tunc mordent burſam, & tunc mordent bona, &c. Ecce quare dicit quod canes lingebant ulcera eius, quia ſic curantur ulcera peccatorũ. Ideo Dauid, Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo. Pſal. lxvij. Et eſt figura ecliptica, quia uerbum deficit. Lingua canum tuorum, id eſt predicatorum, ex inimicis, id eſt peccatis, ſupple ſanat, uel liberat, ab ipſo, ſcilicet Deo, quia predicatores ſolum ſunt inſtrumentum. Grego. In uanum laborat exterius lingua predicatoris, niſi fuerit interius gra-

tia ſaluatoris. Dico ſecundo quod oſtenditur diuinalis retributio, ut ipſam deſideremus, ibi, cum dicitur, Factum eſt ut moreretur mendicus, uſque, Et ſepultus eſt in inferno. Ecce retributio diuinalis. Dicit magiſter ſententiarum in iiij. & etiam omnes doctores, quia doctrina eſt communis, quod in corde terre ſunt quatuor domus. inferior eſt locus damnatorum. Secunda locus puerorum, in qua non eſt ignis nec demones, ſolum ſunt ibi tenebre, id eſt carentia diuine uiſionis. Non eſt ibi ignis immaterialis, ſed ita Dei dicitur ignis, ſecundum illud, Deutero. xxxij. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit uſque ad inferni nouiſsima. Talem iram uocat Auguſtinus ignem. In iſto dicuntur pueri eſſe non baptizati, quia nunquam uidebunt Deum. Tertia domus eſt locus purgandorum, ubi eſt ignis immaterialis, ſed non ſunt ibi demones. Ille ignis diuina uirtute purgat & cruciat animas. Quarta domus & ſuperior eſt ſinus perfectorum, in quo erant ſancti patres. Et dicebatur ſinus Abrahe ex ſecuritate quam habebat de gloria, quia illud quod in ſinu habetur eſt in ſecuritate uel eſt in ſecuro. Etiam paradiſus dicitur ſinus Abrahe. Authoritas eccleſie dicentis, Exaudi exaudi, ut animam meam in ſinu Abrahe patriarche tui iubeas collocari. Dicit ergo, Factum eſt ut moreretur mendicus, &c. Quia ſicut nunc condigne penitentes quando moriuntur, anime eorum ſtatim portantur in celum. Ita tunc ad ſinum Abrahe. Diues autem ſepultus eſt in inferno. Ecce ad literam retributio diuina. Authoritas, Ego Dominus ſcrutans cor & probans renes, qui do unicuique iuxta uiam ſuam, & iuxta fructum adinuentionum ſuarum. Hiere. xvij. Nota duo ſecreta moralia. Primum ibi, Factum eſt ut moreretur mendicus. Si attendiſtis in ordinatione uerborum Chriſti, quando uoluit loqui de mundana conuerſatione, prius fuit loquutus de diuite quam de paupere dicens, Homo quidam erat diues. Sed quando uoluit loqui de alio mundo, & de miſericordia, & retributione, primo fuit loquutus de paupere, dicens, Factum eſt autem ut, &c. Dico quod hoc fecit Chriſtus ad oſtendendum contrariam conditionem diuitum & pauperum, quantum ad uitam, & quantum ad mortem. In hoc mundo diuites ſunt primi in honoribus & dignitatibus, officiis, & locis, quia ſemper ſedent in primo loco, in eſcis habendis & in omnibus. Pauperes autem ſemper ſunt ultimi. Sed in alio mundo conuertitur totum. Quia pauperes ſunt primi in honoribus, &c. diuites uero ultimi. Recte eſt de diuitibus ſicut de falcone, & de gallina. Falco enim quandiu uiuit, ualde honoratur, portatur a Domino in manu ſua qui nollet portare filium ſuum, quia ducit eum etiam ad eccleſiam, ſeruit ſibi diligenter, aliquoties etiam carnes crudas cum dentibus mordendo, ipſum in eſtate cum aqua refrigerando, in hyeme autem dormit in camera Domini in loco eminentiori. Et ſi miſera gallina modicum approximet camere ad

re ad comedendum micas, ſtatim expellitur, nec audet cameram intrare. Sed in morte conuertitur in diuerſum ſimpliciter, quia gallina cum magno honore portatur coram Domino inter duas ſcutellas. Et ſi dicitur domino, Falco eſt mortuus, dicit: proiiciatur in ſterquilinio. Ita recte dives eſt ut falco, uiuit delicate, &c. Et miſer pauper ut gallina non audet domui diuitis appropinquare, quia ſtatim diceretur, Quid uult iſte homo? O latro eſt, debet eſſe foris. Ecce quare primo nominauit pauperem quando fuit loquutus de alia uita. Et uerificatur illud quod ipſemet Dominus dixit, Erunt nouiſsimi, ſcilicet pauperes qui in hoc mundo ſunt nouiſsimi, primi, ſcilicet in paradiſo. Et diuites qui in hoc mundo ſunt primi, erunt nouiſsimi, ſcilicet in inferno. Ideo quando pauper moritur, eius anima portatur coram Domino inter duas ſcutellas, ſcilicet gloriam anime quam habebit ſtatim, & corporis quam habebit poſt iudicium, uel due ſcutelle ſunt immunitas de pena inferius & abundantia de gloria ſuperius. Secundum ſecretum eſt ibi cum dicitur, Mortuus eſt dives, & ſepultus eſt in inferno. Certum eſt quod corpus eius non fuit ſepultum in inferno, ſed anima, uidetur ergo ex hoc quod in inferno fuerit cemiterium & ſepultura. Dico quod ſic. Sed auiſetis uos ne ibi eligatis ſepulturam. Anima ſepelitur in inferno, ſicut corpus honorabile ſepelitur in hoc mundo. In cuius corporis ſepultura ſunt tres principales ceremonie. Prima quia aliquis amicus uel ſcutifer uadit ad eccleſiam ut ſepultura aperiatur, & ſacerdotes ſe preparent, & fit commotio a clericis, quia omnes uellent eſſe in preſentia. Idem fit de ſepultura anime quando malus dives tendit ad mortem, diabolus qui eum tentauit cognoſcens naturaliter horam mortis, ſubito uadit ad infernum ad rectorem, ſcilicet Luciferum dicens, quomodo talis religioſus, uel clericus, uel laicus tenuit malam uitam, & modo eſt in articulo mortis, ideo nuntios & diſcipulos mittatis. Et fit ibi magna commotio, quilibet uellet uenire. Authoritas de quodam malo diuite Nabuchodonoſor, & ita poteſtis intelligere de aliis. Infernus ſubtus te conturbatus eſt, in occurſum aduentus tui ſuſcitabit tibi gigantes. Eſaie decimoquarto. Secunda eſt que ſeruatur in ſepultura corporis, quia ſicut ſacerdotes cantando portant ſecum corpus precedente ſigno crucis, & parentes & amici cum fletibus ſequuntur. Ita fit de anima damnata, que portatur a demonibus non cantando ſed uociferando confuſibiliter, ac ſi eſſet porcus mactandus, precedente ſigno Luciferi, ſcilicet circulo. Authoritas, In circuitu impij ambulant. Ideo dicit ſcriptura, Vir qui erraverit a uia doctrine, ſcilicet penitentia, in cetu gigantium commorabitur. Prouerbiorum uigeſimoprimo capite. Tertia conditio ſeu ceremonia que ſeruatur in ſepultura corporis eſt, quia

ſecundum

secundum suum statum & conditionem datur sibi sepultura in ecclesia iuxta cornu altaris, uel in choro siue in ecclesia, &c. Ita fit de anima dãnata in inferno. Iam sunt ibi sepulchra certa pro superbis nõ plena terra, sed igne in extinguibili. Aliud pro auaris plenũ de metallis ignitis. Aliud luxuriosorum plenum de pice calida, &c. & de aliis ad idem, de quibus Dauid, Sepulchra eorum, scilicet damnatorũ, domus illorum in eternũ. psal. xlviij. De nullo alio sepulchro potest intelligi. Ideo amore Dei in uestro testamento, scilicet in uita quam tenetis, attendatis ne illic eligatis sepulturam. In puncto enim quo eligitis malam uitam eligitis ibi sepulturam, & confirmatur per mortem. Dico tertio, quod sanctum euangelium declarat infernalem dispositionem, ut eam uitemus ibi, Eleuans autem oculos, &c. usq; nec inde huc transmeare. Nota, Eleuatis autem oculis, &c. quod anima habet oculos & etiam omnia membra, sed sunt spiritualia quemadmodũ membra corporis sunt corporalia. Sed fortiora sunt membra anime. Nota cum dicitur, Pater Abraham, dicit glossa, uidetur quod esset de genere Abraham, & uidetur quod sic. quia etiam Abraham uocat eum filium dicens, Fili recordare, &c. quia de bonis que homo facit in statu peccati, Deus dat in hoc mundo retributionem. Nota, inter nos & uos chaos magnum, id est abyssus, firmatum est, ut hi qui uolunt hinc transire ad uos nõ possint, neque inde huc transmeare. Nota quod beati obiectaliter transeunt ad damnatos, eorum penas uidendo, sed non transeunt ad eos penaliter, etiam damnati transeunt obiectaliter ad beatos, sed nõ possunt transire per penitentiam actualem, nec uidendo gloriam obiectalem. Nota duo secreta. Primum ibi, Eleuans autem oculos cum esset in tormentis. Ab isto textu sancti doctores extrahunt istam conclusionem, quod modo damnati uident saluatos & beatos, sed non gaudẽt de tali uisione, imo augmentat eis penam. uerbi gratia. Sicut si famelicus uideret mensam escis plenam, & non posset accedere, pena sibi augmentaretur. Ad practicam cogita quando superbus damnatus eleuat oculos & uidet beatum Paulum qui fuit superbus & persecutor ecclesie, dicit, O miser ille fuit superbus plusquam ego, & tamen saluus est, quia conuersus fecit penitentiam, ita ego potuissem saluus fieri. Idem de auaro, quãdo uidet Mattheum. de quo dicit Beda quod fuit raptor. Idem de luxuriosis, quando uident Mariam Magdalenam, & Mariam Egyptiacam, & sic de aliis. Authoritas. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperate salutis, gementes pre angustia spiritus, &c. Sapien. v. Et loquitur ad literam de damnatis. Secundum secretum ibi, de gutta aque quam petebat, que fuit sibi denegata. Mille & quadringẽti. xxviij. anni sunt quod petit, & quolibet die & hora petit eam, & nunquam habuit nec habebit, & si ploret sanguinem, in eternum non habebit. Ista gutta aque signat refrigerium ali-

Damnati & beati, mutuo se se uidẽt.

quod

quod quod damnati nō poſſunt habere. Ideo falſa eſt & erronea quedam gloſſa iuriſtarum, que dicit quod damnati habent refrigerium ex bonis que fiunt pro eis, dando ſimilitudinem de aliquo qui portat onus magnum, quod licet non deponat, tamen quando datur ſibi potus uel una parca uini, habet refrigerium. Nō eſt ita de damnatis, quia nullum remedium habere poſſunt. Authoritas. Mortuo homine impio nulla erit ultra ſpes. Prouerbiorum xj. nec exeundi, nec remediū alicuius habendi. Imo quando pro eis fit aliquod bonum, quando ipſi ſciunt, augmētatur in eis pena, quia eis non proficit, ut de captiuo cui mittitur pretium redemptionis, & perditur in mari, quando ipſe ſcit triſtatur, &c. Idem de damnatis. Ideo orando dicit eccleſia, Quia in inferno nulla eſt redemptio, miſerere mei Deus, & ſalua me. Dico quarto, quod ſanctum euangelium declarat ſcripturalem cōfirmationem, cum dicit thema, Habent Moyſen & prophetas, id eſt ſcripturas legales, & prophetales. Hoc oſtenditur cum dicitur, Rogo ergo te pater ut mittas, &c. uſque in finē. Videtur quod ex charitate loqueretur, ne fratres ſui damnarentur. Solutio. Non eſt uerum, ſed ne eius pena augmentaretur, quia quanto plures ſunt damnati, tanto magis pena actualis eis augmentatur, ſicut gloria actualis in beatis. Verbi gratia. Si titioni qui de ſe comburitur addātur alij titiones, magis comburitur, & ſi plures, plus ardebit, &c. Nota. Reſpondebit, habēt Moyſen & prophetas, audiant illos. Nota ex hoc maiorem eſſe authoritatem ſacre ſcripture, quam eſſet teſtimonium cuiuſcunque reſurgentis. Ideo apoſtolus, Licet nos aut angelus de celo euangelizet uobis aliud preterquam quod euangelizauimus uobis, anathema ſit. ad Gal. j. Vnde apoſtoli, qui mortuos ſuſcitabant, cum teſtimonio ſacre ſcripture tanquā firmiori ſuam doctrinam cōfirmabant. Tradidi uobis in primis quod & accepi ſecundum ſcripturas, dicebat apoſtolus. j. ad Cor. xv. Propter hoc in articulo reſurrectionis dicitur. Et reſurrexit tertia die ſecūdum ſcripturas. Ideo ſequitur, Si Moyſen & prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit credēt. Et nūquid Chriſtus reſuſcitauit Lazarum, qui narrauerat multa de alio mundo, ut dicit Aug. & tamen non credebant ſibi. Imo dicit textus, quod Iudei cogitauerunt ipſum interficere. Et apoſtoli & ſancti ſuſcitauerant multos, qui etiam multa retulerunt & narrauerunt de alia uita. Ideo indubitanter credendum eſt teſtimonio ſcripture, uel ſcripturarum ſacrarum, & determinationibus uniuerſalis eccleſie. Et eſſet bonū uidere bibliā, quia cōtra anti chriſtum cum aliis ſententiis non poterimus arguere nec reſpondere. Et modo pauci curant de biblia, intantum quod iam uerificatur illud Hieronymi au Paulinam, & habetur in prologo biblie capit. vj. Quicquid dixerint, hoc legem Dei putant. Nec ſcire dignantur, quid prophete, quid apoſtoli ſenſerint, ſed ad ſuum ſenſum incongrua aptant

teſtim

teſtimonia, quaſi grande ſit, & non uitioſiſsimum dicendi genus, deprauare ſententias, & ad uoluntatem ſuam ſacram ſcripturam trahere repugnantem. Ideo dicebat Chriſtus, Scrutamini ſcripturas in quibus putatis uos uitam eternam habere. Et ille ſunt que teſtimonium perhibent de me. Io. v.

De eadem dominica. Sermo ij.

IN domo patris mei habeo quinque fratres. Luc. xvj. Pro declaratione huius uerbi ſciendum, quod tota uniuerſitas creaturarum tam celeſtium quam terreſtrium, dicitur domus Dei. Ratio, quia ſicut in domo uel palatio regis ſuperius ſunt camere, inferius uero eſt ſtabulum pro iumentis, & in fundo terre inferius eſt carcer pro malefactoribus. Ita ēt in domo Dei, ſuperius, ſcilicet incelo empyreo ſunt camere, ſcilicet nouem ordines angelorum, ibi morantur amici Chriſti. Superius autem Chriſtus & uirgo Maria. Domus uero inferior ubi morantur beſtie, & ſeruitores, & clientes, eſt iſte mundus, qui pro beſtiis factus fuerat, ſed ex peccato Ade de paradiſo terreſtri expulſi ſumus exules. Carcer uero pro malefactoribus in corde terre eſt, ſcilicet infernus carcer perpetualis. Ecce ratio quare dicitur domus Dei, quia ipſe ordinauit ſua ſapientia. Authoritas. Sapiētia edificauit ſibi domū, ſcilicet ad eius honorem & maieſtatem excidit columnas ſeptem. Prouer. ix. Not. Excidit columnas ſeptem, ſcilicet ſeptem gradus creaturarum, in quibus fundatur mundus quaſi domus, ſcilicet terra cum iumētis, aqua cum piſcibus, aer cum uolucribus, ignis cum impreſsionibus, celum cum planetis. Sexta eſt natura angelica, quia angeli ſunt ſubſtātie pure ſpirituales. Septima uero natura humana. De iſta domo dicebat Baruch, O Iſrael quam magna eſt domus Dei, &c. Baruch iij. de iſta domo dicebat Chriſtus, In domo patris mei manſiones multe ſunt. Io. xiiij. Nota, manſiones multe, ſcilicet tres principales. Celum, & terra, & infernus, & in qualibet iſtarum ſunt multe māſiones. In celo nouem ordines, ſcilicet angeli, archangeli, &c. In terra multe prouincie, regna, & communitates, & ciuitates, & uille. In inferno autē eſt ſinus ſanctorum patrum, ubi nullus eſt modo, limbus puerorum, ubi non eſt ignis, nec demones, locus purgandorum, ſcilicet purgatorium, ubi eſt ignis, ſed non demones, locus damnatorum, ubi ſunt damnati. patet ergo quod totus mundus dicitur domus Dei. De iſta domo dicit thema, In domo patris mei, &c. id eſt intra domū patris mei habeo quinque fratres. Inuenio quod in hac domo ſunt quinque fraternitates diuerſis rationibus, ſcilicet,

Fraternitas humānalis, & iſta uenit per naturam,
Fraternitas ſpiritualis, & iſta uenit per gratiam,
Fraternitas demonialis, & iſta uenit per culpam,

Frater

Fraternitas angelicalis, & iſta uenit per amicitiam,
Fraternitas diuinalis, & iſta uenit per miſericordiam.

Ecce quare dicit thema, In domo patris mei, &c. Dico primo quod habemus in hoc mundo fraternitatem humanalem que uenit per naturam. Qui enim ab eodem patre & ab eadem matre ſunt geniti, fratres ſunt. Iſto modo quotquot ſumus in hoc mundo tam fideles quam infideles ab eodem patre, ſcilicet Adam, & ab eadem matre, ſcilicet Eua ſumus geniti. Ideo fratres poſſumus dici. In hoc ſingularitatem oſtendit Deus in hominibus magis quam in angelis, quia Deus a principio omnes angelos creauit ſimul, nec inter ſe habent conſanguinitatem parentalem nec fraternitatem naturalem. Non eſt ſic in hominibus, quia a principio ſolum creauit Deus maſculum & feminam. Gen. j. Maſculum & feminam creauit eos, benedixitque Deus illis, & ait, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. Omnes procedimus ab iſta radice. Ecce fraternitas naturalis. Sed diceret aliquis, & forte iam dicitis in corde ueſtro, quod ex maſculo & femina procedãt homines, hoc nõ eſt ſingularis excellentia hominum, quia etiam animalia bruta procedunt a maſculo & femina, quia ab initio ſolum creauit Deus maſculũ, & feminam de animalibus, ſcilicet leonem & leenam, equum, & equã, bouem & uaccam, ex quibus omnes alij deſcendunt. Dico quod uerum eſt, ſed hoc fuit ſingulare in hominibus, quia ab uno ſuppoſito, ſcilicet Adam procedimus omnes, quia de illo formauit Euam. Geneſis ſecundo. non ſic fuit de animalibus. Modo licet hoc ſit certum, tamen, authoritas. Deus qui fecit mundum, & omnia que in eo ſunt, fecit ex uno omne genus hominum. Act. decimoſexto. Moraliter. Ex hoc, quia omnes ſumus ex uno patre, patet quod debemus habere maiorem unitatem & pacem quam angeli uel beſtie, tamen contingit & eſt oppoſitum, quia angeli habent pacem, cum tamen ſunt tot, quia innumerabiles, ut dicit S. Tho. in j. par. q. l. ar. iij. quod ſicut corpora celeſtia excedunt iſta inferiora in quantitate cõtinua incorporaliter. Ita angeli excedũt in quãtitate diſcreta omnẽ numerũ creaturatũ inferiorum, & tamẽ nunquã habẽt diuiſionẽ nec guerram. Autho. Poteſtas & terror apud eũ eſt, qui facit cõcordiã in ſublimibus ſuis. Nũquid eſt numerus militum eius? Iob xxv. Beſtie in deſerto uiuunt in pace. Leones inter ſe pacẽ habent, Lupi & uulpes, & ſic de aliis, & homines nõ poſſunt uiuere in pace, in una uilla, nec in uno uico, nec monaſterio, &c. cõtra naturã faciunt, quia fratres inter ſe naturaliter pacem habent. Ideo legitur de Abraham & Lot, qui intantum abundabant quod terra nõ poterat eos capere, ita quod iam facta erant inter paſtores eorum iurgia, & iam Lot ibat totus turbatus, tunc dixit ſibi Abraham, Ne queſo ſit iurgiũ inter me & te, & inter paſtores meos, & paſtores tuos, fratres enim ſumus Ge. xiij. Dico ſecũdo quod ſecũdã fraternitas

Diſcreta, hoc ẽ numerali.

eſt ſpi

est spiritualis, que uenit per gratiam. Ista fraternitate solum Christiani sunt fratres: Iudei uero uel alij infidelos, nihil attinent hoc pacto ad nos. Omnes autem Christiani sunt frattes eiusdem patris immediate, scilicet Iesu Christi. Nota quod omues sumus filij regis, & eiusdem matris, s. uniuersalis ecclesie. Deus habuit duas uxores. Prima fuit synagoga ex qua genuit Iudeos, sed dedit sibi libellum repudij iuxta legem, que dicit, Si acceperit homo uxorem & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam seditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eã de domo sua. Deut. xxiiij. Potius fuit prophetia quam mandatum. Ista lege usus fuit Deus inuenta macula infidelitatis & minus credentie in synagoga, dedit sibi libellum repudij. De hoc prophetia ad literam, Hec dicit Dominus Deus tuus, Quis est hic liber repudij matris uestre quo dimisi eã. Aut quis est creditor meus cui uendidi uos? Ecce enim in iniquitatibus uestris uenditi estis, & in scelcribus uestris dimisi matrem uestram, quia ueni, & non erat uir, scilicet qui reciperet me, uocaui predicando, scilicet & non erat qui audiret. Isa. l. Deinde Deus duxit aliam uxorem, scilicet sanctam ecclesiam, de cuius utero, scilicet fonte baptismali generat filios & filias. Qui de alto mittit semen per os sacerdotis. Semen est uerbum Dei, scilicet forma baptismi. Et post baptismum potest dici, Natus est homo in mundum. Et sicut uirgo concipit, & etiam uirgo parit. Ecce qualiter nos christiani habemus istam fraternitatem spiritualem. Ante baptismum sumus filij Ade, sed post baptismum sumus filij Iesu Christi. Propter hoc dicit Christus christianis, Omnes uos fratres estis. & patrem, scilicet generalem nolite uocare uobis super terram, unus enim est patet uester qui in celis est. Matthei xxiij. Nota, Omnes uos fratres estis, quia de Adam estis filij, &c. Ideo uenit quidam pauper ad regem Francie, dicens sibi quod secum diuideret hereditatem, quia frater suus erat de eodem patre & matre, Adam & Eua, cui rex dedit unum denarium dicens, quod tot haberet fratres ex illo patre, quod si cuilibet daret tantum, nihil sibi remaneret. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, ut filij Dei nominemur & simus. s. Ioan. iij. Moraliter habemus hic doctrinã, quod debemus cauere a iurgiis, guerris, & diuisionibus, & sicut spiritualiter sumus geniti, tenemur etiã spiritualiter diligere omnes. Sunt multi qui dicunt, non nocerem ei, sed non dicerem sibi uerbum, non possum sibi loqui, nec corde possum ipsum diligere. Nihil ualet hoc. Oportet si uultis salui fieri, quod odium, rancor, & uoluntas cordis expellatur, quia non est nisi uenenũ quod animam occidit. Nota de quodam mercatore qui uenit ad magistrum Vincentium dicens, Noueritis quod fui defraudatus a sertore tanta pecunie quantitate, & fugit, propter quod odiui eum intantum, quod si possem eum inuenire, cum dentibus occiderem eum. Et ista

quadra

quadrageſima fui confeſſus, & nullus confeſſor uoluit me abſoluere. Dicunt quod debeo ſibi parcere. Pater quid dicitis uos? Cui reſpondit magiſter Vincentius, Si non uultis ſibi, parcere, parcatis uobiſipſi. Et ipſe, Pater hoc non intelligo. Reſpondit magiſter, Dicatis, odium quod habetis in corde, cui nocet, illi uel uobis? Non illi, quia comedit, bibit, & delectatur: ſed uobis, quia animam ueſtram occidit. Reſpondit ille, Nunc cognoſco quod ſit ſtultitia habere odium cõtra alium. Nunquid eſſet bona uindicta contra inimicum bibere unam taceam potionum uenenatarum ut interficeret te? Idem eſt de odio. Propter hoc dicebat beatus Ioannes, Hoc mãdatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. 1. Ioan. iiij. Dico tertio quod tertia fraternitas eſt demonialis, & iſta uenit per culpam & peccatum, & iſta eſt mala. Ab initio poſtquam Deus creauit angelos, inter quos Lucifer erat maior, ut dicit Grego. quod fuit nobilior & maior, qui reſpiciens inferius, uidit omnes creaturas Dei, & quod ipſe eſſet aliis maior habuit uanam gloriam, & eleuatis oculis cognouit ſupra ſe maiorem, ſcilicet Deum, & noluit ei equiparari, & hoc reuelauit omnibus angelis, & multi tanquam adulteri & periuri infideles conſenſerunt ſibi. Sed Michael contradixit, & Gabriel & Raphael, & alij boni. Tunc expulſi fuerunt de celo empyreo Lucifer & ſui, dicente Deo, Non habitabit in medio domus mee qui facit ſuperbiam. Et ceciderunt de celo, & facti ſunt demones. Ecce quid eſt demon, Angelus qui peccaro cecidit. Diabolus eſt proprium nomen Luciferi. Hoc nomen Saranas, eſt nomen commune demonum. Lucifer a principio duxit uxorem clandeſtine, ſcilicet inobedientiam, ex qua generauit & generabit mille millia de filiis. Quis poſſet enumerare, quot angeli ſibi conſenſerunt, & quotidie homines inobedientes in mundo? De eadem uxore generat filios quando facit aliquem peccare & facere contra mandatum Dei, talis eſt filius diaboli. Verbi gratia. quando ponit in corde tuo ut induaris ſicut talis, uel quod habeas officium urbis, &c. prouocando te ad ſuperbiam, & tu conſentis ſibi, facis contra mandatum Dei qui precepit tibi humilitatem. Idem de auaritia, idem de luxuria, idem de ira, & tu conſentis, cõtra obedientiam facis, filius es diaboli. Talibus dicit Chriſtus, Vos ex patre diabolo eſtis; & deſideria patris ueſtri uultis facere. Ioannis octauo. ideo conſequenter demones filij diaboli habent fratres. Qui mollis eſt, id eſt negligens & diſſolutus in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis, id eſt demonis. Prouerbiorum decimooctauo. Cuius conditio eſt quod faciat aut det aliquid de genere bonorum, ſemper illud retorquet in malum. Nota de illo eremita, cui demon apparebat in forma boni angeli dicens, Surge ad laudandum Deum. Et aliquoties portabat ſibi lumen. Aliquando dicebat ſibi, Talis nauis ſubmerſa eſt, ora pro animabus que ſunt in purgatorio, & ſimilia, intantum

quod ille firmiter credebat ipsum angelum bonum, quia non nisi bona sibi dicebat. Semel autem ostendit sibi uisionem, quia uidebat celum apertum superius, & infernum inferius, dicendo sibi, Nisi efficaris Iudeus, non poteris celum intrare, imo ad infernum oportebit te descendere. Propter quod ille fuit effectus Iudeus, & consequenter damnatus fuit. Ecce qualiter dissipauit bona que prius fecerat. Idem de istis qui recurrunt ad demones, ut inueniant quod perdiderunt. Et si forte inueniant, tamen ex alia parte perdunt animam. Item pro sanitate recuperanda recurrunt quidam ad demones, quod faciendo perdunt animam. Ecce quare dicit, qui mollis, &c. Moraliter. Dic contra diuinos & sortilegos; & caueatis ne recurratis ad eos, sed ad Christum Dominum. Propter hoc dicebat propheta: Vnusquisque in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabitur. Hieremie nono. Dico quarto quod est alia fraternitas, scilicet angelicalis, que uenit per amicitiam. Quemadmodum dicitur de duobus amicis simul stantibus, comedentibus, ambulantibus, &c. fratres sunt. Nunquam fuit tanta amicitia inter aliquos duos amicos sicut est sanctorum angelorum ad nos, intantum quod quando mulier debet parere, Deus uocat unum angelum cui committit illam creaturam. De quo angelus regratiatur Deo, & statim descendit, & hominem in suam custodiam recipit. De qua materia uide Sanct. Thom. j. parte. quest. cxiij. articul. v. Authoritas. Psalm. xc. Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uiis tuis. Vnde dicit Hieronymus. Magna est dignitas animarum, ut unaqueque ab ortu natiuitatis habeat angelum ad custodiam deputatum, & nunquam dimittit creaturam usque dum moritur. De hoc uide Sanct. Thom. j. parte. quest. cxiij. articul. vj. ubi dicit quod angelus custos nunquam toraliter dimittit hominem, sed ad aliquid interdum eum dimittit, prout scilicet non impedit quin subdatur alicui tribulationi, uel etiã quin cadat in peccatũ secũ dũ ordinẽ diuinorũ iudiciorũ. Idẽ dicit in solutione ad tertiũ argumẽtũ eiusdẽ vj. art. q̃ angelus etsi interdũ derelinquat hominẽ loco, non tamen derelinquit eum quantum ad effectum custodie, quia etiam cũ est in celo, cognoscit quid circa hominem agatur, neque indiget hora temporis ad motum localem, sed statim potest adesse. Modo cogita quando facis aliquod peccatũ quid dicit angelus, O proditor, &c. Ideo Ber. Noli presente angelo facere q̃d me presente facere non auderes, quia nec furtum nec luxuriam, &c. De isto fratre dicit scriptura. Frater, scilicet homo qui adiuuatur a fratre, scilicet angelo, quasi ciuitas firma. Prouerbiorum decimooctauo. Ciuitas enim fortis & firma habet septem conditiones. Prima quod sit alta. Istam conditionem dat angelus custos, quia eleuat mentem ad Deum, ad desiderandum celestia. Reuersus est angelus qui loquebatur in me, suscitauit me

De angelo custode.

uit me quasi uirum qui suscitatur de somno suo. Zacharie quarto. Secunda quod sit murata. Hoc facit angelus quando inducit ad obseruantiam decem preceptorum. Dicantur breuiter decem precepta, que muri sunt anime, turres sunt uirtutes. Tertia quod habeat fortalitia, & hoc per obseruantiam consiliorum euangelij. Quarta quod habeat fossatum. Hoc idem dat angelus quando inducit ad humilitatem uel ad cogitandum penas inferni. Quinta quod habeat escas. Hanc conditionem etiam dat angelus inducendo custoditum ad audiendum missas, sermones, confitendum, & communicandum, &c. Sexta quod habeat arma, &c. Arma sunt orationes, ieiunia, eleemosyne, & opera penitentialia. Septima quod habeat bellatores qui sunt opera misericordie. Et quia ista septem habemus a bono angelo inductiue, ideo dicitur ciuitas firma. Moraliter instruimur, ut quilibet suo angelo faciat aliquam orationem. Sicut quilibet uestrum recipit aliquem sanctum uel sanctam in aduocatum, qui forte ex uestris peccatis moditum curat de uobis, ideo angelo qui continue curat de uobis est facienda oratio quolibet mane & sero genibus flexis dicendo, Angele qui meus es custos pietate superna, me tibi commissum salua, defende, guberna. Amen. Dico quod quinta fraternitas est diuinalis, que uenit per misericordiam. Et ista est omnibus aliis melior, quia Deus creator omnium factus est frater noster, in benedicta incarnatione similis nobis factus. Caro enim & frater noster est. Genesis trigesimo-septimo. Ideo dicit apostolus, Qui sanctificat, scilicet baptismum & penitentiam, & qui sanctificantur ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos uocare, dicens, Nunciabo nomen tuum fratribus meis. ad Hebreos secundo. Ideo sciens Salomon spiritu prophetie, quod filius Dei debebat incarnari, & nasci de muliere, & lactari, ac si iam ipsum uideret presentialiter, dicebat sibi, Quis mihi det te frattem meum sugentem ubera matris mee, & inueniam te solum foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat. Apprehendam te, & ducam in domum matris mee, & in cubiculum genitricis mee, &c. Canti. viij. Ideo apostolus, Quos presciuit, scilicet Deus pater, & predestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. ad Romanos octauo. Moraliter faciamus quod sicut sumus fratres Christi in hac uita, simus etiã fratres sui in gloria. Deo gratias.

In octaua corporis Christi, uel intra octauas.

Sermo unicus.

ACcipite & manducate, hoc est corpus meum, &c. Verbum istud habetur textualiter j. ad Corinthios xj. & officiatur in epistola hodierna. Scitis hodie est octaua corporis Christi, & sancta mater ecclesia facit totum officium ut in die. Ideo de isto sancto sacramento al-

taris uolo uobis declarare aliquas magnas utilitates quas ex eo habemus, ad prouocandum corda uestra ad deuotionem. Sed primo saluetur uirgo Maria. Sanctum sacrificium altaris dicitur eucharistia grece, ab eu, quod est bonum, & charis, gratia, quasi bona gratia, quia multas & innumerabiles gratias & utilitates habemus ex ipso sacramento, plus quam ab aliis sacramentis. Et amore uestri modo dicam quinque utilitates principales.

Eucharistia.

Est enim uiaticum spirituale,
Medicamentum uniuersale,
Sacrificium indulgentiale,
Sacramentum principale,
Societas celestialis.

In his ostenditur utilitas. Ideo dicit thema, Accipite & manducate, hoc est corpus meum, &c. Dico primo quod eucharistia uel hostia consecrata est uiaticum spirituale. Sic est quod nulla creatura uiuens siue sit corporalis siue spiritualis, poterit diu durare in esse siue uiuere sine cibo. De creaturis corporalibus ratio est naturalis, quia calor consumit humidum radicale, ut dicunt physici. Sicut enim aqua ad ignis calorem cõsumitur & deficit, ita est de humiditate corporis, in qua uita cõsistit, calore consumitur & deficit, nisi addatur humiditas, comedendo, bibendo, & communiter in meridie magis appetimus cibum & potum, quia maior est calor interior & exterior. Item de angelis qui sunt creature & substantie pure spirituales. Dico quod etiam non possunt uiuere sine cibo. Ratio, quia nullus eorum habet uitam & durationem a se. Ideo de mensa Dei, que est essentia diuina, recipiunt escas, que non possunt dici nec cogitari, & de illis uiuunt. Authoritas. Dixit angelus Raphael Tobie, qui uidebatur cum eis comedere & bibere corporali cibo, ne dimitteret eos in errore, Cum essem uobiscum per uoluntatem Dei, uidebar quidem uobiscum manducare & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu qui ab hominibus uideri non potest utor. Tob. xij. Fiat ergo ratio. Si creature pure corporales ut iumenta, & pure spirituales, ut angeli, indigent cibis, ut dictum est, quid dicemus de homine qui habet utrunque? Est enim corporalis quantum ad corpus & spiritualis quantum ad animam, similis angelis. Ergo indiget duobus cibis, scilicet cibo corporali ad sustentationem corporis, & cibo spirituali ad sustentationem anime. Ideo statim postquam Deus creauit Adam & Euam, prouidit eis de escis corporalibus, dices eis, Ecce dedi uobis omnem herbam afferentem semen super terram, & uniuersa ligna, scilicet fructifera, que habent in semetipsis sementem generis sui, ut sint uobis in escam. Genesis primo. Ita quod a principio & bene per mille quingentos annos post, solum comedebant fructus gentes, & bibebant aquam, & illa tunc dabant maiorem fortitudinem quam

modo

modo capones,galline,& uinum,&c.Deinde post diluuium,quod multum deteriorauit arbores,plantas,& aquam,ita quod perdiderunt magnam partem uirtutis,uidens Deus quod fructus & aqua non esset cibus ad sustentandum naturam humanam, concessit licentiam comedendi carnes & pisces,dicens,Omnes pisces maris manui uestre traditi sunt, & omne quod mouetur & uiuit erit uobis in cibum. Genesis nono.Et concessit licentiam bibendi uinum.Et tunc Noe incepit exercere terram,& plantauit uineam.Deinde uenit tempus Moysi, in quo Deus de cunctis mundi populis elegerat Iudeos, de quo populo debebat nasci filius Dei secundum humanitatem, & tunc Deus restrinxit escas illi populo,ut patet Leuitic.xj.Precipiens eis,ne comederent animal quod non ruminat,nec diuidit ungulam.Ideo nō comedunt porcum.quia licet diuidat ungulam,non tamen ruminat. Idem de lepore. Item de uolucribus precepit eis ne comederent aquilam,gryphonem, falconem,&c.Item de piscibus quod non comederent piscem,nisi haberet pennulas,&c.Ideo non comedunt anguillam murenam, &c.Sed quare Deus precepit hoc Iudeis,&c.Responsio,quia de illo populo debebat nasci Messias,propter quod Deus fecit ut fit communiter de filio regis, quia eius nutrici dantur certe esee de consilio medicorum, non amore sui,sed filij regis, ut sit bene complexionatus. Et precipitur nutrici ut abstineat a ceteris cibis uel escis que sunt male complexionis.Ita fecit Deus de gente Iudaica,de qua nasciturus erat filius regis,scilicet Christus,uoluit Deus ut abstinerent a cibis uiscosis,& male cōplexionis. Sed ex quo filius regis iam non indiget nutrice ipsa, potest comedere ad libitum quicquid uult & placet sibi.Ideo nos modo non abstinemus ab illis escis,quia omnis creatura Dei bona, & nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbum Dei & orationem. j. ad Timoth. iiij. Ecce qualiter Deus a principio usque modo prouidit nature humane de cibis corporalibus secundum diuersa tempora. Hoc totum dicit Dauid in quadam authoritate, Oculi omnium in te sperant Domine,& tu das escam illorum,scilicet corporalem in tempore opportuno.Psal.cxliij.Tamen non inuenietis quod ante aduentum Christi Deus dederit escam seu prouisionem spiritualem.Corpora enim erant robusta,& anime erant debiles intantum quod omnes cadebant in infernum, quantumcunque essent sancte,non poterant se tenere quin caderent illuc. De hoc Dauid,Quis est homo qui uiuet & non uidebit mortem, scilicet corporalem,eruet animam suam de manu inferi?q.d.nullus. Psal.lxxxviij. Quod autem iste defectus procederet propter defectum cibi spiritualis,patet Dauid dicente,Esurientes,scilicet cibum spiritualem,& sitientes,anima eorum in ipsis defecit.Psal.cvj.Sed uenit Christus filius Dei, qui ordinauit cibum spiritualem pro animabus,s.hoc sanctum sacramē

tum eucharistie.Non credatis quod ista esca sit corporalis, nec uadit in stomachum pro digestione, ut dicunt stulti Iudei quod huiusmodi cibus emittatur per secessum,sed est cibus spiritualis, qui in stomacho anime in corpore humano positus,scilicet memoria, recipit digestionem igne deuotionis,& dat uitam anime intantum quod quando anima exit a corpore,nisi peccata impediant, secum animam ducit ad celum.Ideo dicit sanctus Tho.in iij.parte,quod puer unius diei etiam baptizatus non potest habere paradisum nisi communicet. De hoc uide Sanctum Thomam iij.parte.q..xiiij art.iij.quo querit, Vtrum sacramẽtum eucharistie sit de necessitate salutis.O diceretis uos,& quomodo posset communicare?Modo audite pulchram speculationem, quando uos comeditis,solum unum membrum, scilicet os comedit, & tamen ex illo cibo omnia membra refocillantur & fortificantur, manus ad operandum,pedes ad ambulandum,oculi ad uidendum, aures ad audiendum, & sic de aliis partibus tam interioribus quam exterioribus. Ita tota uniuersalis ecclesia est unum corpus. Cuius caput est Christus,oculi doctores, aures iudices & confessores, os sacerdotes,manus milites qui habent defendere, uenter ciues & mercatores, tibie mechanici, pedes qui terram tangunt sunt agricultores.Sicut enim in uno corpore multa membra habemus,omnia autem membra nõ eundem actum habent,ita multi unum corpus sumus in Christo.ad Rom. xij.Et sicut os comedit pro omnibus membris, ita sacerdos pro omnibus christianis spiritualiter.Sed oportet ad minꝰ quod quilibet semel in anno communicet sacramentaliter de adultis xij.annorum,& supra.Et quãdo pueri baptizantur, efficiunt membra corporis ecclesie. ideo pro communicatis habentur. Moraliter. Cogitate quod peccatum est nolle communicare. Si pueri innocentes non possunt saluari sine communione,quid erit de magnis ? Ideo multi damnantur, quia non communicant in paschate.Qui in hoc mundo non uult Christum recipere communicando,nunquam a Christo recipietur in celo.Auth. Amen,id est secure.Amen,id est uere dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis,& biberitis eius sanguinem,non habebitis uitam in uobis,&c.Io.vj.Nõ habebitis uitã,scilicet gratie in hoc mundo,nec glorie in alio.Dico secundo q̃ hoc sacramentum sanctum est medicina uniuersalis,non solum cibus est,sed etiam medicina. Pro cuius declaratione sciẽdum quod omnes infirmitates corporis & anime ex cibo ueniunt,scilicet Ade & Eue.Infirmitates corporis sunt sicut febres, dolores,&c.Infirmitates anime sunt pronitas ad malum,& difficultas ad bonum,male cogitationes,mala desideria & peccata omnia,ista uenerunt ex comestione cibi uetiti,quia alias nullus fuisset infirmus,nec in corpore,nec in anima.Iste cibus fuit porta omnium malorum. Ideo dicitur,Mala mali malo,mala cõtulit omnia malo.Mala,id est Eua,mali,id est

Vide q̃d sit sumere Christi corpꝰ spiritualiter,& q̃d sacramentaliter.

li,id eſt Ade,malo,id eſt pomo,contulit omnia mala,malo,id eſt mun do.O dixit Chriſtus,Si tantum ſciuit facere diabolus, quod de fructu duxit omne malum,ego oſtēdam ſapientiam meā. Et ordinauit quod de fructu faceret medicinam,unde ueniret omne bonū. Et fecit ſe fructum in arbore uite,ſcilicet uirginis Marie,cui dicitur,Benedictus fructus uentris tui.Ideo de hoc cantat eccleſia, Hoc opus noſtre ſalutis ordo,&c. Conſtruitur ſic, Ordo ſalutis noſtre poſcebat hoc opus, ut ars,id eſt ſapientia Chriſti,artem,ſcilicet diaboli multiformis proditoris falleret,& medelām,ecce medicina,ferret inde, ſcilicet ex fructu, unde hoſtis leſerat.Ideo iſta benedicta medicina dat ſanitatem animabus illorum qui deuote communicāt. Primo dat ſanitatem in intellectu contra errores & falſas opiniones fidei. In uoluntate contra mala deſideria.In memoria contra obliuiones beneficiorum Dei,uel contra deſiderium uindicte.Dat etiam ſanitatem ori ad uitandum mendacia,falſa iuramenta,&c.Manibus ad uitandum furta,uſuras,tactus,&c. Gutturi contra exceſſum cibi & potus,& generaliter omnibus membris.Item curat infirmitates corporis. Nam ſi infirmus communicat deuote,& ſanitas corporis non ſit nociua anime, hoc ſacramentum dabit ſibi ſanitatem,alias non debet appetere ſanitatem. Altiſsimus creauit de terra medicinam,& uir prudens non abhorrebit eam.Nonne a ligno indulcata eſt aqua amara? Ad agnitionem hominum uirtus illorum.Et dedit,&c.Eccleſiaſt.xxxviij. No. altiſsimus de terra, ſcilicet corporis ſui,quod eſt formatum in utero uirginali de terra ab Adam deſcendente,& uir ſapiens non abhorrebit eam. Alique medicine dāt faſtidium & abominationem, ut pilule.Sed prudens medicus cooperit ne uideatur color,nec ſentiatur ſapor,& ſic infirmus recipit, ita fecit Chriſtus. Comedere enim carnes hominis ualde abominabile eſt. Ideo cooperuit in hoſtia ne uideatur,&c. ita dicit altiſsimus, &c. De hocuide ſanctum Tho.iij.par.q.lxxv.ar.v.ubi dicit quod ſenſu item apparent,facta conſecratione, omnia accidentia panis & uini remanere. quod quidem rationabiliter fit.Et dat ibi tres rationes,quarum prima iam dicta eſt.Quia non eſt conſuetum hominibus,ſed horribile eſt carnem hominis comedere & ſanguinem bibere, proponuntur nobis caro & ſanguis ſub ſpeciebus illorum que frequentius in uſum hominis ueniunt,ſcilicet panis & uini. Alias duas rationes ad idē, ſcilicet Tho. ubi ſupra ponit,quas uidere poteris.Moraliter iam ſcitis quod qui debet recipere purgationem,prius facit dietam & preparatorium cū ſyrupo.Ita qui debet cōmunicare primo cōfiteatur,& ſeruet dietam ſibi datam a medico anime.Deinde recipiat ſyrupum dulcē,que ſunt deote orationes.Dulce eſſet militi quod quandocunq; uellet,loqui poſſet Regi uel Pape.De ſyrupo autem recipiuntur tria cochlearia cum aqua calida mane & ſero. Ita debet eſſe certus numerus de Pater noſter,

& Aue Maria, &c. Aqua calida sunt lacryme si Deus dat lacrymas. Et post recipitur purgatio, id est corpus Christi. Quid hoc efficacius sacramento quo purgantur peccata, augétur uirtutes, & mens omnium spiritualium abundantia impinguatur? Dico tertio quod est sacrificiū indulgentiale, non solum sacerdoti celebranti, sed etiam omnibus missam deuote audientibus. hoc declaratur sic. Inuenio quod Christus in uita sua dixit duas missas, unam secrete & aliam solenniter in pontificalibus cum ministris. Secrete celebrauit Feria v. in cena Domini presentibus apostolis, tunc enim ordinauit sacrificium hoc, & communicauit se. De quo uide sanctum Tho. iij. par. q. lxxxvj. art. j. & etiam communicauit apostolos di. Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro uobis, scilicet celebrantibus, & pro multis, scilicet missam audientibus tradetur in remissionem peccatorū. Mar. xxvj. Patet quomodo in missa secreta datur remissio peccatorum. Secundam missam celebrauit solenniter in pontificalibus in die ueneris sancta. Altare fuit crux, mitra fuit corona spinarum, annuli in manibus fuerūt claui, sandalia in pedibus claui. casula rubea de sanguine suo, baculus lancea, diaconus latro a dextris, subdiaconus latro a sinistris, acolyti uirgo Maria & Ioannes euangelista. Ideo quando prelatus dicit missam solenniter totidē cōmunicat & sanctificat seipsum. Ecce qualiter dixit missam solennem, quia missam dicere nihil aliud est quam corpus Christi sacrificare. Et in missa solenniter dantur indulgentie, & remittuntur peccata deuote audientibus, quia dicit Lucas, Omnis turba eorū qui simul aderant ad spectaculum istud, & uidebāt que fiebant percutientes pectora sua reuertebantur. Lu. xxiij. Ideo dicit propheta Dauid in Psal. Deus deorum Dominus locutus est, Audi populo meus, & loquar Israel, & testificabor tibi Deus tuus, sed per incarnationem est noster, ego sum. Non in sacrificiis tuis arguam te, scilicet de peccatis. Ratio, Holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Psal. xlix. Moraliter. Ergo est missa audienda deuote, in quolibet die festo & Dominico, que deuote auditur seruatis quatuor conditionibus. Prima quod missa audiatur ieiuno stomacho. Ratio, quia q habet loqui regi, &c. Secūda quod sitis in confessione que pro uobis fit. Ideo pulsantur cāpane, &c. Tertia quod audiatis missam cum silentio. Quarta quod audiatur missa cō pleta. Dico quarto quod est sacramentum principale. Septem sunt sacramenta ecclesie. Primum est baptismus. Secundus est confirmatio. Tertium penitentia. Quartum eucharistia. Quintum ordines. Sextum matrimonium. Septimum extrema unctio, & non sunt plura. De omnibus autem sacramentum eucharistie est principale triplici ratione. Prima, quia alia sacramenta continent Christum solum figuraliter, & in aliis sacramentis continetur quedam uirtus instrumentalis participata a Christo, sed istud continet Christum realiter ut erat in utero uirginis

Sacramēta ecclesie numerus.

& ut

& ut eſt in celo, in aliis autē figuraliter. Vere tu es Deus abſconditus Deus Iſrael ſaluator. Eſa. xlv. De hoc uide ſanctum Tho. in iij. par. q. lxv. art. iij. quo querit utrum ſacramentum eucharistie ſit potiſsimum inter ſacramenta. Vbi reſpondet quod ſimpliciter loquendo ſacramentum eucharistie eſt potiſsimum inter alia ſacramenta. Primam rationē iam tactam ibi ponit, &c, Secunda quia alia ſacramenta exhibentur exterius per auditum & tactum, ſed hoc interius recipitur per guſtū. Amen amen dico uobis niſi manducaueritis. Ioan. vj. Tertia quod hoc ſacramentum dat uirtutem aliis. Hoc declaratur in celo, in quo ſunt ſeptem planete, primo Luna, ſecundo Mercurius, tertio Venus, quarto Sol, quinto Mars, ſexto Iupiter, ſeptimo Saturnus. Et ſicut Sol conſiſtit in medio, quia in quarto loco, & dat uirtutem & claritatē aliis planetis, ita ſacramentum aucharistie in quarto loco computatur a quo alia ſacramenta recipiunt claritatem & uirtutē, & ipſum nihil recipit ab aliis. Ideo Dauid, Thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo. Pſal. lxxxviij. Moraliter inſtruimur hic, quod ſicut Chriſtus communicat uirtutem aliis ſacramentis, ita & nos de bonis noſtris debemus libere communicare indigentibus per eleemoſynas, uel mutuando ſine uſura. Tales nunquam ueniunt ad paupertatem. Dauid, Iunior fui, etenim ſenui, & non uidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius querēs panem. Pſal. xxxvj. Propter hoc dicebat Chriſtᵘ, Eſtote miſericordes ſicut pater ueſter miſericors eſt. Luce vj. Dico quinto quod eſt ſocietas celeſtialis. Tres magnas difficultates habet anima aſcendendi, & intrandi in celum. Prima eſt hic, ſecunda in aere, tertia in ianua celi. Sed contra iſta eucharistia eſt tuta ac uirtuoſa ſocietas animarum. Prima ergo difficultas eſt hic in exitu anime a corpore, ubi ueniunt demones animam expectantes quantumcunque perſona fuerit ſancta. Virgo Maria pro ſingulari gratia obtinuit ne ad eam uenirent demones. Et multi creduntur aſcendere qui capiuntur a demonibus, propter hoc datur communio infirmis, & datur uiaticum. & tunc demones ſentientes Chriſti preſentiam, fugiunt. Secunda difficultas ſiue periculum eſt in aere, ubi remanſit magna multitudo demonum. Sunt ibi ut atomi in radio ſolis, qui cuſtodiunt paſſum, & multi euadunt primum periculum, qui capiūtur in ſecundo, ut fuit reuelatum beato Antonio. Sed quando perſona cōmunicauit, demones fugiunt ex Chriſti preſentia, & tranſit. Tertia difficultas eſt apud ſanctos ianitores celi, quia niſi cōmunicauerit in paſcha te, & etiam in infirmitate, ſi habuit opportunitatem, quia alias excuſatur, clauditur ſibi ianua. Cum dicit Chriſtus, quia non recepiſti me, nec ego recipiam te. Amen dico tibi, non intrabis huc. Si autem communicauit, recipitur cum magno honore. De hoc autho. & prophetia Dauid, Exurgat Deus & diſſipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum a facie eius, quantum ad primum. Sicut deficit fumus, ita deficiāt,

Planetarum numerus & ordo.

ſicut fluit cera a facie ignis, ſic pereant peccatores a facie eius. quo ad ſecundum. Et iuſti epulentur & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in letitia. quo ad tertium. Pſal. lxvij. Ergo accipite & manducate, hoc eſt, &c.

Dominica ij. poſt Trinitatem. Sermo j.



Omine factum eſt ut imperaſti. Luce xiiij. Sermo erit de ſancto euãgelio huius Dominice, & habebimus multas bonas ſpeculationes, &c. In preſenti ſermone cogitaui tenere modum edificatoris ſiue magiſtrorum domus. Qui primo ponunt fundamẽtum firmum & forte, deinde ſuper edificant edificium ſiue cameras ad quieſcendum, ita intendo facere fundamentum firmum, & forte, & quod ponam erit ſanctum euangeliũ firmius celo & terra. de quo Chriſtus, Celum & terra tranſibunt, uerba autem mea non tranſibunt. Lu. xxj. Quo poſito edificabo cameras, id eſt aliquas conſolationes. Dicatur hiſtoria euangelij. De iſto fundamento Apoſtolus dicit, Fundamentum aliud nemo poteſt ponere preter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Glo. id eſt fides Ieſu Chriſti. j. ad Corinth. iij. Super hoc fundamentum uolo nunc edificare quatuor cameras, que ſunt,

Largitas glorioſa,
Charitas gratioſa,
Equitas rigoroſa,
Pietas copioſa.

Quibus edificatis potero dicere, Domine factum eſt ut imperaſti. Prima camera eſt largitas glorioſa. Iſta edificatur in iſto angulo fundamẽti cum dicitur, Homo quidam fecit cenam magnã, & uocauit multos. Iſta camera habet quatuor angulos ſecundum quod quatuor ſunt uidenda. Primo quis eſt iſte homo, ſecundo que eſt iſta cena, tertio quare dicit magnam, quarto qui ſunt uocati ad iſtam cenam. Quantum ad primum, iſte due dictiones, homo quidã, ſignant duas Chriſti ſubſtantias. Quidam, que eſt dictio infinita, illuminata ſignat Chriſti diuinitatem indeterminatam, ſine principio & ſine fine infinitam. De quo uide ſanctum Tho. j. par. q. vij. ar. j. Homo, que eſt dictio finita & determinata, ſignat Chriſti humanitatem finitam & determinatam. Cum ergo dicitur homo quidam, id eſt homo Deus. De iſto homine Hiere. xvij, ſecundum interpretationem lxx. Homo eſt, & quis cognoſcet? Biblia noſtra habet. Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? De ſecundo. Iſta cena quam homo Chriſtus parauit eſt gloria celeſtis, ſecundum quod ſancti doctores exponunt. Sed eſt hic queſtio quare dicitur cena & non prandium? Reſpõdeo, quia datur in fine diei huius uite. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum. Ecce hereditas Domini, inquit Pſal. cxxvj. De tertio dicitur magna, quia Chriſtus ſuis ſeruitoribus

bus dat prandium debile, ſed dat bonam cenam. Oppoſitum facit diabolus, quia illis qui ſibi ſeruiunt in peccatis dat bonum prandiū in hoc mundo quantum Deus permittit, ſcilicet diuitias & honores, dignitates & officia, & delicias. Sed poſt dat eis malam cenam in inferno, ut patet de diuite epulone, qui quotidie epulabatur ſplendide, ſed in inferno habuit & habet malam cenam, quia guttam aque quam petebat non obtinuit nec obtinebit unquam. Sed Chriſtus in hoc mundo dat ſuis ſeruitoribus debile prandium, uult quod abſtineant a nimio cibo, potu, dormitione, riſu, & a multis delectationibus, honoribus, diuitiis, & quod uiuant in penitentia dicens, Penitentiā agite, ſed in alio mundo dat eis optimam cenam, ut patet de Lazaro mendico qui habuit malum prandium hic. Sed de alio mūdo dicit euangelium, Factum eſt ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahe. Luce xvj. Vbi comedit ſemper in menſa Dei de eiſdem eſcis. Beatus qui manducat panem in regno Dei. Lu. xiiij. De quarto qui ſunt uocati ad iſtam cenam, quia dicit quod uocauit multos, ſed nō nominat eos. Dico quod omnes nationes mūdi uocate ſunt. Primo Iudei per Chriſtū, qui perſonaliter deſcendit indutus carne humana & ibat de loco in locum inuitādo Iudeos. Si dictū fuiſſet ſibi, Domine quare uenisti? Reſpondiſſet, ad inuitandum Iudeos, &c. & miſeri Iudei noluerunt uenire. Deinde per Apoſtolos inuitauit omnes nationes. Dauid, In omnē terram exiuit ſonus eorum, & in ſi, &c. Etiā hodie inuitātur ab illis qui predicant, quia nuntij Dei ſunt ad inuitandū gentes & homines. Ecce quare dicit, & uocauit multos tam p ſe quā p alios. Ideo dicebat Chriſtus quādo inuitabat, Venite ad me oēs qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiā uos. Mat. xj. Moraliter, Chriſtus oēs gētes inuitat dicēs, Venite ad me omnes, &c. Modo cogitate ſi in capite huius eccleſie eſſet unus magnus dominus cum menſa parata, & de omnibs cibis ornata, & inuitaret uos dicēs, Venite ad me omnes & ego reficiam uos. Ad aliam partem eſſet alius homo cum enſe euaginato dicens, Venite ad me omnes & ego interficiam uos. Et ad aliam partem alius cum tacea uenemo plena di. Venite & ego inficiam uos. Ad quem iretis? nunquid ad primum? quia ſtultus eſſet qui ad alios iret. Iſti quatuor nos inuitant. Qui tenet menſam paratam eſt Chriſtus dicēs, Venite ad me & ego reficiā uos. Alius econtra cum enſe peccati eſt diabolus dicens, Venite ad me, &c. & ego occidam uos de iſto gladio. Eccleſi. xxj. Quaſi romphea bis acuta omnis iniquitas. Tertius eſt caro cum potionibus mortiferis & uenenatis dicens, Venite ad me & ego inficiam uos. Inuitat enim ad luxuriam que uidetur dulcis, ſed infra eſt uenenum peccati. Quartus eſt mundus dicens, Venite & ego decipiam uos, recte ut piſcator cum eſca auaritie cooperit hamum uſure, &c. ſunt & multi ſtulti qui dimiſſo Chriſto uadunt ad diabolum. Alij ad carnem,

nem, ut luxuriosi. Alij ad mundum, ut auari, & pauſi ſunt qui uadunt ad Chriſtum. Ideo aliis dimiſsis uadamus ad Chriſtum dulciter nos inuitantem Duplici enim paſſu ueniemus ad eum, ſcilicet credēdo & obediendo. Ecce prima camera edificata de largitate glorioſa, quieſcatis hic. Secunda camera eſt de charitate gratioſa, & edificatur ſuper hoc fundamentum, miſit ſeruum ſuum hora cene dicere inuitatis ut uenirent, quia iam parata ſunt omnia. Quatuor angulos habet hec camera, ſecundum quod quatuor ſunt uidenda,

Primo quis eſt iſte ſeruus,
Secundo que eſt hora cene,
Tertio quomodo parata ſunt omnia,
Quarto quomodo nos debemus preparare ad eundum.

De primo. Seruus qui mittitur eſt magiſter Vincentius. Dicatur de reuelatione facta ſibi a Chriſto, &c. Vel ſeruus eſt quilibet predicator tenens uitam apoſtolicam. De qua Matthei xix: Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te. Qui iſtam uitam ſeruat, ſeruus eſt Chriſti inuitans gentes ad cenam glorie. Et poteſt dicere, In ueritate miſit me Dominus ad uos, ut loquerer in auribus ueſtris omnia uerba hec. Hiere. xxvj. Gregorius in homilia hodierna expoſuit dicens, Nuntius iſte ordo predicatorum eſt. De ſecundo. Hora cene eſt finis huius mundi de propinquo. Licet enim neſciātur dies, hebdomada, menſis, uel annus determinate, tamen poſſumus dicere, erit cito & multum breuiter. Nota ad hoc rationem euidentem de homine ſene centum annorum uel plurium, qui non habet membrum quod non ſit infirmum, nec caput nec manus, &c. De tali nunquid diceretis quod cito & breuiter debet mori, imo licet non poſsitis dicere cras uel poſt cras determinate. Ita eſt de mundo ſene & decrepito. Iam eſt enim in ultima etate. Sicut etates hominis ſunt ſeptem, ſcilicet infantia, pueritia, adoleſcentia, iuuentus, uirilitas, ſenectus, & decrepitus. Ita etates mundi ſunt ſeptem. Prima fuit infantia ab Adam uſque ad Noe. Tunc enim neſciebant loqui de Deo, erant ignorantes ſine libris. Secunda etas fuit pueritia, ſcilicet a puerilitate Noe uſq; ad Abraham. Tunc enim per diluuium purificatus fuit mundus. Tertia etas fuit adoleſcentia ab Abraham uſque ad Moyſen, quia tunc mundus incepit creſcere in cognitionem Dei ex reuelationibus patriarcharum. Quarta etas fuit iuuentus a Moyſe uſque ad Dauid. Tunc enim data fuit lex populo ſecundum quam inceperunt uiuere. Quinta etas fuit a Dauid uſque ad tranſmigrationem Babylonis, ſcilicet uirilitas. Tunc enim ipſi fuerunt fortes contra idola, &c. Sexta fuit ſenectus a tranſmigratione Babylonis uſque ad Chriſtum, quia iam tunc non habebat poteſtatem regiam. Septima eſt decrepitus a Chriſto uſque ad finem mundi, intantum quod iam tota dē flectitur ad terrā. Hec durauit iam per M.cccc.& xxviij. annos & ultra.

numerus etatū mū di, & hominis.

Item

Item eſt infirmus in omnibus membris ſuis. Membra ſunt ſtatus mundi. Caput eſt principale membrum ut ſtatus prelatorum, pape, cardinalium, patriarcharum, archiepiſcoporum, &c. Totum eſt infirmum, quia iam uix inuenietis unum bonum prelatum, uel ſunt ſimoniaci, uel non intrant per portam, uel quando ſunt intus plus curant de reditibus, quam de animabus. Secundum membrum eſt dominium temporale, ſcilicet imperatorum, regum, ducum, etiam totum eſt infirmum. Item aliud membrum eſt ſtatus religioſorum, etiam infirmum eſt intantum quod ſi hodie ueniret beatus Dominicus, uel Franciſcus, Bernardus, & Benedictus, non inuenirent religiones ſuas. Vbi eſt modo religioſus qui uiuit ſecundum regulam quam uouit, &c. Aliud membrum eſt ſtatus clericorum. Vbi inuenies clericum qui deuote officium ſuū ſurgēdo ad matutinas perſoluat, & dicat miſſam ex deuotione, &c. Aliud eſt ſtatus matrimonij, etiam infirmum eſt. Si ego dicerem, ſurgat ſi eſt aliquis qui non cognouerit nunquam niſi uxorem ſuam, fortaſsis pauci ſurgent. De mulieribus credo quod ſunt multe que non ſunt cognite niſi a ſuis uiris, ſed auiſetis ne ego mentiar, &c. Aliud eſt continentium, qui habent opportunitatem orandi, & penitētiam faciendi, ſed etiam hoc membrum eſt infirmum, &c. Aliud eſt uirginū, credo quod ſanum ſit, ſi tamen fuerit bene cuſtoditum, quia alias antequam uenerunt ad matrimonium pepererunt aliquoties, & nonnulle proiecerūt filios ſuos ad latrinā uel ad alia loca. Aliud eſt diuitū, infirmum eſt per uſuram. Aliud eſt laboratorum, & hoc firmum eſt, quia non ſoluunt decimas nec primitias, neſciunt Pater noſter, Aue Maria, ſed ſolum ſciūt coniurationes. Ergo iſte mundus ſenex & putridus eſt, & in omnibus membris ſuis infirmus. Cito & bene cito finietur. Ideo apoſtolus, Nos ſumus in quos fines ſeculorum deuenerūt. j. ad Cor. x. Item filioli mei nouiſsima hora eſt. j. Io. ij. De tertio. Iam parata ſunt omnia neceſſaria ad redemptionem & glorificationem in ordinibus angelorū. Et quis parauit? Ieſus Chriſtus qui dixit, Vado parare uobis locum. Et ſi abiero & preparauero uobis locum iterum uenio, ſcilicet ad iudicium, & accipiam uos ad meipſum, ut ubi ſum ego, & uos ſitis. Ioannis xiiij. De quarto reſtat ergo ut paremus nos. Quia ſi rex eſſet hic, & inuitaret nos ad nuptias ſui primogeniti, quilibet homo pararet ſe, &c. Ita oēs ſumus inuitati ad nuptias Chriſti. Ideo dimiſsis ueſtibus peccatorum, induamur ueſtibus uirtutum, dimittatur ueſtis uana de ſuperbia, & induite ueſtem humilitatis. Et tu auare depone ueſtem auaritie turpem, & recipe ueſtem miſericordie & liberalitatis. Luxurioſus depoſita ueſte luxurioſa luxurie, recipiat ueſtem albam caſtitatis. Inuidus depoſita ueſte nigra de dolore, quia inuidia non eſt niſi tristitia & dolor de bono proximi, recipiat ueſtem amicitie & charitatis, quia uestis de dolore non eſt bona in nuptiis. Guloſus dimittat ueſtem crapuloſam & humid

humidam, & recipiat uestem abstinentie seu temperantie. Iracundus dimittat uestem laceratam, & recipiat uestem pacis & bone uolũtatis. Accidiosus dimittat uestem accidie & negligẽtie, & recipiat uestem diligentie. Ex quo Christus parauit nobis omnia, paremus nos. Nam dicit Dominus, Media nocte uenit sponsus, & que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias. Mat. xv. Tertia camera est de equitate rigorosa que tangitur ibi, Et ceperunt simul omnes excusare, usque, Iratus pater familias dixit, Nemo uirorum illorum qui uocati sunt gustabit cenam meam. Iste tres excusationes signãt tria peccata mortalia, scilicet superbiam, auaritiam, & luxuriam, que impediũt gustum cene celestis glorie, &c. Primus excusat se dicens, Villam emi, & necesse habeo exire, & uidere illam. Rogo te habe me excusatum. Ecce emptio uille signat peccatum superbie, quia uult esse Dominus & habere regimen populi, qualitercũque nominetur superbia est. Quia ab initio Deus fecit hominem bestiarum dominum dicens, Crescite & multiplicamini & replete terram, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris & uolatilibus celi, & uniuersis animantibus que mouentur super terrã. Genes. j. Sed non dedit sibi dominium hominum, quia per naturam omnes sumus equales. Ideo uelle hominibus dominari superbia est, que impedit ne superbus ueniat ad cenã paradisi. Nota similitudinẽ quam ponit Boetius de muribus, quia si unus se uellet eleuare & aliis dominari, uellet ab aliis sibi pedes osculari, & de his homo rideret & truffaret. Ita est de illis qui se ingerunt ad dominium uel ad curam & regimẽ communitatis, uel ad prelationem, superbia est & dãnatio. Multi sunt qui nesciunt regere seipsos, nec domum suam, & uolunt regere communitatem, ac si ille qui nescit regere barcam, uellet regere nauẽ, quasi periculum esset. Ideo dicit scriptura, Interdũ dominatur homo homini in malũ suũ. Eccle. xiij. Ideo ille excusando se dixit, uillã emi, &c. O attendite quam stultus fuit ille negotiator, quia nondũ uiderat uillam & iam soluit pretium. Ex ista ambitione dominandi multi damnãtur, quia deberent fugere, & ipsi se ingerunt, &c. Secundus excusando se dixit, Iuga boum emi quinque, & eo probare illa, rogo te habe me excusatum. Ita erat stultus ut primus emendo quod non uidit. Emptio boum signat peccatum auaritie. Ratio, quia sicut bos arando mouet terram, sic & auari tractant terrena. Ideo auari semper loquuntur de terrenis, de nundinis, non solum intra hebdomadam, sed etiam in diebus festiuis quando dicitur missa. No. exemplum de diuite auaro, qui moriendo semper dicebat tres solidos & dimidium, &c. De istis dicit Dauid in persona Christi, Proiicientes me nunc circundederunt me, scilicet in iudicio, oculos suos statuerunt declinare in terram. psal. xvj. Quinque paria boum signant quinque sensus corporales, que paria sunt duo oculi, due aures, &c. Et auari ista quinque ponunt solum ad

terren

terrena, excusant se a conuiuio, & ex hoc impediuntur. Propter hoc dicebat Christus, Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusque uita eius est ex his que possidet. Luce duodecimo. Nota, Cauete ab omni auaritia, ergo a rapina. hoc contra dominos ab usura collocata, contra diuites, a furtis secretis etiam fructuum, a fraudibus emendo & uendendo, hoc tangit mercatores a retentione decime salariorum & bonorum, uel legatorum defunctorum. Ecce quare dicit, Cauete ab omni auaritia. Tertius excusando se dixit, Vxorem duxi, & ideo non possum uenire. Duo primi dixerunt excusando se, Rogo te habe me excusatum. Sed ille allegat impossibilitatem dicēs, Vxorem duxi, &c. Ducere uxorem non est peccatum si intentio sit recta. Sed hodie tota intentio consequenter uel principalis intentio est ad luxuriam. Sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Ité quia modo uxores impediunt uiros ne possint ire ad conuiuium paradisi. Ab initio Deus formauit Adam solū sine muliere, deinde dixit Deus, Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Genesis secundo. Sed si modo haberet creare uxorem, diceret Deus, Bonum est esse hominem solum. Non faciamus ei destructorium simile sibi. Antiquitus parum expendebant in nuptiis & in uestimentis, sed conseruabant dotem, &c. Ideo erat adiutorium uiro, sed modo destructorium, quia si ipsa portat uiro quingentos florenos, amici eius dicunt, Vos habeatis tot uestes, &c. intantum quod illud quod uxor portat & uir habet, totum expenditur. Ideo si uir est aduocatus procurat sibi per falsas aduocationes, notarius per falsas literas, procurator per falsas procurationes, ut possint bene uiuere. Item mulier transacto anno statim petit tunicas nouas, nec permittit quiescere uirum. Et pauper homo dicit intra se, Quid faciam, non possum uiuere cum isto diabolo, facit se furem, ingerit se ad officia communitatis, ut pertractet pecunias ciuitatis, uel communitatis. Ideo potest dicere, Vxorem duxi, & ideo non possum uenire. Nota, de illis duobus iuuenibus, qui dixerunt magistro Vincentio, quod hac de causa nolebant ducere uxores, quia tenebant captiuas, siue concubinas, dicendo quod melius erat eis esse in uno peccato mortali de simplici fornicatione, quam in multis, quia multa peccata concurrunt aliquando in matrimonio. Quod patet, Primo de superbia, propter uana ornamenta uxoris, & etiam ipsorum uirorum consequenter. Item de auaritia, ut sufficeret ad uanitates. Ité de luxuria, quia quando nolunt eis prouidere de uanitatibus, &c. recipiunt amatores alienos, & nolunt uiris suis reddere debitum dicendo, O uos estis nimis luxuriosus, oportet uos ire ad alias? Item de inuidia dicendo, Nunquam fuistis dignus, quod ego essem uxor uestra, ossa patris mei tristantur. Item de gula, quia multe uolunt bibere de mane. Item

de ira,

de ira, quia aliquoties uiri ueniunt tristes de consilio uel negotiis, & uxores que deberent eos consolari faciunt turbationem, &c. Idem de accidia, quia dicunt, Ego portaui tantum, ideo certe nō intrabo coquinam, habeat ancillam uel captiuam. Exista ratione quando Christus fuit interrogatus a Iudeis, Si licet homini dimittere uxorem suā quacunque ex causa. Matt. xix. Respondit quod non, nisi ex fornicatione, quia tunc non debet eam interficere, sed ad domum patris remittere, nisi ipse etiam fregerit fidem, quia ex hoc etiam ipsa potest uirum dimittere, uel transeat unum pro alio. Certe dixerunt discipuli, Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis, Non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est. Ibidem, Sunt eunuchi qui castrauerunt seipsos propter regnum Dei. Qui potest capere capiat, &c. Matth. xix. Ecce qualiter ista tria peccata impediunt multos, &c. Ideo dixit Ioannes, Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, ecce peccatum luxurie, aut cōcupiscentia oculorum, ecce peccatum auaritie, aut superbia uite. j. Io ij. Quarta camera est de pietate copiosa, que edificatur in hoc quod dicitur, Pater familias dixit seruo suo, Exi cito, &c. usque impleatur domus mea. Nota quatuor cōditiones miserabilium personarum nominantur, scilicet pauperes, debiles, ceci, & claudi. Et signant quatuor conditiones gentium que leuiter conuertuntur & saluantur, de quibus dicit thema, Domine factum est ut imperasti. Quia de talibus impletur domus paradisi. Primi sunt pauperes, qui in hoc mundo non habent magnam substantiā, & cum patientia transeunt simpliciter, sperantes quod in alio mundo erūt diuites. Tales quādo uocātur, scilicet in una predicatione, statim ueniūt, parāt se per cōtritionē, cōfessionē, & sanctificationē, iniuriarū remissionē. Secus de diuitibus qui habent hic magnas diuitias, delicias, & honores, tantum delectantur in prandio huius uite, quod obliuiscuntur prandium paradisi. Recte accidit eis ut falconi, quī cum esurit, statim ad primam uocationē domini uenit, sed si habet stomachū plenum, non curat uenire. Ita recte est de hominibus mundi. Pauperes statim ueniunt, sed diuites dicunt, Anno uenienti uadam, uel in quadragesima sequenti, &c. Ideo indignatus dominus mittit sibi lapidem mortis, & proiicitur in stirquilinio inferni. Ecce quare dicit, Voca pauperes. Audite fratres mei. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mūdo, diuites in fide & heredes regni, quod Deus repromisit diligētibus se? Iaco. ij. Item uoca debiles, quia tales libenter ueniunt ad Deum, sani autem non curant de paradiso, sed de diuitiis, de luxuria, &c. Sed quādo uenit infirmitas, una febris & dolor, conuertuntur ad Deum & cōfitentur, &c. Item de mulieribus que quando sunt in prosperitate non curant de Deo. Sed quādo uenit una perla in oculo, uel fractio tibie, uel cancer, &c. tunc non curant de uanitatibus, sed de ecclesia. De hoc

Par ratio est de uiro & uxore in diuortio ob fornicationē.

Dauid,

Dauid, Multiplicate sunt infirmitates eorum, postea acceleraueruntsilicet uenire ad eum. Psal. xv. Item uoca cecos, scilicet ignorantes & simplices sine malitia, quia tales uadunt ad paradisum, quia hodie quã to sunt doctiores, tanto sunt magis presumptuosi, quia scientia inflat, & alios reputant capras. Quando tales ueniunt ad sermones, dicunt intra se, Et quid dicit iste frater, & cum spiritu contradictionis ponunt obicem, & claudunt ianuam ne in eis intret radius claritatis diuine gratie. Simplices autem qui non habent oculos scientie acquisite nec presumptionis, sed deuote accedunt, tales leuiter ueniunt ad satisfactionem. Ideo legitur quod Christus curauit unum cecum a natiuitate, qui statim fuit conuersus. Pharisei autem exprobrabant Christo dicendo, Et unde est huic quod possit cecum curare, &c. Quibus dixit Christus, Ego in iudicium in hunc mundum ueni, ut qui non uident uideant, & qui uident ceci fiant. Pharisei autem intelligentes quod hoc diceret de ipsis, dixerunt Christo, Nunquid & nos ceci sumus? Dicit eis Iesus, Si ceci essetis non haberetis peccatum, nunc uero, quia dicitis, uidemus, peccatum uestrum manet. Ioã. ix. Quarto uocat claudos. Dicatur quid est claudicare. Recte incedunt illi, qui ex aliqua iniuria recipiunt tantam indignationem quod nolunt contentari nisi prius uindicauerint se, nec alias iniurias remittunt, imo stant erecto collo. Tales non ad paradisum ascendunt, sed ad infernum descendunt. Pater meus celestis tradet uos tortoribus, si non dimiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris. Matth. xviij. Claudus autem & si ad modicum & paruum tempus stet rectus & indignatus, tamen statim humiliatur ad remittendum & pacificandum, quando dicitur sibi, propter Deum remittatis. De istis quatuor cõditionibus gentium impletur domus paradisi. Domine factum est ut imperasti. Deo gratias.

De eadem Dominica. Sermo ij.

VIllam emi, & necesse habeo exire & uidere illam. Luce. xiiij. In presenti sermone intendo declarare retributionem quam Deus facit in alio mundo animabus defunctorum de gloria, uel de pena secundum opera que in hoc mundo fecerunt. Credo quod erit materia utilis, sed prius salutetur uirgo Maria. Pro declaratione huius uerbi iuxta intellectum allegoricum sciendum quod doctrina est in sancta theologia communis & uera, quod Deus in hoc mundo non dat retributionem de bonis que facimus nec punitionem de malis. Quod autem boni non remunerentur in hoc mundo ad oculum patet, quia multi uiuunt sancte, quot religiosi, quot clerici, & quot laici faciunt multa bona opera, & sic moriuntur quod in hoc mundo non habuerunt retributionem? Ratio, quare non retributionem accipiunt in hoc mundo est, quia seruire Deo in bonis operibus est sanctitas. ideo Leuit. xx. Sã-

ctificamini & estote sancti, quia ego sanctus sum domin⁹ Deus uester. Custodite precepta mea & facite ea, ego Dominus qui sanctifico uos. Bona autē huius mundi sicut sunt diuitie, honores, dignitates, sanitates, prosperitates, & huiusmodi, sunt uanitates. Hoc determinat sapiens Salomō dicens, Vidi cuncta que fiunt sub sole, & ecce uniuersa uanitas & afflictio spiritus. Ecclesiast. j. Cum ergo seruitiū Dei sit sanctitas, & bona huius mundi uanitas, &c. nō cōpetit Deo pro sanctitate dare uanitatem, pro auro dare lutum. Ista est ratio quare Deus nō remunerat hic, quia bona huius mundi nō sufficiunt ad remunerandum bonos. Iteē in hoc mundo nō puniuntur mali, imo uidetis magnos peccatores, usurarios, homicidas, luxuriosos, qui nō dolent de peccatis, nec cōfitentur, nec cōmunicant, nec habent fidem firmam in corde, & homo uidet quod habent multa bona, diuitias, honores, & sic moriuntur quod nullam habuerunt hic punitionem. Ratio est, quia omne peccatum mortale factum cōtra Deum est infinite grauitatis. uerbi gratia. Magnum peccatum esset percutere pauperem rusticum, sed maius esset percutere ciuem, maius militem, maius baronem, maius comitem uel ducem, sed grauius esset percutere regem uel papam, quia malum seu peccatum grauatur secūdum dignitatem persone. Cum ergo Deus sit infinite dignitatis & ueritatis, quia rex & papa, pater & creator omnium, ideo iniuria que fit cōtra eum est infinite grauitatis. Cum ergo in hoc mūdo nulla sit pena infinite durationis, ideo expectat post hāc uitam in alio mundo punire malos rigorose. De hoc dicit ipsemet iudex, Filius hominis uenturus est, scilicet in iudicio, ad dandum retributionem in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera eius. Matth. xvj. Bonis dabit gloriam eternam, malis penam perpetuam. Opera ergo bona uel mala que facimus in hoc mūdo sunt quasi pretium quibus emitur nostra statio, propter quod quilibet potest dicere thema, Villam emi, scilicet meis operibus, & necesse habeo exire, scilicet de hoc mundo per mortem, & uidere possessiūe illam. Patet thema. Tres uillas inuenio in alio mundo secundum sanctam scripturam, in conditionibus multum diuersas.

Ratione obiecti.

Prima est superiūs celestialis & glorioſa,
Secunda inferius infernalis & tenebrosa,
Tertia est in medio purgatorialis & dolorosa.

Quelibet istarum emitur operibus diuersimode, unde emptor dicere potest, uillam emi, &c. Quantum ad primam uillam, que est superius celestialis & glorioſa. Ista est in celo ita excellens quod si per impossibile homo posset per fenestram immittere cāput & respicere eius pulchritudinem etiam corporalem, tanta est eius pulchritudo quod etiam si non uideret Deum nec sanctos, nollet comedere nec bibere. De qua dicit apostolus qui eam uidit raptus, Oculus non uidit, nec auris audiuit,

uit,nec in cor hominis aſcendit, que preparauit Deus his qui diligunt illum,nobis autem reuelauit per Spiritum ſanctum.j.ad Corinth.ſecũdo.Nota.Oculus,ſcilicet philoſophorum non uidit. Philoſophi autem omnia uolunt uidere oculo intellectus per demonſtrationem potiſsimum. Sed iſto modo nunquam potuerunt uidere niſi nouem celos quos ponunt,quia eorum ſcientia per motum habetur,ſed quia celum decimum,ſcilicet empyreum eſt immobile, ideo ad ipſum non aſcenderunt.Nec auris,ſcilicet Iudeorum audiuit, quia lex Iudeorum quam audierunt a Moyſe, ſolum loquitur de iſto mundo,promittendo ſolum terrena. Sed Chriſtus debuit loqui de alio mundo & promiſsiones celeſtes facere. Nec in cor hominis Agareni aſcendit quanta & qualis ſit gloria beatorum.Sed bene Machometus poſuit in corde Agareni gloriam porcorum & aſinorum, ſcilicet comedere & bibere & luxuriari.Sed nobis Chriſtianis reuelauit Deus incarnatus.De illa uilla imo potius ciuitate multa reuelauit Deus Dauid, propter quod dixit, Gloriosa dicta ſunt de te ciuitas Dei.Pſalmo. lxxxvj. Hec emitur decem florenis.Ideo ſi uultis eſſe boni mercatores,paretis uos ad emendum ex quo habetur pro tam bono foro. Decem floreni ſunt decem opera penitentialia, quia omnes ſumus peccatores. Vel ſi uis dicere quod decem floreni ſunt decem precepta obſeruanda, dicas ſecũdum qualitatem auditorum.Iuxta illud, Si uis ad uitam ingredi ſerua mandata,&c. Matthei xix.Primum opus penitentie eſt peccatorum cognitio quando religioſus uel clericus redit ad ſe & cogitat uitam malam quam tenuit & conterens dicit,O miſer tot anni ſunt quod ego porto habitum & adhuc,&c. Idem dicendum eſt de cleticis & laicis. Talis cognitio eſt quaſi unus florenus in burſa conſcientie. Ideo Dauid poſtquam cognouit peccatum ſuum dicit, Amplius lauame ab iniquitate mea.Pſalmo.l.&c. Secundum opus penitentie eſt cordis contritio, ſicut puer qui cecidit in luto uidens ſe immundum plorat. Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Tertium opus penitentie eſt propoſitum emendandi, ſcilicet proponere magis uelle mori quam redire ad peccata, & propoſitum recedendi & emendandi a mala ſocietate.De iſto dicit Chriſtus, Vade, ſcilicet cum bono propoſito, & iam amplius noli peccare.Ioannis octauo. Quartum opus penitentie eſt oris confeſsio, quia corruptio non debet intus remanere, ſed debemus eam comprimere ut exeat quod doloroſum eſt, ita mundatur & curatur anima in confeſsione.Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur,qui autem confitetur & reliquerit ea,miſericordiam conſequetur, &c.Prouerbiorum uigeſimo octauo.Quintum opus penitentie eſt corporalis afflictio,caſtigando carnemque toties ſe facit peccare cum uirga penitẽtie.Aug.Carnẽ ueſtrã domate ieiuniis & abſtinẽtia eſce & po-

tu, quantum ualetudo permittit. Sextum opus penitentie est spiritualis oratio, quia oratio corporalis, scilicet calciando se, uel uestiendo, modicum ualet, etiam mulieres ornando se orant, sed spiritualis est optima, cogitando quod Christum uidetis iratum contra uos, &c. Oportet semper orare & non deficere. Luce. xviij. Nota ibi pulchra semper, id est omni mane & sero. Septimum opus penitentie est debitorum restitutio. Respiciatis domum, taxiam, & bursam, si est ibi aliquid de male acquisitis bonis & alienis, scilicet de furto, usura, rapina, calumnia, de ecclesia, de mortuis, quia regula est iuristarum & etiã theologorum quod non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. xiiij. q. vj. Si res. nullus se decipiat dicendo, Ego dimittam istam in testamento. O stulte credis quod filius tuus diligat animam tuam plus quam tu, si tibi non sufficit cor ad restituendum, quomodo credis quod filius tuus restituat, qui non recepit medietatem, forte nihil restituet, si uero faciat restitutionem, liberabit animam suam, sed non tuam de inferno, quia in uita tua non habuisti propositum restituendi. Ideo non fuisti sine peccato mortali. Octauum opus penitentie est fame reformatio, si aliquem diffamastis uel peccatum occultum publicastis, restituatis sibi famam apud illos apud quos diffamastis eum. Quia sicut fur qui furatur bona non potest saluari nisi restituat, sic nec qui furatur famam, imo magis furtum facit lingua quam manus. Melius est nomen bonum quam diuitie multe. Prouerb. xxij. Ideo Augustꝰ. Non pigeat ex ipso ore proferre medicamentum, unde facta sunt uulnera. Nonum opus penitentie est iniuriarum remissio. Si habetis inimicos parcatis eis bono corde, nõ queratis uindictam. Nec est melius remedium ad obtinendum remissionem peccatorum apud Deum quam remittere. Si remiseritis hominibus peccata eorum, dimittet uobis pater uester celestis delicta uestra, si autem non dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Matth. vj. Decimum opus penitentie est eucharistie communio. Isto modo quando uenietis ad portam paradisi portantes istos decem florenos in bursa conscientie dicetur a Christo, Intra in gaudium Domini tui. Propter hoc dicebat Christus, Penitentiam agite, que in his decem consistit. Qui habet ista decem potest dicere, Villam emi, scilicet ciuitatem paradisi. Quantum ad secundam uillam que est inferius infernalis & tenebrosa. Ita in corde terre cõsistit, plena est igne, &c. ibi enim cruciantur damnati. In omnibus habet conditiones contrarias prime ciuitati. Si uultis scire omnes eius cõditiones & dolores, ecce quid dicit Deus, qui ut bonus & fidelis mercator, nolens aliquem decipere, ut faciunt multi mercatores, qui celant malas rei uendite cõditiones, dicit clare conditiones illius uille per os Iob, qui dicit illam esse tenebrosam & opertam mortis caligine, terram miserie & tenebrarum, ubi umbra mortis & nullꝰ ordo,

sed

ſed ſempiternus horror inhabitat, Iob.x. Septem malas conditiones illius ille enumerat. Prima quod eſt terra tenebroſa. Si dicatur. Et nunquid eſt ignis ibi? Imo, ergo claritas: Dico quod ille ignis eſt flamma in qua tamen omnes ſe uident & cognoſcunt. Sed quia ille ignis non eſt clarus, ideo, &c. Secunda cõditio eſt quod eſt terra operta mortis caligine. Hoc dicitur pro tanto, quia nõ uident Deum, licet modo uideant beatos, ſed tamen ad maiorem penam eorum, ut famelicus uidens menſam ornatam & nõ poteſt inde comedere, dolet & triſtatur, & in eodem augmentatur dolor. Idem de damnatis, quando uident Paulum qui fuit ſuperbus, dicunt, Et quis eſt ille, &c. Itẽ de beato Matheo auaro, & de beata Magdalena que fuit luxurioſa. Tertia conditio eſt, quia dicitur terra miſerie, quia omne bonum eis deficit, intantum quod nec guttam aque poſſunt habere. Vnde ſi omnia bona mundi fierent pro eis nõ haberent aliquod remedium, imo augmentaretur eis dolor. Nota exemplum de captiuo cui mittitur precium redemptionis & perditur, quomodo dolet. Quarta cõditio eſt quod eſt terra tenebrarum, quia peccata dicuntur tenebre. Apoſtolus, Abiiciamus opera tenebrarum. ad Rom.xiij. Damnati autem ſemper ſunt in penis & renegant & maledicũt Deum, filius inſurgit cõtra patrem dicens, O proditor, quia pro te ſum damnat⁹, & ecõtra, uir cõtra uxorem, &c. Quinta cõditio tangitur cum dicitur, ubi umbra mortis. Et hoc quantum ad tormenta. Nam in hoc mundo grauia tormenta occidunt hominem, & cõſequenter ceſſant, ſed in inferno licet grauiſsima ſint tormenta, nõ dant tamen eis mortem, quia immortales ſunt. Ideo nõ dicitur mors, ſed umbra mortis. Sexta cõditio eſt, quod ibi nullus ordo eſt, ſed cõfuſio. Argumentum in oppoſitum. Nam dicit apoſtolus, Que a Deo ſunt, ordinata ſunt. ad Rom.xiij. Cum ergo infernus ſit opus Dei. quomodo dicitur, ubi nullus ordo? Reſpõdeo quod in inferno quod eſt, a Deo ordinatum eſt, ſicut ſunt punitiones peccatorum que ſunt a Deo, ſed in operibus dãnatorũ ibi nullus ordo eſt. Imo quãto amores fuerũt maiores hic, tanto maius inter eos ibi eſt odiũ. Filius nõ eſt ordinatus erga patrem ipſum honorando, ſed uituperando, &c. Septima conditio tangitur ibi cum dicitur, ſempiternus horror inhabitat, id eſt eterna pena de horribili uiſione demonum. Nota hic miraculum de illo homine cui apparuit demon in horribili figura, qui cecidit quaſi mortuus. Cum autem fuit ad ſe reuerſus, interrogatus quid uidiſſet, reſpõdit quod demonem in tali figura, & quod citius uellet tranſire per furnum calidum ſpacij unius leuce, quam iterum uidere illam figuram. De iſta maledicta ciuitate dicit Ioannes, Ve ue ciuitas illa magna Babylõ, ciuitas illa fortis, quoniã una hora uenit iudiciũ tuũ. Et negotiatores terre flebũt & lugebũt ſuper illã, Apoc.xviij. Nota ue, quantũ ad aĩas que ſunt iam ibi, & ue quantũ ad corpora poſt iudiciũ. Ciuitas illa Babylonis. i. confuſio

fusionis, magna, quia magne persone in dignitatibus, diuitiis & honoribus uadunt illuc, quia ciuitas celestis pauperibus populatur & repletur. Item iterum magna, quia in die iudicij tot erunt damnati, quod cõparatiue loquẽdo pauci erunt beati. Iuxta illud Multi sunt uocati, pauci uero electi. Matt. xxij. Ista mala uilla emitur septem solidis, id est septem peccatis capitalibus, & multi emunt illam, licet Deus eis dixerit malas cõditiones huius uille. Ideo auisetis uos, ne illud peccatum portetis, &c. Primus solidus quo emitur est superbia siue proteruia, quia nõ uult subiici nec obedire uoluntati Dei, ut discipulus magistro, ignorans sapienti. Ex hoc sequitur presumptio, uana gloria, propter hoc dicit Deus per os Tobie, Superbiam nunquam in tuo sensu aut in tuo uerbo dominari permittas. In ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Tob. iij. Secundus est auaritia acquirendo bona terrena iniuste per usuras, & rapinas, furta, &c. Ideo Christus, Cauete ab omni auaritia. Luc. xij. Tertius est luxuria. In duobus uerbis dicam uobis quid est. Vir cum uxore sua si seruat modum non est luxuria, nec faciunt luxuriam, quod sit peccatum mortale. Sed aliter quomodocunque uelis delectationem per illas partes, luxuria est & dãnatio. Ideo dicit scriptura, Abstineatis uos a fornicatione ut sciat unusquisque uestrum uas suũ possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes que ignorant Deum. j. ad Thes. iiij. Quartus est inuidia, scilicet dolere & tristari de bono alterius. Mala moneta est. Deponentes igitur omnem malitiam & omnem dolum, & simulationes & inuidias & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes. j. Petri ij. Quintus est gula, frãgere iciunia ecclesie comedendo & bibendo excessiue. Ideo dicit Christus, Attendite uobis ne forte grauentur corda uestra in crapula & ebrietate. Luc. xxj. Sextus ira, rancor, mala uoluntas, desideriũ uindicte. Sol non occidat super iracundia uestra. ad Ephes. iiij. Septimus est accidia, que nulli nocet nisi uobis dimittendo bona que tenemini facere, ut orationem, missam, confessionem in quadragesima, & cõmunionẽ in paschate. Ex ista mala moneta acquiritur uilla inferni. ideo dicit scriptura, Ne acquiratis perditionem in operibus manuum uestrarum. Quoniam Deus nõ fecit mortem, nec letatur in perditione uiuorum. Sap. j. Qui stat in his peccatis, & non uult conuerti nec facere penitentiam, potest dicere, uillam, scilicet infernalem emi. Quantũ ad tertiam uillam que est in medio, purgatorialis & dolorosa est, sed non est tenebrosa, quia eius habitatores habẽt claritatem gratie Dei, nec glorioſa, quia nõ uident Deum, sed est dolorosa, quia ibi est ignis, scilicet flamma pura que uirtute Dei cruciat animas purgandorum. Non sunt ibi demones, sed tantus est ibi dolor quod dicunt doctores sancti, quod nulla pena huius mundi potest comparari pene minime purgatorij. Intantũ quod si Deus poneret unã animã de illis de purga

torio

torio in furno calcis uel uitri igniti reputaret hoc ad gratiam, quia nō haberet tantam penam. Si dicatur, que est ratio quod tāta sit pena, respondeo, quia ibi est uiolenta & non uoluntaria penitentia. Que fit in hoc mundo est uolūtaria, & de modica penitentia in isto mūdo Deus contentatur. Sed qui non facit hic uolūtarie, faciet in purgatorio coacte. Nota similitudinem de patre qui corrigit duos filios, & unus humiliter & uoluntarie uenit ad patrem, quo facto promittens decetero emendationem, pater statim dimittit uirgam, contentus de humilitate filij. Sed alius filius recalcitrat & contradicit patri, ideo fortiter uerberatur. Ita qui in hoc mundo humiliatur ad penitentiam, Deus est contentus. Qui autem non uult facere hic penitentiam, fortiter post istam uitam punietur in purgatorio. Penitentiam soluet clamando & plangendo dicens, Heu mihi, quia incolatus meus, id est habitatio, prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar, scilicet in tristitia uel tribulatione, multum incola, id est inhabitata fuit anima mea. Psal. cxix. Ista uilla emitur non florenis nec solidis, sed tribus denariis minutis, quia solum peccatis uenialibus emitur. Decedens enim in peccato mortali, descendit ad infernum & damnatus est. Nota tria genera peccatorum uenialium. De istis tribus differentiis peccatorum uenialium dicit Apostolus, Si quis edificauerit super fundamentum hoc, scilicet fidei, quia nec Iudei nec Agareni intrant ibi, ligna, fenum, stipulam, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. j. ad Corint. iij. Nota ligna, fenum, stipulam, hec tria significant tria peccata uenialia predicta. Lignum quod difficilius comburitur quam fenum, significat peccata uenialia maiora, quia pro talibus multum stant in purgatorio. Fenum quod citius comburitur significat peccata uenialia mediocria. Stipula, id est palea significat peccata uenialia minima, de quibus statim purgantur & purificantur transeundo per purgatorium. Respiciatis ergo bursam conscientie, & uideatis qualem monetam portetis, ut possitis dicere, Villam emi, scilicet paradisi, non inferni nec purgatorij. Auisetis uos, &c. Deo gratias.

Ex hoc loco colligitur, esse purgatorium.

De eadem Dominica.

Sermo iij.

FEcit cenam magnam, & uocauit multos. Luce xiiij. In isto sermone iuxta materiam quam tāgit thema propositum uolo declarare modos quos Deus tenet uocando peccatores ad se & ad bonam uitam, & finaliter ad gloriam. Credo quod erit bona materia Deo acceptabilis & gratiosa, & nobis utilis & proficua, sed prius saluetur uirgo Maria. Fecit Christus cenam magnam, & loquitur de gloria celesti, & uocauit multos. Sumitur hic multos pro uniuersalitate, quia omnes uocati sumus ex parte Dei. Ideo si non uadamus illuc, defectus

eſt ex parte noſtra. Inueni in ſacra ſcriptura quatuor modos quos tenet Chriſtus uocando peccatores ad ſe, ſcilicet,

Per ſignum certum,
Per uerbum uiuum,
Per nuncium uerum,
Per ſcriptum clarum.

Omnes qui ſunt in paradiſo uel erunt, ſunt uocati aliquo iſtorum modorum. Ideo dicit thema, Fecit cenam magnam, &c. Dico primo quod Deus uocat multas perſonas ad gratiam ſuam & bonam uitam, & finaliter ad eternam gloriam per ſignum certum. A ſimili, ſicut quando pulſantur campane hora miſſe eſt ſignum ut gentes ueniant ad miſſam, uel pulſatio tube apud magnos dominos eſt ſignum certum uocandi milites & ſcutiferos ad prandium, uel pulſatio ad ianuam eſt ſignum certum ſue uocationis. Ita quando Deus pulſat ad portam cordis tui uel illius, ſignum eſt quod uocat te ut uadas ad eum. O dicet aliquis, Nunquam ego audiui ipſum uocantem, uel pulſantem, imo uidetur ꝙ non diligit me. Dicatis, nunquid uos ſenſiſtis quandoque in corde ueſtro compunctiones dicendo, quare non reddis ad Deū? tot anni ſunt quod uiuis in mala uita uel in mala uoluntate, non fuiſti confeſſus, uiuis in luxuria & auaritia, O miſer quid erit de te? Reſpondebitis quod ſic. Certe iſto modo Deus pulſat ad cor dando commonitiones & cōpunctiones & remorſum conſcientie. Cum ſentitis iſtos ictus, quia iſto modo nullus poteſt tangere cor niſi Deus, eſt ſignum quod uocamini ab eo. Authoritas, Ecce ego ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis audierit uocem meam & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, & cenabo cū illo & ipſe mecum. Apoca. iij. Nota dicit Chriſtus, Ecce ſto ad oſtiū, ſcilicet cordis, & pulſo, ſcilicet dando cōpunctiones. Quando dicit peccator, O miſer, ſi modo in tali ſtatu morior, quid erit de anima mea, &c. tunc Chriſtus pulſat. Si quis audierit uocem meam. Eius uox auditur quando in illis compunctionibus homo recipit bonum propoſitum confitendi, remittendi, reſtituendi, & uoluntatem firmam de cetero cauendi a peccatis. Ianua ſibi aperitur in confeſsione, tunc enim mundatur camera conſcientie. Et introibo ad illum, ſcilicet in communione, quia in hoſtia conſecrata eſt Chriſtus ita uere & realiter ut eſt in celo. Et cenabo cum illo, ſcilicet per gratiam, & ipſe mecum, ſcilicet in fine per gloriā. De iſta uocatione dicebat Eſaias, Vocabit Dominus Deus exercituum in die illa, ſcilicet conuerſionis peccatores ad cōpunctionem, ad fletum & ad planctum. Eſa. xxij. Fecit cenam magnam, &c. Dico ſecūdo ꝙ uocat per uerbum uiuum, ac ſi ego uerbo uiuo uocarem Petrum, &c. Iſto modo Deus uocat nos in predicatione euāgelica, qa uerbū predicatoris bonā doctrinā predicantis, uerbum Dei magis eſt quam predicatoris. Sicut ſonus fiſtule potius eſt ſonantis, quā fiſtule,

que

que de ſe neſcit facere ſonum. Sic predicator non eſt niſi fiſtula que a ſpiritu ſancto mouetur. Non enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis, dixit Chriſtus predicatoribus Mat. x. Patet clare ꝙ uerbum predicatorum eſt uerbum uiuum Dei, quando ergo predicator predicat, tunc Deus uos uocat uerbo ſuo uiuo. Seruū meum uocaui & non reſpondit mihi, ore proprio deprecabar illū. Iob xix. ideo quando uos auditis unam bonam predicationem in qua predicatur, monet uos ut dimiſsis peccatis redeatis ad bonam uitam, ſtatim uos debetis dicere, O Deus uocat me, uolo cōuerti & ire ad eum. Sed multis accidit ut Samueli puero innocēti, humili, & deuoto. Quē Heli, qui erat ut Papa apud nos, faciebat dormire corā arca Dei. Et de nocte Deus uocauit eum dicens Samuel, qui ſurgens cucurrit ad Heli dicens, Ecce ego, uocaſti enim me, &c. Qui dixit non uocaui te. Reuertere & dormi. j. Reg. iij. Cum autem iterum ſecūdo, & tertio uocaretur a Deo ſemper ibat ad Heli. Intellexit autem Heli quod Dominus uocaret puerum, &c. Nota hiſtoriam quantum facit ad propoſitum. Ita accidit multis qui uocantur a Deo, & ipſi uadūt ad Heli. Heli enim interpretatur, ſcilicet fortis, aſcendens, Deus meus. Quādo iuuenes uocantur a Deo, ipſi uadunt ad Heli dicendo, Modo ego ſum iuuenis & fortis, ſed quando ero ſenex, tunc ego faciam penitētiam. Vos uaditis ad Heli, ſcilicet ad fortem confidentes de iuuentute, fortitudine, &c. cum tamen non ſitis certi an hodie uel cras moriemini. Quando dicitur religioſo iuueni, O quare non ſeruatis regulam & ceremonias, &c. reſpondet, modo ſum iuuenis, ſed quando ero ſenex, &c. quando nō poterit ſeruare. Idem de clericis & laicis & mulieribus. Pauci iuuenes ſunt qui uadunt ad Deum, quando uocantur uadunt ad Heli, hoc eſt ad fortem, quia confidunt de ſua iuuentute & fortitudine, & frequenter iuuenes improuiſe moriuntur, & ſic uadunt ad infernum. Quando ſunt infirmi dicunt ſui, Non dicatis ſibi quod confiteatur, quia poſſet terreri quod, &c. ſed quando medicus dicit, factum eſt faciatis ipſum confiteri, quia mortuus eſt. Non fiet ita dicit diabolus. Quando uenit confeſſor facit ipſum dormire. Et dicunt ſui confeſſori, Pater modo dormit, tamen redeatis in ſero, & tunc diabolus facit ipſum ſudare, & dicitur confeſſori, O pater redeatis cras de mane. quia modo ſudat. Et in craſtinum quando confeſſor uenit querens de eius ſtatu dicunt, Pater in media nocte mortuus eſt. Ideo confiteri ſtatim debetis, & non confidatis de fortitudine. Ideo Dauid, Fortitudinē meā ad te cuſtodiā, &c. Alij uadunt ad Heli ſecundum quod interpretatur aſcendens, appetentes aſcenſum, mundanitatem in honoribus, dignitatibus, diuitiis, &c. Quando uocantur a Deo ipſi uadunt ad Heli. Verbi gratia, Deus uocauit religioſum in ſtatu religionis, ſed ipſe quid facit, uult aſcendere, uadit ad ſtudium ut aſcendat ad magiſterium, epiſcopatum, &c. Idem

de clerico qui ponit se in domo magni domini, &c. Idem de illis qui per usuram uolunt ascendere ad magnas diuitias, omnes uadunt ad Heli, &c. Alij uadunt ad Heli secundum tertiam interpretationem, scilicet Deus meus, ut sunt illi qui stulte confidunt de misericordia Dei, quia sine penitentia confidere de Dei misericordia, stultitia est, dicendo, Quare Christus fecit tantam penitentiam? non pro se, sed pro me, & cum ista confidentia uana, uadunt ad infernum. Licitum est confidere de Deo quantumcunque homo sit peccator, si homo uult penitere, sed qui non uult penitere, scilicet nec restituere nec iniurias remittere, talis non debet confidere de Dei misericordia, quia stultitia esset. Ecce quid dicit scrip. Ne dicas, Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo cito proximant. Eccles. v. De nullo legitur nisi de latrone quod haberet malam uitam & bonum finem. Ideo faciamus ut Samuel fecit quarta uice quando fuit a Deo uocatus dixit, Loquere Domine, quia audit seruus tuus faciendo quod precipis. Et talis potest dicere cum sancto Iob, Vocabis me & ego respondebo tibi, non Heli sed tibi, & operi manuum tuarum porriges dextram. Iob xiiij. Dico tertio quod Deus uocat per nuntium uerum, ut iudex qui non uocat per signum, nec uerbo uuo, sed per nuntium, id est preconem quem mittit, ita iudex noster & rex Christus per nuntios curie sue uocat multos, nuntij sunt infirmitates, dolores, aduersitates, febres, senectus, & huiusmodi. Misit ancillas suas ut uocarent ad arcem, scilicet altitudinem glorie, & ad menia ciuitatis. Prouerbiorum ix. Sed quare dicit ancillas & non nuntios, quia nullus iudex uocat per ancillas sed per nuntios. Respondeo ad innuendum quod infirmitates sunt ancille quibus Deus uocat. Qui ergo habet febrem uel aliam infirmitatem, citatus est. Ideo paretis uos, quia nonnulli sic uocati remanent contumaces, ideo trahuntur uehementer condemnandi. Nota exemplum de illo diuite cui premisi fuerunt tres nuntij per angelum suum ante mortem suam, qui uolebat habere malam uitam & bonum finem, &c. Ideo auisetis uos ne ita contingat uobis. De talibus dicit Salomon in persona Christi, Quia uocaui, & renuistis, ego quoque in interitu uestro ridebo, & subsannabo, cum uobis id quod timebatis, aduenerit. Prouerbiorum j. Ideo semper debet esse homo paratus. Nullus qui habet quinquaginta, uel septuaginta annos uite potest allegare preoccupationem mortis. Dico quarto, quod uocat nos Deus per scriptum clarum. Et non sunt plures modi uocationis. Isto modo quando rex uult facere nuptias de suo primogenito solet uocare per scripturam nobiles suos, & quilibet ornat & parat se. Sic uocat Deus ad nuptias filij sui Iesu Christi. Sponsa est humanitas, quam in hoc mundo desponsauit & in celo fiunt nuptie. Simile est regnum celorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Matth. xxij. Et misit

miſit binas literas omnibus nobis, uocando ad dictas nuptias. Iſte bine litere ſunt uetus & nouum teſtamentū, quod ſummarie nihil aliud continet niſi ut nos uadamus ad conuiuium nuptiarum filij Dei. Ideo Apoſtolus, Quecunq; ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. ad Roma. xv. Omnes gloſſe & poſtille tendunt ad hoc, ut paremus nos ad eundum. Vel ſi dicatur ſic, Scripturis uocatur diuinitus. Ideo beati qui ad cenam nuptiarum agni uocati ſunt. Apoc. xix. Sed falco ſaturatus non curat uenire ad dominum uocantem, licet nutu capitis uideatur aſſentire. Et tandem dominus iratus, lapide uel ſagitta interficit eum. Ita multi diuites faciunt, & ſubito moriuntur. Ideo Chriſtus, Dico uobis quod nemo uirorum illorum, qui uocati ſunt, guſtabit cenam meam. Luce xiiij. &c. Sed accidit multis ut pullo, quia gallina que habet multos pullos quando uidet miluum, ſtatim uocat ad ſe pullos & cooperit ſub alis. Sed aliquando miſer pullus non curat uenire, ſed uagatur per unam ſpicam uel granum & uenit miluus & tollit eum ſecū. Ita accidit multis. Chriſtus uocat ſe gallinam habens pullos. Authoritas, Quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina cōgregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti. Matt. xxiij. Et loquitur Chriſtus eccleſie dicens, quoties, id eſt multoties uolui, &c. Et noluiſti, ſcilicet per malos prelatos uel malos Chriſtianos, qui prohibent & impediunt bonos, uel malo exemplo uel deriſionibus, & eis occupatis circa ſpicam uanitatis, uenit miluus, id eſt diabolus, & ducit ſecum animam. Verbi gratia, Quando religioſus occupatur circa ſpinam honoris uel dignitatis, ut aſcendat, non curat uenire ad Chriſtum uocantem & interim uenit mors, &c. Idem de clerico. Idem de laico occupato in bonis temporalibus. ideo dicit Chriſtus, Dico uobis quod nemo uirorum illorum, &c.

De eadem Dominica. Sermo iiij.

COmpelle intrare ut impleatur domus mea. Lu. xiiij. Thema dat mihi motiuum declarandi quot ſunt modi intrandi paradiſum & qui ſunt. Materia erit Deo acceptabilis & gratioſa, & nobis utilis & proficua. Saluetur prius uirgo Maria, &c. Pro huius uerbi declaratione & materie predicande introductione ſciendum quod Deus habet iſtam magnificentiam & excellentiam inter alios, quod omne opus per eum inceptum ducit ad perfectionem ſecundum finem quem intendit, & nihil dimittit imperfectum. Triplici enim ratione opus inceptum dimittitur imperfectum ex defectu potētie, ex defectu ſcientie, & ex defectu cōſtātie. De primo multi incipiūt edificare magna edificia, q poſt inceptionē dimittūt opus imperfectū, ex defectu potētie pecunie. &c. qa quādo inceperūt nō uidebāt periculū uel dānū. Alij dimittūt iperfectum

fectum opus non ex defectu potentie, sed scientie, quia quando inceperunt, non uidebant periculum uel damnū quod sequitur, sed in prosecutione operis uident mala que possunt sequi, & dimittunt. Alii autem dimittunt opus imperfectum non ex defectu potentie, nec scientie, sed constantie, habent enim intellectum flexibilem ad instar galline super campanile. Sed isti in Deo non habent locum, non est in eo defectus potentie, nec scientie, quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius. ad Heb. iiij. nec constantie, quia immutabilis. Ideo habemus dicere quod quicquid Deus incipit etiam perficit. Authoritas. Date magnificentiam Deo nostro, Dei perfecta sunt opera, & omnes uie eius iudicia, &c. Deut. xxxij. Deus a principio mūdi incepit unā rem mirabilē quando in celo creauit tot angelos, quot erant cathedre siue gradus glorie, ut inhabitarentur a creaturis intellectualibus. Sed magna pars angelorum peccauit Lucifero consentiendo, qui uoluit Deo equipari, propter quod Deus eiecit eos de celo dicens, Nō habitabit in medio domus mee qui facit superbiam. Michael autem ex Dei precepto fecit executionem, & cathedre remanserunt uacue. Ne ergo opus Dei remaneret imperfectum in celo: quia si in creaturis corruptibilius nō dimittit aliquid imperfectum, multo minus in incorruptibilibus creaturis, propter hoc creauit genus humanum ad supplendum & complēdum & reparandum defectum angelorum. Istam rationem assignat magister senten. in ij. dist. j. Et quia sunt multi qui nolunt ire, licet non dicant ore, ostendunt & dicunt tamen opere male uiuendo. Ideo qd facit Christus? dicit Michaeli principi ecclesie, Compelle intrare ut impleatur domus mea. Videtur ergo quod multi uiolenter uadūt ad gloriam. Nota tres modos quibus homines uadunt ad celum.

Aliqui uadunt currendo uigorose,
Aliqui uadunt ambulando spaciose.
Aliqui uadunt tracti rigorose.

De his loquitur thema, Compelle intrare, &c. Dico primo quod aliqui uadunt ad paradisum currendo festinanter. Currere enim est magnos passus festinanter facere. quod includit duo, scilicet facere magnos passus, secundo quod fiant uelociter, aliter non esset currens. Currendo igitur uadit ad paradisum. qui facit magna opera, scilicet magnas orationes, ieiunia, eleemosynas, audit missas, sermones, &c. quanto opera sunt maiora, tanto sunt passus maiores. Oportet non solum magna opera facere & currere, sed quando bona opera sunt magna & multa, & quando fiunt cum ardore spiritus & feruore & diligentia, tunc talis currit festinanter ad paradisum? Apostolus, Festinemus ergo ingredi in illam requiem. Ad Heb. iiij. Currendo ergo & festināter uadit ad paradisum persona que non solum seruat penitētiam sibi iniunctam a confessore, sed adhuc addit, & non solum in dominica audit missam

com

completam & deuote cum silentio, sed quolibet die. Non solum confitetur semel in anno, sed quolibet mense. Idem de communione. Nō solum seruat ieiunia ecclesie, sed adhuc plus facit, non solum restituit, sed imo de suo dat eleemosynas. Talis potest dicere cū Dauid qui fortiter currebat, Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. psal. cxviij. Quando talis moritur, anima statim euolat ad celū, cum tamen sint tot diete. Propter hoc sacra scriptura monens nos ad currēdum festinanter dicit, Deponentes omne pondus & circunstans nos peccatum, per penitentiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, &c. ad Heb. xij. Nota, hic secreta moralia, deponentes omne pondus. Cursor qui uult brauium siue signum obtinere, deponit omne pondus. Ita ille qui currit ad celum, si uult lucrari iocale glorie, oportet quod deponat pōdus peccatorum quod multum aggrauat animam. Dauid, Quoniam iniquitates mee supergresse sunt, &c. psal. xxxvij. Secundo & circunstans nos peccatum, scilicet auaritie, ante & retro a dextris, & a sinistris. Quod peccatū deponendum est secundum quatuor modos restitutionis ad proximum. Ante debet fieri restitutio, quādo usura cuiusuis sit generis uel speciei, est notoria & clara. Retro quando est colorata, sicut illa que sunt retro non bene uidentur. Sic quando dicitur diuiti, Mihi tantum prestabitis, & ego quolibet anno reddam uobis tantum census. Ecce hic usura colorata. Censualia sunt bona cum duabus conditionibus, scilicet quod sit uera & realis emptio & uenditio. & quod pretium sit iustum, potestis habere sine peccato. A dextris est restitutio, que debet fieri per laboratores, qui fraudulenter complent dietam & iornale, & petunt tantum salarium, quia sicut dominus damnaretur nisi solueret salarium, ita damnatur qui recipit salarium & non facit iornale completum, uadunt tarde, & ueniunt ante tempus completū ut dormiāt, &c. A sinistris est restitutio que debet fieri de fama, &c. si aliquem diffamastis, quia nunquam intrabitis paradisum nisi reuocetis. Ecce quare dicit circunstans nos peccatum tenens fortiter, quia nullus restituit. Tertio per patientiam curramus, quia talis est hodie mundus, quod homines mundani derident illos qui currunt ad paradisum festinanter, aspicientes Iesum qui in cruce habuit infinitam patientiam ad iniurias sibi dictas. Ideo apostolus. Sic currite ut comprehendatis. j. Cor. ix. Dico secundo quod aliqui uadunt ad paradisum eūdo spatiose, sicut sunt persone mundane que non fecerunt amplius nisi quantum obliganrur ex preceptis Dei, quia alias nisi seruarēt Dei precepta modo nō irent ad paradisum secundum regulā Christi, Si uis ad uitā ingredi seruа mandata Dei. Mar. xix. Tales multū tardantur in uia, quia nihil amplius faciunt. Verbi gratia. Si dicatur alicui de talibus in aliquo die feriali,

rialiſcilicet uadamus ad miſſam. Reſpondet,non faciam,quia nō obligor niſi in die feſto. Idē de ieiunio in ſexta feria,non obligor niſi ad ieiunia eccleſie,ſolū confitentur ſemel in anno,& communicant, ſeruant penitentiam datā a confeſſore,& nihil plus.ſoluūt bene decimas & primitias & ſalarium ſeruientibus, ſed non curant facere magnas elemoſynas. Tales finaliter ibūt ad paradiſum,ſed tardabunt in uia. Et poſſunt dicere Chriſto uerbū quod dixit Iacob Eſau fratri ſuo,Precedat Dominus meus ante ſeruū ſuū, & ego ſequar paulatim ueſtigia eius.Gen.xxxiij. Nimio conſtabit huiuſmodi moroſitas,quando in penis purgatorij habebunt diu expectare introitum paradiſi.Nos modo neſcimus que pena eſt non uidere Deum,quia non competit nobis in hac uita ipſum uidere.Authorit. Non uidebit me homo & uiuet. Exo. xxxiij.Sed animabus ſeparatis quibus competit uidere Deum,eſt maxima pena,quando non uident eum, maior quam eſſet mihi uel tibi,ſi ſubito perdermus uiſum. Itē quia illa pena ignis purgatorij eſt maior pena quam aliqua pena huius mundi. Nota,hic de illo homine qui habebat magnos dolores, deſiderabat mori ut liberaretur ab illis doloribus.Cui apparuit angelus dans ſibi optionem, uel quod eſſet tribus diebus in purgatorio ad purgandum,uel per tres annos haberet illam infirmitatem,&c.Ideo apoſtolus,Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis,non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes redimentes, ſcilicet per penitentiam tempus, quoniam dies mali ſunt,ſcilicet in purgatorio.ad Ephe.v.Dico tertio,quod aliqui uadunt ad paradiſum tracti rigoroſe.hoc non auderem dicere niſi quia Chriſtus dicit Michaeli,Compelle intrare,&c.Non intelligatis quod iſta uiolentia fiat libero arbitrio,quia non poteſt cogi,ſed iſta uiolentia fit corpori per infirmitates, dolores,paupertates,& tribulationes,& ſic liberum arbitriū muratur,ſed non cogitur. Nota, de euangelio dominice occurrentis qualiter inuitati ſe excuſaueruut. Tunc dicit Dominus ſeruitori,Compelle intrare,&c.Nota, practice qualiter ſeruus exit ad uias ſuperbie, auaritie, luxurie, &c.dicens ſuperbo,Vadatis ad cenam,Dominus parauit & expectat uos, &c. Dicebat uere uos ibitis & percutiebat eum, quia ſeruus bene erat aſſociatus.Idem de auaro luxurioſo.Idē de mulieribus que omnes ibant flentes,ſed quando fuerunt intus,curati fuerunt gaudentes,& dicebant ſeruo, O benedicaris.Ecce quid feciſti mihi,ſed curatus ſum, modo bene eſt mihi,principium fuit per uim, ſed finaliter gaudent.Ita de nobis.Dominus eſt Chriſtus,ſeruus eſt angelus,& ſunt multi qui non curant uenire ad conuiuiū paradiſi, licet ſint inuitati,ſed Chriſtus dicit angelo, Cōpelle intrare.Deus in hoc mūdo uiſibilia per creaturā inuiſibilē diſponit.unde Greg.Et angelus dat infirmitatē,dolorē capitis uel ſtomachi,perditionē bonorum, filiorum, & huiuſmodi,& tunc homo redit ad Deum. Verbi gratia.Quot prelati

ſunt

sunt qui in prosperitate & sanitate non curant de Deo, imo dant se delitiis, sed compelluntur ire a Deū per infirmitates. Idem de dominis tēporalibus & de aliis hominibus tam senibus quā iuuenibus, qui nō curant de Deo, sed uenit infirmitas, tribulatio, &c. & sicut asinus lasciuiēs reducitur ad uiam, ita tales ad Deum uadūt & ad ecclesiam, orāt, confitentur, &c. ideo Greg. Mala que nos hic premūt, ad Deum ire cō pellunt. De istis dicit Isa. Domine in angustia requisierunt te. Isa. xxvj. ideo cum magna patiētia homo debet recipere aduersitates, quia ad corruptionem sunt. Beatus homo qui corripitur a Domino. Increpationē ergo domini non reprobes, quia ipse uulnerat & medetur, percutit, & manus eius sanabunt. Iob v.

De eadem dominica. Sermo v.

QVi non diligit manet in morte. Verbum istum habetur originaliter in prima can. Ioā. c. iij. & in epistola currētis dominice. In presenti sermone uolo declarare mala que uenerunt mundo de defectu boni amoris. Spero quod materia erit utilis animabus nostris. Sed primo saluetur uirgo Maria. Pro introductione & declaratione huius uerbi & materie pertractande sciendum quod ille magnus & excellens propheta Moyses inter alias doctrinas dedit talem doctrinam filiis Israel dicens, Testes inuoco hodie celum & terram quod proposuerim uobis uitam & mortem, benedictionem & maledictionem. Elige ergo uitam, ut & tu uiuas, & semen tuum, & diligas Dominum Deum tuum, atque obedias uoci eius, & illi adhereas. Ipse enim est uita tua, & longitudo dierum tuorum. Deute. xxx. Ex istis uerbis si bene ponderentur, possumus extrahere quatuor conclusiones. Prima quod Deus est uita in se, & sua uita est suum esse essentiale & non accidentale ut in nobis, qui possumus uitā perdere. Ista conclusio habetur in hoc quod dicit, Testes inuoco hodie celum & terram, quod proposuerim uobis uitam, scilicet Deum. Secunda conclusio, quod Deus non solum est uita in se essentialiter, sed est fons & principium uite, dans uitam omnibus ei adherentibus. Sicut ignis de se est calidus & clarus, & sibi adherentes calefacit & illuminat, ita Deus. Ista conclusio tangitur ibi, Illi soli adhereas. Ipse enim est uita tua effectiue & causaliter. Tertia conclusio quod adherentia ad Deum est per amorem, super omnia eum amando ex omnibus anime potentiis, sicut qui diligit ardēter aliquam personam, uult eam respicere, & de ea loqui, & cum ea esse, quia res dilecta trahit ad se cor diligentis. Ideo dicit Dionysius, quod amor est uis unitiua faciens unum quid ex amante & amato. Ideo qui super omnia diligit Deum, statim uoluit ad eum oculos intellectus contemplando, & uoluntas inflammatur in eius amore, memoria recordatur de beneficiis, ore loquitur ipsum laudando. Ecce qualiter per

amorem

amorem, & mo adheret Deo. Ista conclusio tangitur ibi, Diliges Dominum Deum tuum, q.d. diliges non aliquid transitorium, diuitias uel delicias, quia perdi possunt & deficere, &c. Quarta conclusio est quod ille qui non diligit Deum longe est a uita, & manet in morte. Hec conclusio haberetur cū subditur, Testes inuoco celum & terram, quod proposuerim, scilicet diligentibus Deum uitam, & mortem, scilicet non diligentibus Deum. Propter hoc dicit thema, Qui non diligit, scilicet Deum, manet in morte. Patet thema. Inuenio in sacra scriptura quod ex defectu dilectionis ad Deum, quatuor mortes uenerunt generi humano, ac genus humanum quadruplici morte est peremptum,

Et prima mors spiritualis quam debemus fugere,
Secunda mors corporalis quam debemus prouidere,
Tertia mors gehennalis quam debemus precauere,
Quarta mors eternalis, quam debemus horrescere.

De qualibet dicit thema, Qui non diligit, manet in morte. Dico primo quod ex defectu diuine dilectionis, quia Eua plus dilexit pomum ligni uetiti quam Deum, & Adam plus dilexit Euam quam Deum, quia ne moleste aret eam fecit contra Dei mandatum, ex hoc uenit mors spiritualis, quia quando homo peccat contra preceptum Dei, homo perdit gratiam Dei, que dat uitam anime formaliter, sicut anima rationalis dat esse & uiuere corpori formaliter. Sed quādo homo peccat mortaliter, perditur gratia, & anima remanet mortua in corpore. Ecce qd est mors spiritualis. Et licet corpus letetur, comedat, bibat, & ornetur, anima tamen iacet intus mortua & corrupta & fetida. Sicut corpus tumuli in pulchro sepulchro, Ita dicit Christus peccatoribus, Ve uobis qui similes estis sepulchris dealbatis, que a foris apparent hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia, sic & nos. Matthei xxiij. De ista morte spirituali autho. Anima que peccauerit, ipsa morietur. Ezech. xviij. Morietur, scilicet perdendo gratiam Dei, tamen non omne peccatum occidit animam, quia uenialia non occidunt animam, licet sint dispositiones, sed peccatum mortale semper occidit animam. Ideo dicit, Peccatum, scilicet mortale cum cō summatum fuerit, generat mortem. Iac. j. Non loquitur de morte corporis, quia multi peccant mortaliter, qui non moriuntur statim corporaliter, sed in anima statim moriuntur. Nota peccatum cum consummatum fuerit, non dicit cum inchoatum fuerit, uel mediatum, sed consummatum. Vnde dico, quod peccatū mortale habet initium, mediū, & finem. Initium autem peccati mortalis est simplex cogitatio circa uindictam, usuram, luxuriam, & furtum, & huiusmodi, non desiderando opus fieri, sed cogitat, si talis est simplex cogitatio, solum est peccatum ueniale, non propter hoc moritur anima. Medium uero est quando in tali cogitatione delectatur, sed non desiderat opus, nec etiam

facere,

dere, hoc etiam adhuc est peccatum ueniale. Sed finis est consensus uoluntatis, quando nō solum cogitat & delectatur, sed cōsentit & desiderat opus, etiam si nō facit, est peccatum mortale. Ideo dicit, Peccatum cum cōsummatum fuerit, &c. Hic potestis cognoscere quomodo sunt multi male cōfessi; quia nō cōfitentur de malis cogitationibus, maxime mulieres, que ex quo nō fecerunt opus, nō credunt peccasse cogitando, loquendo, & desiderando, & cōsentiendo in uoluntate. tales in cōspectu Dei iam reputantur putane. Multe persone reputantur bone & honeste in cōspectu hominum, que apud Deum sunt male & inhoneste. Dicunt multi homines, corpus meum nunquam cognouit, nisi uxorem meam. Sed uideamus si anima uestra nunquam cogitauit, desiderauit, uel concupiuit. Ita pater multoties. Modo dicit Christus, Omnis qui uiderit mulierem ad cōcupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo. Matth. v. Et per oppositum de uxore cōcupiscente uirum alium. Dico quod istam mortem spiritualem debemus fugere, & citius debemus sustinere omne periculum, etiam mortem corporalem quam peccemus. De hoc dabo uobis exemplum & modum fugiendi. Cum Iudei essent captiui in Babylonia, ibi erat quedam mulier nobilis, pulchra in corpore, pulchrior in anima. Optima societas est pulchritudo corporis & anime, quia sicut laterna de crystallo esset pulchrior cum lumine quam sine lumine, ita, &c. anima cum gratia Dei est sicut lucerna accensa in laterna corporis. Nota breuiter historiam de Susanna, ut habetur Danie. xiij. quando Susanna dixit requirentibus eam de peccato, Si hoc egero mors sup. anime mihi est, si autem non egero, non effugiam manus uestras. Sed melius est mihi incidere absque opere in manus hominum, quam peccare in cōspectu Domini. Et ne illi subito irruerent in eam, exclamauit uoce magna Susanna. Dicatur cōtra mulieres que nolunt clamare dicendo, Confundam eum & me. Alia dicit. Et quomodo clamarem, cum fuisset obscura nox? Ecce qualis excusatio. Idem de religiosa grauida cum redargueretur a prelata sua, quare nō clamauit, respidit, Ne frangerem silentium, quia erat post cōpletorium. Patet quomodo illa sancta mulier Susanna ostendit modū fugiendi mortem spiritualem. Multo melius esset sustinere mortem corporalem, quam peccare. Ideo dicit scriptura, Quasi a facie colubri fuge peccata. Et si accesseris ad illa, suscipient te. Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum. Ecclesiasti. xxj. Dentes peccati sunt cogitationes, male delectationes, desideria, & huiusmodi. Dico secundo quod ex defectu dilectionis uenit mors corporalis, quia statutum est hominibus semel mori. ad Hebr. ix. Ita mors secunda uenit ex prima, quia nisi fuisset mors anime ex peccato, nō fuisset mors corporis, imo postquam gentes diu uixissent in paradiso terrestri dixisset Deꝰ Michaeli, ut collocaret eos in paradiso celesti, & sine morte

& sine dolore fuissent in paradiso celesti collocati. Sed ex morte anime secuta est mors corporis. Hoc dicit Deus Ade quando dedit sibi licentiam comedendi de omnibus fructibus, nisi de ligno scientie boni & mali. Hoc fecit Deus ut Adam cognosceret Dominum supra se, alias cecidisset in maiora peccata, nõ cognoscendo supra se Dominum, dixit sibi Deus, In quacunque die comederis ex eo, morte morieris. Genes.ij. Nota morte, scilicet anime, morieris, etiam morte corporis. Sed hic est argumentum quomodo est uerum quod Adam illa die fuerit mortuus, cum tamen post uixit nõgentis triginta annis. ut patet Genes.v. Respõsio, quod dictum est propter necessitatem moriendi & cõtinuum decursum ad mortem. Dixit enim morte morieris. & non dixit, mortuus eris, quia aliud est mori, & aliud est esse mortuum. Sicut lapis cadens de alto quando descendit, dicitur, lapis cadit, quando iam est in terra, dicitur, lapis cecidit, quia aliud est lapidem cadere, aliud est lapidem cecidisse. Ita Adam antequam peccasset erat in loco alto in iustitia originali, & poterat nõ mori, sed post peccatum incepit cadere ut lapis propter necessitatem moriendi. Nota ad hoc parabolam de illo sancto Barlaam, qui uolens inducere unum regem ad contemptum mundi, dixit sibi quod quidam uiator ibat per quendam altissimum mõtem, & quia uia erat stricta, ad flatum uenti cecidit, & tenuit se ad quandam arborem, & uidit quod una ratta alba incepit rodere radicem arboris, & illa cessante uenit alia nigra, & ecõuerso. De tali ergo qui nõ habet alium modum euadendi dici potest. Ille moritur. Ita de genere humano, quod exaltatum fuit multis donis in Adam, sed ad flatum uenti tentationis cecidit, & tenuit se ad arborem uite temporalis. Ratta alba est dies, que de uita nostra rodit quolibet die. xij. horas, & ratta nigra est nox que etiam rodit alias. xij. horas. Ex necessitate ergo habemus mori, debemus iam nos mortuos reputare. Ideo apostolus, Corpus quidem mortuum est, scilicet ex necessitate moriendi, spiritus uero uiuit propter iustificationem ad Rom. viij. Dico quod istam mortem debemus prouidere, quia istam nõ possumus fugere, quia nõ possumus ad uitam innocentie redire, sed pro tempore prouidere & se preparare. Nunquid scis tu quam uitam tenes? Si bonam & sanctam, perseuera, si malam, recede ab illa & cõfitere. Recede a mala societate, restitue, parce inimicis, & noli expectare diem mortis, quia nescis si subito uel mutus morieris, & tunc difficile est cõteri, nec poteris restituere propter dolores mortis. Ideo dixit scriptura, Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. A mortuo quasi nihil perit confessio. Confiteberis uiuens, uiuus & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miserationibus eius. Ecclesiastic. xvii. Nota error impiorum est aliquorum dicentium, quando ero senex ego faciam penitentiam. Aliorum qui dicunt, non restituam in uita

mea,

mea, sed dimittam in testamento, &c. Aliorum dicentium, quando ero infirmus confitebor. Tertia mors est gehennalis uel infernalis. Ista est in alio mundo, postquam homo iam transiuit alias duas predictas, & anima impenitens recedit a corpore, subito ducitur ad gehennam inferni. Authoritas. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Iob uigesimoprimo. Nota secreta moralia. Tenent tympanum, &c. Ista tria instrumenta signant tria peccata mortalia, scilicet luxuriam, auaritiam, & superbiam. Tympanum enim significat peccatum luxurie. Tunc ex figura circulari. Nam luxuriosus uadit in circuitu ad uidendum dilectam suam, &c. Tum propter picturas. Nam homo uel mulier luxuriosa tota uadit ornata uel picta. Deus custodiat nos ab occasione. Tum quia tympanum habet nolas, sic luxuriosus habet nolas. Sed non oportet fatuo ponere nolas in collo, quia alias cognoscitur. Tum quia tangitur, ita luxuriosus tangitur, &c. Ecce quare dicit, tenent tympanum, &c. O quot damnatur isto peccato. Dicit beatus Remigius super illud Matthei xix. Sinite paruulos uenire ad me. Tanta est labes carnalis criminis, quod maior pars saluandorum creditur esse innocentum paruulorum, quia magni omnes uel fere omnes uolunt tangere tympanum. Cithara signat peccatum auaritie. Ratio, quia est de ligno arido, &c. & habet octo chordas. Sic auarus est quasi liguum aridum sine humiditate & dulcedine charitatis, uacuus a misericordia. Caput reflectitur ad se, quia nihil facit nisi amore reciproco, ut lucretur & ditetur. Octo chorde sunt octo species auaritie, uadunt bini & bini. Rapina dominorum, simonia prelatorum, usura mutuantium, fraus ementium & uendentium. Item furtum secretum, & sacrilegium, scilicet recipere aliquid de ecclesia. Item occupatio de inuentis sibi retinendo, & detentio de salario, uel testamentum de mortuis, uel de concesso negando. Organum significat peccatum superbie. Et superbia est duplex. Vna est superbia de bonis spiritualibus. Alia superbia de bonis temporalibus, de genere & diuitiis, fortitudine, pulchritudine, &c. Ecce quare dicit, tenent tympanum, &c. De ista morte dicit Dauid, Mors peccatorum pessima. Psalmo trigesimotertio. Mala, quia priuatur uita temporali: peior, quia priuatur uita spirituali: pessima, quia priuatur uita eternali. Dico quod contra istam mortem munire nos debemus, scilicet uirtutibus, operibus bonis & meritoriis. Ideo dicit scriptura, Quodcunque facere potest manus tua instanter operare, quia nec opus nec ratio nec sapientia nec scientia erunt apud inferos quo tu properas. Ecclesiastici nono. Quarta est mors eternalis, que differt a morte gehennali uel infernali, quia illo modo est solum in anima. Sed ista erit post diem iudicij, & erit in anima & in corpore quando peccatores simul in anima &

corpore perpetuo damnabuntur. De ista morte dicit Io. Timidis, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribꝰ, & ueneficis, & idolatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno igne ardenti & sulphure, quod est secunda mors. Apoc. xxj. Nota octo cõditiones peccatorum. Prima cõditio est timidorum, que tangitur cum dicit, timidis. Timidi sunt qui timore detrahentium nõ audent bonam uitam incipere. Quot religiosi, quot clerici, & laici uellẽt tenere bonam uitam, & seruare regulam, & isto timore magis uolunt cum aliis ire in infernum. Sed magis debet timeri Deus. Dauid, Illic trepidauerunt timore ubi nõ erat timor, sicut pueri qui timent cultellum, &c. Secunda cõditio peccatorum est incredulorum & infidelium. Nam increduli & alij infideles, Iudei, Agareni, & alij infideles Christiani, presumptuosi & capitosi presumunt nimis de suo intellectu, & incipiunt dubitare in fide, cum tamen sit tot miraculis & disputationibus cõfirmata. Tertia conditio est execratorum, id est abominabilium, facientium peccata contra naturam, ut est omnis modus luxurie per quem nõ potest sequi generatio, tale peccatum quomodocunque fiat dicitur contra naturam. Quarta cõditio est homicidarum, & nõ intelligitur de iudicibus & dominis, qui quando faciunt iustitiam de criminosis secũdum ius, &c. nõ peccant, imo merentur. Et licet sint interfectores hominum, non tamen dicuntur homicide: sed intelligitur de illis qui ex malitia uel uindicta, ad cooperiendum suum peccatum, occidunt homines iniuste, tales sunt homicide, & de illis intelligitur. Quinta conditio est fornicatorum. Et dicatur contra illos qui dicunt, quod peccatum non est simplex fornicatio. Ego sum liber & ipsa, ego non decepi, &c. Sexta cõditio est ueneficorum, id est uenenum facientium aut dantium. Dicatur contra mulieres que recipiunt aliquid, ut habeant abortiuum, ad cooperiendum partum, & sequitur homicidium, & in iudicio interfectus resurget magnus, & petet iustitiam de matre, de apothecario, & de omnibus consentientibus in eius mortem, & si aliquis eorum est clericus, fit irregularis. Dicatur de illa moniali, que quesiuit a medico regis remedium, ne mulier grauidaretur. Qui respondit quod non deberet coire cum uiro. Septima conditio peccatorum est idololatrarũ. Idolum erat in quo habitabat demon. Idolatre sunt diuinatores & sortilegi similes demonibus, quia cum demone faciunt opera. Octaua conditio est mentientium, & proximum damnantium, & falsè iurantium uel promittentium. Pars omnium predictorum erit in stagno igne ardenti & sulphure, quod est secunda mors. Sed quomodo mors eternalis dicitur secunda mors, cum ego uocem eam quartam mortem? Respõsio, prout dixi. Quatuor mortes uenerunt humano generi, quarum due sunt in alio mundo, scilicet mors infernalis, & mors eternalis, que est secunda alterius mundi, & quarta computando mortes

huius

huius mundi, & alterius etiam. Dico quod istam mortem eternam debemus horrescere, & orando dicere, Libera me Domine de morte eterna in die illa tremen, &c.

De eadem Dominica. Sermo vj.

DIligamus opere & ueritate. j. Ioann. iij. &. recitatiue in epistola occurrentis dominice. Materia erit de dilectione proximi ordinata, & erit materia utilis. Salutetur uirgo Maria, &c. Pro declaratione huius uerbi sciendum quod dilectio proximi bene ordinata est fundamentum & complementum totius legis, & talis potest dicere quod complet legem Dei. Ratio, quia quicquid fit in hoc mundo, totum fit amore, siue fiat timore, uel alia ratione, amore fit. uerbi gratia. Quare fugis inimicos? O diceres tu, timore, imo potius amore, quia diligis uitam tuam, ideo, &c. Item si tibi datus cibus potionatus, hoc est, ueneno plenus, illum comedere non uis. Et que huius est causa? dices, quod timor mortis. sed dicendum, quod potius est amor uite. Si ergo amor est fundamentum & primum omnium bonorum, ergo qui est bene ordinatus in amore proximi, totam legem complet. Propter hoc beatus Ioannes senex, postquam Deus sibi reuelauit quod morerentur, uocauit populum & dicebat, Filioli mei diligite inuicem, & multoties replicabat ista uerba nihil addendo. Propter hoc aliqui dixerunt sibi, O pater uos solenniter consueuistis predicare, estis uos oblitus de illo pulchro sermone quem nobis feciſtis de cõtemplatione? Respondit, quia mandatum Domini est, & in eo omne mandatum impleri potest. Ideo beatus Paulus concordans cum beato Ioanne dicebat, Qui diligit proximum, legem impleuit. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio, ad Rom. xiij. Ideo dicit thema, Diligamus, scilicet ordinate, opere, & ueritate. Patet thema. Inueni in sacra scriptura quod dilectio proximi ordinata debet habere quatuor conditiones.

Quia proximus debet diligi ueraciter sine fictione,
Prudenter sine corruptione,
Temperanter sub diuina dilectione,
Generaliter sine exceptione.

In dilectione proximi in uita sua complet homo legem Dei. Ideo dicit thema. Diligamus opere & ueritate. Dico primo, &c. ueraciter sine fictione. Vnde authoritas. Dilectio, scilicet sit in uobis sine simulatione. Roma. xij. Qui has quatuor conditiones seruat, legem implet. Modo uideamus quomodo poterit hoc declarari. Hic seruiet philosophia que dicit de ueritate, quod ueritas est adequatio siue conformitas rei ad intellectum, quia tunc propositio est uera, quãdo res ad extra concordat. Ad ueritatem eius requiruntur hec, scilicet factum uel res ad

Quid sit ueritas.

extra, secundo uerbum significatiuum, tertio significatum intellectus. Sic ad ueritatem amoris tria requiruntur, scilicet cor siue bona uoluntas, uerbum, & opus ad extra. Tunc etiam amor proximi habet fundamentum in corde, quando homo desiderat bonum temporale uel spirituale proximo ut pro se, & gaudet de bono suo, & orat ut cõseruetur in illo, & tristatur de malo proximi, & compatitur sibi. Nisi istud fundamentum sit in corde, nihil ualet, dilectio simulata erit. Ideo Dauid cõtra tales dicit, Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Da illis secundum opera eorum, &c. Psal. xxvij. Qui diligunt falsε, cum Iuda mansionem habebunt, qui salutando & osculando tradidit saluatorem. Et requiritur uerbum significatiuũ. Si dicatur, Diligo proximum in corde, sed nõ loquor ei, nõ est ibi ueritas dilectionis. Ideo oportet sibi loqui, quia uerbum est signum illius quod est in mente, ea enim que sunt in uoce, sunt note, id est signa earum que sunt in anima passionũ, ut dicit philosophus j. perihermenias. Ideo est magnus defectus maxime mulierum dicentium, Nolo sibi malum, sed nõ loquor sibi, quia dixit mihi malum. Alie dicũt, si ipsa incipit mihi loqui, loquor, nec grates nec gratias habetis, quia etiam Iudeum salutantem salutabitis. Ideo dicebat Christus, Bonus homo de bono thesauro cordis profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala. Mat. xij. Tertio requiritur opus siue res ad extra, quia ab eo quod res est, uel non est, oratio uera uel falsa dicitur, puta iuuare se mutuo, & in nullo se fraudare nec damnificare, nec in bonis furando bona, nec fructu, &c. quia ex furto fructus uenit omne malum nostrum, & nisi Christus inuenisset nos, &c. omnes eramus damnati, nec ipsum diffamando directe uel indirecte, dicendo, Non sum ego latro uel ebrius, &c. quasi dicat, sicut uos. Et quia non dicunt clare, non faciunt sibi conscientiam, sed oportet reuocare si uultis saluari, nec ipsum in persona tangendo, feriendo, uel aliter. Si ergo diligis proximum in corde, & etiam loquendo, oportet quod ipsum diligas etiam opere, non tangendo bonam famam nec personam eius. Imo eius bona conseruando, tamen defendendo & personam. Talis amor est uerus & sine fictione. Ideo dicebat Ioannes, Filioli mei nõ diligamus uerbo neque lingua, scilicet tantum, sed opere & ueritate. j. Ioan. iiij. Nota, non diligamus uerbo. Verbum est cõceptus mentis, & significat dilectionem que est in corde, uel ibi debet esse, neque lingua, id est uerbo significatiuo tantum, sed opere & ueritate. Dico secũdo, &c. prudenter sine propria corruptione. Discrete autem diligendus est proximus ne in loquendo aut operando, truffando, uel uisitando, uel alia familiaritate sequatur aliqua peccati corruptio. Qui enim nimis igni approximatur, calefit & comburitur. Ideo Apostolus, Odientes malum, adherentes bono. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. ad Romanos duodecimo. Illa

est discre

est discreta dilectio quando homo scit extrahere bonum de malo, & econuerso. Quomodo autem hoc debet fieri, ostendit Christus dicēs, Si manus tua uel pes tuus scandalizat te, abscinde eum & proiice abs te. Matth. xviij. proiice, id est procul eiice hoc, quod tibi nocet. Ecce doctrinam Christi. Semel Leo Papa sanctus & bonus, intelligens hanc doctrinam ad literam, abscidit sibi manum. Cum diceret missam mulieres osculate sunt sibi manum, ex quo secuta fuit tentatio carnis. Ideo post missam abscidit sibi manum secrete. Cum autem non celebraret, omnes mirabantur, quia Papa non celebraret ut consueuerat. Ipse autem cognito suo defectu deuote cum lacrymis orauit uirginem Mariam, que sibi manum restituit. Hoc miraculum declarat quod Christus non ad literam intellexit, sed intellectus uerus habetur ex officiis istorum membrorum. Manibus autem operamur & facimus omnia. Ideo dicit Philosophus, quod manus est organum organorum. Ideo sic intelligitur, Si uos habetis aliquam personam que facit uestra negotia, & uos diligitis illam, & illa scandalizat uos, quia uobis occasio peccandi est, talis manus abscindatur & proiiciatur, id est procul eiiciatur. Bonum est tibi ad uitam ingredi debilem uel claudum, quam duas manus uel duos pedes habentem mitti in ignem eternum. Si ergo aliquis uestrum habet in domo uel in amicitia aliquam personam que scandalizat uos, & facit perdere animam, famam, & bona, eiiciatur foras, &c. Ideo rectores communitatis debent prouidere in peccatis notoriis, quia ex peccatis secretis non imminet periculum tantum communitati. Si dicatur, quomodo prouidebitur, dico quod per consilium & statutum generale, &c. Idem de pede. Officium pedis est sustinere personam. Qui ergo sustinet uos dando uobis necessaria, ille dicitur esse pes tuus, & iam scandalizat te, ideo proiice, &c. Verbi gratia de scutiferis qui sustinentur a dominis, domini sunt pedes eorum, sed si scandalizant te, quia faciunt te esse homicidam, furem, uel leonem, proiicias eos foras. Idem de uiduis que sustentantur ab aliquibus. Sed si scandalizantur ab eis, abscinde. Item officium oculi est ostendere uiam, & dirigere in agendis. Oculus tuus est aduocatus, confessor, magister, uel procurator. Si oculus scandalizat te, eruatur & procul eiiciatur cito, & tunc amor est discretus. Taliter ergo se debet homo gubernare, uir cum muliere, mulier cum uiro, masculus cum masculo, femina cum femina, quod non sequatur peccatum, nec propria corruptio. Vnde poeta, Que nocitura tenes quamuis sint chara relinque. Ergo diligamus, scilicet prudēter, &c. Dico tertio quod debemus diligere proximum temperanter sub diuinali dilectione, scilicet ut super amorem Dei nullū aliū amorē ponamus. Videtis uos in lāpade quomodo oleū natat super aquā, & sic illuminatur lampas. Ita debet esse in corde ho-

minis, quod amor Dei debet natare super amorē creaturarum, amor creaturarum debet esse ut aqua frigida, & isto modo cōseruatur ibi lumen gratie Dei. Ideo Christus loquens de amore quem debemus habere ad Deum & ad creaturam, dixit, Diliges Dominum Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum seu preceptum. De amore autem proximi non dixit, Diliges proximum tuum ex toto corde tuo, &c. Sed dixit, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Mat. xxij. Nota, Diliges Dominum Deum tuū ex toto corde tuo, scilicet fideliter. Iam scitis quod cathedra fidei in corde consistit, ideo corde teneimur ipsum diligere fideliter. Contra hoc faciunt qui recurrunt ad diuinos uel ad sortilegos, &c. Tales frangunt sibi fidē. Sicut miles qui dimisso rege cui promisit fidem uadit ad regis inimicum, infidelis & proditor est. Ad Christum ergo recurrendum est in omnibus necessitatibus dicendo, Nolo esse infidelis. Ego perdidi hoc, uos scitis quis habet, &c. uel indigeo sanitate pro me uel filio, &c. Prebe fili mi cor tuum mihi, oculi tui uias meas custodiant. Prouerb. xxiij. Secundo ex tota anima tua, scilicet reuerenter, quia cum reuerentia debemus loqui de Deo. Verbum enim initium habet ab anima. Philosophus dicit, Voces sunt note, id est signa earum que sunt in anima passionum. Quando nominatur Iesus uel Maria, debemus facere reuerentiam, &c. Contra hoc faciunt iuratores, renegatores, & blasphematores, qui pro nihilo renegant, tales proditores sunt. Cogita qualis damnatio est talibus preparata, cum proditores in hoc mundo tam grauiter punientur. Ideo esset bonum quod rectores statuerent sub certis pœnis quod nullus iuraret, &c. Et propter hoc etiam necessarium & bonum esset amouere ludum, quia ibi est fons & origo iurandi, &c. Custodi ergo temetipsum & animam tuam solicite. Deut. iiij. Tertio, Diliges Dominum Deum tuum ex tota mente tua, scilicet diligenter. Postquam enim laborasti feria secunda, & tertia, &c. diligenter in mente tua sis memor quod in Dominica nullum opus seruile temporale facias, non ire ad ferias uel forum, non aperire laboratoria, non facere usuram, &c. Memento ut diem sabbati, id est quietis sanctifices. Exo. xx. Ex obseruantia festi uenit omne bonum, quia plus proficiunt bona tua tunc, quam ex omnibus laboribus tuis. Et per oppositum, ex fractione festi uenit omne malum. Qui bene uult seruare festa debet obseruare quatuor. Primo abstinere ab omni negotio temporali, nō solum facere, sed etiam nec loqui, nec cogitare. Secundo ire ad missam ieiunum. Multi excusantur a ieiuniis ecclesie, sed ab isto ieiunio in audientia misse non sic se possunt excusare. Tertio quod sitis a principio misse usque ad finem, quando datur benedictio, omnes debetis esse in confessione. Quarto non loqui in missa, & post missam poteris dicere, O benedictus Deus, modo compleui

pleui ſeruitium Domino meo. Hoc eſt maximum & primum mandatum. Sed aliqui decipiunt ſe, qui ſuper amorem creatoris ponunt amorem creature. De quibus dicit Chriſtus, Qui amat patrem aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus. Et qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. Matth. x. Super Deum diligit quis creaturam, quando pro creatura facit contra Deum. Grego. Probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Dico quarto quod debemus diligere proximum generaliter ſine exceptione, quod cor ſit ita latum, quod omnes gentes mundi recipiat in ſua dilectione. Benedictus qui poteſt dicere, omnes gentes diligo. Quia ſi uos dicitis, Diligo omnes gentes niſi talem, qui occidit patrem meum uel fratrem, &c. iam non diligitis generaliter. Nam ſicut Deus diligit generaliter omnes creaturas etiam inimicos ſuos, non ſubtrahendo eis beneficia generalia: ita uult etiam quod nos generaliter diligamus omnes gentes. Hanc rationem tangit Ioannes dicens, Chariſsimi, ſi pro quia, Deus dilexit nos, ſcilicet generaliter, & nos debemus alterutrum diligere, ſcilicet generaliter ſine exceptione. j. Ioan. iiij. Ideo Apoſtolus orando dicebat, Deus abundare faciat charitatem ueſtram in inuicem, & in omnes. j. Theſſal. iij. Nota in omnes, tam inimicos quam amicos, tam uiuos quam mortuos, tam Chriſtianos quam infideles, & ſic tenebimus Chriſti conſilium dicentis, Ego dico uobis, Diligite inimicos ueſtros. Matth. v.

Dominica iij. poſt feſtum Trinitatis. Sermo j.

HVmiliamini ſub potenti manu Dei, ut uos exáltet. Verbum iſtud habetur textualiter. j. can. Pet. v. & recitatiue in epiſtola currentis Dominice. Pro declaratione huius uerbi & introductione materie predicande ſciendum quod ſi homo uult comparare uitam huius mundi ad uitam alterius mundi, inueniet homo magnam differentiam & contrarietatem. Nam perſona tam regularis quam ſecularis que in hoc mundo uult exaltari in honoribus, officiis, dignitatibus & ſuperbia, in alio mundo humiliabitur. Qui autem in hoc mundo uult humiliari, in alio exaltabitur. Hoc poteſt declarari exemplo ſtatere, quia quanto pars ſiniſtra plus exaltabitur, tanto dextera plus humiliabitur, & econuerſo. Modo cogitate quod manus Dei, id eſt eius uirtus infinita teneat ſtateram in manu, quemadmodum Michael depingitur cum ſtatera in manu ſua. Pars ſiniſtra eſt uita preſens. Pars autem dextra uita futura. Qui ergo in ſiniſtra huius uite exaltatur, in alia humiliatur, & qui humiliatur, in alia exaltatur. Authoritas, Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Luce xviij. Nota, omnis uniuerſaliter. Ideo dicit thema, Humiliamini, ſcilicet in hac uita ſiniſtra, ſub potenti manu Dei, qui tenet ſtateram iuſtam ut uos exaltet, ſcilicet in dextera glorie. Patet thema, In ſacra ſcriptura inueni quinque

species uere humilitatis, que sunt, scilicet,

Humilitas reuerentie, que ostenditur in oratione,
Humilitas obedientie, que ostenditur in operatione,
Humilitas penitentie que manifestatur in confessione,
Humilitas patientie que operatur in tribulatione,
Humilitas sapientie que relucet in conuersatione.

Et de qualibet istarum intelligitur thema, Humiliamini sub potenti manu, &c. Prima reuerentie species bone & uere humilitatis est humilitas reuerentie, que maxime ostenditur in oratione, que uenit ex consideratione illius maiestatis Dei, incomprehensibilis & infinite potentie, respectu cuius totus mundus non est nisi una fauilla & quasi nihil, & ex alia parte considerando propriam modicitatem, & sic cor restringitur & humiliatur. Sicut canis licet terribilis, timet & tremit ad presentiam leonis. Et rusticus coram Imperatore uel Rege. Ita de nobis, quantumcunque tu sis terribilis, superbus, & presumptuosus, pone te intellectualiter coram leone, scilicet Deo uel Imperatore cum potestate, & sic humiliaberis. Ideo quando uolueris facere orationem, non statim incipias, sicut stultus balistarius facit, qui sine signi cõsideratione emittit sagittam. bonus autem balistarius respicit ad signum. Ita qui uult orare, facere debet. Ideo Apostolus, Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit uos. Iac. iiij. Nota, Humiliamini in conspectu Domini. Hoc dicitur specialiter clericis, generaliter autem laicis & clericis. Clerici autem quando faciunt officium, debent humiliari in conspectu Domini qui est ibi presens. secundum quod ipsemet dicit, Vbi sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Matthei decimooctauo. Ideo humiliatur chorus contra chorum, non sibiinuicem, sed Christo in medio existenti. Ideo profunde est humiliandum, ut exaltet uos. Secundo cum dicit, Humiliamini, &c. tangit omnes generaliter, quia in eleuatione corporis Christi omnes debent humiliari & genua flectere, quia in hostia est Christus uerus ut est in celo. Nota contra aliquos miseros, qui non flectunt genua, nec amouent caputium. Ecce quare dicit thema, Humiliamini. De hoc prophetia Dauid, Exaltate Dominum Deum nostrum, hoc dicit sacerdotibus. Et adorate scabellum pedum eius, scilicet hostiam, quoniam sanctum est, hoc dicitur omnibus generaliter. Psal. xcviij. quoniam sanctum est corpus Christi quod est intus. Ergo humiliamini sub potenti manu Dei, &c. Secunda species uere humilitatis est humilitas de obedientia, que ostenditur in operatione, que uenit ex consideratione salarij, sicut bos humiliatur ad iugum, quia Dominus prouidet ei, & portator ad onus ratione mercedis. Ita de nobis Christus tanquam bonus mercator fecit unum fardellum parui ponderis, sed magni pretij & lucri. Istud fardellum est obedientia ad decem precepta. Primum preceptum

est

eſt quod in tuis neceſsitatibus non recurras ad diuinos ſed ad Deum. Secundum quod cum honore & reuerentia loquamur de Deo, nō iurando nec blaſphemando. Tertium poſtquam laboraſti feria ſecunda & tertia, &c. ſeruias in Dominica ſibi, quia nullus dominus daret prouiſionem ſeruitori niſi faciat ſibi aliquod ſeruitium. Quartum honora parentes, nō ſolum ore ſed etiam corde, & opere ſeruiendo, & eos iuuando ſi indigent, quia nâtura docet. Quintum ne occidas inimicum, ſed ſicut Chriſtus in cruce remiſit & pepercit, ita exemplo eius parce. Sextum quod ſicut Chriſtus amore noſtri recepit carnem, ita amore ſui cuſtodiamus nos a luto luxurie. Vir & uxor ſeruantes modum non faciunt luxuriam, ſed aliter, &c. Septimum nec recipias aliquid ab aliquo, ſed labora in tuo officio diligenter, & ſis contentus de parte tibi data a Deo. Quilibet pater uult quod filij ſint contenti de parte eis data, alias pater non haberet patientiam quod unus reciperet partem alterius, ita de Deo. Octauum refrena linguam tuam a diffamationibus & falſis teſtimoniis. Nonum quia ſicut debemus cuſtodire corpora noſtra a luxuria, ita & animam, non cogitare de illa. Decimum cauere a concupiſcentia bonorum temporalium, de qua dicit Apoſtolus, Radix omnium malorum eſt cupiditas. j. Timot. vj. Ecce hic fardellum decem librarum mercatoris Chriſti, qui dixit cuilibet ueſtrum, Porta mihi hoc onus uſque ad portam domus mee. Porta paradiſi eſt mors. Hec porta Domini iuſti, non ſolum peccatores tranſibunt per eam. Et non promittit duodecim denarios uel unum florenum, ſed regnum celeſte, cui nihil eſt comparabile. Authoritas Chriſti dicentis, Tollite iugum meum ſuper uos & diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ueſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Matthei undecimo. Nota, Tollite, ut bos uel portitor, propter luctū. Si dicatur, Domine & quomodo portabimus? dicit, Diſcite a me, quia mitis ſum, &c. Domine quod ſalarium dabitis nobis? Reſpondet, Inuenietis requiem animabus ueſtris. Domine, & eſt magni ponderis? non. Nam iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Tertia ſpecies eſt de penitentia. & iſta oſtenditur in confeſsione. Iſta uenit ex conſideratione & memoria peccatorum, & penarum ex peccatis debitarum. Quando enim homo magnus dominus uel paruus, religioſus uel ſecularis cogitat de peccatis ſuis dicens, O miſer gentes honorant me, & ego ſum talis ribaldus, qui feci hoc & hoc. Et ſic cor humiliatur ad penitentiam, & ſic uenit ad confeſſorem & flectit genua, quia ita debet fieri, dicens, Pater ego ſum unus magnus peccator & proditor contra Deum, qui fregi ſibi fidem promiſſam in baptiſmo, feci uoluntatem diaboli, & confeſſor ſtat pro tribunali. Ecce humilitas penitentie. Nota de hoc ſimilitudinem in natura de pauone ſuperbo, qui ſuperbit quando uidet plumas ſuas, ſed quando

uidet

uidet suos pedes turpes, humiliatur & deponit caudam eleuatam. Sic est de nobis quãdo respicimus plumas nostras pulchras, cor superbit, quando homo cogitat genus suum uel corporalem pulchritudinem, uel fortitudinem, uel ornatum uestimentorum sicut mulieres, uel diuitias, & honores. Iste plume dant cordi superbiam, sed respiciatis modi cum pedes corruptos, quot peccata & corruptiones fecistis, que si ad lumen uenissent, & fuisset factus processus, iam fuissetis toties combustus, & sic humiliatur cor ad confitendum peccata. Ideo dicit scriptura, Humiliemus illi animas nostras, & in spiritu contrito & humiliato seruientes illi dicamus flentes Domino, ut secundum uoluntatem suam sic faciat nobiscum cito misericordiam suam. Et sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam de nostra humilitate glorietur. Iudith viij. Nota, humiliemus illi animas nostras, quia humilitas corporis sine humilitate anime potius est hypocrisis quam humilitas. Et in spiritu contrito, ecce contritio cordis, & humiliatio, ecce confessio oris. seruientes illi, scilicet in penitentia, ieiunando, abstinendo, orando, &c. quia melius est corrigere filium, scilicet corpus proprium uirga penitentie, quam si sagiones inferni, &c. Ideo Christus, Dico uobis quod nisi penitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Luce xiij. Ergo humiliamini, &c. Quarta species est humilitas de patientia, que ostenditur in tribulatione. Ista uenit ex consideratione impossibilitatis fugiendi manus Dei, quando Deus dat aduersitatem, immittens infirmitatem, paupertatem, & perditionem bonorum uel filiorum, non debetis murmurare contra Deum, sed dicere patienter, Domine sit in remissionem peccatorum meorũ. Domine ex quo placet uobis, ego recipio patienter, & sic homo facit de necessitate uirtutem. Ita fecit ille sanctus Iob, qui in una die perdidit septem millia ouium, tria millia camelorum, quingenta iuga boũ, & quingentas asinas, septem filios, & tres filias, quas Dominus oppressit. Et quando nuntiatum fuit sibi, dixit, Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Iob j. Ista est humilitas patiẽtie. De ista est exemplum in natura de caniculo qui fecit aliquid, & dominus recipit uirgam cõtra eum, & canis prosternit se in terram, quasi instinctu naturali cogitaret, quo fugerem? quis daret mihi uitam? Secus de magno cane rusticali, qui fugeret ad macellum. Ita de nobis. Deus tenet uirgam correctionis contra nos, & percutit & ferit te quãdo dat tibi aliquam tribulationem, &c. Ideo humilia te ut caniculus, & sic dulcoratur cor Domini, & proiicit uirgam. Sed cauete ne faciatis ut mastinus seu alanus, qui quando datur sibi panis a suo domino, facit sibi ludum de cauda. Sed si dominus recipiat uirgam contra eum, statim monstrat sibi dentes, & non uult redire ad dominum suum. Sed tunc dominus dimissa uirga cum ense percutit eũ. Ideo dicit scriptura,

Omne

Omne quod tibi fuerit applicatū accipe, & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe. Eccleſ. ij. Quinta eſt humilitas ſapiētie, que oſtenditur in conuerſatione. Iſta uenit conſiderando ſuperbie periculum, & humiliationis ſecuritatem. Ideo magna ſapientia eſt uiuere humiliter in hoc mundo, & magna ſtultitia uiuere ſuperbe & pompoſe. Hoc declaro per talem caſum. Ponatur caſus, quod rex uel Papa faciat magnum conuiuium in palatio ſuo, & omnes inuitati habeant intrare per portam paruulam & baſſam, nunquid eſſet ſtultus, ſi aliquis uellet intrare capite erecto, nolens ſe humiliare? talis enim lederet caput ſuum. Ita in propoſito omnes ſimul inuitati ſumus ad conuiuium regis Chriſti, & Pape in palatium paradiſi. Dicit enim Chriſtus, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Matt. xj. & porta per quam habemus intrare eſt ſtricta, ut dicit Chriſtus, Quam anguſta eſt porta, & arcta uia que ducit ad uitā, & pauci ſunt qui inueniunt eam. Matthei ſeptimo. Ergo ſi uolumus illuc intrare, oportet nos humiliari de pompis, uanitatibus, ſuperfluitatibus, & iniquitatibus, ſolum recipiendo neceſsitates, non delectari debemus nimis in negotiis huius mundi. Ideo dicit ſcriptura, Quanto maior es, ſcilicet in genere, honore, ſcientia uel dignitate, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Eccle. iiij. Nota, humilia te in omnibus.

De eadem dominica. Sermo ij.

Hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Lu. xv. Nota quod euangelium hodiernum oſtendit nobis quatuor de Chriſto. de quo loquitur thema dicens, Hic peccatores recipit, id eſt Chriſtus in ſua cura, ut medicus infirmos,

Primo quod eſt magiſter celeſtium,
Secundo quod eſt medicus ſpiritualis,
Tertio quod eſt paſtor humane creature,
Quarto quod eſt Dominus totius uniuerſi.

Primo igitur oſtenditur nobis in ſancto euangelio, quod Ieſus eſt, &c. Hoc oſtenditur in prima clauſula, cum dicitur, Erant appropinquantes ad Ieſum, &c. Publicani ſunt publici peccatores. Peccatores ſunt qui ueniebant ad Deum, ſed licet peccatores ſecrete peccabant, tamen uolebant Chriſtum ſequi propter ſuam predicationem, & hoc oſtenditur cum dicitur, ut audirent illum. Et in hoc dico, quod innuitur de eo q̄ eſt magiſter celeſtis. Tres enim magiſtri fuerunt, ſed Chriſtus fuit magiſter celeſtis. Primus fuit terrenalis, ſcilicet Moyſes, qui dicitur terrenus, quia intellectus poteſt capere que docuit. ut cum dicitur Deuterono. vj. Audi Iſrael, Dominus Deus tuus unus eſt. Diliges Dominum Deum tuum, &c. omnis enim creatura cōcedit, quod eſt unus. & ideo dicitur terrenus, quia terrena promittebat, & nihil celeſte. unde Io. iij

Quid de

Qui de terra est, de terra loquitur. Secūdus magister fuit celestis, quia est de eo ut de doctore Parisiensi, uel Colon, Christus in celo eternus cum patre existens, sed ueniens in hūc mundum indutus humanitate, incepit legere secreta magna, uidelicet quod ille de quo Deus fuerat locutus Moysi, esset trinus in personis, siue tres persone, cum dicit, Tres sunt qui testimonium dant in celo, pater, uerbum, & Spiritus sanctus, & hi tres unum sunt. j. Io. v. Item Moyses promisit terrena, sed in doctrina Christi non inuenietis quod promisit terrena, sed tātummodo celestia. Et hoc cum dicit, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Matt. v. Hic incipit nouum testamentum. Qui fecerit uoluntatem patris mei qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum. Mat. vij. Item non ordinabat sacrificium terrestre, ut faciebant sacerdotes antiquitus, sed ipse semetipsum in hostia consecrat. Facta enim consecratione, & uerbis consecrationis a sacerdote prolatis, est ibi uerus Deus & homo. Est enim in sacramēto eucharistie totus Christus. Nam ibi est corpus Christi, diuinitas Christi, & anima Christi, &c. De quo uide sanctum Tho. iij. par. q. lxxvj. ar. j. Ideo de ueteri sacramēto siue sacrificio dicit, Non est mihi uoluntas in uobis dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu uestra. Malach. j. Ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum. Et uos polluistis illud in eo quod dicitis, Mensa domini contaminata est, & quod supponitur contemptibile est cum igne qui illud deuorat. Ideo dicitur magister celestis. Ideo dixit illi Nicodemus, Rabbi scimus quia a Deo uenisti magister, nemo enim, &c. Ioā. iij. Tertius fuit magister infernalis, rex super omnes filios superbie. Et iste uenit ad consulendum Machometo, qui ostendit ei infinita mala, maxime de luxuria, ita quod si non posset habere mulierem quod haberet uirum. Et ecce magister infernalis. Nota historiam de hoc Matth. xxij. de secta Sadduceorum, qui ex una parte erant Iudei, & ideo tenebant sectam Sarracenorum, quamuis adhuc non essent Sarraceni, & accesserunt ad Christum faciendo questionem de muliere que habuerat septem uiros. Quibus dicit respondendo, Erratis nesciendo scripturas neque uirtutem Dei. In resurrectione enim non nubent neque nubētur. Ideo poterat dicere, Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo. Io. iiij. Nemo ascendit in celum, scilicet promittendo celestia, sed terrena. Ideo si terrena dixi uobis & non creditis, &c. & hoc per Moysen. Secundo ostenditur in euangelio, quod Christus est medicus spiritualis, dando medicinam plagis & uulneribus peccatorum nostrorum, quod ostenditur cum dicitur, Scribe & Pharisei murmurabant dicentes, quia hic peccatores recipit & manducat cum illis, qui reprehē-

debant

debant iniuſte eum. Medicus enim cum quibus debet habitare, cum ſanis uel cum egris? Nulli dubium quin medicus infirmis neceſſarius eſt. Vnde Auguſt. Magnus ad nos uenit de celo medicus, quia in mundo ubique iacebat egrotus. De hoc dicitur, Hic, ſcilicet Chriſtus, peccatores recipit. Quomodo iſte medicus curat uulnera, quando, ſcilicet recipit in ſua cura aliquē. Et de hoc habetur ſermo in die cinerum, Cum ieiunas unge caput tuum, & faciem tuam lauа, &c. Tertio oſtenditur in euangelio quod Chriſtus eſt paſtor humane creature, & hoc oſtenditur in ſolicitudine ouium, cum dicit, Erat quidam habens centum oues, & perdidit unam, & dimiſit nonagintanouem. Iſte paſtor eſt Chriſtus, qui dicit, Ego ſum paſtor. Ioan. x. Tunc perditur una ouis quando unus homo propter peccatum aliquod perditur, ut puta quando uides unam mulierem quam concipiſcis, &c. Vnde maxime ſunt duo peccata que faciunt perdere ouem. Primum eſt iurare enormiter. Secundum eſt ludus taxillorum. Per iſta duo peccata perduntur quā plures oues, ueniunt ex iſtis mortalitates, & fames. Ideo dicebat Dauid, Erraui ſicut ouis que periit, & ideo quando ouis redit ad ouile, eſt magnum gaudiū in celo. Quarto oſtenditur in euangelio quod Chriſtus eſt Dominus uniuerſalis dicitur, Que mulier. uſque ibi, Penitentiam agite. Iſta mulier domina decem drachmarum eſt miſericordia Chriſti. Et miſericordia Chriſti uocatur mulier, quia communiter mulieres habent cor pium, & miſericordiores ſunt uiris, & ideo Chriſtus cōparat ſuam miſericordiam mulieri. No. decem drachme ſunt decem creature, in quibus eſt imago diuine bonitatis. Et ſunt nouem ordines angelorum, ſcilicet angeli, archangeli, &c. & natura humana. Et ſicut in drachma eſt imago regis, ſic in iſtis ſimiliter. Nam Deus non poſuit imaginem ſuam in aqua, nec in terra, nec in aere, ſed in creatura humana. Sed decima drachma fuit perdita, ſcilicet natura humana, propter peccatum primi hominis. Nota, ſic fuit, ſicut ſi tu haberes captiuum & captiuam, ſimiliter omnes filij eſſent captiui. Sic ſimiliter quando Adam & Eua uendiderunt ſe diabolo, ita & omnes eorum ſequaces. Ideo mulier, ſcilicet miſericordia Dei accendit lucernam, ſcilicet Chriſtum. Nam ſicut in candela ſunt tria, ſcilicet cera, filum, & lux, ita in Chriſto ſunt tria, ſcilicet cera humanitatis, filum anime ſenſitiue, & lux diuinitatis. De iſta candela dicit Dauid in pſal. Quoniam tu illuminas lucernam meam, domine Deus meus illumina tenebras meas. Ita candela euertit domum in mundo predicando, ieiunando, ambulādo, &c. & inuenit eam in die ueneris ſancta, ideo dicit uicinis ſuis, id eſt angelis, creaturis, &c. Congratulamini mihi, quia inueni ouem quam perdideram, &c.

De eadem dominicā.
Sermo iij.

Que

Que mulier habens drachmas decem. Luce xv. Sermo noster erit de sancto euangelio, quod continet magna secreta sacre scripture; & multas bonas doctrinas notabiles. Sed primo salutetur uirgo Maria. Sequitur, Que mulier, &c. In isto euangelio ostenditur Christus excellere in quatuor exellentiis siue modis,

Primo ostenditur ut magister celestialis,
Secundo ut medicus Spiritualis,
Tertio ut pastor uirtualis,
Quarto ut dominus uniuersalis.

De istis exellentiis dicit thema, Que mulier habens, &c. Primo ostenditur sicut magister celestialis ut supra. Si enim Moyses audiendo uerba Dei stetit quadraginta diebus, & totidem noctibus, in quibus non manducauit neque bibit, quanto magis stare debent qui ipsum uiderunt, & cum ipso comederunt & audierunt, quia erat homo, & erat inter eos loquens & conuersans. Ecce quomodo ostenditur magister celestis. Et fuit completa prophetia. Isa. l. Erigit mane, mane erigit mihi aurem, ut audiam eum quasi magistrum. Videtur enim, quod ibi sit nugatio, & tamen non est, sed ibi est secretum, erigit mane. Et duplicat, cuius ratio est, quia non sufficit audire doctrinam Christi aure corporali, sed etiam cordiali, scilicet ad credendum & ad obediendum. Nota mane, & dicitur in ortu solis, quando mittit radios suos per uniuersam terrã, sic Christus qui dicitur sol iustitie. Vnde dicitur uirgini Marie, Exte ortus est sol iustitie, &c. Item Deus pater promittens filium suum dicit, Orietur uobis, id est ad utilitatem uestram, sol iustitie, qui exiuit de utero uirginis Marie, & expandit radios doctrine euangelice. Audiã eum quasi magistrum. Moraliter. Magna est consolatio christianorum qui habuerunt talem magistrum in fide, qui non potest mẽtiri, nec fallere. ideo crede firmiter. Matth. xxij. Scimus, quia uerax es, & uiam Dei in ueritate doces. Alie gentes habuerunt doctrinam a peccatoribus, ut Pharisei & Iudei a Moyse, quia licet hec doctrina sit uera, tamen Moyses peccauit, & propter peccata sua non intrauit terrã promissionis. Sed non sic est de Christo qui peccatum non fecit. Et sic patet stultitia presumptiua eorum qui secum disputant. Quomodo est possibile, quod Christus sit in hostia consecrata? Deus enim potest totum mundum comprehendere in grano arene. ideo nihil debent dubitare. Nunquid reputaretur fatuus qui ad lumen candele uellet probare nouos florenos ab aliquo sibi datos, quia per tot fornellos transierunt, ponantur in bursa, quia talis est stultitia, quia duodecim articuli fidei sunt de auro purificato, qui, scilicet transierunt per tot fornellos, scilicet Christi & Apostolorum coram Pharisẽis disputando, & tu ad lumen candele tui intellectus uis examinare, ponas in bursa conscientie

ſcientie tue. Inde hoc Hieronymus dat cõſilium omnibus Chriſtianis, ut quilibet ſciat Credo in Deum, dicendo illud bis in die, uidelicet in ſero & in mane, ſicut qui facit homagium regi dando fidem genibus flexis. Sed tu poſſes dicere, Domine neſcio Credo in Deum, culpa tua eſt, tu bene ſcis cantilenas, ideo addiſcatis, & dicatis ut dicit Dauid qui fuit ante Chriſtum per mille annos, & ſciebat in ſumma iſtos articulos, & dicebat, Credidi, ſcilicet uirtutem fidei Chriſtiane ſpiritu prophetie, propter quod locutus ſum. Dauid. Et ſequitur, Ego autem humiliatus ſum nimis. Nam ſicut candela abſcõſa niſi poſſet reſpirare, ſtatim extingueretur. Ita eſt de nobis. Fides enim eſt ut candela accenſa in corde. Vnde Dauid, Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, ne uidelicet ſim in tenebris erroris aut falſe opinionis. Credo quod quilibet ueſtrum habet iſtam candelam in corde, ſed niſi reſpiret dicendo, Credo in Deum, mane & ſero, extinguitur. Ideo modo ſunt multi Chriſtiani in mundo nomine, qui nõ ſunt de facto fideles, & tamen nõ audent cõfiteri nomen Chriſti. Si confeſſus fueris in ore tuo Dominum Ieſum Chriſtum, & in corde tuo credideris, ſaluus eris. Sequitur, Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem cõfeſsio fit ad ſalutem. Ro. x. Secundo Chriſtus oſtenditur in euangelio ut medicus ſpiritualis, qui dat curam & ſanitatem plagis noſtris, & morbis peccatorum noſtrorum, quod oſtenditur ibi, Murmurabant Phariſei, &c. Not. ſcriba nõ dicitur ab arte ſcribendi, ſed a notitia ſcripture, & idem erat quod doctor. Et murmurabant cõtra ipſum Chriſtum, ipſum toraliter cõdemnando. O magna eſſet cecitas cõdemnare bonum medicum, qui intrat hoſpitale ad uiſitandum infirmos, ideo reſpõdit eis Chriſtus, Nõ eſt opus ſanis medicus. Matth. ix. Ecce quomodo oſtenditur medicus ad ſanandum plagas & infirmitates ipſorum. Moraliter. Videamus quomodo dat medicinas plagis peccatorum. Dico quod ad ſimilitudinem medici corporalis, qui quando recipit infirmum, facit ſanum. Hoc habetur in ſermone in die cinerum. Et tantum de hoc ſecundo. Dico tertio quod Chriſtus oſtenditur ut paſtor uirtualis, qui uult ſeruare oues ſuas. Quod oſtenditur cum dicitur, Quis ex uobis habet centum, &c. Ecce quõ Chriſtus oſtendit ſe eſſe paſtorem uirtualẽ, & cõcordat ꝓphetia quam dicebat Ezech. xxiiij. Ecce ego ipſe requiram oues meas, & uiſitabo eas. Sicut uiſitat paſtor gregem ſuum in die quando fuerit in medio ouiũ ſuarum diſſipatarum, ſic uiſitabo eas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus diſperſe fuerãt in die nubis & caliginis, & educam eas de populis, & cõgregabo eas de terris, & inducã eas in terram ſuam, & paſcam eas in mõtibus Iſrael. Moraliter exẽplum & doctrinam habẽt hic Domini temporales & eccleſiaſtici, quantã curã debent habere de ouibus corrigendis ne pereant. Nota ꝙ ſunt quatuor peccata mortalia que ſunt in deſtructionẽ ouiũ. Primũ eſt ſuſtentare diuinos & diuinas, qd eſt cõtra

reuerentiam Dei,ut habetur primo libro regum de Saule,qui ex precepto Dei omnes diuinos extirpauit,nisi unam mulierem phitonicã.No. historiam,& sic ipse fuit uictus in prelio,& filius eius. Et postea nullus de suo genere regnauit.dicitur.j.Parali.x.Mortuꝰ est Saul,&c. Si scitis aliquã,pnuntietis,&c.Ecce lex Dei nõ solum medicinalis,sed etiã moralis.Diuinus enim nõ solũ nocet sibi,sed etiã toti cõmunitati,quãdiu sustinetur in una ciuitate,ira Dei est in illa.Secundũ est blasphemia diuinalis,quia cũ honore debemus assumere nomẽ Dei nostri, ita quod nullus debet assuescere falsum iuramentum dicere. Vnde multi nostrũ nõ solum iurant falsse,sed etiam enormiter,siue per corpus siue per sanguinem.Itẽ renegant, sed renegare Dominũ suũ nõ est opus nobiliũ. Tales tẽpore antichristi sine magna uiolentia, &c.Itẽ blasphemant cõtra Deum & cõtra beatam uirginẽ,& cõtra omnes sanctos & sanctas, & eis hoc adhuc nõ sufficit,sed quando sciunt aliquem iurantem,instigant eũ ut fortius iuret,& tunc rident & multũ delectantur.Nota illud quod habetur Leui.xxiiij. Dixit Deus Moysi,Educ blasphemũ extra castra,& ponant omnes qui audierunt, manus suas supra caput eius, & lapidet eum uniuersus populus.Dico uobis quod omnes debetis clamare cõtra eum sicut cõtra lupum,& iam nullus est qui curat, sed omnes modo ad eum cõfugiunt tanquam ad Deum. Tertium est negligẽtia in festiuitatibus obseruandis,quia scilicet modo nõ seruantur, imo aperiuntur operatoria. Omne tempus uoluitur in septem diebus,& Deus qui est Dominus tẽporis dedit nobis sex dies ad operandum,& unum solum sibi retinuit.Vnde habemus tale a Deo preceptũ,Memẽto ut diem sabbati sanctifices.Exod.xx.Sabbatũ quasi requies que fuit in die resurrectionis. in memoriam eius Christiani debent quiescere ab omni opere seruili.Quartum est sustinere ludum taxillorum,qui est fons blasphemie.Ideo extirpetur,quia est destructio totius cõmunitatis.Nota historiam que habetur intribus capitulis.iiij.Reg.xix.de rege Sennacherib, quia pro eius blasphemia occidit eum Deus, sed quare hoc?Quoniam qui talia agunt digni sunt morte.Roma.j.gl.Augustꝰ.Cõsentientes & facientes pari pena puniẽdi sunt.Quarto ostenditur Christus ut Dominus uniuersalis,cum dicit thema, Ecce mulier, &c. Nota ut in precedenti sermone,quare misericordia diuina cõparatur mulieri. Nota quomodo Christus euertit domum in predicatione, quia nullus curabat de celo,sed de terra tantum. Christus enim euertit ut despiciatur terra.Item secundũ leges imperiales solutus & soluta poterant stare simul,sed Christus euertit per matrimoniũ. Itẽ leges imperiales sustinebant usuras & fraudes, sed Christus euertit & precepit ꝙ ex mutuo nihil recipiatur.Accendit lucernã, scilicet per incarnationẽ, & euertit domũ.s.per ꝓdicationẽ,& querit diligenter in terra per mortẽ,aut ĩ inferno,& uenit in domũ in ascẽsione,& uocauit uicinos.i.ordines

dines angelorum, archangelorũ, principatuũ, dominationum, uirtutũ, thronorum, poteſtatum, Cherubin, atq; Seraphin, & dixit iſtis uicinis, Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram, &c.

Dominica iiij. de Euangelio. Sermo j.

ESTote miſericordes ſicut & pater ueſter miſericors eſt. Luc. vj. Hoc preſens euangelium hodiernum eſt predicationis uerbum, & doctrina Chriſti, in quo oſtendit ſingulariter ſex uirtutes nobis neceſſarias.

Prima eſt miſericordia proximalis,
Secunda amicitia fraternalis,
Tertia patientia uirtualis,
Quarta confidentia ſupernalis,
Quinta ſapientia diuinalis,
Sexta prouidentia naturalis.

In iſtis ſex uirtutibus uel doctrinis ſtat totũ euangelium hodiernũ. De prima autẽ loquitur thema dicens, Eſtote miſericordes ſicut pater ueſter miſericors eſt. q. d. recipiatis exẽplum & doctrinam a patre ueſtro celeſti. Quia boni filij debẽt eſſe ſimiles bonis parẽtibus in bonis operibus. Itẽ dixit Chriſtus Iudeis, Si filij Abrahe eſtis, opera Abrahe facite. Io, viij. Dico primo quod Dominus Ieſus Chriſtus in ſancto euangelio hodierno oſtendit unam uirtutem que dicitur miſericordia proximalis, de qua dicit thema in principio euangelij, Eſtote miſericordes ſicut & parter ueſter miſericors eſt. Miſericordia Dei erga nos eſt ita magna & copioſa, quod quicquid fecit, quicquid habet, quicquid eſt in celo & in terra, & in elementis, omnia dat nobis liberaliter etiam ſeipſum. Primo dat nobis terram ad habitandum, quia in aqua nõ poſſemus uiuere uel in aere ut uolucres. Dauid, Terram autem dedit filiis hominum. Et nõ dedit illam uacuam, ſed plenam arboribus & plantis, animalibus, fontibus, torrentibus, mõtibus, &c. Et totum dedit nobis, quia pro ſe nihil eorum indiget. Secundo dedit nobis aquam ad nauigandum, piſcandum, mundandum, &c. Tertio dedit nobis aerem ad reſpirandum, quia alias non poſſemus uiuere. Item dedit nobis uolucres ad ſeruitium noſtrum. Item dedit nobis nubes in refrigerium ſolis, & pluuias. Quarto dedit nobis ignem ad calefaciendum, & ad preparandum cibaria. Solem ad illuminandum, calefaciendum, & fructificandum. Idem de Luna & planetis, omnes influunt. Quinto dabit nobis celum empyreum. Dicet enim in iudicio uniuerſali bonis, Venite benedicti patris mei. poſsidere paratum uobis regnum a conſtitutione mundi. Matthei uigeſimo quinto. Item dat nobis angelos in cuſtodiam. Item dat nobis ſemetipſum. Primo dedit animam ſuam in redẽptionẽ animarũ noſtrarũ. Dat nobis corpus in hoſtia cõſecrata ad cõmunicandũ. Item dat nobis diuinitatem in obiectum beatificationis

Nõne uidetur ergo uobis quod est magna misericordia ei⁹ erga nos? Nunquid diceretur multum misericors dominus,rex,uel papa, qui omnia sua daret?ita facit Deus.Ideo apostolus, Deus qui prestat, id est dat nobis omnia abunde ad fruendum,id est utendum,bene agere,diuites fieri in bonis operibus.j.ad Timot.vj. Cum ergo deceat filios bonum patrem imitari,propter hoc dicit Christus nobis qui in baptismo facti sum⁹ filij Dei,Estote misericordes sicut & pater uester misericors est.Sinõ damus totum, ad minus faciamus partem indigentibus de bonis tam spiritualibus quam tẽporalibus.Verbi gratia.si habetis magnam scientiam,detis partem ignoranti sibi ostendendo qualiter se debet regere.Idem de deuotione ad indeuotum,& de cõsilio ad dubitantem,& sic de aliis.Idem de bonis tẽporalibus,si habetis panem, uinũ, domum,pecunias,uestes,diuidatis cum pauperibus Christi, & tunc eritis similes patri uestro.Ideo dicit scriptura,Estote inuicem benigni,misericordes,donantes inuicem,sicut & Deus in Christo donauit uobis. Estote imitatores Dei sicut filij Dei charissimi,& ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit uos.Ad Ephes.iiij. & v.c. Nota hic de usurariis qui nolunt dare nec mutuare nisi ad usuram.Nõ sunt filij Dei,quia nõ assimilantur patri &c.Secundo ostenditur in euangelio hodierno secunda uirtus.que est amicitia fraternalis,que in hoc cõsistit ne unus loquatur male de alio ipsum diffamando uel peccatum eius occultum publicando,cũ dicitur,Nolite iudicare & nõ iudicabimini.Nolite condemnare & nõ cõdemnabimini.Ista uerba nõ dicuntur iudicibus nec dominis, quia ipsi debent & tenentur iudicare & cõdemnare iuridice. Sed loquitur generaliter, ne adinuicem faciamus iudicia temetaria, scilicet facta uel dicta aliorũ in siniſtrã partem interpretãdo.Verbi gratia.si audis aliquid ꝙ possit tam in bonum quam in malum interpretari,semper interpretandum est in bonum.Item si uidetis mulierem loquentẽ cum clerico,potest interpretari in bonũ & malum.ideo in bonum est interpretandum.xj.q.iij. Absit in gl.Sed sunt quedam ita mala de se,que nõ possunt ad bonum interpretari,ut homicidium, furtum, falsum iuramentum.Ista possumus iudicare & cõdemnare,quia de peccatis notoriis possumus iudicare & cõdemnare.Vnde dixit Christus,A fructibus eorum cognoscetis eos.Matt.vj. Sed cauete a iudiciis secretis & incertis, quia regalia Dei patris de his habet iudicare & condemnare.Nota in uitis patrum de fratre iudicante fornicãtẽ secrete. Cui angelus dixit,uolens ipsum corrigere, Quis peccat plus, qui facit cõtra castitatem an cõtra charitatem?Respõdit,quod ille qui facit cõtra charitatem,& bene.Ideo dixit ille,Plus peccas tu quam ille. Nota etiã de sancto patre despiciente & iudicante comedentem in die ieiunij. Ideo apostolus,Nolite ante tempus iudicare,quoadusque ueniat Dominus qui illuminabit abscõdita tenebrarum, & manifestabit consilia

cordiũ

cordium.j.Corinth.iiij. Tertia eſt patientia uirtualis unius ad alterum, ſi fiunt nobis iniurie quod remittamus & ſimus amici, hoc notatur cū dicitur,Dimittite & dimittetur uobis.Date & dabitur uobis.Ira, odiū, & impatientia hominum huius mundi ſtant in duobus locis, ſcilicet in corde,& in ore.In corde enim cōſiſtit odium, ira, rancor, & deſiderium uindicte.De hoc dicit Chriſtus, Dimittite.ſ.odium cordis, & dimittetur uobis.ſ.debitum pene pc̄ōrum. Ratio, quia Deus nō poteſt uinci nec ſuperari a creatura in bonitate.Si ergo inimicus iniuriam tibi intulit,& tu etiam peccando iniuriam Deo intuliſti,& maiori iniuria incōparabiliter Deum offendiſti. Si ergo nō habes tantam bonitatē, q̄ parcis inimico tuo,niſi Deus parceret tibi, uideretur uictus, q̄ abſit. Ideo quando remittis,& ipſe remittit tibi.Et iſte eſt melior modus obtinendi remiſsionem pc̄ōrum,remittere inimicis,quā alij.Ideo Chriſtus in petitione,Dimitte nobis debita noſtra.Et aſsignat rationem, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.In aliis petitionibus nō aſsignatur ratio,ſed ſolum in iſta.Et nō dicit ſicut oramus,uel iciunamus, uel eleemoſynam damus, uel hoſpitalia edificamus,ſed ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Si queratur, ſi ego remitto inimicis,& ſum in aliquo alio pc̄ō mortali, obtineo remiſsionem quam uos facitis.tantum placet Deo q̄ impetrabit uobis cōtritionem de peccatis,& Deus nō permittet uos m̄ori in peccato, ex quo propter honorē Dei remittitis,nō propter preces dominorum.Alias diceret Chriſtus, Pater meus celeſtis trader uos tortoribus, ſi nō remiſeritis unuſquiſque fratri ſuo de cordibus ueſtris Matth.xviij.Secundo odium,ira,& impatientiā cōſiſtit in ore.Ideo dicitur,date.ſ.uerbum ſalutationis, & dabitur uobis uerbum ſaluationis.Not.cōtra illos,qui dicunt cōfeſſoribus, Nolo ſibi malum,tamen nō loquerer ei.Hoc nihil ualet,quia os eſt ſignum cordis;Date ergo ſignum in ore,quod dimiſiſtis odium cordis. Ideo multi moriuntur ſine uerbo,quia nō poſſunt cōfiteri, nec facere teſtamentum, quia auferunt uerbum proximo, nec Chriſtus loquitur eis in porta paradiſi,niſi illud,Amen dico uobis,neſcio uos.In hoc maxime deficiunt mulieres.Ideo Chriſtus, Si ſalutaueritis fratres ueſtros tantum,quid amplius facitis.Nōne & ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo perfecti ſicut pater ueſter celeſtis perfectus eſt.Matth.v.Quarta uirtus eſt cōfidentia ſupernalis.Debemus enim in hoc mundo confidere de Deo,& nihil nobis deficiet. Hoc notatur cum dicitur, Menſuram bonam,& cōfertam,& coagitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinum ueſtrum.Eadem quippe menſura qua menſi fueritis,ſcilicet in hoc mūdo, ſeruiendo Deo,remetietur uobis,ſcilicet in alio mundo.Not.cum dicit,Eadē menſura, non dicit equali menſura,ſcilicet quod gloria ſit equalis bone uite, ſed dicit eadem, quia inter uitam bonam, miſericordiam, & opera meritoria, & gloriam eternam non poteſt inueniri

equalitas. Nam opera noſtra bona quantumcunque ſint magna etiam merita, nihil ſunt reſpectu unius hore glorie. Sicut ergo non poteſt eſſe equalitas inter florenos & denarios, ſic nec inter gloriam Dei & opera noſtra. Apoſtolus, Exiſtimo quod non ſunt condigne paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, que reuelabitur in nobis. ad Romanos octauo. Inter opera noſtra & gloriam Dei non eſt equalitas quantitatis, ſed proportionabilitatis, quia qui plus facit de bono, plus habet de gloria. Ecce quare dicit, Eadem quippe menſura, &c. Nota quod pro bonis operibus Deus dat quatuor retributiones, duas in hac uita, & duas in alia uita, & omnes ponuntur ibi, Menſuram bonam, & confertam, &c. Prima eſt retributio bonorum temporalium in hoc mundo, cum dicitur, Menſuram bonam, &c. Deus enim prouidet ſuis ſeruitoribus de omnibus neceſſariis. Non dicat religioſus, unde habebo ueſtes, &c. nec clericus dicat, oportet me uendere miſſas & ſacramenta, ſed ſeruias diligenter Deo, quia prouidebit. Et quia modo tam male ſeruimus Deo, mirum eſt quod inuenimus aquam in puteis. Idem de laicis, qui dicunt, faciam uſuram ut poſsim uiuere. Idē de mulieribus que uolunt habere ſpeciales, ut prouideantur, &c. Si bene ſeruiretis Deo quilibet in ſuo ſtatu, Deus prouideret uobis. Authoritas. Timete Dominum omnes ſancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eum. Diuites eguerunt & eſurierunt, inquirentes autem Dominū non minuentur omni bono. pſal. xxxiij. Timetur Deus quando nulla cauſa ſit contra eius honorem. Secunda retributio eſt etiā in hoc mundo, ſcilicet bonorum ſpiritualium, cum dicitur, Menſuram confertam dabunt in ſinum ueſtrum. Confertam, id eſt plenam, a confero, cōfers, & hec eſt abundantia bonorum ſpiritualium in anima. Nam qui bene ſeruit Deo, non ſolum remuneratur hic in bonis tēporalibus, ſed etiā in ſpiritualibus, dat Deus in anima gratiam ſuam, conſolationes multas, & illuminationes, uirtutes, & reuelationes, &c. Requiem dabit tibi Dominus Deus tuus ſemper, & implebit ſplendoribus animam tuam. Eſa. lviij. Tertia retributio ſignificatur cum dicitur, Menſuram coagitatam, id eſt compreſſam. Iſta retributio datur a Deo in alio mundo ſtatim quando anima recedit a corpore, tunc enim uidet diuinā eſſentiā, trinitatem perſonarū, & humanitatem, uirginē Mariā, angelos, & ſanctos. De iſta dicit ſcriptura, Iuſtorū anime in manu Dei ſunt, & nō tanget illos tormentum malitie. Viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace. Sap. iij. Quarta retributio tangitur cum dicitur, Menſuram ſupereffluentem, &c. id eſt ſuperius effluentem. Iſta retributio erit in generali iudicio, quando gloria anime redūdabit in corpus, ſicut modo eſſe ſubſtantiale anime cōmunicatur corpori. & ſimul faciūt unam entitatem, que dicitur humanitas. Ita tunc anima communicabit corpori gloriā ſuā, quia nō erūt diuerſe glorie anime, & corporis,

ſed una

ſed una. Sicut lucerna accenſa cõmunicat lumen laterne, ita anima cõmunicat gloriam corpori. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem. j. Cor. xv. Quinta eſt ſapientia diuinalis que oſtenditur ibi, Nunquid poteſt cecus cecum ducere. Nõne enim ambo in foueam cadunt? Nõ eſt diſcipulus ſupra magiſtrũ, perfectus autẽ omnis erit ſi fit ſicut magiſter eius. Sapientia diuinalis cõſiſtit in hoc, quod in ſecretis fidei & ſacre ſcripture eligendus eſt magiſter, uidens per approbatã ſcientiam, & ducens, & oſtendens uiam per ſanctam uitam. In ſecretis autem fidei quilibet uiator eſt cecus, quia nullus ſciuit unquã aliquid niſi quantũ Chriſtus uoluit reuelare, qui ab inſtanti ſue cõceptionis uidit omnia ſecreta Dei. Hic patet error Iudeorum qui recipiunt ductorem cecum, ſcilicet Moyſen, qui nunquam in hoc mundo uidit Deum niſi in raptu, imo dicit ſibi Deus quando petiit pro gratia quod poſſet eum uidere, Nõ uidebit me homo & uiuet. Exo. xxxiij. Itẽ patet error Agarenorum qui ſequuntur cecum Machometum. Nunquid poteſt cecus cecum ducere? Ratio, quia diſcipulus nõ eſt maior magiſtro, quia ſi magiſter cadit, etiam & diſcipulus qui eũ ſequitur. Solus ergo Chriſtus eſt magiſter cui debet credi, & ductor qui nunquam errauit in uia paradiſi. Ipſum ergo debent omnes gentes eligere in magiſtrũ & ductorem. Deum nemo uidit unquã niſi unigenitus filius, qui eſt in ſinu patris: ipſe enarrauit, ſupple ſecreta fidei. Io. j. Que cõtinẽtur in Credo in Deum, in quo ſunt xij. articuli. dicatur moraliter. Nunquid poteſt cecus cecum ducere? Sunt aliqui quando debent confiteri, ſciẽter eligũt confeſſorem cecum, ſicut ſunt uſurarij, cõcubinarij, uindicatiui, latrones, & ſimiles dicendo, ſi ego cõfiterer tali, qui eſt multum intelligẽs, nõ abſolueret me, & ſcientes uadunt ad beſtiam ignorantem, non cognoſcentem peccata, & condemnat ſe, & uenientes ad ſe, quia neſcit quid debeat eis iniungere, ex quo, &c. Ideo ambo in foueam cadunt. Cum tamen Chriſtus auiſando uos dicat, Sinite illos, ſcilicet cõfeſſores ignorantes, ceci ſunt & duces cecorum, &c. Mat. xv. Nota exẽplum de illo homine in omni genere capitaneo armorum, qui infirmus ex uerecundia uocauit ſcutiferum ut uocaret ſibi bonum cõfeſſorem ſicut fecit, quo refutato uocauit alium, &c. Ecce quare dicit, Nunquid poteſt cecus cecum ducere, &c. ſcilicet quando fit electiue. Sed quando uos creditis quod confeſſor eſt bonus & ſufficiens, & eſt preſumendum quod eſt ſufficiens, quia eſt in ueritate magiſter, uel lector, uel prior, & eſt oppoſitum, ipſe ſolus damnatur, & uos eſtis excuſati. Sexta uirtus eſt prouidentia humanalis, ſcilicet qualiter homo ſe debet gubernare in hoc mundo contra peccata, maxime cum dicitur, Quid autem uides feſtucã in oculo fratris tui, trabem autem que in oculo tuo eſt non uides. uſque in finem. Trabs magna eſt peccatum mortale magnum, ut homicidium, furtum, ſacrilegium, adulterium,

& huiusmodi. Dicatur de quolibet istorum quid est. Item simonia, usura, falsa iuramenta, blasphemie. Festuca autem est peccatum ueniale, ut plus comedere ex bonitate panis uel bibere, nō tamen inebriari, quia tunc esset mortale, nimis ridere uel dormire, & sunt multi qui uolunt corrigere ista peccata uenialia aliorum, & nolunt corrigere sua peccata mortalia. Ideo dicit Christus, Quid autem uides festucā in, &c. Hoc maxime dicitur malis iudicibus, dominis, prelatis, & rectoribus populorum, siue communitatibus magnis peccatoribus, uolentibus corrige re uenialia aliorum, & non mortalia suorum. Nota de pirata, cui Alexā der dedit sententiam mortis. Qui dixit, Ego qui tam modico nauigio uitam perquiro, latro uocor. Tu qui cum magna classe mundū uastas, diceris Imperator. Ita est de multis iudicibus qui condemnant paruos latrones qui parua receperunt. Et ipsi qui plus furantur uel per usurā, rapinam, calumniam, & simoniam, dicuntur iudices & domini. Ideo tali domino dicit Christus, Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo, &c. Quia ordo naturalis prouidentie est primo prouidere sibi, & consequenter aliis. Attende tibi & doctrine, insta in illis. Hoc etenim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. j. ad Timo. iiij. Debet cogitare iudex quando condemnat aliquem intra se dicens, O miser ego condemno istum in tali specie, ego feci peiora, quia si fuisset scitum ego fuissem combustus, tot anni sunt. Ideo confitebor primo, & post dabo sententiam contra illum, alias grauiter peccaret iudex cō demnādo alium in peccato. Ideo Apostolus prelatis, dominis, & iudicibus, Attendite uobis & uniuerso gregi in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiā Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in uos, non parcentes gregi. & ex uobis ipsis exurgent uiri loquentes peruersa, ut adducant discipulos post se, propterea uigilate, &c. Act. xx. cap.

De eadem Dominica. Sermo ij.

PAter uester misericors est. Lu. vj. Thema dat mihi motiuum declarandi uobis gradus diuine misericordie, quos Deus ostendit nobis. Materia erit utilis, &c. salutetur uirgo Maria, &c. Cogitaui quomodo possem uobis bene declarare gradus diuine misericordie erga peccatores. Et inueni quod Dauid posuit sex gradus diuine misericordie in duobus uersibus psalterij dicens, Miserator & misericors Dominus, patiens & multum misericors. Suauis Dominus uniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Psal. cxliiij. Ecce quare dicit thema, Pater uester misericors est, &c. Sūt ergo sex gradus misericordie Dei,

Primus est retardatio eterne damnationis, ibi, miserator,

Secundus est ex parte continue temporalium donationis, ibi, & misericors,

Tertius

Tertius eſt ſupportatio criminalis grauationis,ibi,patiens,
Quartus eſt remiſsio culpe ex parte uere contritionis, hic, multum miſericors,
Quintus eſt relaxatio pene ex parte deuote orationis,hic,ſuauis,
Sextus eſt donatio gratie ex parte humilis petitionis,hic cum dicit, miſerationes eius,&c.

Primus gradus tangitur ibi,miſerator Dominus,id eſt miſericordie dator,quia non ſtatim infert damnationem peccatori,magna miſericordia eſt iſta. Nam poſtquam iudex fecit proceſſum contra aliquē & dedit ſententiam contra eum, ſtatim fit executio ſine miſericordia. Non ſic facit Deus,ſed miſericorditer expectat,proceſſus peccatorum noſtrorum etiam factus eſt,& omnia peccata noſtra ſunt iam ſcripta in libro ſcientie Dei,ſtatim quando homo facit peccatum, ſiue corde male cogitando,ſiue ore male loquendo,ſiue opere male operādo, opus tranſit & remanet peccatum ſcriptum in libro Dei. Authoritas, Dicebat Dauid, Imperfectum meum uiderunt oculi tui,& in libro tuo oēs, ſupple defectus mei,ſcribentur,dies formabuntur,& nemo in eis. Pſal. cxxxviij. Item ſententia eſt iam data. Anima que peccauerit ipſa morietur,ſcilicet morte eterna. Ezec. xviij. Sed ecce diuina miſericordia,quia cum proceſſus ſit factus,& ſententia data contra peccatorem, nō tamen ſtatim fit executio,imo expectat diem unum,menſem unum,annos tres & quatuor & decem,xx.&c. ad penitentiam, quia ſi uis conuerti,totum reuocabit. Ecce quanta eſt eius miſericordia,per quot annos expectauit te religioſum,quot anni ſunt quod tu incepiſti peccare. Idem de clericis,&c. O ſi cogitaueritis quomodo eſt magna miſeri cordia iſta. Vultis eam cognoſcere? Dicunt ſancti doctores q̄ a principio mundi Deus creauit innumerabiles angelos,ſanctos & bonos omnes,& maior eorū Lucifer uoluit Deo equari, & reuelauit hoc aliis, & multi de quolibet ordine tanquam adulatores conſenſerunt ſibi. Ecce peccata eorum. Michael autem non conſenſit ſibi,imo contradixit, & Gabriel,Raphael,& alij boni. Quot annis creditis quod Deus expectauit angelos peccantes? Reuera nō per annum,nec per mēſem, nec per hebdomadam,nec per diem,nec per horam,nec momentum, ſed ſtatim & ſubito eiecit eos de celo, & damnauit eternaliter, intantum quod nec incarnatio filij Dei nec eius paſsio aliquid profuit eis, quia irreuocabiliter ſunt damnati in eternum. Modo cogita hic quanta eſt miſericordia Dei,quia tam nobiles creaturas & ſpirituales non expectauit ad penitentiam. Et modo expectat te ſuperbum,uanum,& pomposum per multos annos ad penitentiam. Idem dicendum eſt de auaro,uſurario,& luxurioſo,&c. Ecce quare dicitur miſerator Dominus, id eſt miſericordie dator,& cōcordat Hiere. di. Miſericordie Domini, quia non ſumus cōſumpti,quia nō defecerūt miſerationes eius. Thre.

iij. Secundus gradus tãgitur ibi, & miſericors Dominus. Differentia eſt inter miſeratorem & miſericordem, quia miſerator dicitur eo, quia nõ ſtatim infert damnationem, ſed expectat ad penitentiam. Et dicitur miſericors, quia peccatoribus non aufert prouiſionem & uitam, quia omnibus tam iuſtis quam peccatoribus prouidet, quia equaliter omnibus mittit claritatem ſolis, pluuiã, & rorem. Ita dat bladũ in campo peccatoris ut in campo iuſti, ſed nõ aufert peccatoribus uinum, pecunias, nec domum, cum ſtatim poſt peccatum omnia deberent perdere. Cogitate quanta eſt iſta Dei miſericordia, quia ſi miles uel ſcutifer qui recipit prouiſionem, & multa bona a rege, facit aliquam proditionẽ uel inobedientiam contra regem, ſtatim aufert ſibi quittationem & prouiſionem, & abiicit eum a domo ſua. Non ſic facit Deus nobis inobediẽtibus, certum eſt quod omnes ſumus in domo ſua, ſcilicet in hoc mundo, & camera & palatia ſunt ſuperius in celo, ubi eſt Deus cum amicis ſuis. Et cum tot peccata, & grauia faciamus contra Deum, tamen tu uides quod non ſtatim expellit nos de domo ſua, non aufert prouiſionem, panem, uinum, bona & pecunias, imo dat & cõſeruat data. Ideo dicit ſcriptura, Ipſi ſuperbe egerunt, & non audierunt mandata tua, & in iudiciis tuis peccauerunt. Et dederunt humerum recedentem, & cervicem ſuam indurauerunt, nec audierunt, in miſericordiis autem tuis plurimis non feciſti eos in conſumptionem, nec dereliquiſti eos, quoniam Deus miſerationum tu es. Et paulo ante. Ipſi uero & patres noſtri ſuperbe egerunt, & indurauerunt ceruices ſuas, & non audierunt mandata tua, & noluerunt audire, & non ſunt recordati mirabiliũ tuorum que feceras eis, &c. Tu autem Deus propitius, clemens, & miſericors. Neemie ix. Nota, ipſi ſuperbe egerunt, &c. Nunquid eſſet magna ſuperbia diſcipuli, ſi inſurgeret contra magiſtrum, & faceret oppoſitũ omnium illorum que ſibi dicuntur a magiſtro? Tales ſumus nos. Dominus & magiſter Ieſus Chriſtus oſtẽdit nobis & precipit quod ſimus humiles, & nos ſumus ſuperbi, pompoſi, &c. Precipit quod ſimus miſericordes, dando liberaliter amore ſui, uel mutuando ſine uſura, & nos ſumus fures, &c. Precipit quod ſimus caſti, quia nullus uellet quod in tunica ſua caderet lutum, &c. Quare ergo uis in perſona tua lutum luxurie? Et nos facimus oppoſitum, &c. Quot luxurie & corruptiones fiunt in mundo, cognate cum cognatis, &c. Idem de aliis peccatis. Ecce quare dicit, Ipſi ſuperbe, &c. Tertius gradus diuine miſericordie tãgitur ibi, patiẽs Dominus, quia ſupportat criminũ grauationẽ. Quantum creditis uos quod ſit pondus unius peccati mortalis, unius libre uel uncie, &c. Dico quod ſi eſſet poſsibile quod una montanea ligaretur ad collũ unius anime beate in celo, nõ ſentiret põd⁹, ſicut nec uos ſentiretis pondus alicuius margarite, ſed ſi anima una in celo haberet unũ peccatũ mortale, tãtũ eſt põdus q̃ celum nõ poſſet eam ſuſtinere,

imo

imo ſtatim caderet in infernum. Plus ponderat ergo peccatum mortale quam montanea. Ideo dicebat Dauid poſtquam peccauit, Iniquitates mee ſupergreſſe ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauate ſunt ſuper me. Pſal. xxxvij. Quomodo ergo poteſt fieri quod unus peccator qui habet tot peccata mortalia grauiſsima, magna, & turpia poteſt ea portare, ſi celum non poteſt unum peccatum mortale ſuſtinere? Dico quod nec celum, nec terra, nec peccator poſſet ſuſtinere pondus unius peccati mortalis, niſi quia tanta eſt Dei miſericordia & eius infinita patientia, quod ipſe manu ſua portat & ſuſtinet oīa peccata noſtra mortalia uel uenialia. Ideo plangendo dicit, Peccata ueſtra facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinens. Eſa. j. Ecce quanta eſt Dei patientia. Eſſet magna patientia regis uel pape qui portaret puerum in brachiis ſuis, qui daret ſibi alapas, nec propter hoc dimitteret ipſum cadere. Maior eſt Dei patientia, qui portat nos omnes in manu ſua, & quotidie damus ſibi alapas peccando, & non dimittit nos cadere, ſed in die iudicij Deus retrahet manum ſuam, & tunc omnes peccatores ſubito cadent in infernum in corpore & anima põdere peccatorum. Ideo dicit Propheta, Conuertimini ad Dominum Deum ueſtrum, quia benignus, & miſeticors eſt, patiens & multe miſericordie. Ioel. ij. Quilibet ſcit qualem uitam tenet, & in quibus peccatis uiuit, &c. Quartus gradus tangitur ibi, Multum miſericors Dominus, quia penitenti dimittit culpas in inſtanti. Cum enim homo petit ueniā cum dolore de peccatis, & propoſito non redeundi, ſtatim parcit, & remittit culpas, & recipit eum in gratia ſua, & anima remanet purior ſole, ſic enim in ipſo exorta luce ſolis tenebre expelluntur. Derelinquat impius uiam ſuam, & uir iniquus cogitationes ſuas & reuertatur ad Dominū, & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrum, quoniā multus eſt ad ignoſcendum. Eſa. lv. Si aliquis in preſentia regis occidiſſet reginā, & filios regis, & peccaſſet cum filiabus regis, deinde ueniret ad petēdum ueniā regi, utrum eſſet rex in mundo qui parceret tali & remitteret? Credo quod non, niſi Chriſtus. Nam ſi aliquis interfeciſſet omnes apoſtolos, & peccaſſet cum omnibus mulieribus, & crucifixiſſet Chriſtum, ſi poſt cum dolore cordis ueniret ad Chriſtum, & peteret ueniam, ſtatim parceret ſibi, & reciperet eum in gratia ſua. Si Iudas qui uendidit Chriſtum petiuiſſet ueniā ſicut deſperauit, ſtatim peperciſſet ſibi bono corde. Patet ſua magna miſericordia. In quacunq; die ingemuerit peccator, nullius iniuſtitie eius recordabor. Ezec. xviij. ſecundū lxx. Quintus gradus tāgitur ibi, Suauis Dominus uniuerſis, quia nō ſolum dimittit penitenti culpas, imo roganti relaxat penas. Dicūt ſancti docto. theologi, ꝙ pro quolibet peccato mortali tenet̄ homo facere vij. annos penitentiā in hoc mūdo. Ratio, qa in quolibet peccato mortali homo facit cōtra ſeptē dona ſpūs ſācti, alias reſtat pena ī purgatorio, uerbi gra. Si tu recurriſti ad diui. &c.

licet

licet de hoc sis confessus & absolutus, tamen oportet te septem annos facere penitentiam in hoc mundo pro qualibet uice qua recurristi. Itē pro quolibet iuramento falso, enormi, uel blasphemia. Item qui non audit missam completam in die dominica, mortaliter peccat. Item qui frangit festa. Item qui non honorat parentes, &c. Pro qualibet uice tenetur ad septem annos de penitentia. Est forte hic aliquis qui tenetur mille annis de penitentia & plus, & tandiu non uiuet bene, nec mundus forte tantum durabit. Sed ecce misericordia Dei quanta est, quia in oratione quam facitis quolibet mane, & sero, cogitando quomodo debet fieri, scilicet quod uidetis Christum in cathedra iratum cōtra uos, &c. debetis dicere, Pater noster. Idem de Aue Maria ad uirginem Mariam. Si deuote uos oratis, dicit Deus, de illis mille annis penitentie, ego dimitto tibi decem, uel centum, uel totum. Hoc ostenditur manifeste Matth. xviij. de seruo debente decem millia talentorum, cui dixit dominus eius, Serue nequam omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. Ergo uidete quoniam suauis est dominus, beatus uir qui sperat in eo. psal. xxxiij. Pater uester misericors est. Sextus gradus tangitur ibi, & miserationes eius super omnia opera eius, quia petenti cō fert gratias, non solum autem petenti remittit culpas, & roganti relaxat penas, imo & petenti omnia confert, nisi anime sint nociua. Quia sicut uos filio febricitanti uestro fructus petenti non daretis sibi, licet cum lacrymis peteret, quia nocerent sibi, sed dabitis sibi meliora & utiliora, scilicet zuccharū rosatum, uel alia bona. ita Deus filiis suis dat eis quod est magis utile & proficuum. Multi petunt pecunias, & non dantur eis, quia scit Deus quod essent eis damnose. Idem de infirmo qui petit sanitatem, &c. sed si gratia quā petūt sit eis bona & proficua, statim Deus concedit. Ecce quanta est eius misericordia. Declaretur ista misericordia per similitudinem talem. Si aliquis suis criminibus esset sententiatus ad furcam, & ille peteret ueniam a rege, Rex si parceret, magnam misericordiam ei faceret, sed si ille homo ultra hoc peteret aliquam gratiam a rege, equum, uel castrum, uel alia, & daret sibi, maiorem gratiam sibi ostenderet, quia multi reges de hoc indignarētur. Sic etiam Deus misericorditer parcit peccatori ad furcam inferni sententiato, quando humiliter petit sibi indulgeri, deinde concedit sibi gratias ei utiles & proficuas, nec indignatur ei petenti, nec improperat peccata. Deus dat omnibus affluenter, & non improperat, scilicet peccata preterita. Iaco. j. Nota non improperat. Iam scitis de beata Magdalena qualis fuit, & Christus sibi omnia remisit. Et quando Magda. petiit pro gratia quod esset socia uirginis matris sue, cōcessit sibi, nec improperauit peccata dicendo, Et nunquid feci tibi satis? &c. Item ꝙ esset apostola, & concessit sibi. Item quod posset uiuere in contemplatione sine cibo & potu in deserto, & concessit sibi xxxiij. annos. Itē quod

quod ab angelis eleuaretur,& conceſsit ſibi. Idem de Paulo apoſtolo, cui remiſit omnia peccata,& poſt petiit ut oſtenderet ſibi celum& gloriam eius,& fecit, non improperauit. Ita facit de peccatoribus. Ideo Iſaias, Miſerationum domini recordabor,laudem domini ſuper omnibus que reddidit nobis dominus, & ſuper multitudinem bonorum domus Iſrael que largitus eſt eis ſecundum indulgentiam ſuam,& ſecundum multitudinem miſericordiarum ſuarum. Iſa.lxiij. Ergo pater ueſter miſericors eſt.

De eadem dominica. Sermo iij.

ESTote miſericordes. Luce vj. In iſto ſermone intendo declarare quomodo debemus miſericordiā habere de animabus noſtris.Sed primo ſalutetur uirgo Maria.Pro declaratione huius uerbi & introductione materie predicande ſciendum eſt, quod poſt Deum plus obligatur homo anime ſue quam alicui creature. Et ecce quomodo ſancti doctores declarantes modum charitatis & dilectionis,in primo loco ponunt Deum,quem ſuper omnia creata tenetur homo diligere, ſecundo animam,tertio proximum, quarto corpus proprium,quinto bona temporalia.Primo ergo ponunt Deum,quia amorDei in corde debet eſſe ut oleum in lampade,quod eminet & ſupernatat ſuper omnem alium liquorem.In ſecundo loco ponunt animam quam poſt Deum debemus diligere ſuper omnia alia, quia licet debeatis diligere patrem, & matrem, filios & amicos, non tamen tantum quod amore eorum faciatis aliquid contra animam ueſtram.Corpus autem & bona poteſtis ponere pro eis,ſed animam non.Caueatis ibi.In tertio loco ponitur amor proximorum,& quanto ſunt proximiores, tanto magis debetis eos diligere,ſcilicet filius patrem & econuerſo, uxor uirum & econuerſo,frater fratrem & econuerſo,& ſic de aliis.In quarto loco ponitur corpus proprium. Quilibet debet diligere corpus proprium,ſed magis proximum.Quinto diligenda ſunt bona temporalia,ut diuitie, dignitates honores, beneficia,& officia, &c. Tamen hodie uidemus, quod plus diliguntur bona temporalia quam corpus proprium, & ꝙ proximus pluſquam anima & Deus. Ecce qualiter ordo charitatis eſt inordinatus.De predicta ordinatione charitatis autho.Introduxit me rex in cellam uinariam,ordinauit in me charitatem. Can.ij.Cellam uinariam uocat ſtatum deuotionis,quando Deus de mala uita uocat aliquem ad bonam uitam & ad deuotionem, talis poteſt dicere,Introduxit me rex in cellam uinariam, & inebriatur in amore Dei,& ordinauit in me charitatem in predictis quinque gradibus, ut dicunt ibi gloſſe & poſtille. Si ergo ex ordinatione diuina debemus habere miſericordiam erga proximum,multo magis erga animam.Ideo dicit them. Eſtote miſericordes,non ſolum proximis,ſed etiam animabus ueſtris.

Nullus

Nullus potest uere misericors esse proximo, nisi primo sit misericors anime sue. Benefacit anime sue uir misericors. Qui autem crudelis est, etiam propinquos abiicit. Prouer. xj. Nota propinquos, id est quinque sensus corporales abiicit, scilicet quantum ad actum, quia non curat bene uidere, nec bene audire, sed ea que debet uidere & audire, & sic de aliis. Patet thema. Misericordia quam debemus habere nos erga animas nostras, potest declarari per septem opera misericordie, quem erga corpora debemus habere, que ponuntur a Christo.

Septē opera misericordie corporalia.

Primum est cibare esurientem,
Secundum potare sitientem,
Tertium colligere peregrinum,
Quartum uestire nudum,
Quintum uisitare infirmum,
Sextum redimere captiuum,
Septimum sepelire mortuum.

Istud opus ponitur Tob. iiij. Ista septem opera misericordie sunt exercenda spiritualiter, circa animam nostram. Primum opus misericordie est, quod debemus animam nostram cibare, scilicet cibo scripturarū. De quo Christus, Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo qđ procedit de ore Dei. Matth. iiij. No. de ore Dei, non dicit de ore Virgilij uel Terentij, &c. sed Dei. Iste cibus datur anime legendo uerba Dei. Liber apertus est mensa, ibi comedit anima legendo & contemplādo Si dicat aliquis, ego nescio legere. Ideo, &c. Solutio. Ideo detis sibi cibū audiendo, scilicet missam deuote. Cuius principium est cōfessio in qua debetis esse, sicut si aliquis dominus inuitauit uos, nunquid uenietis uos in medio prandij? nequaquam sed in principio uenietis in ablutione manuum & benedictione mēse. Sic Christus inuitat nos in quolibet festo ad prandium misse. Et sicut sacerdos communicat sacramentaliter, ita & uos communicare debetis spiritualiter. Ideo iam debetis esse in principio, & audire cum silentio, & audita missa anima est satiata intantum, quod per totam hebdomadam sibi ualet. Item audiendo sermones anima cibatur. Predicator est coquus, & seruitor ministrans uobis que parauit in coquina Spiritus sancti. Item quolibet mane, & sero cibare animam debetis deuote orando genibus flexis. Primo signando uos, deinde dicatis, Credo in Deum. Pater noster. & Aue Maria. Nam sicut bis uel ter datis cibum corpori fetido, & corruptibili, ita bis in die mane, & sero detis cibū anime. Ecce quare dicit, Estote misericordes. Patet quod peccatum est illorum qui non cibant animā suā. Secundum opus misericordie erga corpus est potare sitientē. Istud opus debemus erga animam exercere. Potus anime sunt lacryme compunctionis penitentialis, & deuotionis spiritualis, & affectionis celestialis. Dauid, Potū dabis nobis in lacrymis in mensura. psalm. lxxix. In

prand

prandio festiuali bibit homo uinum triplex. Primo in principio bibit homo uinum album, secundo rubeum, tertio clarum. Ita lacryme sunt in triplici differentia. Primo sunt lacryme que ueniunt ex punctione penitentiali. Item in principio tanquam uinum album. Verbi gratia, Quãdo religiosus intra se cõpũctus dicit, O miser, quid erit de me, &c. & plorat, tunc anima potatur uino albo. Idem de clerico & laico. Ecce quare dicit, potum dabis nobis, &c. Nota quare dicit in mensura, quia quanto peccata sunt maiora, & grauiora, tanto plus & lacryme debẽt abundare. Secundo lacryme sunt deuotiones ex compassione passionis Christi. Iste sunt ut uinum rubeum. Iste lacryme non ueniunt quãdiu homo est in peccato, sed postquam homo habuit contritionem de peccatis, ueniunt iste lacryme deuotionis. In mensura, quia quãto homo plus elongatur a negotiis mundi, & contemplatur Christi passionem, tanto magis abundant lacryme deuotionis spiritualis. Tertio lacryme sunt affectiones celestiales tanquam claretum, que inebriant animam ex desiderio paradisi & essendi cum Deo. In mensura, quanto plus despiciuntur honores, diuitie, officia, & dignitates mundi huius, tãto plus abũdant lacryme affectionis celestis. Ergo esto. &c. Tertium opus misericordie est colligere peregrinum, , quia non potest secum portare domum. Ita erga animam nostram exercere debemus, que est peregrina dupliciter. Primo negatiue, quando non facit opera meritoria. Secundo affirmatiue, discurrẽdo ad secularia negotia. Ideo est magna misericordia ipsum colligere operando meritorie, & recolligere eam ne se distrahat in negotiis mundanis & temporalibus, ꝙ non curat de anima de qua debemus curare. Ideo dicit scriptura, Miserere anime tue placens Deo, & cõtine & cõgrega cor tuũ in sanctitate eius, & tristitiam longe expelle a te. Eccle. xxx. Quartum opus misericordie est uestire nudũ. Idem circa animam nostram faciendum est. Vestes anime sunt uirtutes. Camisia aĩe est uirtus castitatis, que carnẽ tangit ut camisia. Secunda tunica est humilitas, quia castitas sine humilitate nõ placet Deo. Virgo autem Maria no placuisset Deo ex sola uirginitate. Ideo dicit ipsa, Quia respexit humilitatem ancille sue, &c. Quid ualet persona casta & presumptuosa, que despicit & dedignatur de persona luxuriosa di. Non sum ego talis. Non sic uirgo Maria despexit Mariam Magdalenam. Hoc nihil ualet. Tertia tunica siue pellicium est compassio Christi. Mantellum autẽ est charitas. j. Pet. iiij. Charitas operit multitudicem peccatorum. Ideo apostolus, Induite uos sicut electi Dei, & sancti & dilecti, uiscera miẽ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportãtes inuicẽ, &c. ad Col. iij. Hic habetis responsionẽ ad unã questionẽ quã aliqui faciunt, utrum in alio seculo erimus nudi, uel induti. Dico ꝙ de bonis nulius erit nudus, quia nihil turpius quam uidere aĩam nudu. Et sicut si mõ ueniret aliqua psona nuda, oẽs indignaren

gnarentur contra eam. Sic ſancti indignantur contra animam nudam clamantes ad infernum ad infernū, in quo inferno omnes anime ſunt nude. Ideo Io. dicit, Beâtus qui uigilat, id eſt diligens, & cuſtodit ueſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & uideant turpitudinem eius. Apoc. xvj. Quintum eſt uiſitare infirmum, & conſolari eum, quod multum placet Deo. Idem de anima que infirmatur quolibet die, quia nullus eſt ita ſanctus & perfectus, quin peccet. Septies in die cadit iuſtus. Proue. xxiiij. ad minus uenialiter peccando ex aliquibus exceſsibus uite, uel ſuperfluitatibus. Ideo uiſitanda eſt tali modo. In ſero poſtquam homo fecit orationem, debet ſe examinare qualiter expendit diem. Si eſt religioſus uel clericus, debet cogitare qualiter dixit officium, miſſam, ſi defecit in aliquo, ſi errauit in aliquo, ſcilicet comedendo, bibendo, loquendo, iſto modo uiſitatur infirmus. Iſto modo ille ſanctus Iob uiſitabat ſpiritum ſuum. Ideo dicebat, Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi, & uiſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. Iob x. Et ſicut quilibet tenetur uiſitare animam ſuam, ita rectores tenentur uiſitare non ſolum animam propriam, ſed etiam uillam eis commiſſam, ſi ſit in ea aliquid contra Deum, uel contra proximum, uel cōtra bonum publicum, alias in malo puncto reperientur rectores, niſi corrigant peccata notoria, ſecus de occultis. Viſitans ſpeciem tuam nō peccabis. Et ſcies quoque quoniam multiplex erit ſemen tuum, & progenies tua, quaſi herba terre. Ingredieris in abundantia, ſcilicet uirtutum, ſepulchrum tuum, &c. Iob v. Contra Deum ſunt blaſphemi, contra proximum luſores, cōtra bonum publicum meretrices, &c. Sextum opus miſericordie eſt redimere captiuos. Magna miſericordia & maxima quando ſunt in periculo abnegandi, ita circa animam que multis debitis eſt obligata in hoc mundo, & hoc pro ſuis culpis & peccatis preteritis. Secundum doctrinam ſanctorum doctorum pro quolibet peccato mortali obligatur in hoc mundo in ſeptem annis de penitentia. Ratio, quia in quolibet peccato mortali facit iniuriam ſeptē donis Spiritus ſancti. Et ſi in preſenti quis perfecte non ſatisfecerit, neceſſario in purgatorio, ſi in gratia decedat, ſoluere habebit. Opera penitētialia ſunt que reſtant, ut ieiunia, orationes, & huiuſmodi. Et ſic redimitur ſpiritus. Eſt qui multa redimat modico pretio, & eſt reſtituens ea in ſeptuplum. Eccleſ. xx. No. eſt qui multa, &c. non dicit qui ſunt, quia pauci ſunt qui faciunt penitentiam, omnes dant ſe ſolatiis. Sed in quolibet loco, uel collegio, eſt aliquis q facit penitentiam, propter quem Deus ſuſtinet alios, quia alias forte ſtatim deſtruerentur. Nota, modico pretio, quia non ſunt condigne paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, que reuelabitur in nobis, &c. ad Ro. viij. Nota, reſtituens ea in ſeptuplum. Concluſio eſt hic theologie, quod nullum opus penitentiale ſatisfacit niſi fiat in gratia. Oportet enim quod opus ſit meritoriū ad hoc quod ſit ſatisfactoriū,

ita

ita quod opera penitentialia facta in gratia ſunt ſimul meritoria, & ſatisfactoria. Ideo dicit, Reſtituens in ſeptuplum, propter ſeptem dona Spiritus ſancti, que per penitentiam ſibi reſtituuntur, & propter ſeptē peccata mortalia, que ſibi remittuntur. Ergo eſtote miſericordes, &c. Septimum opus miſericordie eſt ſepelire mortuos. Et iſto opere Tobias multum placuit Deo. Iſtud opus exercendum eſt circa animam noſtrā. Nobiliſſima ſepulchra animarū ſunt uulnera Chriſti tā manuū quam pedum, quam etiam lateris. Sepelitur in eis anima meditatione & cōtemplatione, cogitando illa ſanctiſſima uulnera que aperuerunt paradiſum. De iſto ſepulchro allegorice dicit Eſaias, Excidiſti tibi hic ſepulchrum, excidiſti in excelſo memoriale, diligenter in petra tabernaculum tibi. Eſa. xxij. Nota, excidiſti tibi ſepulchrum, ſcilicet opere intellectus contemplando. Memoriale, quia ſicut ſepulchrum dicitur monumentum, id eſt monens mentem. In petra, de qua Apoſtolus, Petra autem erāt Chriſtus. j. Cor. x. Ergo eſtote miſericordes, &c. Deo gratias.

De eadem Dominica. Sermo iiij.

Creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis, in libertatem glorie filiorum Dei. Verbum iſtud habetur textualiter ad Ro. viij. & in epiſtola currentis dominice. Thema dat mihi motiuum de libero arbitrio predicandi. Materia erit bona, &c. Saluetur uirgo Maria. Pro declaratione huius uerbi & materie predicande introductione ſciendum quod inter omnes creaturas corporales a Deo in hoc mundo creatas, ſingulare priuilegium eſt nobis, ſcilicet liberum habere arbitriū. Quedam enim creature ſunt, que nullum habent arbitrium, nec liberum, nec coactum, ut ille creature que nullam habent cognitionem. Quedam autem habent arbitrium ſed nō liberum, ſed quaſi coactum & neceſſarium, ut animalia irrationabilia, Solus autem homo habet liberū arbitrium. Primus gradᵘˢ creaturarum corporalium eſt earum que nullam cognitionem habent, imo ſine proprio iudicio mouentur iuxta qualitates eis a Deo datas ab initio. Verbi gratia de lapide qui non habet cognitionem, ſed naturaliter deſcendit, & de igne qui naturaliter aſcendit ſurſum. Idem de arboribus producentibus fructus ſecundum ſuas qualitates ſine aliquo arbitrio, ſed faciunt ſua opera ſicut ſagitta miſſa a ſagittario. Secundus gradus eſt creaturarum corporaliū, que habent arbitrium, ſed non liberum, ſed coactum uel neceſſarium, ſicut ſunt creature que habent cognitionem, & iudicium, ſed non eſt liberum, quia non habent rationem. Verbi gratia de pullo, quando uidet miluum, ſtatim arbitratur & iudicat quod eſt contrarius ei, & fugit. Idem de oue & de agno reſpectu lupi. Homini autem Deus dedit arbitrium & iudicium. Quia ſi iudicat aliquid eſſe ſibi bonum, ſed eſſet

in damnum proximi, non facit. Verbi gratia, si aliquis homo desiderat aliquod bonum delectabile, puta unum magnum solatium, ecce arbitrium, & non uult recipere illud solatium, quia esset cõtra Deum, tunc arbitrium est liberum & nõ coactum. Ideo soli homini imputatur meritum, si facit bona, uel demeritum si facit mala, ex libertate arbitrij. Authoritas. Deus ab initio cõstituit hominem, & reliquit illum in manu cõsilij sui, glos. id est libertate arbitrij. Adiecit mandata & precepta sua. Si uolueris mandata conseruare, conseruabunt te. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod uolueris porrige manum tuam. Ante hominem, uita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi. Ecclesiast. xv. Nota, Adiecit mandata & precepta. Differentia est inter mãdata & precepta stricte loquendo. Quia mandata sunt precepta affirmatiua, que inducunt ad uirtutes, & obligant semper, sed non pro semper, quia in casu non sunt seruanda, quia in magna necessitate possunt festa frangi. Item in casu non tenetur homo honorare parentes si abnegant fidem, &c. Precepta autem sunt mandata negatiua, que prohibent uitia, & sunt affirmatiuis fortiora, quia nullo casu possunt frangi, quia in nullo casu adorandi sunt dij extranei, nullo casu est petiurandũ, & sic de aliis negatiuis, que obligant semper & ꝓ semper. Patet ergo cõclusio quod super omnes creaturas corporales sol⁹ homo habet liberum arbitrium. Nota quatuor gradus ligationis liberi arbitrij.

Hoc interest inter affirmatiua & negatiua p̃cepta, quod illa semper, illa uero, etiã pro semper, obligãt.

Primus est per gehennam,
Secundus per culpam,
Tertius per gratiam,
Quartus per gloriam.

Primum est ligatum durabiliter. Secundum est infirmum debiliter. Tertium est sanatum ueraciter. Quartum est eleuatum sublimiter, & de quarto loquitur thema di. In libertatem glorie filiorum Dei. Dico primo quod primus gradus liberi arbitrij est ligati durabiliter, & iste gradus liberi arbitrij est in damnatis, qui habent liberum arbitrium, sed ligatum totaliter. Non credatis quod liberum arbitrium sit actus uel habitus, seu qualitas accidentalis acquisita, imo est essentiale ipsius anime, & nullo modo deperditur, sed in damnatis ligatur totaliter intantum quod ab intra non possunt uelle aliquod bonum, nec ad extra facere, semper cupiunt & desiderant mala si uolunt aliquod bonum, tamen hoc uelle est malum propter malum finem, sicut patet de illo diuite petente quod Deus mitteret aliquem ex mortuis fratribus suis ut facerent penitentiam ne damnarentur. Dico enim quod istud desiderium erat malum propter malum finem, quia sciebat quod ex eorum damnatione sibi augmentaretur pena, sicut quando titioni adduntur ligna magis comburitur. Quia ergo ipse merebatur pati cum aliis cum quibus peccauit, desiderabat quod illuc non uenirent, & iustitia Dei

impe

impediretur, ecce malus finis. De hoc uide Sanctū Thom. in. iiij. dist. I. Patet ergo quod damnati habent liberum arbitrium, sed ligatum totaliter. Sunt enim sicut captiuus uel miles captus, ligatus & catenatus qui liberum arbitrium habet, sed ligatum, quia non potest facere quod uult. Idem de damnatis. De hoc authoritas. Ligatis manibus & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores. Matthei xxij. Nota in tenebras exteriores. In hoc mundo peccatores sunt in tenebris interioribus, quia peccata sunt in anima intus, sed in inferno erunt in tenebris exterioribus, quia licet ibi sit ignis, parum clarescit ad instar ignis sulphuris. Nota ligatis pedibus, scilicet affectionis, quia ea que facimus, omnia facimus affectione & amore, quia si homo timet infirmitatem, uel uitat pericula, & mortem, totum fac t amore & affectione ad cor proprium. Sed in damnatis amor & affectio ligata sunt. Item ligatis manibus, scilicet operatione, quia damnati nullum bonum operari possunt. De hoc dicit Hiere. Ecce ego predico libertatem, ait Dominus, ad gladium, & famem, & ad pestem, & dabo uos in commotionem cunctis regnis terre. Hiere. xxxiiij. Nota hic quatuor, qualiter liberum arbitrium damnatorum est ligatum totaliter, & non potest in bonum aliquod exire. Primo dicit, ad gladium. Iste gladius est sententia Christi damnatis dicētis, Discedite a me maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Matth. xxv. De isto gladio dicit Ioannes, De ore eius procedit gladius ex utraque parte acutus, ut in ipso percutiat gentes. Apo. xix. Secundo, ad famem, quia tanta fames, caristia, & paupertas est in inferno, quod nō possunt guttā aque obtinere, ut patet de diuite epulone. Tertio, ad pestem. scilicet penarum, laborum, & miseriarum, & omnium malorum abundantiam. Quarto, & dabo uos in commotionem cunctis regnis terre, quia nō solum demones ad inuicem habent guerram, sed etiam damnati, quia pater cōtra filium, & econuerso, uir contra uxorem, &c. Secundus gradus liberi arbitrij est liberi arbitrij ligati per culpam, quod est infimum debiliter. Iste gradus est in peccatoribus, qui possunt de peccatis penitere & nolunt. Ideo habent liberum arbitrium infirmum debiliter. Sic enim infirmus debiliter mouetur ad illā que sunt sibi utilia, tamen diligenter mouetur ad ea que sunt sibi contraria & nocua, ut febricitans ad uinum & fructus, & similia. Sic etiam est de peccatore qui habet libertatem exeundi & dimittendi peccata, & nō curat, nō cōfitetur, nec cōmunicat, nec audit sermones, nec orat. Ideo apostolus, Cum serui esse tis peccati, liberi fuistis iustitie. ad Rom. vj. Ideo ualde cauendum est a peccato mortali. Quando sentitur quod persona consueuit dulciter & delectabiliter orare, orat cum tedio. Idem de missa audienda. Idem de sermone, & confessione, & communione, malū signum est, sed quādo predicta fiunt delectabiliter & cum feruore spiritus & diligenter, bonū

ſignum eſt. De hac materia dicit ſcriptura, Liberati a peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum ueſtrum. ad Rom. vj. Sicut enim fructus comeduntur delectabiliter, ita qui eſt in gratia delectabiliter operatur ea que Dei ſunt. Propter hoc Dauid poſtquam peccauit dixit, Miſerere mei Domine quoniam infirmus ſum, ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Pſal. vj. Nō loquebatur de infirmitate corporis, quia nō legitur tunc fuiſſe infirmus, ſed loquebatur de infirmitate anime. Nota cum dicit, oſſa mea. Sicut oſſa ſuſtinent corpus, ita uirtutes acquiſite ſuſtinent animam. Nam peccando cōturbantur nō ſolum uirtutes, imo etiam & potentie anime, memoria, intellectus, & uoluntas, & ſentimenta omnia cōturbantur per peccatum, quia nō delectantur in his que Dei ſunt. Tertius gradus liberi arbitrij eſt illius qui eſt ſanatus ueraciter. Iſte gradus liberi arbitrij eſt in illis qui ſunt in ſtatu gratie, uiuunt iuſte & ſancte ſecundum ſuum ſtatum & cōditionem. Tales autē habent liberum arbitrium ſanatum ueraciter. Authoritas Chriſti. Amen amen dico uobis, quia ſi filius uos liberauerit, uere liberi eritis. Io. viij. Nota, ſi filius uos liberauerit. Quare Chriſtus appropriauit ſibi liberationem pctōrum, quare nō dixit, ſi pater uel Spiritus ſanctus uos liberauerit, cum una uirt⁹ & poteſtas ſit trium perſonarum? quia a principio mundi uſque ad finē nullus homo fuit liberatus niſi uirtute Chriſti & crucis eius. Si dicatur, quomodo Adam & alij ante incarnationē Chriſti exiſtentes fuerunt liberati a pctō? Dico Adam, & multi ſancti patriarche, & prophete fuerunt liberati a pctō ex credentia Chriſti uēturi, & populus ſimplex implicite hoc credens etiā liberabatur a peccatis. Ecce quare dicit, ſi filius uos liberauerit. Hoc fuit figuratum Nu. xxj. in ſerpente eneo. Nota hiſto. Figurabatur clare per ſerpentē eneū, ꝙ ſi aliquis eſſet uenenatus a ſerpentibus inferni per ſuperbiam, uel auaritiā, & ſic de aliis, quod uirtute paſsionis Chriſti liberaretur ſi eſſet credens & obediens, quia alias nō. Quartus gradus liberi arbitrij eſt illius qui eſt eleuatus ſublimiter. Iſte gradus eſt in beatis in paradiſo, quia ſicut damnati nō perdunt liberum arbitriū, multominus ſancti, ſed habēt ipſum eleuatum ſublimiter a miſeriis, nec poſſunt peccare. De quo uide San. Tho. j. par. q. lxij. ar. viij. Diceret aliquis, Liberum arbitriū eſt, poſſe peccare, uel nō, ſed hoc nō poſſunt ſancti, quia ſunt impeccabiles, quomodo habent ergo liberum arbitrium? Reſpōdeo & do uobis ſimilitudinem de duobus nautis habentibus duas naues que uadunt p mare. Vna eſt barca que poteſt capi & captiuari ab Agarenis, & una galiota ita leuis quod nullo modo poteſt capi nec captiuari. Modo licet barca & galiota habeant liberum arbitrium ex parte gubernatorum & nautarum, tamē galiota eſt magis alta & firma quam barca. Ita in propoſito, quilibet noſtrum nauigat ad celum cū barca etiam diſcooperta & perforata per ſentimentum, id eſt punctiones tentationum cum

Fides implicita & explicita

peric

periculo captiuandi. Patronus est Spiritus siue anima, que est motor corporis, & est in corpore sicut nauta in naui. Sancti autem nauigant cum galiota impeccabilitatis,& sine periculo. Ipsi ergo proprie sunt liberi,ita quod libertas arbitrij nō consistit in hoc quod est posse facere bonum & malum,sed cōsistit in hoc quod homo potest eligere hoc & illud bonum seruato ordine finis. uelle enim malum non est libertas,nec pars libertatis. De hoc uide Sanctum Thomam. j.parte.q.lxij. art.viij. Alias.nec Deus,nec angeli beati haberent liberum arbitrium, quia nō possunt peccare, quia posse peccare est liberi arbitrij. Ideo apostolus, Ipsa creatura,scilicet humana liberabitur a seruitute corruptionis huius,scilicet possibilitatis peccandi in libertatem glorie filiorum,quod est thema. Deo gratias.

De eadem Dominica. Sermo v.

SVnt uiri misericordie, quorum pietates non defuerunt. Verbum istud habetur textualiter in lib Eccle.xliiij. & officiatur in epistola hodierna. Hoc uerbum loquitur de personis sanctis & perfectis in uita dicens,quod persone perfecte non solum abundant in operibus misericordie,sed etiam in operibus pietatis. Sunt uiri, &c. Est hic una breuis questio. Que est differentia inter opera misericordie, & opera pietatis? quia nisi esset differentia,uideretur nugatio,cum scilicet dixit, Sunt uiri misericordie & pietatis. Dico quod licet uulgariter misericordia & pietas pro eodem sumantur, tamē stricte loquendo differunt Quia misericordia est una uirtus que prouocat cor ad faciendum bonum proximo de his que tangunt corpus. Sed pietas est uirtus que prouocat creaturam ad faciendum bonum proximo de his quē pertinent ad animam. Verbi gratia. Dare cibum uel potum,uestire nudum,& huiusmodi,ista sunt opera misericordie. Sed dare scientiam ignoranti instruendo,uel corrigere errantem,uel cōsolando tristem, dubitantem consiliando,ista sunt oera pietatis,que sunt meliora quam opera misericordie,quia sicut anima ualet plus quam corpus. Caro non prodest quicquam. Ioā.vj. Quanto anima est melior corpore tanto bona que fiunt erga animam sunt meliora,& illa dicuntur opera pietatis. Ex hoc sequitur quod predicatores plus dant uobis quam accipiant, quia dant uobis opera pietatis,& uos datis opera misericordie. Ideo dicebat apostolus,Si nos uobis spiritualia seminamus,nō magnum est si nos carnalia uestra metamus. q.d.nō.j. Co. ix. Ideo scribens ad Timotheum exhortando ad opera pietatis dicebat, Exerce teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio que fit per opera misericordie, ad modicum utilis est. Pietas autem ad omnia utilis est j. Timot.iiij. Patet ergo differentia inter opera misericordie & pietatis. Ideo dicit thema, Sunt uiri misericordie quorum pietates nō defuerunt. Patet thema. Quesi-

ui amore uestri opera misericordie & pietatis, In quo numero possunt comprehendi, & inueni quod utraque possunt comprehendi quadrupliciter. Quatuor enim sunt opera misericordie que respiciũt corp⁹, & totidẽ sunt pietatis circa animam, Opera misericordie corporalia sunt.

Primum dare libere,
Secundum prestare pure,
Tertium reddere plene,
Quartum seruire humilime.
Opera autem pietatis anime sunt.
Primum orare copiose,
Secundum loqui perfectuose,
Tertium parcere ex corde,
Quartum supportare gratiose.

De his qui habent ista, scilicet opera. dicit thema. Sunt uiri misericordie, &c. Primum opus misericordie quod respicit corpus est dare liberaliter petenti eleemosynam. Sunt multi qui diu faciunt expectare pauperem, deinde dicunt sibi, uadas, & pauper propter necessitatem iterum petit, & dicunt sibi, uadas in mala hora ex tedio dant sibi aliquid, illud non est eleemosyna, quia non datur liberaliter, nec bono corde, imo iam pauper emit illud ex uerecundia & petitionibus. Sen. Nihil carius emitur quam quod precibus obtinetur. Idem est quando uir & uxor sunt in mensa, & pauper querit ad portam, & nullus respondet sibi, aliquid dando, uel remittendo eum dulciter, magnus defectus est Christianorum, quia ad minus debent dicere, uadatis. Multi enim finaliter petitionibus pauperis attediati, dant sibi frustum panis, ac si canı daretur. Nota de illo qui cum uno pane uoluit percutere pauperẽ, sed pauper sciut ludere ad pilam, & sciuit ipsum recipere dicens, amore Dei sit, sed illa eleemosyna nihil ualet danti, quia non dedit libere, nec bono corde. Author. Qui parce, id est modicum seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionib⁹ & metet, unusquisque, prout destinauit in corde suo non ex tristitia aut necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. ij. Cor. ix. Et sequitur. Potens est autem Deus omnem gratiam abũdare facere in uobis, ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes abundetis. Nota, qui parce seminat, debes cogitare q⁹ manus pauperis sit terra fructifera. Nota, unusquisque prout uoluit destinare in corde suo. Nota hic bonum modum faciendi eleemosynam. Debes cogitare, modo est Dominica, & uolo ire ad eccleſiã ad petendum eleemosynã a Deo. Ideo uolo amore sui dare tot denarios, & portantur iam in manu ad uitandum rediũ aperiẽdi bursam, & uanã gloriã, &c. Secũdũ opus est prestare pure. Mutuare in casu maior misericordia est quã dare. Verbi gratia, Si pauper ueniat ad diuitẽ petẽs auxiliũ ab eo, & diues dat sibi xij. uel xviij. denarios,

narios, misericordiā facit sibi, sed maior misericordia fit sibi ab alio diuite, qui nihil dat sibi, sed mutuat ei xij. florenos, cum quibus poterit seminare, colligere: & prouidere domui sue & filiis, &c. Iocūdus, supple potest esse homo q̄ misereatur, & cōmodat, disponit sermones suos in iudicio, quando Christus dicet, Quid feciſti pro me. Ecce ego quid feci pro te, ostendens uulnera. Respōdere poterit, Domine amore uestri mutuaui pauperi. Et sequitur, quia in eternum nō cōmouebitur. Et dico q̄ ista mutuatio debet fieri pure, scilicet sine usura. Multi mutuāt, sed nō pure, prestant autē x. florenos pro xij. &c. Alij dicunt nolo facere usuram, sed ponūt pecunias in possessione Iudeorū, putātes q̄ Iudei possent facere usuram. Sed dico quod nec Iudei possunt facere usuram, quia quando Moyses dixit eis, Non fenerabis fratri tuo, &c. Hoc dicit ad euitandum maius peccatum, nō quod eis cōcederet licentiam faciendi usuram. Tales faciunt peccatum Pilati, qui dixit se non occidere Christū, imo lauit manus. Et Iudei, Nos legem habemus, &c. Et Pilatus, Crucifigite eum uos, non excusatur Pilatus. Item de illis qui dicūt, Nō facerem ego usuram, sed uos Iudei facitis. Cum ipsis ibitis ad infernum. Item idem dicendū est de illis qui faciūt operari captiuos uel seruos in die festo. Digni sunt morte, nō solū qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. ad Ro. j. Si dicatur, ergo de quo uiuā ego, &c. Dico quod si uis mutuare pure sine usura, Deus dabit tibi usurā, omnia bona multiplicando & conseruando, dando tibi gratiam in hoc mundo & gloriam in alio. Ideo auisetis uos, nolite recipere usuram nisi a Deo. Tertium opus misericordie est reddere plene, scilicet restituendo plene, non solum illa que recepit, sed etiam damnum quod intulit. Si recipistis bona, pecunias, & fructus, oportet reddere. Si damnificastis aliquem ad idem. Reddite omnibus debita. Nemini quicquā debeatis nisi ut inuicem diligatis. Ro. xiij. Benedictus qui potest dicere cum ueritate, Benedictus Deus, quia parum habeo, tamen nihil est ibi de usura, furto, rapina, &c. Magis durabunt bona illius qui non habet nisi xx. uel xxx. florenos, sed de bono iusto, quā illius qui habet mille uel duo millia de usura, furtis, &c. Verbi gratia. Si uultis conseruare poma, putrida separare necesse est, alias, &c. Quartum opus est seruire humiliter. Magna misericordia est seruire, & habet magnam utilitatem. Ideo Christus dedit exemplū seruiendi. Voluit enim seruire & lauare pedes discipulis. Filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare. Sed dico quod istud seruitium debet fieri dulciter, maxime infirmis qui grauantur infirmitate, & magnum meritū est. Nota hic miraculum quod legitur in historia sancti Iacobi de quinq; uel sex socijs eūtibus ad sanctum Iacobum, & in uia unus fuit infirmus, &c. Ideo Apostolus, Vos in libertatē uocati estis fratres, tamen ne libertatē in occasionē detis carnis, scilicet per charitatē spiritus, seruite inuicē. ad Gal. v. Ita sunt quatuor

Deut. 23. d.

tuor opera misericordie, que respiciunt corpus, dare liberaliter, prestare pure, &c. Quintum opus est orare copiose. Et est primum opus pietatis orare pro omnibus generaliter. Si oratis solū pro uobis, ut Deus det uobis sanitatem si estis infirmus, uel superabundantiam si estis pauper, uel remissionem peccatorum, bona oratio est. Sed esset melior si fieret pro omnibus infirmis, uel pauperibus, uel peccatoribus, & plus obtineretis orādo pro omnibus quā solū pro uobis. Ideo Christus apostolis petētibus, doce nos orare, dixit, Sic orabitis, Pater noster, &c. & nō dixit mi, sed in plurali, Pater noster, ad ostendendū q̄ pro omnibus est orandum pro illis qui sunt in gratia, ut in ea conseruentur, qui sunt in peccato ut cōuertantur, pro amicis & inimicis ut ueniant ad penitentiam, pro infidelibus ut illuminentur, pro defunctis ut liberentur a purgatorio. Ista est pietas que ualet plus quā misericordia, quia respicit animam & utilitatem, quia nō solum anime ualet, sed etiam corpori, uite, & bonis, & maiorem communitatem, quia nō solum pro uno, sed pro omnibus generaliter. Ideo dicit scriptura, Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, & postulationes, gratiarū actiones, pro omnibus hominibus. j. ad Timo. ij. Sextū opus est loqui profectuose. Et est secundum opus pietatis. Maiorem eleemosynam facit lingua quam manus instruendo ignorantem qui nescit se signare, nec orare, nec Pater, nec Aue Maria, nec confiteri. Magna pietas est talem instruere. Item corrigere errantem, consolari tristē & huiusmodi. Ideo dicit scriptura, Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat, sed si quis bonus est ad edificationem ut det gratiam audientibus. ad Ephe. iiij. Magnam eleemosynam facit qui dat ad comedendum centū pauperibus, sed maiorē eleemosynā facit predicator, qui dat ad comedendum quingentis uel mille hominibus de cibo quem parauit in coquina spiritus sancti. Septimum opus est parcere ex corde. Et est tertium opus pietatis remittere ex corde offensas & iniurias. Non tantum est pietas offendenti, sed etiam ipsi offenso, quia uenenū iracundie mortiferum ex uisceribus sue anime euomit. ideo Ioā. Nos scimus quoniā translati sumus de morte ad uitā, quoniam diligimus fratres. Qui uero non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum homicida est, scilicet suiipsius. Et scitis quoniam omnis homicida non habet uitā eternā. j. Io. iij. Octauū opus est supportare gratiose. Scire supportare tedioſos est pietas maior, quam misericordia. Verbi gratia, Erūt uir & uxor, & uir erit bonus & gratus & morigeratus, & mulier erit una rabiosa & contentiosa, ideo debet uir supportare eam. Et econuerso si uir est uagus & ribaldus, & mulier proba & honesta, ipsa supportare debet eum. pater filium debet supportare, & econuerso socius socium supportare debet, & quilibet gratiose defectus aliorum. Ratio, quia nunquam aliquis fuit in hoc mundo nisi Christus & uirgo Maria

sine de

ſine defectu. Si tu uis uxorem ſine defectu, non inuenies, ſi mulier uult uirum nō inueniet. Ideo oportet quod ſupportet uir uxorē, ſocius ſocium, alias nunquam haberent pacem. Nota exemplum de uitis patrū de illo ſancto eremita qui pro nihilo iraſcebatur, & ſemel intra ſe dixit, O miſer, quicquid boni facio perdo ex iſta impatientia. Cogitauit ire ad deſertum ne haberet occaſionem iraſcendi, & ſic fecit. Et cū ſemel comederet panem & aquam prouocatus eſt ira, quia fregit ſitulā, & ad ſe reuerſus dixit, O miſer oportet ſupportare. Magna uirtus eſt. Ideo Apoſtolus, Cum omni humilitate & manſuetudine, cum patiētia ſupportantes inuicem in charitate. ad Epheſ. iiij. Modo ſcitis que ſunt opera miſericordie, & que pietatis, de quibus dicit thema, Sunt uiri miſericordie, &c.

Dominica v. poſt feſtum Trinitatis. Sermo j.

EXi a me Domine, quia homo peccator ſum ego. Lu. v. Materia quam nunc uolo predicare erit ſubtilis & intricata, qa thema ita requirit, ſcilicet de modis qbus Deus habitat in creaturis, &c. Sed primo ſaluetur uirgo Maria, &c. Verbum thematis habet difficultatem magnā uolenti ipſum ſtricte recipere. Fuit enim uerbū beati Petri ad Chriſtū uiſo miraculo de captura piſciū, qa dixit Chriſto, Exi a me Domine, &c. O beate Petre medico dicitis ut recedat ab infirmo, cum deberetis ſibi potius dicere, Mane mecū Domine medice, &c. maxime cū Chriſt⁹ dicat, Nō eſt opus ualentib⁹ medico, ſed male habētib⁹. Mat. ix. Si medicus ergo curās animas peccatoribus eſt neceſſarius, quomodo Petrus dixit uerbū propoſitū, Exi a me, &c. De quo uerbo Petrus tamen laudatur. Reſpōſio eſt iſta, qa beatus Petrus dixit hoc uerbū p magna reuerētia quā portabat Chriſto & exhibebat. Sicut diceret infirm⁹ pauper & ruſticus medico nobiliſſimo reuerentialiter, Exi a me, quia ego ſum pauper, &c. Iſto modo loquebatur beatus Petrus cōſiderans Chriſti maieſtatē, & ſuā paruitatē & modicitatē. Sicut Cēturio q dedit repulſam Chriſto ex reuerētia ineſtimabili di. Domine nō ſum dign⁹ ut intres ſub tectum meū: nam, &c. Matt. xiij. Patet the. No. q inuenimus in ſacra ſcriptura triplicem bonū & optabilem exitum Dei ab homine.

Primus exitus eſt per gratiam habitualem,
Secundus per diligentiam uirtualem,
Tertius per utilitatem proximalem.

Dico primo q eſt exitus Dei in creatura per gratiā habitualē. Doctrina eſt cōmunis q Deus ſtat in qualibet creatura p potētiā, eſſentiā, & preſentiā, ſiue ſit bona creatura, ſiue ſit mala. De iſta materia uide ſanctū Tho. j. par. q. viij. ar. iij. Per potētiā dicitur ſtare, ſicut rex dicitur eſſe in toto ſuo regno, & in qualibet eius parte, qa ubiq; extenditur ſua potentia. Sic potentia Dei extenditur ubique, ad omnem locum, ad

infernum, ad purgatorium, terram, celum, &c. ad generādum, corrumpendum, puniendum, premiandum, &c. Authoritas, Domine Deus rex omnipotens, in ditione tua cuncta ſunt poſita, & nō eſt qui poſsit tue reſiſtere uoluntati, ſi decreueris ſaluare Iſrael. Tu feciſti celum & terram, & quicquid celi ambitu continetur, dominus omnium es, nec eſt qui reſiſtat maieſtati tue. Cuncta noſti & ſcis, quia non pro ſuperbia, & contumelia, & aliqua glorie cupiditate fecerim hoc. Heſter xiij. Secundo Deus eſt ubique per preſentiam. Rex licet per potētiam ſit in toto ſuo regno, non tamen ubique per preſentiam, quia non omnia uidet, nec ei ſunt omnia preſentia, imo oportet eum inueſtigare per commiſſarias literas, proceſſus, & huiuſmodi. Sed Deus ſicut eſt ubique per potentiam, ita eſt ubiq; per preſentiam, quia omnia ſunt preſentia ſue ſcientie, & omnia ſcit. Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius. ad Hebr. iiij. Tertio Deus eſt ubique per eſſentiam. Quia celum & terra & quelibet creatura exiſtens eſt plena ſua deitate. Quemadmodum uidemus quod in meridie aer eſt plenus claritate ſolis, ita quelibet creatura eſt plena diuina eſſentia. Nunquid non celum & terram ego implebo, dicit Dominus. Hiere. xxiij. Sicut enim anima hominis implet totum hominem & quamlibet eius partem, ita diuina eſſentia implet totū mundum & quamlibet eius partem. Sed ſicut anima oſtendit in capite ſuas potentias, uirtutes, & perfectiones, ita Deus qui licet ita bene ſit in terra ſicut in celo, oſtēdit ſuam eſſentiam beatis facie ad faciem. Si ergo aliquis eſt peccator, peccatum non tollit quin ſit Dei creatura, & ideo in eo eſt Deus per potentiam, eſſentiam, & preſentiam, ſed non eſt in eo per gratiam habitualem. Eſt ergo Deus in creatura primo modo eſſendi, ſcilicet per potētiam, eſſentiam, & preſentiam, ſed non eſt in eo per gratiam habitualem, propter hoc dixit Moyſes Iudeis peccatoribus, Nolite aſcendere. Non enim eſt Deus uobiſcum, ne corruatis coram inimicis ueſtris. Nume. xiiij. Non intelligebat quod nō eſſet cum eis Deus per potentiam, eſſentiam, & preſentiam, ſed intelligebat ꝙ non erat cum eis per gratiam habitualem. Ideo per Salomonem dixit, Longe eſt Deus ab impiis. Prouer. xxv. Poteſt ergo dicere peccator orationem thematis, Exi a me Domine. ſcilicet per effectum gratie habitualis. De iſto textu dicit Dauid in Pſal. lxvj. ſcilicet, Exurgat Deus. Deus noſter Deus ſaluos faciendi, & Domini Domini exitus mortis. Nota Deus noſter, ſcilicet per incarnationem. Gen. xxxvj. Frater enim & caro noſtra eſt. Ideo dicitur, Deus ſaluos faciendi, quia ante incarnationem nullum hominem ſaluum fecit, ſolum autem ſaluos fecit, angelos. Homines quantumcunque ſanctos mittebat ad infernum, ſcilicet ad limbum patrum. Ioannes enim de quo Chriſtus dixit, Inter natos mulierū, &c. ad limbum deſcendit. Sed ex quo Deus noſter per incarnationē, ſaluat homines. Secūdo dicitur, Domini Domini. Ratio, quia

duplici

duplici iure Christus est Dominus noster, scilicet creatione, & redemptione. Creatione, quia sicut aliquis de suo proprio facit domum, uel faciens domum dicitur dominus. Ita Deus de suo proprio, scilicet potentia sua creauit omnia. Ideo dominus est. Ecce primū domini. Secundo est redēptor, quia sicut ille qui emit captiuos dicitur dominus eorum. Ita Christus emit nos precioso sanguine suo. Ideo ecce secundum domini. Tertio exitus mortis, id est peccati mortalis, qa scilicet Deus exit ab homine per effectum gratie habitualis, hoc est, operatur meritorie cum per Deum iustificatur a morte culpe peccator & resuscitatur, alias enim esset mortuus, & non faciens fructum meritorium, quia sine me, id est gratia Dei nihil potestis facere, scilicet meritorie. Ioan. xv. Dubium, si diceretur ab aliquo, Ergo ex quo sum in peccato mortali, dimittam opera bona, quia non sunt mihi meritoria. Respondeo ꝙ non, imo tunc sunt magis necessaria. Ratio, quia persona talis est in infinitis periculis corporis, anime, & bonorum, quia mirum est quomodo diabolus non statim destruit totum, &c. ideo bona non sunt dimittenda, sed multiplicanda, quia ualent ad omnia alia preterquam ad gloriam. Quod sic intelligitur, quando anima uenit ad portam paradisi ut recipiat salarium, Christus dat sibi premiū de factis in gratia solū. &c. Si anima uellet dicere, Domine de tali opere quod ego feci in peccato nihil dabitis mihi? Responderet Christus, Non recipio in computū, quia iam satis feci tibi pro illis in alio mundo, in quo dedi tibi uitam, & custodiui te a diabolo, & dedi tibi cōtritionē, &c. Verbi gratia, de Paulo de Mattheo, Dauid, & Magdalena, qui fuerunt peccatores, qui tamen in peccato multa bona fecerunt, & Deus non tradidit obliuioni. Sed si Paulus uel Mattheus de illis petiuissent premiū, respōdisset Christus, Nō darem tibi aliquid, quia iam satisfeci tibi. De isto exitu authoritas, Ibi, scilicet in tali exitu, abscōdita est fortitudo eius, scilicet gratia. Ante faciē eius ibit mors, scilicet peccati mortalis. Patet primū, quare dicit thema, & potest dicere peccator, Exi a me Domine per operationem gratie habitualis, hoc est, nō operor iam per gratiā, sed exi a me, hoc est, fac me operari per gratiam habitualem. Dico secūdo ꝙ exitus Dei est in creatura per diligentiā uirtualem, dicatur quomodo nō sunt multe persone in hoc mūdo que habēt gratiam habitualem, sed de illa operantur ita diligenter, ut possunt. Cōtenti enim sunt seruare precepta Dei, & ecclesie solū. Verbi gratia, Si diceretur eis quare nō ieiunatis bis, uel ter in septimana? Respōderēt, Ad hoc nō teneor. Sufficit mihi seruare ieiunia ecclesie. Idem de missa audiēda quolibet die dicerēt, non obligor nisi in Dominica. Idem operibus penitentialibus dicunt, sufficit mihi semel in anno. Patet quod illa gratia habitualis non exit in tot bonis operibus spiritualibus sicut posset. Tales habent gratiam habitualiter, ex quo seruant precepta ecclesie, & Dei, nihil

nihil addunt. De istis dicit Christus, Si quis diligit me, sermonem meū seruabit, & pater meus diliget eum. Et ad eum ueniemus, & mansionē apud eum faciemus. Io. xiiij. Ideo petit thema, Exi a me domine, scilicet tu domine qui es in me per gratiam habitualiter, exi a me, scilicet per diligentiam effectualem, quia peccator sum, ad minus uenialiter peccaui, quia non sum ita diligens in operibus spiritualibus ut oporteret. De hoc authoritas Zacha. ix. Dominus Deus super eos uidebit, scilicet propter uirtutem operum celestium que sunt desuper. & exibit ut fulgur iaculum, id est uerbum eius. Fulgur facit tria, illuminat inflāmat, & timorem inducit. Ita gratia Dei habitualis exiens per opera spiritualia inflammat affectionem, scilicet ad faciendum opera spiritualia cum feruore spiritus. Illuminat intellectum ad cognoscendum. Terret incutiendo terrorem penarum inferni. Ideo dicit scriptura, Quodcunque potest facere manus, id est uirtus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos quo tu properas. Eccle. ix. No. in dicta authoritate quatuor opera, que multum placent Deo, sed ex quo anima est in inferno, nihil prosunt, Primū est opus, scilicet construere capellas, ecclesias, pontes, hospitalia, & huiusmodi. Sed si tu precepisti in testamento tuo ista fieri, uadis ad infernum. Ista opera non poterunt te iuuare, etiam si fiant. Secundum est ratio, id est restitutio, respicere domum, taxiam, seu bursam, & in hac uita restituas, alias nihil ualebit pro liberando te ab inferno. Tertium scientia, & hoc in eleemosynis dādis, respicit quod dentur in locis piis & necessariis. Quartum sapientia, scilicet sapida scientia, que consistit dicendo, uel faciendo, dicere missas, & orationes. Qui in istis non sentit saporem, negligens est. Nec ualent multe misse ad liberandum unā animā de inferno. Ideo dicit, Quodcunq; potest manus tua, &c. Ideo ille qui hābet gratiam habitualem, petit in themate, Exi a me, &c. ac si diceret, Domine tu in me es per gratiā habitualem, ideo exi a me per effectum diligentie in operibus spiritualibus. Dico tertio quod est exitus Dei in creatura per utilitatē proximalem. Sunt enim aliqui in quibus Deus hābitat primo, & secundo modo superius dictis, sed non curant de saluatione proximi, seu de alia utilitate, de quibus dicit Hiero. ad Paulinum in prologo Biblie, cap. iiij. Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest, quia non curant de aliis, cum tamen Deus mandauit ut quilibet curet de proximo, ut de se. Eccle. xvij. Deus mandauit unicuique de proximo suo. Ideo talis petit in themate dicens, Exi a me domine, id est per utilitatem proximalem, ut proximis meis possim proficere. Authoritas. In tempore exitus tui distribue hereditatem tuam. Eccles. xxxiij. scilicet diuidendo cum proximis indigentibus, nec timeas depauperari propter eleemosynas, imo magis abundabis. Predicatio enim est magna eleemosyna, quando fit pro Deo, & nunquam predicatori

catori deficiet materia. Ita etiam est de diuitiis, quia Deus dat abundãter illis qui libenter dant eleemosynas, quia Deus non potest uinci a creatura per misericordiam. Dicatur de operibus misericordie erga pauperes, & talibus dicet Christus in iudicio generali, Venite benedicti patris mei, &c.

Dominica v. secundum sensum allegoricum de animabus.

Sermo secundus.

Concluserunt piscium multitudinem copiosam. Lu. v. ad literam. Sed ego iuxta intellectum allegoricũ, uel spiritualem uolens nunc declarare hoc uerbum de animabus purgatorij pono tres conclusiones. Prima quod purgatorium est sicut carcer in quo claudũtur homines debitis obligati, cum dicitur concluserunt. Secunda quod ad purgatorium non uadunt nisi christiani baptizati, cum dicitur, piscium. Tertia quod qui uadunt ad purgatorium non stabunt soli, sed sunt bene sociati, cum dicitur, multitudinem copiosam. Prima ergo conclusio est quod purgatorium est sicut carcer, in quo clauduntur homines debitis obligati. Sicut in carcere ciuitatis clauduntur aliquoties aliqui ex debitis quousque satisfecerint, uel alii pro eis. Ita est de purgatorio, quod est in corde terre, de igne & de flamma pura, que supernaturaliter uirtute diuina affligit animas, que pro debitis soluendis ibi clauduntur, qui stabunt ibi quousque soluerint ipsi, uel amici eorum. Ideo dixit, Concluserunt, supple angeli ministri, & executores diuine iustitie. De ista conclusione dicit Hieremias in persona anime existentis in purgatorio, Conclusit uias meas lapidibus quadris, & semitas meas subuertit. Threnorum tertio. Nota lapidibus quadris. Quãdo hortus, uel uinea clauditur lapidibus rotundis, paries diruitur, sed si clausura fiat ex lapidibus quadris, non ita diruitur, quia fortis clausura est. Et signat penam purgatorij fortẽ & duram, de qua non possunt exire, nisi compleant penitentiam, uel satisfiat ab amicis pro eis. Nota, semitas meas subuertit, scilicet contritionem, bonum propositum, confessionem, restitutionem, remissionem, ieiunia, & eleemosynas. Iste sunt semite stricte, per quas uadimus in hoc mundo, sed in alio mũdo in purgatorio non potest anima ire per semitas istas, quia non potest facere penitentiam meritoriam. De isto carcere purgatorij dans consilium cuilibet nostrum Christus dicit, Esto consentiens aduersario tuo dum es cum eo in uia, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittatis. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. Matthei quinto. Not. nouissimum quadrantem, id est obolum, signat animam culpam soluendam. Nota, Esto consentiens aduersario tuo. Aduersarius est sermo diuinus, qui, scilicet aduersatur sensualitati nostre, non tamen rationi,

quia

quia iudicat quod preceptum Dei eſt bonum & congruum, ſed ſenſualitas ad malum inclinatur ad ſuperbiam, auaritiam, luxuriam, &c. Ideo apoſtolus, Condelector legi Dei ſecundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis mee. Ro. vij. Nota, cito dum es in uia. Ratio, quia in alio mũdo non eſt remedium. Ne aduerſarius, ſcilicet uerbum Dei te accuſet. Quia ſicut abbas, uel prior, corrigit fratrem delinquentem. Ita Chriſtus in iudicio. Et dicit, quis es tu? Reſpondebit, Domine ego ſum chriſtianus, clericus, uel religioſus. Et Chriſtus, Ecce legem quam dedi tibi, &c. & ſecundum illam iudicaberis. Autho. Qui ſpernit me, & non accipit uerba mea, habet qui iudicet eũ. Sermo quem locutus ſum, ille iudicabit eum in nouiſsimo die. Io. xij. Not. Qui ſpernit me, &c. Deſpicitur rex, quando ſue ordinationes, uel preconizationes non ſeruantur. Ita de Chriſto. Ideo dicit, qui ſpernit me, &c. Ecce aduerſarius ſermo Dei. Et iudex, ſcilicet Chriſtus tradet te miniſtro. Et queſtio. Quis eſt iſte miniſter qui portat animam ad purgatorium? Aliqui dixerunt quod ille miniſter eſt diabolus, qui fecit eam peccare, ſed non eſt uerum. Ratio, quam aſsignat ſanctus Tho. eſt, quia anima uadens ad purgatorium in gratia Dei, egreditur de campo, & cum uictoria, non eſt ergo rationabile quod diabolus qui eſt uictus recipiat animam uictricem, Ideo ab angelo bono portatur ad purgatorium. Dicatur practica. Et dicet ſibi angelus, Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouiſsimũ quadrantem. Secunda concluſio eſt, quod ad purgatorium non uadũt niſi chriſtiani baptizati. Nõ uadunt illuc Iudei, nec Agareni, nec infideles, & hoc oſtenditur cum dicitur, piſcium. Piſces naſcuntur, & conuerſantur in aqua. Ita chriſtiani renaſcuntur in aqua baptiſmatis, & conuerſantur in aqua lacrymarum per penitentiam. Ideo Dauid uocauit chriſtianos piſces, dicens, Piſces maris qui perambulãt ſemitas maris. pſal. viij. Not. piſces maris. Ab amaritudine paſsionis Chriſti aqua baptiſmatis habet uirtutem & efficaciam lauãdi animas. Ideo Apoſtolus, Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. ad Ro. vj. No. qui perambulant ſemitas maris, quantum ad conuerſationem, per amaritudinem penitentie, & lacrymarum. Notande ſunt hic due queſtiones. Prima quam multi faciũt eſt iſta, Frater quod dicitis in concluſione, quod ſoli chriſtiani ad purgatorium uadunt, & infideles ad infernum, hoc non uidetur uerum. Ratio, quia multi infideles ſunt, qui reciperent baptiſmum, ſi ſcirent tantum ualere, ſed nunquam audiuerunt. Nunquid excuſantur? Reſponſum eſt per queſtionem quam facit ſanctus Tho. ij. ij. q. x. ubi querit utrum infidelitas ſit pena, an culpa, qui dicit quod in illis qui dubitant, & uellent ſcire ueritatem, & ſi uiderent miracula crederent in talibus, dicit ſanctus Tho. quod infidelitas potius eſt pena quam culpa. Si dicatur, quare ergo

damnan

damnantur? Dico quod ex peccato originali, quod non remittitur nisi per fidem propriam, uel ecclesie. Item ex peccatis actualibus que faciunt. Ideo apostolus, Sine fide impossibile est placere Deo. ad Heb. xj. Secunda responsio est, quod tanta est connaturalitas fidei catholice ad intellectum nostrum, quod nisi ex peccatis ponatur obstaculum, homo credat statim. Authoritas. Si quis uoluerit uoluntatem Dei facere, supplé moraliter uiuendo, cognoscet de doctrina mea an ex Deo sit. Ioan. vij. Verbi gratia. Quando aliquis quantumcunque sit rudis uidet magnum palatium, statim cogitat quod magnus dominus illud fecit. Ita de palatio huius mũdi, &c. Itẽ ratio dictat, quod de domino suo loquatur homo cum reuerentia. Item quod quilibet dominus nult aliquod seruitium de suis seruitoribus, & sic de aliis preceptis, &c. Et quia infideles non faciunt Dei uoluntatem, ideo imputatur eis. sic ebrius qui occidit patrem suum, nescions quid facit, tamen sibi imputatur, & debet puniri, quia non est sine culpa, quia non debuit inebriari. Ita est de infidelibus, qui inebriantur malitiis, & uitiis, sicut ille qui claudit sibi oculos cum manu, & cadit in puteum, nunquid damnabitur? dico ꝙ sic, quia non debuit sibi claudere oculos. Ita est de infidelibus, quia manu malitie contra Christum claudunt sibi oculos. Ideo non excusantur. Patet responsio ad primam questionem. Et concordat prophetia, Nonne uerba mea bona sunt cum eo qui graditur recte? Michee ij. Idem de malis christianis diu in peccatis uiuentibus, qui perdunt fidem & sic damnantur. Authoritas. Bonam conscientiam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt. j. ad Tim. j. Ergo solum pisces saluantur. Secunda, questio est, utrum saluantur omnes christiani. Dico ꝙ nõ, sed illi qui perambulant semitas maris, scilicet facientes penitẽtiã de peccatis post baptismum factis. Sed est hic argumentum in oppositum quod facitis uos communiter dicendo, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Mar. vlt. Si dominus largus, cur dispensator auarus? Vos fratres nimis uitã restringitis, dicendo quod oportet & nos facere penitentiam, conteri de peccatis, confiteri, &c. Dicẽdum quod qui crediderit, & baptizatus fuerit, habens fidem formatã, saluus erit. Sed si talis postea in peccatum lapsus fuerit, eget penitentia, que est secunda tabula post naufragium. Pro declaratione huius nota parabolam de rege, qui parauit magnum conuiuium, & fecit preconizari, quod quilibet sibi fidelis, qui haberet manus mundas, comederet in conuiuio. Dicatur de hortulano, qui mane lauit manus, & postea maculauit. Et fuerat fugatus a conuiuio, propter immunditiem manuum. Sic est hic, nisi manus immundas lauerit a conuiuio fugabitur. Oportet ergo ambulare semitas maris per opera penitentialia, quia modo uos non estis baptizati, id est mundi, sed fuistis hora prime, sed nondum erat hora prandij. Ideo Isa. Lauamini, & mundi estote, &c. Isaie j.

Tertia

Tertia conclusio, quod illi in purgatorio sunt bene associati, cum dicitur, multitudinem copiosam. Si tamen comparetur ad illos qui sunt in inferno, dicitur quod multitudo defectuosa, quia p una anima que uadit ad purgatorium, uadunt mille ad infernū. Duri & presumptuosi difficile corriguntur. Talium infinitus est numerus. Eccle. j. Si autem comparentur ad illas de paradiso, dicetur tūc multitudo copiosa, quia pauci sunt qui sine purgatorio uadunt ad paradisum. Apostoli quesierunt a Christo dicentes, Domine si pauci sunt qui saluantur. Luce xiij. Christus autem suspirans noluit dicere quod pauci, sed dixit, Contendite intrare per angustam portam, quia dico uobis multi querent intrare, & non poterunt, &c. Nota, contendite primo cum carne ad malum inclinante, &c. quia hodie est talis conditio mundi, quod qui uult ire ad paradisum, multa habet impedimenta, sed qui uult ire ad infernum, omnes faciunt sibi locum, nec impeditur ab aliquo, &c.

De eadem dominica. Sermo iij.

DOcebat de nauicula turbas. Habetur uerbum istud textualiter Luce v. & officiatur in euāgelio hodierno. Sermo noster erit de euangelio, &c. Salutetur uirgo Maria. In presenti sermone intendo tenere modum edificatoris domorum, qui primo ponit fundamentum firmum & forte, deinde superedificat cameras ad habitandum. Ita intendo facere. Primo ponam fundamentum fortius celo, & terra, scilicet uerba sancti euangelij. De quibus Christus, Celum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Luce xxj. Deinde edificabo cameras, id est doctrinas morales. Nota hic historiam euangelij. Cum semel Christus esset iuxta stagnū, uel mare Tyberiadis, seu Genezareth, magna multitudo pōpuli uenit ad eum, ut audirent uerbum Dei, secundum quod prophetauerat Isa. dicens, Fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi. Isa. ij. Christus autem uidens tantam multitudinem, de qua dixit textus, Cum turbe irruerent in eum, quia omnes uolebant eum tangere, quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes. Luce vj. dixit primo quōd mitterent barcam in mari. Erant autem ibi due naues stātes secus stagnum. Piscatores autem descendebant & lauabant retia. Et ascendens in unam nauim, que erat Simonis, rogauit eum a terra ducere pusillum. Et de bārca predicauit populo qui erat in littore. Predicabat eis de articulis fidei, de gaudiis paradisi, & de preceptis seruādis, peccatis uitandis, de tribulationibus sustinendis, de iniuriis remittendis, de penis inferni. Fecit eis pulchrum sermonem, & de hoc loquitur thema, docebat de nauicula turbas. Post sermonem data benedictione populo uolens soluere Petro qui accommodauit sibi barcam dixit, Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam. Respondit ei Petrus, Preceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus. q.d. de nocte

nihil

nihil cepimus, quomodo de die capiemus, &c. Et Christus, fac ut dico. Et Petrus, In uerbo tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, cōcluserunt piscium multitudinem copiosam, &c. Nota hic literaliter. Petrus cū sociis suis laborauerant per totam noctem, & nihil ceperant, & pro modico seruitio quod fecerunt Christo mutuando sibi barcam, Dominus retribuit sibi magnum salarium. Hic habemus exemplum quod nullus confidat quod ex suo labore acquirat bona temporalia, sed pro modico seruitio quod facit Christo Deo. s. seruando dominicam, magis proficiunt bona tua, campus, uinea, grex, oliueta, quam ex tuo labore totius anni. Multi laborant qui nihil colligunt, quia male seruant festa. Ecce fundamentum positum. De quo apostolus, Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est. Glo. Fides Iesu Christi. j. Corinth. iij. Modo edificāde sunt camere tres, scilicet uirtutes necessarie, secundum quod Christus de nauicula docebat, tres lectiones inter alias nobis necessarias ad saluationem. Prima de obedientia generali. Secunda de penitentia sacramentali, tertia de perseuerātia finali. Istas lectiones docebat Christus non solum uerbo ut multi predicatores, sed etiam facto. Cepit Iesus facere & docere. Nota facere primo, deinde docere. Ideo thema, Docebat de nauicula turbas. Prima ergo uirtus seu lectio quam Christus ostendit est de obedientia generali, scilicet quod omnis tam religiosus quā clericus, tam homo quam mulier obediat decem preceptis. Hoc Christus ostendit primo facto, quia uoluit humiliari per obediētiam patris, usque ad mortem. Qui cum in forma Dei esset, &c. Ad Philip. ij. Ecce qualiter ostendit facto lectionem obedientie in re tam dura & aspera. Item ostendit uerbo dicens, Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Matth. xix. Nota si tu. s. Dominus, uel uasallus, si tu diues, uel pauper, si tu regularis uis ad uitā. s. eternā ingredi, serua mādata. Noli uinere secundū tuā uoluntatē, sed secūdū Dei equitatē, non secundū tuā inclinationē, sed secundum Dei ordinationem, non secundum tuum sensum, sed secundū Dei mandata. Seruus uolēs obtinere salarium, oportet quod faciat uoluntatē domini sui. Oēs sumus serui Domini Iesu Christi, & capitui. Si ergo uolumus salariū glorie, faciamus eius uoluntatem, nec debemus pro ulla re facere contra eius mandata. Ista est obedientia generalis ad omnia mandata Dei, ex hoc acquirit homo regnū celeste. Ratio, nam clausura contrarios motus habet, quod uno motu clauditur, alio aperitur. Modo uideamus ianuam paradisi, quo motu clausa fuit, motu inobedientie Ade, quia de dextera Dei fecit motum usque ad sinistram proprie uoluntatis, non obediendo Deo, ergo si porta paradisi debet nobis aperiri, per motum contrarium habet aperiri, scilicet de sinistra proprie uoluntatis, ad dexteram diuine uoluntatis, facere enim debemus Dei uoluntatem magis quam propriam. Verbi gratia, dicendo, Ego sum inclinatus

ad ſuperbiam, ſed uos Domine uultis, & precipitis humilitatem. Ideo Domine uolo humiliari. Idem de aliis peccatis. Nō credatis quod gloria paradiſi obtineatur genere, dignitate, dominio, ſcientia, pulchritudine, & fortitudine, imo ſi dicat anima Chriſto in iudicio particulari, Domine ego ſum de magno genere, uel fui magnus dominus in alio mundo. Ideo etiam fac me dominum in iſto. Dicet Chriſtꝰ, Verum eſt quod ego te feci magnum dominū, ſed male uſus fuiſti faciendo iniuſtitias, & ſic de aliis. Ideo Chriſtus dixit, Si uis ad uitā ingredi ſerua mā data. Iſta eſt obedientia generalis. Secundo docuit Chriſtus de penitē tia ſacramentali. Primo opere, quia tota uita Chriſti fuit penitētia, ſemper ieiunabat, quia niſi ſemel in die comedebat, nec legitur comediſſe carnes unquā, niſi de agno paſchali. Secundo docuit uerbo, di. Penitētiam agite, appropinquauit enim, &c. Matth. iiij. Item niſi penitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis. Luc. xiij. Sacramētalis penitentia conſiſtit in quatuor. Primo in cordis cōtritione, ſecundo in ꝓpoſiti emendatiōe, tertio in oris cōfeſsione, quarto in operis ſatisfactione. Si peccauimus regnum Dei per inobedientiam, iſto modo poſſumus ipſum recuperare per penitentiam ſacramentalem. Facite fructus dignos penitentie. Luc. iij. ubi dicit glo. quod fructus digni penitentie ſunt, quando penitentia correſpōdet peccatis, ſicut medici faciunt medicinas ſecūdum infirmitates. Verbi gratia. Si peccaſti corde per mala deſideria, percutias cor quinque digitis, quia ex quinque ſenſibus quaſi quinque inſtrumentis corde peccamus. Item ſi peccaſti ore mentiendo, diffamā do, te laudando, uel alias cōtra Deum loquendo, digna penitentia eſt orare, percutere os, confiteri ore, quaſi te diffamando, idem de aliis partibus corporis. Ecce quare dicit, Facite fructus, &c. Tertio docuit nos Chriſtus de perſeuerantia finali opere. Primo, quia ſemper perſeuerauit etiam in cruce, licet detraherent ſibi, &c. Etiam docuit nos per ſeuerantiam uerbo dicens. Qui perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit, &c. Matth. x. modicum ualeret obedientia generalis, & penitē tia ſacramentalis, niſi eſſet perſeuerantia finalis. Multi incipiunt bene, & feruenter, ſed accidit eis ut aque calide, que paulatim frigeſcit, quantumcunq; eſſet calida, ſi ab igne amoueatur. Ideo Chriſtus, Nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retro aptus eſt regno Dei. Luc. ix. Aratrum eſt penitentia, que arat terram corporis, ut faciat fructum meritorum, & uirtutum, cui apponitur manus quando homo incipit. Ideo non debet quis reſpicere retro, ſcilicet dimittendo quod incepit, ſed augmentare non ſolum opera, ſed etiam feruorem ſpiritus, ſed multi decipiuntur quorum perſeuerantia impeditur, cogitando ſimul totam eorum uitam futuram, & ſic uenit eis tedium. Ideo non debet ſic incipi, ſed per partes quolibet die cogitare, uideamus hodie qualiter me habui, & dicere, O uideo quod in multis defeci, ſed cras uolo

incipere

incipere ad ſeruiendum Deo,& etiam cras ueſperi inuenietis uos deſeciſſe. Et ſic antiquitus ſancti patres perſeuerabant, quaſi faciendo computum quod non debebant uiuere niſi una die. Dicit Dauid de ſe, Et meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopabam ſpiritum meum.Et dixit,nunc cepi.Pſal.lxxj.Ideo quidam ſanctus pater uolens aliquos inducere ad penitentiam dixit.quod fuit quidam homo habens campum plenum ſpinis, ad quem mittebat ſimum, ut purgaret campum,qui uidens campum tam magnum, quaſi deſperatus comedebat,& poſuit ſe ad dormiendum.Ita de uita noſtra,que eſt ut campus magnus,plenus ſpinis,&c.Ecce quare dicit,Nemo mittens manum,&c Deo gratias.

De eadem Dominica. Sermo quartus.

PEr totam noctem laborantes nihil cepimus. Habetur uerbum iſtud originaliter Luce v. & recitatiue in euãgelio currentis dominice. uerbum oppoſitum dat mihi occaſionem,& motiuum predicandi,& declarandi mala, & defectus quos habet perſona, que exiſtit in peccato mortali,ut ab eis recedatis, & ad bonam uitam redeatis. Sed ut gratia Dei ſit nobiſcum,ſine qua nihil faceremus,ſalutetur uirgo Maria.Ad literam hoc eſt uerbum piſcatorum,qui laborauerunt per totam noctẽ, & nihil ceperunt. Ideo dixerunt,Per totam noctem laborantes, ſcilicet piſcando, nihil cepimus. Sed ego uolo pertractare hoc uerbum ſecundum intellectum allegoricum, & ſpiritualem, ita quod thema ſit uerbum peccatorum in peccatis decedentium,qui quando ſunt in alio mundo,recognoſcentes ſe,dicunt,Per totam noctem laborantes,&c. Pro cuius declaratione ſciendum quod quandiu perſona eſt in peccatis,in mala uita,non cognoſcit ſuos defectus,nec mala nec pericula in quibus eſt,quia non uult corrigere ſe:ſed lete comedendo, bibendo, ſaltando,ridendo,tranſit.Recte tali accidit,ut homicidis, & latronib⁹, qui letantur, & appreciant ſe de malo quod faciunt. De quibus dicit ſcriptura, Letantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſsimis. Prouer.ij Sed quando ſunt capti,& catenati, & ad furcam ſententiati, tunc cognoſcunt mala,& peccata que fecerunt, & petunt cõfeſſorem, remittunt iniurias,ſatisfaciunt,&c.quando habent penam cognoſcũt culpam.Ideo Grego. Oculos quos culpa claudit,pena aperit. Ita recte eſt de peccatoribus,quandiu uiuunt in hoc mundo,delectantur de ſolatio in ſolatium,ſed quando moriuntur,& uident infernum eis paratũ,uident ꝙ perdiderunt omnia bona,diuitias,honores,& dignitates, & uident quod nõ habebunt gloriam,ſed penam eternam. Tũc dicũt, Per totam noctem.ſ.huius uite,laborãtes nihil cepimus.Ideo hoc uerbum eſt planctus pctõrum, qui in morte pauperes ſe inueniunt.Patet thema.Si uolumus predicta uerba bene cogitare, in dictis uerbis oſtẽ

duntur nobis de uita peccatorum tres conditiones male. Vita enim peccatorum habet tria incommoda.

Vita inquam peccatorum eſt primo crudeliter tenebroſa, ibi, per totam noctem,

Secundo penaliter doloroſa, ibi, laborantes,

Tertio finaliter infructuoſa, ibi, nihil cepimus.

Dico primo ꝙ uita peccatorum eſt crudeliter tenebroſa, cum dicitur, per totã noctem, ſine lumine charitatis, & gratie ſunt peccatores. Hoc declaratur ſic. Quinque defectus accidunt perſonis in nocte tenebroſa ambulãtibus. Primo quod nõ cognoſcunt ſe ad inuicem, imo dicũt, quis eſtis uos. Secundo ꝙ leuiter impingunt, quando nõ habent claritatẽ. Tertio, quia ſi terra ſit lutoſa, leuiter maculantur. Quarto, quia leuiter unus perdit alium, quia nõ uident. Quinto tunc homo uadit dubitando, & palpãdo. Iſtos quinque defectus inuenietis in perſona quæ cõſiſtit, & uiuit in peccatis mortalibus, quia primo perdit cognitionẽ perſonarum per ſuperbiã. Erant duo magni ſocij. Et unus aſcẽdit in honores, & dignitates, altero remanẽte in paupertate, qui quando uenit ad aliũ, nõ cognouit eũ. Frater germanus fratrẽ germanũ, amicus amicum, filius patrẽ nõ cognoſcit propter ſuperbiam, imo abnegabit eũ, quia in tenebris ambulant. Peccatũ eſt nõ honorare parentes, nec eis ſubuenire. Ecce prima cõditio pctõrum. De his ſcrip. dicit, Qui dicit patri ſuo, & matri ſue, neſcio uos, & fratribus ſuis, ignoro illos. Deuter. xxxiij. Sopho. j. Ambulabunt, ut ceci, quia Domino peccauerunt. Secunda cõditio eſt, quia peccator impingit, maxime per auaritiã in lapidem frigidum, & durũ, ſine cõpaſsione proximi. Ideo de auaro dicitur, Cor eius indurabitur quaſi lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus. Iob xlj. O quot impingunt hic, quando dicitur eis a cõfeſſore, facitis uſurã? Reſpõdent, nõ pater. Et cõfeſſor, Qualiter mutuatis? Pater x. florenos pro xij. Et cõfeſſor, Et nũquid hoc eſt uſura? Nõ pater, quia de mea pecunia cum qua poſſem lucrari accipio lucrũ, &c. Ecce nox obſcura & tenebroſa. Idẽo fariã uobis lumẽ. Dicatis uos ùſurarie. Eſtis uos dominus pecunie, uel panis, uini, &c. Certũ eſt ꝙ nõ, quia theſaurarius regis nõ eſt dominus pecunie regis, ſed diſpẽſator, & ſi male diſpẽſat pecuniã regis, ſuſpẽditur a rege. Idẽ de diuitibus, nõ ſunt domini pecunie, quia domini eſt terra, & plenitudo eius, &c. Vos domini ſolum eſtis theſaurarij, & diſpẽſatores, & de omnibus tenemini dare cõputũ Deo, de pecuniis, pane, uino, oleo, lana, & frumento, &c. qualiter acquiſiuiſtis, & expendiſtis. Diſpẽſator regis poteſt ſibi retinere neceſsitatem, ſed nõ ad uanitatẽ, ſed debet dare aliis ꝓuiſionẽ. Ita debetis uos facere, ſed multi miſeri frãgunt ſibi collũ ꝑ uſuras, furta, rapinas, retẽtiões, de ſoluẽdis decimis, oblationibus, &c. Ideo dicit ſcrip. In uia ruine nõ eas, & nõ offendes in lapides, nec credas te uie laborioſe. ſ. auaritie ne

ponas

ponas anime tue ſcandalū. Eccl. xxxij. Tertia cōditio, ꝙ leuiter maculātur, ſic pctōres leuiter maculātur per lutū luxurie, nō uident uiā, nec cognoſcūt peccatū, imo dicūt, Et quod peccatū eſt? ego nō habeo uxorē, nec ipſa uirū, &c. Dico ꝙ eſt reſpōſio, & excuſatio friuola. Nunquid ſi cū filia regis fornicationē cōmitteres, regi placeret? Si autē rex tradit eā tibi in uxorē, habeas ſolacia cū illa. Et ſi de iſtis eſt tā magnū peccatum, quid dicemus de maritatis, cōſanguineis, cōmatribus, tales ad profundū inferni deſcēdunt. De talibus dicit Dauid, Ipſi obligati ſunt, reſpiciendo mulieres, & ceciderunt. Pſal. xix. Greg. Nō licet intueri qđ nō licet cōcupiſci. Et ceciderunt in lutum luxurie. Quarta cōditio eſt, ꝙ de nocte leuiter unus ledit alium. Ita etiam in pctōribus accidit ex peccato ire, leuiter offendūt ſe mutuo, quia in nocte tenebroſa homo nō uidet alium. O dices tu, imo uidebo eum. Probo quod non. Nam ſi cōrā te uidiſſes imaginem Chriſti, uel uirginis, nō percuſsiſſes eam, ni ſi eſſes infidelis. Modo propria imago Dei eſt homo. Ad imaginē quippe Dei factus eſt homo. Gene. ix. Ideo ſi uidiſſes hanc imaginem, non percuſsiſſes eam propter honorem Dei. Quinta cōditio eſt, quia in nocte homo uadit hinc inde palpando, & dubitando. Ita qui eſt in peccato, quia parua bona opera facit, & cum tedio facit ea que Dei ſunt. Ecce defectus qui ſunt in uita pctōris, ad inſtar illius qui uadit de nocte. Ideo Dauid, Poſuiſti tenebras. ſ. peccatorum, & culparum in uita tua, & facta eſt nox. ſ. tenebroſa & obſcura, in ipſa pertranſibūt omnes beſtie ſylue. i. peccatores, qui ut beſtie regūtur ſenſualitate. Pſal. ciij. Dico ſecundo quod uita peccatorū eſt penaliter doloroſa, ibi, laborātes. Hoc declaratur ſic. Quodlibet peccatum mortale, quia eſt cōtra rationem, & intellectum, affert peccanti penam, & dolorem, etiam in hoc mūdo, ſecundū Augu. li. confeſsionum. Sicut ſi aliquid ſit in domo tua contra tuam uoluntatem, illud affert tibi dolorem: ita quando ſit peccatum mortale, quia ſit contra iudicium rationis, & intellectus, qui eſt dominus domus cōſcientie, ideo triſtatur. Nam licet ad extra rideant, & delectentur pctōres, tamen ad intra triſtantur ex remorſu cōſcientie, qui remorſus eſt dolor, & pena, quia ancilla. ſ. caro, contra uoluntatē ſuā facit illud. Nonne eſſet tibi pena, ꝙ ancilla tua faceret aliquid in domo tua cōtra uoluntatem tuam? Ecce qualiter uita pctōrum eſt penaliter doloroſa. Ideo Aug. Iuſsiſti Domine, & ita eſt, ut omnis animus inordinatus, pena ſit ſibi. Per oppoſitū uirtutes afferunt delectationem, etiā ſecundum philoſophū, quia tunc ſit in domo cōſcientie ſecundum uoluntatē domini. ſ. intellectus, & etiā ſecūdū uolūtatē domini. ſ. ratōis. Magna delectatio eſt domino, & domine domus, quādo filij ſerui, ancille, uel filie nō faciunt aliqd niſi iuxta uolūtatē eorum. Ita de nobis, quorū filij ſunt ſenſus, filie potentie aīe, uel cogitationes, ſeruus corpus, ancilla eſt caro. Magna delectatio & homini quando omnes iſti

obediũt domino.i.intellectui, & domine.i.rationi. Ideo dicit philoſophus, Signũ autẽ generati habitus eſt delectabiliter operari. Verbi gratia. Si ꝑ honore Dei placet tibi ieiuniũ, ſignũ eſt ꝙ uirtus abſtinẽtie eſt intra te. Si oratio, ſignũ eſt ꝙ in te eſt uirtus deuotiõis. Si ſeparatio mulierũ, ſignũ eſt ꝙ uirtus caſtitatis eſt intra te. Si ciliciũ, uel alia corporis afflictio, ſignũ eſt ꝙ in te eſt uirtus penitentie, & ſic de aliis. Eris quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarũ cuius nõ deficiẽt aque, & edificabũtur in te deſerta ſeculorũ. Eſa. lxviij. Fõs gratie q̃ eſt in qualibet perſona bona, & uirtuoſa rigat ſenſus, & oẽs potẽtias. Oppoſitũ eſt de peccatoribus, quia ſi rident ad extra, tamẽ ad intra anima triſtatur, cõſcientia remordet. Sed modo nõ cognoſcũt, ſed cognoſcẽt, quãdo erunt in inferno, & cruciabũtur, tũc enim eleuatis oculis uidebũt gloriã bonorũ, nõ ad delectationẽ, ſed ad augmentationẽ pene, ut de famelico uidẽte menſam paratã eſcis plenã, & nõ poteſt habere, cruciatur magis. Videntes gloriam, ſcilicet bonorum, turbabuntur timore horribili, & morabuntur in ſubitatione inſperate ſalutis, gementes pre anguſtia ſpiritus, &c. Sapien. v. Ecce laborantes. Ideo ſancta ſcriptura dat remedium dicens, Nec credas te uie laborioſe. Eccle. xxxij. Gloſſ. peccatorum, quia peccata cuiu magno labore fiunt ſicut furta, opera autẽ miſericordie fiũt delectabiliter. Item de luxuria, adulterium cum magno labore, timore, & periculo fit. Caſtus autem delectabiliter uiuit, & ſic de aliis. Ideo dicit, Nec credas te uie laborioſe, ne ponas anime tue ſcandalum. Eccleſ. xxxij. Ideo apoſtolus, In laboribus plurimis. ij. Cor. xj. Dico quod tertia mala conditio quam habet uita peccatorum eſt, quod eſt finaliter infructuoſa. Ideo dicitur, nihil cepimus, quia peccatores in alia uita nihil reportant premij aut mercedis ex operibus que fecerunt, quia quandiu perſona eſt in peccato mortali, etiam ſi faceret omnia bona opera mundi, ieiunia, magnas orationes, largas eleemoſynas, &c. nihil ſibi proficiũt pro alio mundo. Licet enim Deus pro quoliber bono opere det ſolutionẽ, tamen peccatoribus ſoluit in hoc mundo de his que faciunt, dat eis diuitias, honores, dignitates, officia, & beneficia, pacem, ſanitatem, filios, longam uitam, amorẽ dominorum, & quod eſt maius, bona opera ex genere, quia illis bonis operibus extrahuntur de peccato nõnunquam peccatores. Ideo bona opera nõ ſunt dimittenda quando ſentis te eſſe in peccato mortali, quia tunc ſunt magis neceſſaria, ut illis mediantibus exeas peccatum. Sed pro his operibus nihil dabitur tibi in alio mũdo. Ratio, uos ſcitis ꝙ ramus arboris nullam uirtutem habet niſi a radice, & nõ facit fructum niſi quandiu eſt in arbore. Si uero ſcindatur ab arbore, nõ facit fructũ, quia remota cauſa remouetur effectus. Ita in propoſito, radix ſiue truncus arboris, ubi eſt tota uirtus, eſt Chriſtus ſaluator noſter. Nos autẽ ſumus rami ſiue palmites, & quãdiu manemus in radice ꝑ uerã credentiam,

tiam,& promptam obedientiam,& per gratiam,facimus fructum meritorium,quia tunc quicquid facimus eſt meritorium. Si autem ramus aliquis abſcindatur ſecuri diaboli,que eſt tentatio per cõſenſum peccati mortalis,a trunco,id eſt Chriſto factũ eſt,iam nõ poteſt facere fructum meriti ,ſed Deus eſt adeõ pius peccatori,ita quod ſi facit aliqua bona opera,ſatisfacit ſibi hic.Ecce ratio,quare dico ꝙ peccatorũ uita eſt finaliter infructuoſa.Autho.clara,Sicut palmes nõ poteſt ferre fructum a ſemetipſo,niſi manſerit in uite,ſic nec uos niſi in me mãſeritis. Ego ſum uitis,& uos palmites. Qui manet in me,& ego in eo, hic fert fructum multum,quia ſine me nihil poteſtis facere, ſcilicet meritorie. Io.xv. Qualis dolor eſt peccatori quãdo moritur,& nihil inuenit ibi.Sicut mercator diues qui omnia poſuit in naui,& periit , ſolum remanet perſona ſua,quando eſt ultra mare,& nihil habet,qualis dolor , & deſperatio?Ita de peccatore,qui in hoc mundo eſt diues,& omnes nauigamus ad alium mundũ quando anima eſt in portu, & in ripa, & nihil inuenit de bonis,qualis deſperatio eſt ſibi,quando dicitur ſibi a Chriſto,Et ubi ſunt bona que dedi tibi?Reſpõdet,Totũ eſt perditũ,& quia ibi nõ poſſunt aliquid lucrari, remittuntur ad hoſpitale miſerorum ad infernum.Sed quando rami ſunt arbori Chriſto cõiuncti per fidem, & obedientiam,ita quod mallent citius mori quam cõſentire,tunc congregant magnum theſaurum,quando eſt ibi,inuenit magnum theſaurum,de quo uiuet eternaliter.Ideo dicit Chriſtus , Operamini non cibum qui perit.ut ſunt opera mundana,ſed qui remanet in uita eterna, quem filius hominis dabit uobis.Ioan.vj.Nota,piſcatores quamuis in rete ſuo ceperint conchas,& multa talia, & immunda, tamen quando non receperunt finalem fructum , dicunt dolentes, Nihil cepimus. ſic de peccatoribus.Ideo dicit ſcriptura , Vacua eſt ſpes illorum, ſcilicet peccatorum,& labores eorũ ſine fructu,& inutilia opera eorũ.Sap.iij.

De eadem Dominica. De Epiſtola. Sermo v.

BEnedictionem hereditate poſsideatis. Habetur uerbum illud textualiter prima cano. Pet. c.iij. & recitatiue in epiſtola currentis Dominice.Hoc uerbum eſt una breuis,& deuota oratio beati apoſtoli , quam facit pro nobis , deſiderans noſtram ſaluationem dicens, Rogo Deum,ut benedictionẽ,ſcilicet celeſtem hereditatẽ poſsideatis. Hoc uerbum,benedictionem,indiget declaratione. Pro quo ſciendum eſt, quod gloria celeſtis dicitur benedictio . Ratio , Quando Deus facit aliquid , non credatis uos quod illud faciat laborando manibus, nec ambulando pedibus , nec ſe mouendo quemadmodum uos, ſed ſua operatio eſt ſua locutio , ſuum dicere , eſt ſuum facere. Verbi gratia.Quando fecit lucem non laborauit, ſed ſolum dixit , fiat lux, & facta fuit , quia ſuum dicere eſt ſuum facere . Idem de celo , de

stellis,&c. Non facit ut magister operis, qui quando facit arcam, ponit fundamentum,&c. Sed dixit, fiat firmamentum,& factū fuit. Ideo Dauid, Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit,& creata sunt. Nota similitudinem de magnis, dominis qui mandando operantur. Si uolunt capere criminosum, non oportet regem se mouere, nec ipsum capere, nec suspendere criminosum, sed mandare quod capiatur,&c. Idem de ope re misericordie, nō oportet regem aperire bursam, &c. sed precipere thesaurario. Quanto ergo magis Deus, cui omnia sunt, & subsunt, & obediunt? Ideo dicit scriptura, Omne quod uoluerit faciet,& sermo illius potestatis plenus est. Ecclesiast. viij. Omnipotēs sermo tuus Domine, nō oportet ipsum nisi loqui. Ex ista declaratione quādo Deus extrahit animā de hoc mūdo,& collocat eam in paradiso, & imponit sibi diadema, quomodo creditis quod faciat nō laborando, sed precipiendo dicit Michaeli, Talis religiosus, clericus, uel laicus seruiuit mihi diligenter & sancte, ideo collocetur,&c. Et factum est. Etiam in iudicio generali quādo dabit gloriam bonis, ipsa donatio glorie seu operatio Dei in dādo gloriā dicitur benedictio, id est bona dictio, siue bona locutio, quando dicet, Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Mat. xxv. Ecce qualiter gloria celestis dicitur benedictio, de ista dicit the. Patet the. Modo uideamus que sunt persone, que istam benedictionem hereditate cōsequentur. Amore uestri ego quesiui,& inueni ī Psal. Domini est terra, in duobus uersibus, ubi dicit Dauid, Innocens manibus,& mundo corde, qui non accepit in uano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem a Domino,& misericordiam a Deo salutari suo. Vbi ponuntur quatuor conditiones personarum, que benedictionem hereditate possidebunt.

Primo pueri omnino innocentes,
Secundo peccatores uere penitentes,
Tertio persone bone bene obedientes,
Quarto tribulati,& patientes.

Quilibet istorum habebit benedictionē glorie celestis, quia de eis dicit the. Benedictionem hereditate possideatis. Dico primo ꝙ habebūt benedictionem glorie, scilicet pueri innocentes, qui nūquā peccauerunt. Innocētes sunt in corde, qa nūquā peccauerūt, nec habuerūt mas cogitationes. In ore, quia nunquā dixerūt malum uerbū, nec mentiendo, nec iurādo. Innocentes in oculis, auribus, in gutture, manibus, & pedibus,& in toto corpore, quia nunquā peccauerunt. Isti sunt totaliter innocentes, quando moriuntur statim habent benedictionem celestis glorie. Ideo Dauid, Gratiam,& gloriam dabit Dominus. Nō priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia. Sed diceret aliquis, Frater quomodo uocatis uos illos pueros totaliter innocentes, & nunquid

quid perſona que parentibus ſuis dat tribulationes,& infert malum,& triſtitias,& pericula,& tedia,quia non permittit eos dormire,ſed plorat,&c.nonne nocens eſt & peccat?Reſponſio,Dico quod ſunt totaliter innocentes,nec de predictis habent culpam,nec peccatū,quia dolor partus prouenit mulieribus ex peccato Eue,quia ex fructu arboris peccauit,& fecit contra Deum,ideo Deus fecit contra eam, & omnes filios ſuos,ut in fructu uentris punirentur,cum labore portarent,& cū dolore parerēt, & cum tedio nutrirent.Ideo patet error dicētiū,quod creatura nouiter baptizata ſi moritur,tranſit purgatorium ex dolore matris.Hoc eſt erroneum,quia Iudeus baptizatus ſi moritur antequā peccet,ſine purgatorio euolat.De iſtis dicit Iob,Saluabitur innocens, ſaluabitur autem munditia manuum ſuarum. Iob xxij. Nota munditia manuum ſuarum.Diceret hic aliquis,Si pueri innocentes ſaluantur,ergo etiam illi qui moriuntur ante baptiſmum ſaluantur eadem ratione, quia nunquam peccauerunt,nec corde cogitando,nec ore,nec manibus,&c.Huic queſtioni tacite iam reſpondet Iob, cum dicit, Saluabitur autem munditia manuum ſuarum.Ecce baptiſmus, qui mundat ab immunditia ſua quam recepit ab illa generatione.Nota,imago que cadit in luto non poneretur in altari niſi prius lauaretur.Sic eſt de homine,in quo eſt imago Dei,quantum ad animam quam fecit Deus, ut ponatur in templo paradiſi.Sed ueniens in hunc mundum, cadit in luto,in illa uili,& bruta generatione carnali.Quia ſi aliter ueniret,nō haberet originale.Ideo ibi recipit illam maculam.Ideo non poteſt intrare paradiſum,quouſque eſt mundata aqua baptiſmi. Ideo dicit Chriſtus,Amen amen dico tibi,niſi qs renatus fuerit ex aqua,& ſpiritu ſancto,nō poteſt intrroire in regnum Dei.Io.iij. No.hic, quādo anima nō baptizati uenit ad paradiſum,uel ad portam paradiſi, quid dicitur ſibi a Chriſto?Ecce quare dicit Iob,Saluabitur innocens,ſaluabitur autem munditia manuum ſuarum.Sicut habemus duas manus, ita habemus duas ſubſtantias,animam,& corpus,ideo dicit,Saluabitur mūditia, id eſt per munditiam manuum ſuarum,tam corporis,quam anime, quia peccatum originale non ſolum tangit animam,ſed etiam corpus,totū eſt infectum,tam ſenſus corporis,quam potentie anime, ſed per baptiſmum mundantur.Ideo Chriſtus Pſal.xxiiij.Innocentes,& recti adheſerunt mihi,ſcilicet in gloria,quia ſuſtinui te,ſcilicet paſsionem,quā tu pater ordinaſti,cuius uirtute ſaluantur.De quolibet iſtorum dicitur, hic accipiet benedictionem a Domino. Nota quando iſti pueri ſunt in extremis,demones ueniunt explorantes ſi poſſent animam recipere.Sed Chriſtus de celo dat eis benedictionem, & demones fugiunt. Nota & miſericordiam a Deo ſalutari ſuo,quia tunc pueri miſericorditer liberantur a tribus miſeriis quas habent.Prima eſt ignorātia, a qua liberātur tūc,quia ſtatim aperitur eis liber,& ſciunt omnia,& cogno-

ſcunt ſe,& parentes. Secunda eſt modicitas,uel paruitas,ſed ſtatim anima ſeparata a corpore habet tantam magnitudinem, ut gigas. Tertia eſt impotentia,quia nesciunt ire,nec ſe mouere,ſed ſtatim quãdo ſunt in celo,habẽt tantam potentiam,quod nec gigas,nec leo habent tantam potentiam. Ecce miſericordiam quam accipient. In iſtis ergo completur oratio Petri dicentis, Benedictionem hereditate poſsideatis. Dico ſecundo,quod obtinebunt benedictionem,&c. peccatores uere penitentes. Hoc tangit nos,quia licet fuerimus innocentes,& mundati per baptiſmum, tamen extunc amiſimus millies illam innocentiam ex peccatis que fecimus contra Deum,contra uirginem Mariã,& ſanctos,contra animam,& proximos. Ideo iam non poſſumus per uiam innocentie paradiſum intrare,propter hoc Deus ordinauit uiam penitentie,ſcilicet dolere,& conteri de peccatis,cũ propoſito non redeundi,confiteri,& ſatisfacere. Iſto modo poſſumus habere benedictionẽ glorie. Hoc tangit Dauid cum dicit, Mundo corde,ſcilicet per penitentiam,hic accipiet benedictionem a Domino. Sed eſt hic argumentum. Diceret aliquis,Frater quomodo ex munditia cordis intelligitur penitentia? quia penitentia nõ ſolum mundat cor, ſed etiam omnes uires anime,ſcilicet intellectum ab errore fidei,& falſis opinionibus,& malis ſuſpicionibus de proximis,& uoluntatem de malis deſideriis, & odiis,& rancoribus,& memoriam nõ recordando de receptis iniuriis. Item uera penitentia mundat os a mẽdaciis,diffamationibus, & blaſphemiis, oculos a malis aſpectib⁹,aures,nares,guttur,manus,pedes, & totum corpus a luxuriis. Cum ergo penitentia uera mundet animã a potentiis,& corpus cum ſentimentis,quare ergo recipitis penitẽtiã ſolum pro munditia cordis? Dico ꝙ uerum eſt,quod uera penitentia totum purificat,ut dictum eſt. Sed munditia cordis dicitur penitentia duplici ratione. Prima eſt,quia cor eſt ut fons,a quo multi riui procedunt,ſcilicet potentiarum,& ſenſuum. Et ſi aqua fontis ſit mũda,& pura,etiam aqua riuorum erit munda,& pura. Si immũda,ad idem. Et qa omnia opera bona,uel mala procedunt a corde,de corde exeunt cogitationes male,homicidia,adulteria,fornicationes,furta,falſa teſtimonia,blaſphemie. Mat. xv. Ecce qualiter aqua immunda procedit a fonte cordis,quia cor dicit, O ille interfecit patrem tuum, &c. ideo occidas eum,& ſic de aliis. Ideo ſi cor ſit mundum,etiam omnia ſentimẽta corporis erunt munda. Ideo Prouerb. iiij. Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo uita procedit. Ita ſi ſit immundum, procedit mors ab eo. Ecce prima ratio,quare dicit,& mundo corde,quia mũditia cordis eſt munditia totius corporis. Secunda ratio,quare munditia cordis dicitur penitentia,eſt,quia licet multa ſint opera penitentie, tamen radix, & initium penitentie eſt cordis contritio, ab iſta enim procedit fructus omnium aliorum operum. Ideo dicebat Chriſtus, Beati mundo

corde

corde, quoniam ipſi Deum uidebunt. Matt. v. De quolibet tali dicitur, Hic accipiet benedictionem a Domino. Quia quãdo talis moritur, & anima uenit ad iudicium, & accuſatur a demonibus, dicit Chriſtus anime, Audis quantum te accuſant? Dicit anima, Verum eſt, quia illa feci, non poſſum negare, ſed uſus fui medicinis ueſtris quas uos ordinaſtis cõtra peccata. Si habui malas cogitationes, habui etiam contritionẽ. Si peccaui ore, oraui, & cõfeſſus fui. Si oculis peccaui, fleui, & ſic de aliis. Feci iudicium, & iuſtitiam, non tradas me calumniantibus me. Pſal. cxviij. Chriſtus eſt contentus, & dat ſibi benedictionem, & miſericordiam, quando collocatur in gloria. Dico tertio quod obtinebunt benedictionem glorie perſone bone & obedientes, que habent dicere, uel facere, reſpiciunt Dei uoluntatem & ordinem. Religioſus obediẽs non faceret cõtra regulam, nec conſtitutiones, nec clericus, nec laicus contra Dei mandata, ordinat ſuam uitam ſecundum Dei uoluntatem, & non ſecundum eorum ſenſualitatem, ſecundum Dei ordinationem, & non ſecundum propriam inclinationem. De quolibet tali dicit, Qui non accepit in uano animam ſuam, hic accipiet benedictionem a Domino. Nota, quod accipere animam ſuam in uanum poteſt intelligi dupliciter, ſcilicet eſſentialiter, & effectualiter. In uanum dicitur accipere animam ſuam ille, qui non facit illa ad que ordinatur. Quia ſi rex dat alicui militi equum, & arma, & nunquam ſeruit ſibi, in uanum dicitur accepiſſe. Ita dedit nobis animam rationalem cum memoria, ut memoremur de beneficiis a Deo nobis datis, quia non fecit nos aſinum, non equum, &c. ſed ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam. Item redemit nos, &c. Cum intellectu, ut eum cognoſcamus, & ei gratias agamus. Cum uoluntate, ut eum deſideremus, &c. Si autem de iſtis non ſeruis ſibi, in uanum recepiſti animam tuam. Item dedit tibi corpus, quare? ut uiuas ex eo. Sicut enim pater dat patrimonium filio tempore nuptiarum, ut ex eo uiuat. Item de terra corporis debemus facere fructus per penitentiam, de quibus uiuamus, ſi autem non facis, in uanum recepiſti, uel accepiſti, & poſſumus dicere talibus, Vanum eſt uobis ante lucem ſurgere, ſcilicet ad opera temporalia, qui non curatis de operibus ſpiritualibus. Surgite, ſcilicet aliqua hora ad opus ſpirituale, poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris. Pſalmo centeſimo uigeſimoſexto. Nota qui manducatis panem doloris. Pater qui mittit filium ad campum, ut laboret, qui non curat de labore, ſed comedit, & bibit, & dormit, in ſero quando uenit ad domum, habet malam cenam, & uerberatur, &c. Ita Deus pater noſter miſit nos in campo huius mundi ad laborandum in operibus meritoriis. Qui autem non curat de labore, ſed comedit, & bibit, & delectatur, in morte punietur. Nam in ſero mortis uidebitis quomodo manducabitis panem doloris, quando demones cruciabunt uos, &c. Secundo

dicitur

dicitur aliquis accepisse animam in uanũ effectualiter. Vita enim presens est effectus anime, & ita sumitur. Io. xij. cum dicitur, Qui amat animam suam, id est uitam corporalem, tantum quod pro Christo non uult eam exponere in arduis, etiam perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam eternam custodit eam. Qui ergo uiuit otiosus, in uanum accepit uitam istam. Sicut ille qui uadit ad feriã, ubi stat. xv. diebus, & nihil facit, nec lucratur aliquid, dicitur in uanum iuisse ad feriam. Ita de nobis, qui uenimus in feria huius mundi ad lucrandum, ideo si non habemus merita, in uanum accipimus istam uitam. Ideo laborare debemus in bonis operibus, propter hoc dicebat apostolus, Hortamur uos ne in uacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim, Tempore accepto, scilicet in hoc mundo, exaudiui te, quia in alio non audit. Et in die salutis audiui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. ij. ad Cor. vj. Obedientes autem non accipiunt in uanum animam suam, siue uitam suam. Ideo de quolibet obediente dicitur, Non accepit in uano animam suam. Hic accipiet, &c. Dico quarto quod obtinent benedictionem glorie tribulati, & patientes, quando in infirmitatibus, plagis, uulneribus, doloribus, paupertatibus, & persecutionibus non murmurant contra Deum, imo patienter sustinent, sperantes quod in alio mundo erunt sine infirmitate, plaga, dolore, &c. De quolibet tali dicit, Nec iurauit in dolo proximo suo. Proximus iste est Christus per exellentiam, quia licet inquantum Deus sit creator, tamen inquantum homo est proximus, ut ipsemet declarauit Luce x. Quis tibi uidetur proximus fuisse, &c. Huic proximo facimus iuramentum in baptismo, quando dicitur a sacerdote? Quid petis, & dicitur a patrinis, fidem Christi. Et sacerdos, Et fides Christi quid dabit tibi. Respondet, uitam durabilem. Ergo abrenuntia Satane. Dicit abrenuntio, hoc est quasi iuramentũ, & ita dicitur a Dauid dicente in persona christiani, Iurauí, & statui custodire iudicia iustitie tue. Psalm. cxvij. Iudicia iustitie Dei sunt, ut in hoc mundo habeamus labores, miserias, tribulationes, &c. ut per patientiam mereamur habere gloriam. Ideo ad Heb. x. Patientia uobis necessaria est, ut uoluntatem Dei facientes reportetis promissionem, &c. Qui non iurauit in dolo proximo suo, hic accipiet benedictionem a Domino, &c.

De eadem dominica. Sermo vj.



Mnes unanimes in oratione estote. Verbum istud habetur prima can. Petr. c. iij. & recitatiue in epistola curré tis dominice. Pro breui huius uerbi declaratione, & materie introductione, sciendum quod inter omnia opera que possumus in hoc mundo facere, necessaria est deuota oratio ad Deum. Ratio, quia certum est quod omnia bona tam tẽporalia, quam corporalia, quam etiam spiritualia habemus a Deo. De

bonis

bonis temporalibus patet. Vnde est quod terra dat triticũ? ex semine. terra autem potest corrumpere semen, sed non potest ipsum fructificare, &c. O diceret aliquis, hoc est a natura & a constellationibus. Verũ est instrumẽtaliter, sed est a Deo principaliter. Ipse enim est actor principalis. Idem de uino in uineis, quia nullus potest aquam in uinum cõuertere nisi Deus. Nam conuersio aque in uinum fuit de primis Christi miraculis. Io. ij. Idem de pecuniis, rapis, &c. Omnia ista habemus a Deo. O dices tu, ego habeo in his laborare, quia alias nihil haberem. Solutio. Verum est, quia instrumentum es, sed Deus habet tibi dare, quia multi laborant qui nihil lucrantur, non credas ex tuis laboribus predicta acquirere. Idem de bonis corporalibus dicendum est, que etiam de Deo habemus, puta sanitatem, pulchritudinem, fortitudinem membrorum, rectitudinem & huiusmodi. Idem de bonis spiritualibus dicendum est, quod a Deo habemus contritionem, scilicet de peccatis, bonum propositum confiteri, & faciendi penitentiam, ne in inferno damnemur. Idem de remissione iniuriarum, & de restitutione ablatorum. Deus habet dare cor ista faciendi. Ideo dicit scriptura, Omne datum optimum, scilicet bonorum temporalium, & corporalium, & omne donum perfectum. Glo. bonorum spiritualium de sursum est descendens a patre luminum, id est angelorum. Iaco. j. Si ergo uis rigare hortum tuum de alto fonte, oportet ponere canale per quod aqua ueniat ad hortum. Ita etiam si uultis quod aqua gratiarum Dei ueniat ad uestrum campum, hortum, uineam, domum, corpus, & animã, de fonte ab alto spiritus sapientie uerbum Dei in excelsis. Eccle. j. Ponatis canale, scilicet orationem deuotam, mediante ista ueniunt ad uos bona temporalia, corporalia, & spiritualia. Patet ergo quod inter alia bona opera, que in hoc mundo possunt a nobis fieri, est oratio deuota nobis necessaria. Authoritas Dauid, Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam & misericordiam suam a me. psal. lxv. Gloss. August. Nunquam ergo a te moueatur oratio tua, & nunquam amouebitur a te misericordia diuina, Quia ergo oratio est nobis ita necessaria, dicit thema, Omnes unanimes in oratione estote. Amore uestri ego quesiui quas conditiones debet habere oratio, & quot sunt, & inueni quod deuota oratio debet habere sex conditiones. Oratio debet fieri,

Primo pacifice concordando,
Secundo attente cogitando,
Tertio humiliter supplicando,
Quarto confidenter sperando,
Quinto ordine petendo,
Sexto perseueranter continuando.

Qui istos sex modos seruabit in oratione sua, abundabit in omnibus bonis. Dico primo quod debet fieri pacifice concordando, cum uis orare,

orare, reſpicias ſi in corde habes uenenum odij, & male uoluntatis, ſi ſic, non audieris. Oportet enim concordare cum omnibus pacifice, & tunc oratio aſcendit recte ad Deum. Nota hic de collegiis, ſeu conuentibus diuiſis, quod modicum calorem habent, ſed quando ſunt uniti & pacifici, oratio eorum multum placet Deo. Ideo congregamur in ſolennitatibus uel proceſsionibus, ut ab inuicem inflammemur, & oratio aſcendat ad Deum. Ideo Dauid, Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo, eleuatio manuum mearum ſacrificium ueſpertinum. pſal. cxl. Nota ſacrificium ueſpertinum. Deus precepit in ueteri lege offerri ſibi duo ſacrificia, ſcilicet duos agnos, unum de mane, alium de ſero, ſed differenter, quia ſacrificiū de mane aſſociabatur cum multis aliis, ſacrificium uero de ſero ſine aliorum ſocietate offerebatur. Sacrificium matutinum figurabat ſacrificium Iudeorum, quod erat diuerſarum rerum. Sacrificium autem ueſpertinum figurabat Chriſtum, qui ſolus fuit ſacrificatus in cruce eleuatis manibus, parcēs omnibus. Ideo dicebat Dauid, Dirigatur oratio mea ad te. Patet ergo quod oratio debet fieri pacifice concordando. Benedictus qui poteſt dicere cum ueritate, Nullum odium habeo in corde meo cōtra aliquem, ſed omnes diligo. Ergo, Omnes unanimes eſtote, &c. Dico ſecundo, quod ſecunda conditio eſt, quod debet fieri attente cogitando, ita quod cor cogitet quod profertur ab ore, ne ſolum os loquatur, dicendo uerba orationis, & cor cogitet de negotiis temporalibus, de quoquina, uel lupanari. Si dicatur, ego non intelligo latinum. Ideo cogitetis in Deum, uel in petitionem quam facitis. Ideo Auguſtinus, Pſalmis & hymnis cum oratis Deum, hoc uerſetur in corde quod profertur in ore. Alias oratio uocalis ſine attentione cogitationis eſt parui ualoris. Ideo Iacobus, Triſtatur aliquis ueſtrum, oret equo animo & pſallat. Iacobi v. Nota equo animo, ſcilicet ut cor concordet cum lingua, & habebit cō ſolationem. Ecce qualiter orationes ſunt medicinalia. Sed quādo cor non cogitat ea que dicuntur ore, fit encenium Deo de ouis uacuis, & ſanctis. Ideo Deus reputat ſe deluſum, & ſancti. Modicum ualet talis oratio. Ideo apoſtolus, Si orem lingua mea, ſupple tantum, mens mea ſine fructu eſt. ſubdit, Quid ergo? Orabo ſpiritu, orabo & mente. Pſallam ſpiritu, pſallam & mente. j. ad Corin. xiij. Licet omnes debeant attente cogitare ea que dicunt, maxime tamē religioſi, qui quolibet die habent perſoluere horas canonicas. Attendant ne uane ſoluant. Ideo debent cauere ne dicantur in plateis, hortis, & feneſtris. Ideo dicit Chriſtus ſacerdotibus ueteris legis, qui ſoluebant Deo uacue. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. Sine cauſa, id eſt ſine utilitate, ſine fructu meriti colunt me. Mat. xv. Tertio oratio debet fieri humiliter ſupplicando. Quia oratio non eſt niſi quedam ſupplicatio, que preſentatur Deo. Quando infirmus orat, petens

ſanita

ſanitatem, ſupplicatur Deo, pauper orat petens prouiſionem. Idem quando tribulatus petit requiem, peccator peccatorum remiſsionem. Modo nullus eſt quantumcunque rudis, qui quando preſentat Pape, uel regi ſupplicationem, quin humilietur, capite diſcooperto, & genibus flexis ſibi preſentet, nec oportet quod doceatur hoc facere, quia ratio naturalis dictat faciendum, quanto magis ergo Pape Ieſu, & regi Chriſto humiliter debemus ſupplicationem preſentare. Hec aliqui minus decenter agunt, qui quando induunt ſe, dicunt orationes, cingentes ſe, & nodos aptantes, & mulieres quando ſe pingunt. Cogitate ergo quando oratis cum quo loquamini, quando dicitis, Pater noſter, uel Aue Maria, & humiliate uos, quia quanto humilius orabitis, tanto plus oratio aſcendet. Sicut ille qui ſaltando uult aſcendere, quãto plus ſe deprimit, tanto plus aſcendit, & ſaltat. Ita eſt de oratione. Authoritas. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, & donec appropinquat non conſolabitur, & non diſcedet donec altiſsimus aſpiciat. Eccleſiaſtici trigeſimoquinto. Humilium, & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. Iudith ix. Ideo Dauid, Reſpexit inquit in orationem humilium, & non ſpreuit preces eorum, pſal. cj. quando autem fit ſine humilitate, Deus claudit ſibi oculos. Quarto, ſi oratio debet eſſe acceptabilis, debet fieri confidenter ſperando. Vult Deus quod in omnibus neceſsitatibus noſtris recurramus ad Deum, & cõfidamus de eo, alias indignatur, quemadmodum indignatur, pater contra filios de eo non confidentes, uel procurator, uel iudex, quando homo non confidit de eis. Ita de Deo patre noſtro procuratore, & iudice, qui uult quod confidamus de eo di. Quecunque orantes petitis, credite, quia accipietis, & eueniẽt uobis. Marci undecimo. Nota, quecunque, ſcilicet licita orantes, quia aliter non accipietis, ſicut puer febricitans ſi petit uinum, non datur ſibi, ſed prius pater dat ſibi meliora, ſcilicet zuccharum roſatum, &c. Et ſicut filius nullam ſolicitudinem habet de aliqua re. Quia ſi dicatis uos puero, Quid comedes hodie? dicet, neſcio, pater meus, & mater mea curãt. Idem de ueſtibus, ſotulatibus, & aliis neceſsitatibus. Sufficit filio, ꝙ ſit humilis & obediẽs patri. Ita uult Deus de nobis, ꝙ in omnibus neceſsitatib⁹ cõfidamus de eo, & faciamus qđ tenemur facere, ꝙa non deficiet nobis. Verbi gratia. Si dicatur laboratori, Vos ſeminaſtis, &c. Habetis bladum. Eſtis certus ꝙ habebitis? Vos debetis dicere, Ego feci qđ in me eſt, de reſiduis confido in Deo. Item de uino in uinea, & de oleo. Nihil ſoliciti ſitis, ſed in omni oratione, & obſeruatione, cũ gratiarũ actione petitiones ueſtre innoteſcãt apud Deum. ad Philip. iiij. Nota. Nihil ſoliciti ſitis, non dicit ꝙ dimittamus labores, ſed ſolicitudines. Omnem ſolicitudinem ueſtram proiiciẽtes in eum, quoniã ipſi eſt cura de nobis. j. Pet. v. Sed nos magis cõfidimus de uno Iudeo, quã de Deo. Probatur, quia ſi Iudeus

tenetur

tenetur uobis ad l. florenos annuales de reditibus, de quibus habetis bonum instrumentum, uos confiditis, &c. Sed non cõfiditis Deo, qui promisit etiam cum instrumento publico uobis dare necessaria omnia, si facitis quod debetis facere, ut bonus filius. Notarius fuit beatus Mattheus. Nolite soliciti esse dicentes, quid manducabimus aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hec omnia enim gentes, supple infideles inquirunt. Scit enim Pater uester quod his omnibus indigetis. Matthei vj. Quinto, oratio debet fieri ordinate petendo. In nostris petitionibus debemus seruare tres ordines. Primo quod petamus primo illa que sunt nobis magis necessaria, utiliora, & principaliora. Ideo primo debemus petere gloriam. Secundo bonam uitam, que est uia ad gloriam. Tertio bona temporalia. Ideo Christus dicit. Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hec omnia adiicientur uobis. Matthei vj. Secundo quod illa sint de se bona, que non possunt habere malũ exitum, petamus audacter. Illa autem que sunt dubia, & possunt habere malum exitum aut finem, petantur cum conditione. Verbi gratia. Humilitas in dubitanter est bonum. Ideo audacter superbus potest petere humilitatem, auarus liberalitatem, luxuriosus castitatem, peccator peccatorum remissionem, &c. Alia sunt dubia, de quibus nescit homo an habebunt bonum exitum uel malum. Ideo conditionaliter sunt petenda, ut infirmus sanitatem que potest esse anime, uel bona, uel mala. Idem de diuitiis, officiis, & dignitatibus, & quia multi petunt sine ordine, & sine conditione, ideo non accipiunt. Petitis, & non accipietis, eo quod male petatis. Iaco. iiij. Tertio debet esse ordo in persona petente, ut purificet se, quia si quis promisit dare alteri optimum uinum album, requiritur quod cum uase mũdo recipiat, alias non daret. Ideo Isa. j. Lauamini, scilicet per contritionem, confessionem, & satisfactionem, mundi estote. Que autem a Deo sunt, ordinata sunt. ad Ro. xiij. Sexto, oratio debet fieri perseueranter continuando. Multi incipiunt, & quia statim non otinent quod petunt, orationem dimittunt, nihil ualet. Grego. Virtus boni operis perseuerãtia est. Patet in naturalibus, quia arbor paulatim augmentatur, nec uidetur eius augmentum quando actu fit, etiam si semper aspiciatur. Idem in artificialibus, quia domus paulatim fit. Primo ponitur fundamentum. Deinde fiunt parietes, &c. Idem etiam in spiritualibus, paulatim homo augmentantur coram Deo in gratia, uirtutibus, & meritis. Ideo necessaria est perseuerãtia, quia quandiu uiuimus, est nobis necessaria aqua gratie Dei de fonte excelso. Nota hic miraculum de illo nobili milite Normanno, qui quãdiu fuit in peregrinatione, quolibet die, mane, & sero orauit, quousque uenit ad castrum suum. In die enim qua debuit castrum intrare dimisit orationem, & illa die castrum suum fuit combustum. Ideo Christus, Oportet semper orare, & non deficere. Luce xviij. Semper, id est

in omni

in omni die,mane,& ſero.Ergo ſine intermiſsione orate,mane, & ſero.j.ad Theſſal.v.

Dominica vj.poſt feſtum Trinitatis. Sermo j.

VEniens offeres munus tuum. Matth. v. Sermo erit de ſancto euangelio iſtius dominice,& habebimus multas bonas moralitates,&c.Salutetur uirgo Maria. Et reſume thema.In ſancto euangelio hodierno, quod totum eſt doctrina,& uerbum Chriſti, docet nos tria que debemus habere,ualde neceſſaria ad noſtram ſaluationem.

Primum eſt intentio celeſtialis,
Secundum eſt dilectio uniuerſalis,
Tertium eſt deuotio ſpiritualis.

Et nunquam ſine his tribus potuit aliquis intrare paradiſum.Et de tertio,& ultimo loquitur thema,Veniens,ſcilicet ad Deum, offeres munus tuum.Dico primo quod Chriſtus docet nos habere intentionem celeſtem,ſcilicet quod in omnibus operibus noſtris,ſiue loquendo,ſiue operando,intẽtio ſit celeſtis,ſcilicet ad Deum,quod non fiat ratione hypocriſis,uane glorie,ſeu bonorum temporaliũ acquiſitionis. Ratio,nam in omnibus operibus principalitas ſtat moraliter in intentione agentis,tam in bonis operibus quam in malis.Intantum quod intẽtio hominis agentis dat actui ſpeciem,naturam,& nomen. Verbi gratia.In bonis operibus,ut ſi iudex uolens facere iuſtitiam in aliqua queſtione,& propter hoc dat eleemoſynam pauperi,& notario,& ſagioni, ut ſint ſibi fauorabiles in dicta iuſtitia facienda.Talis actus eleemoſyne magis dicendus eſt actus iuſtitie,quam miſericordie. Idem de malis operibus ſeu peccatis. Verbi gratia, de aliquo qui uult committere luxuriam cum aliqua,ſed illa non uult conſentire niſi pro pecuniis, ratione cuius ille committit furtum, ut poſsit dare mulieri, illud furtum potius debet dici luxuria quam furtum.Item per oppoſitum, ſi aliquis peccat cum aliqua muliere, ut poſtea in nocte poſſet eam depredari. Talis luxuria dicetur potius furtum,quam luxuria. De hoc uide Sanct. Tho.in quotlibet.iij.arti.xix.Patet regula, quod in omnibus operibus principalitas ſtat moraliter in intentione agentis.Hoc ſciens Chriſtus uoluit ordinare noſtram intentionem.Hoc oſtendit in prima parte euangelij,dicens,Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquã ſcribarum, & Phariſeorum,non intrabitis in regnum celorum.Scribe, & Phariſei omnia opera ſua faciũt ut uideantur ab hominibus.Matth.xxiij.Dicatur quid eſt Phariſeus,& ſcriba.Scriba dicebatur, ſcilicet a notitia ſcripturarum.Iſti Phariſei,& ſcribe faciebant multa bona opera,& magnas eleemoſynas,ieiunia,& orationes,ſed nõ habebant intentionem celeſtem,forma deficiebat eis.Dicatur quomodo,quando uolebant facere eleemoſynas,preco cũ tuba ibat ante eos,dicens,Si quis uult eleemoſy

Intentio illa eſt, q̃ actũ ſpecificat, ſeu ei ſpeciem confert.

mosynam, ueniat ad domum talis, &c. & totaliter fundabant se in ista uana gloria. Authoritas. Cum facis eleemosynam noli ante te tuba canere, & orare, sicut hypocrite faciunt in synagogis, & in uicis, ut honorificentur ab hominibus. Ecce intentio. Amen dico uobis receperunt mercedem suam. Matthei vj. Ideo dicit Christus, Nisi iustitia uestra abundet plus in intentione, quod sit celestis, non intrabitis in regnum celorum. Si dicatur ab aliquo simplici, quomodo in eleemosyna facienda habetur intentio celestis? Respondeo quod quatuor modis potest haberi, scilicet cogitando creationem, gubernationem, redemptionem, & glorificationem. Primus modus sit quando uides pauperem, cogita quod Deus ita bene creauit illum sicut te. Illum pauperem, ut per patientiam acquirat paradisum, & te diuitem, ut per misericordiam saluetis. Secundo cogitando gubernationem, quomodo Deus gubernat totum mundum, qui est pater omnium. Ideo amore tanti patris dabo isti eleemosynam. Tertio cogitando redemptionem, quomodo Christus aperuit bursam siue cophinum sui corporis, dans nobis in eleemosynam totum suum sanguinem, per caput, manus, pedes, & latus, &c. Ideo amore sui da eleemosynam. Quarto cogitando glorificationem, quando pauper pulsat ad ianuam tuam petens eleemosynam, tu debes cogitare, sic anima mea ueniet ad portam paradisi pulsans. Matthei xxv. Domine Domine aperi nobis, & petens eleemosynam, ut tunc Deus mihi faciat eleemosynam, nunc faciam eleemosynam huic pauperi. Aliquo istorum modorum in eleemosynis faciendis intentio debet ad Deum ordinari, & tunc erit celestis. Vnde dicit Christus, Nisi abundauerit iustitia, &c. Item illi scribe & Pharisei abundabant in orationibus, orantes cum magna reuerentia, & genibus flexis. Opus erat bonum, sed intentio erat mala, quia ut uiderentur ab hominibus. Dicatur modus, quem seruabant in suis orationibus. Ibant enim ad loca ubi gentes congregabantur, & ibi orabant suspirando, percutiendo pectus, ut uiderentur, & dicerent gentes, O quam deuoti sunt isti. Authoritas. Cum oratis, non eritis sicut hypocrite, qui amant in synagogis, & in angulis platearum stantes, orare ut uideantur ab hominibus. Amē dico uobis, receperunt mercedem suam. Matthei vj. Ideo in nostris orationibus ordinemus intentionem ad Deum. Si dicatur, quomodo ordinatur, respōdeo, dando modum clericis, & religiosis, quem in septem horis canonicis, quas tenentur dicere, obseruare debent. Alias Deus recipiet sibi tempus in commissum. Nota, debent ordinare suam intentionem ad Deum, cogitando in qualibet hora canonica quare fuit instituta. In matutinis, quia tali hora fuit captus, & sic de aliis horis, sic ordinatur intentio ad Deum. Secundo in laicis ordinatur intentio isto modo, antequam orationem suam incipiant, debent se signare. Ostende eis, & post cogitando quod uident

Christum

Christū in cathedra,& incipient Pater noster.Idem de Aue Maria. Vn de dicit Christus,Nisi abundauerit iustitia uestra.s.orando,plusquā scri barum & Phariseorum, nō intrabitis in regnum celorum.Item scribe, & Pharisei abundabant in ieiuniis,sed non recta intentione. Cum ieiu natis,nolite fieri sicut hypocrite tristes,exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes.Amen dico uobis receperunt mer cedem suam. Si queratur,quomodo in ieiuniis est intentio ordinanda & aliis abstinentiis.Nam omnis afflictio corporalis includitur ieiunio, quia affligendo se homo ieiunat a delectationibus.Intentio ordinatur sic,cogitando propter peccata multa & magna que fecit cōtra Deum, dando corpori & carni delectationes,castigando ieiuniis,& aliis afflictionibus,& carnem meam,ne in inferno castigetur,&c.ut possim dicere Christo in die iudicij,Feci iudicium & iustitiam,nō tradas me calumniantibus me.Psal.cxviij.Patet ergo quō intentio celestis,&c.Ideo dicit,Nisi abundauerit iustitia, &c. De hoc dabo uobis similitudinem pulchram naturalem.Dicunt naturales phil. quod aquila habet uisum acutissimum, & fortem, ita quod in meridie sine tedio respicit rotam solis,& masculus zelotypus de femella, uolens probare pullos an sint filij sui,extrahit pullos de nido,& si nō respiciunt solem,interficit eos, & proiicit.Si autem respiciunt solem,reponit ipsos intra nidum, & pa scit tanquam proprios filios.Iltam cōditionem habet Christus.Ipse enim in omnibus operibus que fecit in hoc mundo,respexit solem, scilicet omnia faciens ad gloriam patris. Ego gloriam meam nō quero, sed glorifico patrem meum,qui in celis est.Ioan.viij. In hoc cognoscit pullos suos,scilicet Christianos,quando exeunt de nido huius mundi, scilicet per mortem,quibus dicit Christus,Videamus quid fecisti ut de beas habere paradisum.qui respōdet?Dedi eleemosynas, oraui, ieiunaui,& sic de aliis.Ad quem Christus, Modo uideamus si respexisti retro,scilicet illa faciens aliqua siniſtra,aut mundana intentione, & si ita est,proiicit eum in inferno.Si uero respicit recte, scilicet quod omnia fecit bona,& sancta intentione,reponit ipsum in nido paradisi. Ideo dicit Christus ipse quasi tangendo quod est predictum. Si oculus tuus fuerit simplex,totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebre sunt, ipse tenebre quante erunt? Saluator noster Iesus Christus dicit notanter simplex,& non triplex.Nota oculus. dicit gl.id est intentio,totum corpus tuum lucidum erit.glo.id est tota congeries operum tuorum lucida erit.Matth.vj. Dico secundo ꝙ oſtē dit uobis dilectionē uniuersalē.s.ꝙ homo amet Deū super oīa,& ꝓximū ꝙ solū ore,sed corde,& opere.Hoc oſtēdit cū dicit,Audistis,qa dictū est antiqs,nō occides.Qui aūt occiderit,reus erit iudicio. Ego aūt dico uobis,qa oīs qui irascitur fratri suo,reus erit iudicio.Qui autē di-

xerit fratri suo racha, reus erit consilio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennę ignis. Nota racha nihil significat, sed est interiectio Hebraica, & sonat derisionem, sicut nos dicimus deridendo aliquem, uah. In isto textu Christus ostendit nobis dilectionem uniuersalem in opere, non damnificando proximum in persona nec in bonis. De hoc dicit scriptura. Filioli mei non diligamus uerbo, neque lingua, supp. tantum, sed opere, & ueritate. j. Ioann. iij. Secundo debemus eum diligere in corde. Ideo dicit, ne iracamur cum proximo, quia quandiu homo portat iram, odium, & rancorem in corde contra proximum, est in peccato. Authoritas. Omnis qui odit fratrem suum, est homicida, scilicet suiipsius. j. Ioan. iij. & nisi remittat de corde, damnabitur. Authoritas. Pater meus celestis tradet uos tortoribus, nisi remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris. Matthei xviij. Tertio est etiam diligendus ore, non iudicando, nec diffamando proximum, nec ipsum uituperando, dicendo, stulte, uel despiciendo dicendo, racha. Dicatur contra illos qui in consiliis despiciunt uoces aliorum, dicendo, uah, &c. Item dicatur contra mulieres, dicentes confessori, parcam, sed non loquar cum ea. Nam dixit mihi quod essem rixosa mulier, oportet loqui & remittere. Exemplum habemus in uirgine Maria, que maximam iniustitiam recepit ab inimicis Christi de morte filij sui, tamen loquebantur eis dicendo, amici. Quare ergo uos non remittitis? uidetur quod nisi remiseritis, quod non uultis lucrari coronam paradisi, & quanto iniuria est maior que remittitur, tanto meritum est maius. Ideo remittatis. Virtus arboris est in fundamento, scilicet radicibus. Et si arbor sit uiua in frondibus, apparet & in fructibus. Sic uos si habetis fundamentum, seu radicem dilectionis, ostendite in frondibus, id est bonis loquutionibus, & in fructibus, id est operibus utilibus. Dico tertio quod ostendit nobis deuotionem spiritualem, scilicet ut in nostro spiritu simus deuoti erga Deum. Hoc ostenditur cum dicitur, Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. Est hic questio, cur in predictis uerbis dixit Christus clare, quod si aliquis offendit Deum & proximum, quod prius reconcilietur proximo quam Deo. Hoc est ualde mirabile. Nam si aliquis offendit regem & rusticum, & a sapiente quereret, cui prius deberet reconciliari, diceretur sibi quod regi. Christus dicit oppositum, Vade prius reconciliari fratri tuo. Respondeo ad questionem, quod hoc est rationabile. Nam in qualibet materia dispositio precedit formam principalem, ut patet in ligno comburendo oportet quod prius siccetur & calefiat antequam ignis introducat formam. Idem de anima que est forma substantialis hominis, si habet informare corpus uel debeat, oportet quod primo membra uniantur, nō

Significatio uocule huius, Racha.

tur, non propter maiorem dignitatem membrorum corporis, sed propter necessitatem dispositionis previe. Ita in anima forma principalis ipsius est devotio spiritualis, dispositio precedens istam formam est reconciliatio seu concordia membrorum, id est proximorum. Ideo oportet si forma devotionis debeat anima introduci, quod precedat dispositio reconciliationis. Hoc sciens Christus dixit, Vade prius, &c. Nō prius hoc fit, ut Deus velit dare maiorem honorem homini quam sibi. Sed denotando quod nemo potest pacificari seu cum Deo reconciliari, nisi prius fuerit reconciliatus proximo. Et si opportunitatem nō habet, quod sit intentio bona, & propositum firmum faciendi cum opportunitas fuerit, alias nō poteris intrare paradisum donec remiseris. Dicatur exemplum de illo fratre Valen. qui mortuus habuit redire. Hic rediit petens veniam & reconciliando se cum vivo, ut posset intrare paradisum. Patet ergo quare dicit, Vade prius, &c. Et concordat authoritas Christi dicentis, Reddite que sunt Cesaris Cesari, & que sunt Dei Deo. Matthei xxij. ubi primo ponit Cesarem quam Deum, non ex maiori dignitate, sed quia proximo prius fienda est reconciliatio. Sicut dico hoc de una persona, ita dico de una villa seu communitate, & prius debet disponi per bonam ordinationem contra peccata notoria. Dicantur illa que currunt, & postea Deus inhabitabit per gratiā.

De eadem Dominica sexta. Sermo ij.

FRater tuus habet aliquid adversum te. Habetur verbum istud textualiter Matthei quinto, & recitative in evangelio currentis dominice. In presenti sermone cogitavi vobis dare cognitionem de aliquibus magnis peccatis, que fiunt contra Deum, ut corrigantur. Sed primo salutetur virgo Maria. Pro brevi declaratione huius verbi, & introductione materie sciendum quod Dominus Iesus Christus salvator & redemptor noster secundum multas & diversas excellentias quas habet diversis nominibus nominatur in sacra scriptura. Si enim volumus ipsum considerare secundum suam eternam divinitatem, in qua cum patre & spiritu sancto omnes creaturas creavit ex nihilo, sic dicitur Deus creator, & ita nominatur a populo Christiano. Creator omnium rerum Deus, qui me de limo terre formasti. Si autem consideretur secundum suam infinitam maiestatem & dominationem, cui omnes creature mundi subiiciuntur, quia sicut omnes de regno subiiciuntur regi, ita omnes creature mundi subiiciuntur Christo, & secundum hoc nominatur rex & imperator. Domine rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere voluntati tue. Hester decimotertio. Si vero secundum suam providentiam, qua providet bestiis terre, piscibus maris, avibus celi, & angelis, sic nominatur

pater, quia ſicut paterfamilias prouidet, &c. ita Chriſtus, & ſic nominatur ab Eſaia. Tu enim Pater noſter, & Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos. Eſaie lxiij. Si autem conſideretur ſecundum aliam excellentiam & proprietatem, ſcilicet ſuam infinitam charitatem & amorem, quia uoluit ſuſpendi in cruce, ne ſibi credentes & obedientes ſuſpenderentur in furca inferni, ſecundum hoc dicitur redemptor. Tu domine pater noſter, & redemptor noſter, a ſeculo nomen tuum. Eſa. lxiij. Si autem conſideretur ſecundum ſuam copioſam largitatem, quia non ſolum ſibi credentes & obedientes iuſtificat, eis peccata remittēdo, imo etiam & ſanctificat hic per gratiam, & in futuro gloriam largiendo ſecundum hoc dicitur ab Eſaia ſaluator. Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael ſaluator. Eſaie xlv. Nota abſconditus, quia ut anima in corpore abſconditur, ita deitas in humanitate Chriſti erat abſcondita. Si uero ſecundum ſuam profundiſsimam humilitatem cō ſideretur, quia uoluit induere ſaccū noſtre carnis ad adiuuādum nos, & ſeruiendum nobis, ſecundum hoc nominatur frater noſter. Frater enim & caro noſtra eſt. Gen. xxxvij. Et ſic uocatur in themate a beato Mattheo, dirigens uerbum populo Chriſtiano, & communi, uel alicui perſone in particulari dicente, Frater tuus, ſcilicet Ieſus Chriſtus habet aliquid aduerſum te, ſcilicet indignationem ex peccatis que contra eum feciſti. Patet thema iuxta intellectum quem uolo pertractare modo, licet multa & grauia ſint peccata in populo Chriſtiano, ex quibus Chriſtus frater noſter indignatur, tamen in preſenti ſolum loquar de tribus peccati, ſcilicet,

Primum eſt ſpiritualis indeuotio,
Secundum intellectualis preſumptio,
Tertium uniuerſalis corruptio.

Ecce tria peccata, propter que dicit thema, Frater tuus habet aliquid aduerſum te. Dico primo quod primum peccatum de quo nunc intendo loqui, eſt ſpiritualis indeuotio. Antiquitus autem populus Chriſtianus habebat magnam deuotionem ad Deum. Secundo ad eccleſiam. Tertio ad proximum ex feruore charitatis. Antiquitus enim erant ita deuoti erga Deum, quod quando ſurgebant de mane poſtquam erant induti, antequam ponerent ſe in negotiis, orabant cum magna deuotione & reuerentia. Vir in uno angulo, & uxor in alio, & filij in aliis. Idem in ſero. Et modo qualiter orant? ueſtiendo ſe, cingendo, & enodando, neſciunt enim flectere genua, ſed ſi habent loqui regi uel prelato, cum magna reuerentia loquuntur, & tamen Deo nihil reuerentie impendunt. Item quolibet die in aurora audiebant unam miſſam deuote, & cum ſilentio, & Deus erat cum eis in omnibus negotiis. Modo nec in Dominica uolunt audire miſſam, nec timent precepta penalia eccleſie, uel ueniunt tarde, non ieiuni, & quando ſunt in miſſa, non

faciunt

faciunt nisi loqui de rebus inutilibus,&c.uel respiciunt mulieres,Item confitebantur & communicabant omni die Dominica, bini & bini processionaliter ueniebant ad communicandum, & postea dabant sibi pacem.Modo autem nec semel in anno.Non confitentur in quadragesima nonnulli,nec communicant in paschate cum tamen sint precepta penalia.Iam uerum est illud Dauid,Omnem escam abominata est anima eorum,& appropinquauerunt usque ad portas mortis. Psal.cvj. Antiquitus,Christiani erant deuoti, non solum ad regem Christum, sed ad reginam ecclesiam,de qua Christus generat filios, quia si aliquid esset necessarium ecclesie,erat pia contentio inter clericos & laicos,quia quilibet nolebat illud facere. Modo autem totum oppositum est.Iam non est deuotio in mundo. Antiquitus si ecclesia precepit aliquid ore prelatorum, quo ipsa loquitur excommunicando omnes timebant,&c.modo autem tantum non timent sententias excommunicationis,imo dicunt,ego non comedo minus, uel, ita bene sapit mihi prandium quando sum excommunicatus sicut ante. Item antiquitus quando intrabant ecclesiam cum timore intrabant, modo autem tripudiant in ecclesia,& ibi tractantur matrimonia & alia negotia.Dicebat Dauid,quando intrabat domum Dei,Ego autem in multitudine misericordie tue introibo in domum tuam,adorabo ad templū sanctum tuum in timore tuo.Psal.v.Tertio erga proximum.Antiquitus si in aliqua uilla uel ciuitate aliqua actione sinistra miles,ciuis,uel mercator damnificabatur,amici omnes de illo statu subueniebant ei, & subleuabant eum,quilibet dabat tantum uel tantū.Ecce deuotio.Modo autem si unus alteri posset eruere oculum,faceret,non est deuotio. Item si aliquis homo erat captus uel captiuus, dicebat aliquis uxori, Vbi est uir uester?diu est quod non uidi eum. Et uxor, Domine captus est,uel captiuus ex debitis, liberabat eum soluens pro eo secrete.Modo Christiani renegant nomen Dei in Barbaria, &c. Item quando uidebant aliquam iuuenem uel puellam pauperculam, statim uocabant parentes dicentes,quare non datis sibi uirum?Respondebant, Domine multi uellent eam, quia bona iuuenis est, sed non habet dotem. Secrete dabant sibi,&c.Modo autem si diues uidet uiduam uel puellam pauperem,statim nititur eam seducere cum una mala ruffiana,&c. Idem de mercatoribus emendo & uendendo, cauebant a mendaciis, & deceptionibus,modo si illud quod ualet tres florenos possunt habere pro xij. denariis, nullam sibi formant conscientiam. Item uicinus remittebat emptorem uicino dicens,Ego rem illam uendidi hodie, & ille habet ita bonas res ut ego,ad illum accede. Sed modo non est nisi inuidia & malitia inter eos de eodem officio. Item antiquitus non tenebatur curia iudicialis nisi semel in mense, & porte curie erant plene telis aranearum. Sed modo est tanta malitia quod non

sufficiunt curie, nec audiētia regis, nec aduocati, nec procuratores, &c. Animalia bruta sciunt uiuere in nemoribus in pace sine contradictionibus, & homines non. Finaliter iam completum est uerbum Christi dicentis, Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorū, tunc ueniet consummatio. Mat. xxiiij. Ecce primum peccatum, de quo frater noster Christus indignatur & conqueritur dicens, Habeo aduersum te pauca, scilicet numero, sed magna sunt grauitate, quia charitatem tuam primam, id est antiquam, scilicet feruorem, & deuotionem spiritus, quas habebas in principio Christianitatis reliquisti. Quid ergo est faciendū? Memor esto unde excideris, scilicet de quo gradu deuotionis, & age penitentiam, & prima opera fac. Apoc. ij. Nota prima opera fac, scilicet erga Deum, ecclesiam, & proximum, alias minatur Deus dicens, Si autem uenio tibi, & mouebo candelabrum tuum, id est statum, in quo stas de loco suo nisi penitentiam egeris. Ibidē secundum peccatum quod est in mundo, cōtra quod Christus frater noster indignatur, est intellectualis presumptio. Homines sunt presumentes de proprio intellectu circa fidem, dicendo quomodo unus Deus est, tres persone, de incarnatione uerbi, de sacramento altaris. Item cōtra diuinas ordinationes. Deus enim ordinauit quod spiritualiter spiritualia tractentur dicens, Gratis accepistis gratis date. Mat. x. Sed presumptio intellectus totum corrumpit, quia iam sacramenta uenduntur, totum reducitur ad simoniam. Si uultis communicare dicit, tantum debetis offerre, non dicitur, tantum dabitis, quia nimis esset discoopertum. Item si uultis confiteri. Nota hic de illo paupere homine, qui non inuenit confessorem quousque portauit florenum in manu. Item si dāt extremam unctionem, petunt linteamina, & unde hoc? Idem de sepulturis dicitur, quam crucem uultis, maiorem? tantum debetis dare, &c. Ecce presumptio intellectus, quomodo corrumpit illa que Deus gratis precepit dare, &c. Idem de missis sancti Amatoris, que de se sunt bone, quia nō sunt alie misse nisi que per ecclesiam sunt ordinate, tamen presumptio intellectus destruit & corrumpit totum, & damnat sacerdotem, & eum qui eas facit celebrare, propter sex defectus & errores que fiunt ibi ex presumptione intellectus. Primo quia dicunt quod ille misse debent celebrari sine interuallo in illis triginta diebus, ex quo sequitur quod sacerdos etiam male paratus celebrat. Vbi inuenies tu sacerdotem semper paratum, &c. & sic sibi occasionem prestare uidetur, ut indispositus existens celebret. Secundus defectus est, quod oportet dimittere missam per ecclesiam iam ordinatam quolibet die. Ita poterit euenire quod in die natiuitatis uel resurrectionis sacerdos habebit celebrare requiem. Tertius quia sacerdos eo quod triginta diebus continuis habet celebrare, petit plus, &c. Quartus error siue defectus, quia dicunt quod sacerdos in illis triginta diebus non debet exire ecclesiam

eleſiam,ex quo ſequuntur multa mala,& quia non eſt ſpiritualis,tenebit ibi ludum,&c. Quintus quia cum dicitur miſſa de trinitate,dicit ſacerdos,faciatis quod ſicut ego dico ore,uos repreſentetis in facto, & offeratis tres candelas cum tribus denariis in qualibet. Idem de ſeptē gaudiis uirginis Marie. Idem de ſeptem donis ſpiritus ſancti. Idem de xij. apoſtolis. Sextus error ſiue defectus eſt,quia dicunt quod ille miſſe extrahunt unam animam de purgatorio,ſcilicet illam quam homo uult,hoc eſt falſum,licet enim triginta miſſa ſancti Amatoris extraxerint animam matris ſancti Amatoris de purgatorio,non ſequitur propter hoc quod extrahent animam matris tue,uel patris tui, qui forte fuit uſuratius uel homicida,quia ille ſacerdos non eſt ita ſanctus ſicut ſanctus Amator,nec qualitas peccati eſt eadem cum peccatis matris ſancti Amatoris. Nota hic de illo ruſtico,qui credens quod medicina que curauit eum de malo tibie,curaret etiam de omnibus malis,& fecit ſe medicum,&c. Medicina ſua erat cepa rubea,&c. Non debet fieri pactum in miſsis,ſed eligatis unum bonum ſacerdotem, cui ſi parum datis,non debet dicere,parum datis mihi,ſi multum, non debet dicere,nimis datis,quia ualet plus. Sed ſi parum datis, parum habebitis, ſi multum,plus. Si queratis a me de bona ratione,quantum debetis dare ſacerdoti. Dico quod ex quo ſacerdos dat uobis totum officium unius diei,quod detis ſibi prouiſionem diei competentem. Iſta eſt mala preſumptio intellectus,uadit & ceſſabit,ne dicatur cum Iuda, Quid uultis mihi dare,& ego uobis eum tradam? Secunda preſumptio intellectus eſt circa iudicium hominum,quando per proprium intellectum iudicant illud quod neſciunt,uel id quod poteſt in bonum interpretari,& ipſi interpretantur in malum. De quo multum indignatur Chriſtus frater noſter. Nota de illo ſancto eremita, qui iudicauit comedentem de mane in die ieiunii,quem angelus uoluit percutere enſe. Item de illo ſancto homine,qui iudicauit alium ſanctum hominem, qui intrauit lupanar,&c. Ideo auiſetis uos,ne iudicetis facta uel dicta aliorum, que poſſunt bono animo fieri. Ideo Apoſtolus, Nolite ante tempus iudicare,quoadusque ueniat Dominus qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. prime Corinthiorum quarto. Tertia preſumptio intellectus eſt mulierum. Nunquid eſſet magna preſumptio mea,ſi ego qui neſcio depingere, uellem corrigere & emendare imaginem ab optimo pictore depictam? Talis eſt preſumptio illarum mulierum,que depingunt ſe. Deus optimus magiſter & pictor depinxit eas ad imaginem & ad ſimilitudinem ſuam, & ipſe dicunt,Iſtud unguentum ualet ad ſupercilia componenda. Dicit alia, Ego ſum pallida,ego faciam me rubeam. Idem de capillis,de manicis, de caudis,retro autem incedunt ſicut uulpes. Ideo Apocalypſis decimooctauo, Ve ue ciuitas illa magna Babylon,ciuitas illa fortis,quoniā

una hora veniet iudicium eius, inquit Ioannes. Ecce quare dicit thema, Frater tuus habet aliquid aduersum te. Habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, quia docuit Balach mittere scandalum coram filiis Israel. Penitentiam age, si quominus, veniam tibi cito, & pugnabo cum illis in gladio oris mei. Apoc. ij. Mittitur scandalum uendendo sacramenta, missas sancti Amatoris, & faciendo iudicia temeraria, gladius oris Dei erit sententia iudicialis, Discedite a me maledicti, &c. Matthei xxv. Tertium peccatum est uniuersalis corruptio. Nota tres corruptiones, que corrumpunt totum mundum. Prima enim est blasphemiarum contra Deum. Blasphemia est magnū peccatum. Nota historiam. iiij. Regum xix. de Sennacherib rege, qui uenit contra Ierusalem, de isto peccato conqueritur Deus dicens, Dominatores populi mei, &c. Esa. lij. Secunda corruptio est de lusoribus taxillorum, quia ultra blasphemiam que ibi fit, est ibi rapina, quia nihil potest ibi lucrari, corrumpitur ille qui incipit primo. Secundo illi qui consentiunt. Tertio illi qui respiciunt. Quarto qui ponunt taxillos. Quinto qui concedunt pecunias. Sexto qui concedunt domum. Septimo domini & rectores hoc sustinentes. Tertia corruptio est de luxuria, que intantum inualuit, quod planctus Dauid impletur, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum, scilicet de adultis. Psalmo lij. Dicatur contra meretrices de hospitiis, & de secretis, que sunt in laqueum & non in remedium. De isto peccato conqueritur Deus dicens, Habeo aduersum te, &c. Nota cum dicitur, pauca, cum tot sint corruptiones, quia permittis mulierem Iesabel, que se dicit prophetam docere, & seducere seruos meos fornicari, ut habetur Apoc. ij. Nota Iesabel, id est fimus. Ecce fetorem de luxuria. Deo gratias.

De eadem Dominica vj. Sermo iij. de Epistola.

VLtra non seruiamus peccato. Ad Romanos sexto. Materia nostri sermonis erit quomodo poterimus exire seruitutem peccati. Sed primo salutetur uirgo Maria, & resumatur thema. De ista materia pro nunc uolo declarare uobis tres conclusiones,

Prima conclusio est ista, quod status peccati mortalis est captiuitas, & seruitus ueraciter,

Secunda conclusio est quod ista captiuitas seu seruitus est multum periculosa generaliter,

Tertia conclusio est quod de ista captiuitate seu seruitute debemus nos redimere celeriter.

Ideo dicit thema, Vltra non seruiamus peccato. Dico primo quod status, &c. ita quod quandiu homo stat in peccato mortali non credatis

quod

quod sit liber, sed captiuus & seruus ueraciter. Ante peccatum est liber, quia nec per omnes demones inferni posset cogi ad peccandum, sed postquam cecidit in peccatum mortale factus, est captiuus & ligatus, iam non habet pristinam libertatem. Ideo Apostolus talibus captiuis dicit, Resipiscant, id est se soluant, ut liberentur a diaboli laqueis, a quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem. ij. ad Timotheū secundo. Patet ergo quod status peccati mortalis est captiuitas ueraciter. Sed est hic argumentum in oppositum. Diceret aliquis, Nunquid homo existens in peccato mortali habet liberum arbitrium? certum est quod sic, quia essentiale est anime, ergo quomodo est captiuus? Responsio est ista, & est sancti Thome qui dicit, quod si uolumus loqui de libero arbitrio quantum ad electionem uoluntatis, uel clarius quantum ad desideria uoluntatis, peccator habet liberum arbitrium, sed si uolumus loqui quantum ad executiones, ligatus est & captiuus. Verbi gratia, Peccator potest ex libero arbitrio eligere siue desiderare quod sit ita deuotus ut talis, uel quod oret, uel quod confiteatur, & sic de aliis. Sed quantum ad executionem predictorum ligatus est & infirmus. Nec posset talia delectabiliter exercere. De omnibus istis authoritas. Cor hominis disponit uiam suam. Ecce desideria bona, sed domini est dirigere gressus eius quantum ad executionem. Prouerbiorum decimosexto. Item alia authoritas Hieremie x. Scio Domine, quia non est hominis uia eius, id est executio, nec uiri est ut ambulet & dirigat gressus suos. Sed sicut homo captus in carcere & ligatus potest desiderare dicens, O si essem liber, audirem missam, sermones, orationes, &c. Desiderare potest, catene ipsum retinent ne talia desideria ueniāt ad executionem. Ita est de illis qui sunt in peccato mortali, desiderāt, sed exequi non possunt, &c. Si queratur quomodo homo cadit in istam seruitutem seu captiuitatem, solutio, hoc ostendit beatus Petrus dicens, A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. ij. Pet. ij. Sicut quando duo milites in campo clauso intrant duellum, oportet quod aliquis princeps uel dominus teneat cāpum securum, ne ab aliqua parte fiat uiolentia, & amici duellantium expectant, & quando unus est uictus dicens, Ego me reddo, amici illius tristes fugiunt, & amici uictoris letantur in cāticis & tubis, & uictus efficitur captiuus uictoris. Ideo dicit Apostolus, A quo enim quis superatus est, &c. scilicet in duello, huius & seruus est. Idem de nobis debetis cogitare, quod iste mundus sit unus cāpus paratus ad duellandum, de quo nō possumus nisi per mortē exire. Ideo Iob vij. Militia est uita hominis super terram. & sicut dies mercenarij dies eius. Mercenarius si bene operatur, meretur mercedē, alias non. Idem de nobis, si bene & ardenter militamus meremur coronā. Non enim coronabitur nisi qui legitime certauerit. ij. ad Timo. ij. Aliter puniemur in inferno. Rex qui tenet campum securum est Deus

habi

habitans in curia eternitatis. Nullus diabolus potest facere uim cuicũque nostrũ. Dũ fit istud duellũ parẽtes nostri, scilicet patriarche, prophete, apostoli, martyres, &c. & amici nostri, scilicet angeli & archangeli stant aspicientes, quilibet eorũ respicit per suam fenestram, id est scientiam. Tres persone diuine, que per eandem fenestram, id est unã scientiam uident. Ex alia parte stant demones expectantes duellum, & diabolus debellando primo percutit gladio, quando tentat de auaritia dicens, si faceres hoc, &c. posses lucrari tantum, &c. sed homo resistit sibi dicendo, Modicum lucratur qui perdit animam, &c. Secundo percutit cum ense uanitatis dicens, Nunquid porrasti tu tantum uiro tuo dotis, sicut illa illi, & illa fitit iam bis induta a uiro suo, &c. resistit dicendo, Ego sum bene induta, ego nolo esse nec debeo esse uana & curiosa. Nam beatissima uirgo Maria simpliciter ibat induta, &c. Item quando tentat de uexellis, cortinis. & scutiferis, &c. restituit dicendo, Totum hoc est uanitas. Item percutit diga subito, scilicet quando tentat de luxuria, dicendo, si posses loqui cum tali muliere, &c. resistitur, dicendo, O miser pro tam breui solatio tantam penam oporteret me semper pati in inferno, &c. Isto modo resistitur diabolo, per humilitatem contra superbiam, per liberalitatem contra auaritiam, per castitatem contra luxuriam. Tunc diabolus est uictus. Et per parentes & amicos nostros fit magna letitia in celo. Autho. Gaudium est angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente. Luce xv. Tunc demones uicti tristes retedunt. Hoc petebat Dauid dicens, Fac mecum signum, scilicet uictorie, in bonum, ut uideant qui me oderunt & confundantur, quoniam tu adiuuisti me, & consolatus es me. Tunc diabolus uictus est captiuus illius, qui tantum timet eum quod decetero non uenit ad eum tentãdo. Sed si homo forte uincitur a diabolo, quando tẽtatur sibi consentiendo, homo est uictus, & statim parentes & amici nostri faciunt magnum planctum tristitie. Authoritas. Ecce uidentes clamabunt foris. Angeli pacis amare flebunt. Isa. xxxiij. Angeli pacis, non loquitur de malis angelis, quia illi dicuntur angeli guerre. Nota amare flebunt. Et nunquid in paradiso potest esse fletus uel tristitia? Dicunt hic glosse & dõctores, quod in celo non est tristitia, dolor, uel fletus, sed quod illa detestatio dicitur fletus. O si a nobis posset uideri quando anima uicti tenetur ligata a demonibus, sed caro impedit, ne hoc uideatur, tunc demones faciunt magnum festum. Authoritas. Si prestas anime tue concupiscentias eius faciet te in gaudium inimicis tuis. Eccle. xviij. Patet prima conclusio, quod status peccati est captiuitas, seu seruitus ueraciter. Authoritas, Peccauimus in conspectu tuo, & idcirco tradidisti nos in manum inimicorum nostrorum. Iustus es domine, & nunc non ei sufficit quod durissima nos opprimunt seruitute. Hester xiiij. Ecce hic conclusio formaliter in ista authoritate. Dico secundo

tundo quod iſta captiuitas eſt multum periculoſa generaliter tam diuitibus quam pauperibus, tam hominibus quam mulieribus, iuuenibus & ſenibus, clericis & religioſis. Hoc poteſt declarari per quãdam ſimilitudinem datam a ſancto Barlaam dicente, quod erat quidam homo ambulans per altiſsimam montaneam, per uiam ſtrictiſsimam, & impegit & cecidit, & tamen Deus fecit ſibi gratiã quod arripuit unum ramum, & ibi tenuit ſe. Et reſpiciens in altum non poterat aſcendere per ſe ſine adiutorio. Reſpiciens deorſum erat profunditas uſque ad abyſſum. Dum ſic ſtaret, uenit una ratta alba rodens arborem, ſine radicem rami, nec poterat illam repellere, deinde poſt illam uenit alia ratta nigra. Ideo dicebat, O miſer, &c. Cogitate in quanta miſeria & periculo erat ille pauper homo. In tali periculo eſt quilibet exiſtẽs in peccato mortali, perſona enim exiſtens in gratia Dei ambulat per montaneam altiſsimam, & per uiam ſtrictam penitentie, quia arcta eſt uia q̃ ducit ad uitam. Matthei vij. Qui tenet bonam uitam, reſtringit ſe a nimio cibo, potu, &c. unde ſcribitur. Delectaberis ſuper Domino, & ſuſtollam te ſuper altitudines terre. Ia. viij. Et talis delectatio ſignum eſt q̃ eſt in gratia Dei, quãdo delectabiliter facit opera Dei, ſeu opera penitentialia, orationes & contemplationes. Et poſſunt dicere tales cũ apoſtolo, noſtra conuerſatio in celis eſt. ad Philip. iij. Si dicatur, quomodo poteſt fieri. Cantat eccleſia, Quoniam in hac peregrinatione ſolo corpore conſtitutus, cogitatione & auiditate in illa eterna patria conuerſatus eſt. Ecce quomodo ambulatur alte & per ſtrictam uiam, ſcilicet penitentie. Sed impingit homo aliquoties, quando ſcilicet perſona deuota recreari uult cum aliqua creatura, in qua ponit ſuum amorem quem ad Deum debet habere. Quod deuoti, religioſi, & clerici, & eremite ambulant in altum, &c. ſed impingunt in aliqua familiaritate. Incipiunt a Credo in Deum, & poſt modicum ueniunt ad carnis tentationem, &c. Item dicatur de multis mulieribus, monialibus, uiduis, & maritatis, que bona intentione, & ſancta, recipiunt aliquã bonam familiaritatem alicuius deuoti, religioſi, ſeu clerici, qui aliquoties malo fine terminatur. Ideo cum nulla creatura recipere debetis nimiã familiaritatem, nec loqui in confeſsione preciſe, nec uiſitare debetis frequenter, alias poterimus dicere, o fortis, ſcilicet deuotus, impegit in fortem, & ambo pariter conciderunt. Hie. xlvj. Ideo dicit apoſtolus j. Cor. x. Qui ſe exiſtimat ſtare, uideat ne cadat. Tentatio non uos apprehendat niſi humana, &c. Ideo Hier. dicit, mulierem quam bene cõuerſantem nouetis, mente dilige, non corporali frequentatione. Poſt quam uero perſona cecidit, apprehendit ramum flexibilem, ſcilicet uite corporalis, quia pdita per peccatũ uita ſpirituali nõ reſtat niſi corporalis. Ideo cantat eccleſia, media uita in morte. &c. No. media uita, uita completa eſt ſpiritualis & corporalis, ſed uita ſpirituali perdita ſolum re

lum remanet corporalis uita debilis, & flexibilis. Que eſt uita ueſtra? uapor ad modicum pẽs. Iac. iiij. Et duo mures, albus, ſcilicet dies, & niger, ſcilicet nox, continue rodunt uitã ueſtram, licet debilis ſit. Deorſum reſpicitur infernus. Videtur ergo uobis paruum periculum, in quo peccator cõſiſtit. Sed ſi illud cogitaremus, nollemus comedere, nec bibere, ſed clamaremus, adiuua adiuua, quouſque eſſemus extra peccatum. Patet ergo concluſio, quod talis captiuitas peccati eſt multum periculoſa generaliter. Iſtam concluſionem intelligens Dauid, poſt peccatum dixit, Circundederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me: Nota circundederunt, non dicit cooperuerunt. Ratio, quia nullo modo nec ab ante per bona opera facta, nec retro per bona opera fienda, nec a dextris per amicos, nec a ſiniſtris per inimicos, a dictis periculis liberari poteſt. Sed per ſurſum a Deo, quod fit quando homo confiteretur peccata ſua Deo qui ei mittit chordam de ſurſum, trahens eum per abſolutionem. Patet concluſio ſecunda. Dico tertio, quod talis peccati captiuitas, ſeu ſeruitus, debet a nobis uitari aperte, & de iſta captiuitate debemus nos redimere celeriter. Amore ueſtri queſiui modum exeundi captiuitatem peccati in biblia. Et inueni per figuram filiorum Iſrael exeuntium de Egypto, quinque, qui fuerunt figura, quomodo nos debemus exire de captiuitate peccati, quinque faciendo. Ideo dicit apoſtolus ad Roma. xv. Quecunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Primo in exitu filiorũ Iſrael de Egypto, dicit dominus Moyſi, Iſta nocte populus exibit, ſed recipiatis agnum, & coquatur in ueru, & comedatur cum ſucco de lactucis agreſtibus, &c. Secundo precepit quemlibet exire de domo ſua, dicẽs, Foris, foris. Tertio uenerunt ad mare rubrum, ut tranſirẽt, & dixerũt, O domine, & quomodo tranſibimus ſine nauibus? dixit, Ego diuidam mare, & tranſibitis. Quarto uenerunt ad deſertum aſperum, & ſiccum. Quinto prouidit eis de manna, &c. Si uolumus exire ſeruiturem peccati, iſto modo opertet nos facere. Primum quod faciendum eſt, coquatur agnus. Ecce contritio, per quam agnus, id eſt ſpiritus coquitur in igne doloris, & contritionis, & comeditur cum ſucco amaro lacrymarum. De hoc authoritas. Sacrificium Deo ſpiritus cõtribulatus, cor contritum. Secundo ab Egypto extra domum. Ecce receſſus a mala ſocietate. Multi in ſermonibus recipiunt bonum propoſitum, ſed quando habent in domo malam ſocietatem, perdita deuotione, peccant propter occaſionẽ. Ideo foris recedere debetis a mala ſocietate. Ideo dicit Chriſtus, Si manus tua, uel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & proiice abs te. Matthei xviij. Ideo foris exire debetis. Et tunc poteritis dicere, In exitu Iſrael de Egypto. domus Iacob de populo barbaro, facta eſt Iudea ſanctificatio eius. Tertio tranſierunt mare rubrum. Ecce confeſsio, que poteſt dici mare amarum, quia quaſi homo diffamat

famat se, &c. Dicitur rubrum, quia uirtutem habet a sanguine passionis Christi. Istud mare aperitur peccatori cum uirga, id est cruce, que fit a confessore in absolutione. Quarto oportet uenire ad desertum, scilicet penitentie, castigando filium, scilicet corpus, seu filiam, id est carnem, ne a demonibus in inferno castigetur. Dicitur siccum per ieiunia, &c. & solitarium per orationem. Ideo Dauid in persona penitentis dicit, In terra deserta, inuia, & inaquosa. Quinto datur manna, scilicet communio corporis Christi, postquam homo fecit quatuor predicta. Ideo dicit Moyses, Iste est panis, quem dedit uobis Dominus ad uescendum. Exodi desimosexto. Dicitur panis manna, quia prefigurabat sacramentum altaris. Ideo dicit Christus, Non Moyses dedit uobis panem de celo uerum, sed pater meus dat uobis panem de celo uerum. Panis enim uerus est qui de celo descendit, & dat mundo uitam. Ioannis sexto. Ecce quomodo poteris exire seruitutem peccati. Ideo dicit apost. Roma. vj. Cum serui essetis peccati, liberi, id est separati a iustitia, fuistis iustitie. usque, finem uero uitam eternam. Patet tertia conclusio.

Dominica sexta post festum trinitatis, de epistola, de uirtutis exercitio. Sermo iiij.

NOs in nouitate uite ambulemus. ad Roma. sexto cap. Materia quam nunc uolo predicare erit quomodo, & in quibus uirtutibus debemus nos exercitare. Si Deo placet erit materia pro reformatione uite, & consolatione animarum. Saluetur prius uirgo Maria, &c. Pro declaratione huius uerbi & materie introductione sciendum quod anima nostra inter alias excellẽtias quas habet plus quam corpus, est, quod anima potest renouari, & corpus non potest renouari. Ratio est ista. Nam antiquitas corporis uenit ex necessitate & cursu naturali, quia tempus & etas portant suam senectutem. Ideo nulla potentia creature corpus posset renouari, nisi a sola Dei potentia quia non legitur unquam fuisse factum. Senectus autem & antiquitas anime non euenit ex necessitate, seu cursu naturali, quare anima hominis centum annorum est ita iuuenis, hoc est ita recens, ut anima pueri unius diei. Nam solum corporalia & carnalia corruptibilia senescunt & antiquantur, ut domus, arbor, homo, equus, & similia, Quod antiquatur & senescit prope interitum est. ad Hebreos octauo. Sed res spirituales non antiquantur nec corrumpuntur. Nam Michael est ita iuuenis, hoc est ita fortis modo sicut in die creationis sue. Idem de aliis angelis. Idem de rebus corporalibus incorruptibilius, ut de sole, luna, & stellis, & que non senescunt nec antiquantur. Patet ergo quod senectus proueniens ex necessitate, & cursu naturali solum est in rebus corporalibus corruptibilius, que non possunt renouari

renouari nisi a Deo immediate, quia talis antiquitas uenit per necessitatem naturalem. Sed anima antiquatur non per necessitatem, sed per uoluntatem criminalem, scilicet ex mala uoluntate, & mala inclinatione ad peccata. Et sicut senectus & antiquitas corporis aufert eius uirtutem, & facit ipsum canum, & rugat & restringit pellem, & facit ipsum ire curuum, ingrossat usum, aufert saporem, & appetitum comedendi. Ita senectus anime facit animam canam per presumptionem intellectus, rugat per peccatum, & sic de aliis. Autho. Psalm. xvij. Filij, scilicet per baptismum de sponsa sua geniti, alieni, supple effecti, inueterati sunt, scilicet per uoluntatem criminalem, sed anima potest renouari, & non corpus, ut dictum est ex uoluntate hominis mediante Dei gratia. Authoritas de corpore & anima. Licet is qui fortis est, noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem. ij. Cor. iiij. Si ergo aliquis nostrum est antiquus in peccatis non debet desperare, quia uirtutibus possumus in anima renouari. Ideo dicit thema, Nos in nouitate uite ambulemus. Patet thema, Modo uideamus per quas uirtutes, & quibus modis possumus renouari in anima & in uita.

Prima est uera humilitas,
Secunda pia largitas,
Tertia pura castitas.

Ergo in nouitate uite, &c. Dico primo, quod homo potest renouari per ueram humilitatem. Sciendum est quod omne peccatum mortale deliberate factum includit superbiam. Ratio, quia per superbiam homo non uult humiliter subiici diuinis mandatis, nec ecclesie ordinationibus. Quare tu recipis uindictam? nunquid ex superbia? quia non uis humiliari precepto Dei dicentis, Mihi uindictam, & ego retribuã, dicit Dominus. ad Ro. xij. Idem de furto, cum Deus precipiat, Non furaberis. Exo. xx. Idem de usura, cum dicit Deus, Non feneraberis fratri tuo ad usuram. Deute. xxiij. Item idem patet de hoc quod est nolle ieiunare ieiunia ecclesie. Patet ergo quod omne peccatũ mortale deliberatum uenit per superbiam. Quare hodie sunt tot mali religiosi in mundo, quia nolunt humiliari ad seruandum regulam, constitutiones, & ceremonias. Nolunt subiici regule. Idem de malis clericis. Idem de malis laicis. Patet ergo quod omnis inordinatio uite & peccatum uenit per superbiam. Autho. Initium omnis peccati est superbia, qui tenuerit illã implebitur maledictis, & subuertet eũ in finem. Eccl. x. ergo omnis inordinatio male uite & abundantia peccatorem uenit ex superbia. Si ergo uis renouari in anima, per oppositum humilia te, subiicie do te mandatis Dei, dicẽdo, Decetero uolo uiuere iuxta mãdata Dei & ordinationem ecclesie, dicendo, Ego sum religiosus, decetero iuxta regulam uolo uiuere. Idem de clericis & secularibus. Et quando persona proponit sic uiuere. Ex tali cordis humilitate completur benedi-

ctionibus.

ctionibus. Authoritas. Dauid in Pſal. cij. benedicite primo, Qui replet in bonis deſiderium tuum, renouabitur ut aquile iuuentus tua. Super hoc uerſu tangunt gloſe conditionem aquile, dicentes quod aquile ex ſenectute induratur roſtrum, & incuruatur in tantum, quod non poteſt ſumere cibum, & tunc ipſa fit macilenta & creſcunt ſibi plume. Sed naturali inſtinctu ipſa perquirit unum lapidem, & ibi ferit de roſtro, & finaliter comedit & renouatur. Ita ut dicit Dauid, Renouabitur ut aquile iuuentus tua. Aquila antiqua eſt anima peccatrix, roſtrum eſt intellectus acutus reuerſus ad ſemetipſum per conſiderationem proprie excellentie, quando cogitat ſe eſſe de genere regio, uel ditiorem aliis, ſeu fortiorem, uel aptiorem. Idem de mulieribus quando cogitant ſe pulchtiores, uel melius indutas, & ſic de aliis, tam in bonis nature quã gratie, talis conſideratio generat ſuperbiam in homine. Sicut conſideratio excellentie alterius generat humilitatem in corde cogitantis. Verbi gratia. Quando homo cogitat excellentias alterius, quia eſt deuotus, uel magnus clericus, uel in magna dignitate, &c. talis conſideratio eſt cauſa humilitatis conſideranti, qui tunc dixit, O miſer, nõ ſum talis, &c. Cõtra iſtam cõſiderationem proprie excellentie dicebat apoſtolus. Sed in humilitate mentis ſuperiores ſibiinuicem arbitrantes, nõ que ſua ſunt, ſupple excellentie, ſinguli cõſiderantes, ſed ea que aliorum. ad Philip. ij. Si cõſideras bona tua, & mala proximi, ſuperbia inflaris. Ecce ſuperbia Phariſei. De quo Luc. xviij. Gratias ago tibi Domine, quia nõ ſum ſicut ceteri hominum. Quando uero anima ut aquila habet roſtrum durum & retortum, nõ poteſt recipere eſcas ſpirituales, & ſic maceratur, quia nõ inuenit ſibi delectationem nec ſaporem in aliquo cibo ſpirituali Auguſt. impius, id eſt ſuperbus nõ ſentit dulcedinem Dei, quia de febre iniquitatis palatum amiſit. De iſtis ſuperbis dicit Dauid, Eſurientes & ſitientes, anima eorum in ipſis defecit. Pſal. cvj. Sed abundat in plumis, ut aquila in uanitatibus ornamentorum, caudarum, & mulieres in capite abundant. Ideo Eccleſiaſt. j. Vanitas uanitatum, & omnia uanitas. dicit Eccleſi. Ratio quare iſta fiunt, eſt quia anima neſcit eſſe ſine aliqua delectatione ſpirituali, qua perdita recurrit & perquirit delectationes & cõſolationes temporales, mundanas, & uanas. Remedium ergo habemus, quod, ut aquila, ad renouandum debemus percutere roſtrum in lapide illo, de quo apoſtolus, Petra autem erat Chriſtus. j. Corinth. x. Percutitur enim cogitando uitam quam Chriſtus uoluit tenere in hoc mundo. Verbi gratia. Si uenit tentatio ut faciatis uanitatem in ueſtimentis. Cogitate quomodo Chriſtus fuit indutus, qui triginta annis portauit eandem tunicam, quam uirgo Maria ſibi fecit, cum eſſet puer. Percutiatis hic roſtrum dicendo, O miſer, rex meus. xxx annis portauit eandem tunicam ſeu ueſtem, & ego facio quotidie iſtum exceſſum. Item quando mulier

tentatur de bonis ornamentis, cogitet de uirgine Maria regina celi, que nunquam ornauit se nec depinxit. Dicatur quomodo lauabat faciem suam cum lacrymis,&c. Quando beata Anna mater sua faciebat sibi pulchra uestimenta,nolebat portare nisi intra domum, &c. Ideo quando homo tentatur de multis scutiferis, de equis, de uexillis aureis, & similibus, cogitet quomodo ibat Iesus sine equis eundo pedibus humiliter,&c.Per tales enim cogitationes frangitur rostrum superbie, & sic anima incipit habere appetitum, iam sapiunt sibi uerba Dei,scilicet locutiones,predicationes,misse,&c. Ecce quare dicit Dauid, Renouabitur ut aquile iuuentus tua. Ergo nos in nouitate uite ambulemus. Dico secundo quod possumus renouari per piam largitatem,scilicet in dandis elecmosynis de bonis a Deo datis. Audite declarationem bonam.Sicut peccatum superbie est initium omnis mali & peccati. Iuxta illud,Initium omnis peccati est superbia. Ita etiam cupiditas seu auaritia est initium omnis peccati.j.ad Timoth.vj.Radix omnium malorum est cupiditas. Dubium est hic quomodo possunt duo prima principia peccatorum assignari.Respõsio quod bene dicet simode. Nam in quolibet peccato mortali sunt duo secundum Aug. scilicet auersio a bono incommutabili, & conuersio ad bonum commutabile. Auaritia uero seu cupiditas est initium omnis peccati, &c. respectu conuersionis ad bonum commutabile. Verbi gratia. Vnde sunt in mundo tot mala in dominis, iudicibus, aduocatis, seu procuratoribus? quia nõ habent oculum ad iustitiam, sed expectant quis magis eis dabit ex cupiditate & auaritia. Vnde in ecclesia tot simonie, quia omnia uenduntur ex auaritia seu cupiditate. Vnde in mundo tot usure,& tot furta,& deceptiones, & fraudes, emendo, & uendendo? Vnde tot guerre & mortes? ex cupiditate, quia tu uis hoc,& illud uolo ego. Idem dicit in Genesim,ꝙ si ista duo pronomina,meum & tuũ, possent auferri, totum esset pax. Vnde tot negligentie circa defunctos,quod non complentur testamenta? nonne ex cupiditate? Quare retinentur mercedes laborum pauperum?nonne ex cupiditate? Vnde quod amicus interficit amicum in uia?nonne ex auaritia? Patet ergo quod radix omnium malorum est cupiditas, & hoc quantum ad conuersionem ad commutabile bonum. Qui ergo renouari cupit, expellat a se istam cupiditatem seu auaritiam, & habeat copiosam largitatem & misericordiam,& tunc tenebit consilium scripture dicentis, Nolite conformari huic seculo,sed reformamini in nouitate sensus uestri, ut probetis que sit uoluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta, ad Romanos xij. Nota cum dicit, bona, beneplacens, & perfecta. In his tribus uocabulis ponit tria opera misericordie. Primum cum dicit, uoluntas Dei bona,quantum ad opera misericordie corporalia, beneplacens quantum ad opera misericordie spiritualia,& perfecta quantum ad

tum ad remiſsionem iniuriarum. De iſta materia datur exemplum in natura de ſerpente, de quo dicunt philoſophi naturales, quod uadit retortus torquendo ſe, ſed quando eſt antiquus, induratur intantum quod uix poteſt incedere. Tunc ipſe ex naturali inſtinctu uel induſtria ieiunat, & poſt aliqua ieiunia uadit ad arctum foramen, & ibi deponit pellem ueterem, & ſic renouatur. Perſona auara eſt ſerpens incedens tortuoſe propter fallacias, & falſitates, & falſa iuramenta, que facit ex cupiditate. Dicatur quando pauper uenit ad mutuandum decem florenos. Placet mihi dicit uſurarius. Sed dicetis notario, & ita iurabitis quod mutuaui uobis. xij. florenos, &c. Et ſi recipit pignus, ſeruit ſibi de pignoribus, uel de campis recipit fructus, uadit retortus, & in cõfeſsione excuſat ſe dicendo quod recepit quod debet, &c. Ecce auaritia. Ideo de auaro dicit Iob, Cor eius indurabitur tanquam lapis, & ſtringitur quaſi malleatoris incus. Iob xlj. Nota, Indurabitur quaſi lapis, quando pauper petit eleemoſynam ab eo, non ſolum non dat ſibi, ſed lapidat eum dicendo, uade, fodias, & ſimilia uerba. Secundo ſtringitur quaſi malleatoris incus, quem licet ſemper faber percutiat, tamen non emollitur, ſic nec auarus, licet percutiatur & admoneatur Chriſti paſsione, dicente paupere qui non poteſt ſibi ſoluere uſuram, O domine, amore paſsionis Chriſti agite mecum miſericorditer. Illo non obſtante infelix uſurarius perſequitur eum crudeliter. Ecce quomodo eſt durus & iniquus. Ideo ſi uis ſaluari fac ut ſerpens. Primo ieiuna, ſcilicet abſtinendo ab illicitis contractibus, poſt hoc, quia hoc non ſufficit, ſed oportet tranſire per arctum foramen, uade per arctum foramen reſtitutionis uſque ad ultimum obolum, ſic enim deponitur pellis dura auaritie. Si dicatur, ſi ego reſtituam, uxor mea & filij mei quid facerent, &c. ſi uxor ſit bona, & uult ſaluari, debet dicere uiro, Domine reſtituatis, quia ego laborabo. Dicatur de illa uxore de qua dicit Vincentius de Longobardia, cui uir uoluit facere unam tunicam quingentorum florenorum in quodam feſto. Que reſpondit, Domine ego ſum bene induta, ſed amore Dei reſtituatis, &c. Ad quam uir, Si omnia haberem reſtituere, oporteret me mendicare, quia omnia que habeo ſunt de uſuris. Et ipſa dixit, Domine ego faciam uobis partẽ de dote mea, que nõ eſt de uſuris. Dabo uobis quinq; millia florenorum, & quinq; millia pro me reſtantia ad uictum noſtrum ordino, his uiuere poterimus. Iſta erat bona uxor. Sed modo oportet quod uiri faciant uſuras ut ſatisfaciant uanitatibus uxorum. Ideo exemplo ſerpentis, qui cum labore deponit pellem, renouamini. Hoc dicit ſcriptura, Expoliantes uos ueterem hominem, cum actibus ſuis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem Dei, ſecundum imaginem eius qui creauit eum. ad Coloſſen. iij. Dico tertio quod debem⁹ renouari per puram caſtitatem propter rationes

predictas,similiter carnalitas est aliquo modo initium omnium malorum,quantum ad delectationem carnis inclinando ad cõcupiscentias. Sicut superbia quantum ad auersionem, & auaritia quantum ad conuersionem. Ita luxuria quantum ad delectationem est initium peccatorum.Ideo apostolus, Cõdelector enim legi Dei secundum interiorem hominem.Video autem aliam legem in membris meis,repugnantem legi mentis mee,& captiuantem me in lege peccati, que est in mẽbris meis.ad Rom.vij.Et loquitur apostolus in persona cuiuslibet nostrum,Ergo de carne procedunt peccata quantum ad delectationem. Si ergo uolumus renouari, recipiamus castitatem puram. Hoc nobis ostendit terra,que in hyeme est tota lutosa,aquosa, & sine fructu,sed in uere renouatur, siccatur, & tandem facit fructum. Ita debet facere quilibet nostrum.Si aliquis primo erat lutosus per luxuriam, exiccetur per castitatem.Similiter si aliquis peccauerit aquosus per gulam, siccetur per abstinentiam,& infructuosus faciat fructum meritorum & bonorum operum. Proh dolor, multorum uita modo est infructuosa & aquosa.Et sicut tempore diluuij,quando Noe emisit columbam, quia nõ inuenit ubi requiesceret pes eius,reuersa est ad arcam. Ita est modo de Spiritu sancto,quia tota terra est lutosa per luxuriam,nõ requiescit in talibus lutosis.Ideo nos exiccare debemus per castitatem. Ideo orauit Dauid dicens,Emitte spiritum tuum,& creabuntur, scilicet uirtutes infuse.Nõ dicit formabuntur.Nã alique,sunt uirtutes que exeunt de potentia materie,scilicet per multiplicationem actuum,& dicuntur uirtutes usuales. Alie sunt que solum dantur ex infusione,& iste creantur in anima,ut uirtutes theologicales,septem dona Spiritus sancti,& etiam uirtutes morales infuse,& dicuntur infuse quia creantur.Et istas petebat Dauid,Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terre,scilicet carnis.Ecce quare dicit thema,Nos in nouitate uite ambulemus.Deo gratias.

Virtutes acquisite & infuse.

Dominica vj.post Trinitatem. Sermo v.

De modo ambulandi ad paradisum.

NOs in nouitate uite ambulemus. Habetur uerbũ istud textualiter ad Ro.vj.& in epistola currentis dominice officiatur.De presenti themate intẽdo declarare in hoc sermone omnes modos quos Deus ordinauit ad eundum ad paradisum,quia dat mihi motiuum. Credo quod materia sit bona & utilis pro peccatorum correctione, & animarum nostrarum cõsolatione,sed salutetur uirgo Maria.In hoc uerbo loquitur apostol⁹ personis que diu uixerunt in peccato mortali & mala uita, ut renouentur ut arbores,que in hyeme uidẽtur mortue,sine foliis,floribus,& fructibus,sed in uere renouãtur,emittunt flores & folia,& finaliter faciũt fructũ.Ita debet esse de nobis.Persona que uiuit in peccatis

est in

eſt in hyeme frigiditatis ſine amore Dei & proximi, ſine fructu operis meritorij & uirtutum. Ideo renouetur emittendo flores redolentes lacrymarum, compunctionum, gemituum, & ſuſpiriorum in peccatis. Nullus ramus florum tantum redolet apud Deum. Tales poſſunt dicere uerbum ſapientis, Flores apparuerunt in terra noſtra, &c. Cantic. ij. Deinde ut arbor debet facere folia uiridia. Ecce uerba cõfeſsionis accuſantia, quando dicitur, Pater ego feci ſic & ſic, & hoc & hoc, & cõfitetur omnia peccata. Iſta ſunt folia recentia, que refrigerant animam. Apocal. ul. Folia ligni, ſcilicet hominis, ad ſanitatem gentium. Deinde debet facere fructus, ſcilicet opera penitentialia, orationes, eleemoſynas, ieiunia, uigilias, audire miſſas, ſermones, & huiuſmodi. De iſtis fructibus dicit Chriſtus, Facite fructus dignos penitentie. Luce iij. Alias modicum ualeret arbor que faceret flores & folia, & nõ fructus. Ecce qualiter debemus renouari ad inſtar arboris in eſtate floribus & fructibus, ſcilicet deuotionis & amoris Dei, tunc de talibus uerificatur uerbum illud Marc. Video homines uelut arbores ambulantes. Marc. viij. Ambulare dicuntur arbores quando faciunt flores. Ecce prima diera. Secunda quando faciunt folia. Tertia quando faciunt fructus. Ideo dicit apoſtolus in themate, Nos, ſup. peccatores, quia null⁹ poteſt peccatis excuſari, in nouitate uite ambulemus. Patet thema. Queſiui amore ueſtri in ſacra ſcriptura modos eundi ad paradiſum, poſtquam homo eſt renatus in nouitate uite. Et inueni quinque modos ambulandi per bonam uiam ad celum. Ambulant enim

Quidam equitando honorabiliter,
Quidam uadunt pedites ambulando humiliter,
Quidam nauigando delectabiliter,
Quidam natando periculoſe,
Quidam uolando uirtuoſe.

Non inueni plures modos eundi ad paradiſum. Pro quolibet iſtorum dicit thema. Nos in noui, &c. Dico primo quod quidam ad gloriam uadunt equitando honorabiliter, ut perſone uirgines homines & mulieres, qui nunquam ceciderunt in luto luxurie per aliquam immunditiam uoluntariam, qui ſi ſomniando contra uoluntatem, &c. non ex hoc perditur uirginitas. Item ſi mulier uiolatur, ipſa cõtradicente quãtum poteſt, nõ ex hoc perditur uirginitas, nec amittit coronam uirginitatis, niſi uoluntarie cõſentiat. Ideo cuſtodiatur uoluntas, nec cõſentiat. Tales enim perſone uirgines uadunt ad celum equitando honorabiliter. Corpus eſt equus, ſpiritus eſt miles, equi eorum, ſcilicet hominum, caro & non ſpiritus. Eſaie trigeſimoprimo. Recte ſicut equus regitur a milite freno & calcaribus, ita perſone uirgines gubernant equum corporis freno temperantie. Qui autem uult conſeruare uirginitatem uel caſtitatem, debet gubernare corpus freno temperan-

tie, quia quantūcunq; equus sit malus & rebellis, si sibi aufertur auena, fit simplex & bonus. Idem de corpore nostro, si abstinemus a nimio cibo & potu & deliciis, efficitur simplex. Aliter enim persona gulosa erit semper luxuriosa. Ideo sunt in mundo tot mali clerici & religiosi, quia equitant malum equum, & sine freno temperantie. Ideo cadunt in lutum luxurie & corruptionis. Ideo dicebat beatus Iacob. de se, & de illis qui freno temperantie regunt equum corporis, & ait, Equis frena in ora mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus. Iac. iij. Item etiam sunt necessaria calcaria in dextro pede & sinistro, que sunt amor paradisi, & timor inferni. Istis duobus calcaribus gubernatur corpus, scilicet amore saluationis, & timore damnationis. Si autem equus corporis sit piger in bonis faciendis, percutiatur calcari dextero per talem considerationem. Labora modo, quia ex isto modico labore acquires requiem perpetuam uel cum sinistro dicendo, Labora modo ribalde, quia nisi modo labores, in inferno cōtinue laborabis sine requie. Nisi modo ieiunes, in inferno ieiunabis sine fructu. Idem de cilicio, disciplinis, & aliis afflictionibus corporis. De istis calcaribus authoritas, Qui timetis dominum. Ecce de pede sinistro. Diligite illum. Ecce de dextro. Et illuminabuntur corda uestra, scilicet ad bene operandum. Eccles. ij. Tales uadunt ad paradisum, equitando honorabiliter, uitando omnes occasiones & opportunitates illius peccati. Tales uadunt equitādo cum Christo, & uirgine Maria, & beatis apostolis, Paulo, & Ioanne, &c. De istis dicit Christus Ioanni euangeliste, Habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt uestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis, quoniam digni sunt. Apoc. iij. Nota habes pauca nomina, id est personas dignas nomine, in Sardis, que secundum interpretationem Hebraicam interpretatur, principatus pulchritudo. Tres sunt gradus castitatis, scilicet,

Castitas coniugalis,
Castitas uidualis,
Castitas uirginalis.

Tertius gradus tenet principatum. Castitas coniugalis est quando uir & uxor seruant fidelitatem sibi, & modū, &c. Secundus gradus est melior uidualis, illorum qui ex matrimonio uel alias perdiderunt uirginitatem sed de cetero custodierunt se. Cauent ab opportunitatibus, nō uagantur in aperto, quia dicitur quod femina & gallina cito perduntur uagando. Vt Dina filia Iacob, que cū egressa fuisset ut uideret mulieres illius regionis, eamque uidisset Sichen filius Emorenei princeps terre illius, adamauit eam, & rapuit, & dormiuit cum illa, ui opprimens uirginem. Et conglutinata est anima, &c. ut habetur Gene. xxxiiij. Tertius gradus est optimus, scilicet castitas uirginalis. Vnde uenerabilis

Beda,

Beda, Bona est castitas coniugalis, melior est continentia uidualis, sed optima uirginalis. Ecce quare dicit, Habes pauca nomina in Sardis, id est in principatus pulchritudine, quia solum pueros & puellas innocentes, quibus etas aufert posse, &c. quia statim quando sunt quindecim uel citra annorum, perquirunt lupanaria, &c. Solum ergo pueri paruuli uadunt equitando honorabiliter ad paradisum, & possunt dicere, Nos in nouitate uite ambulemus. Dominus Iesus non habuit exercitum equitum. Secundus modus est aliquorum, qui uadunt pedites humiliter, sicut sunt illi qui nesciunt gubernare equum corporis freno temperantie, & calcaribus amoris & timoris, & perdiderunt uirginitatem, illos oportet ire pedites. Isti sunt continentes emendati. Si dicatur, Nunquid possunt redire ad equos? Dico quod non. Milites uel scutiferi si cadunt de equo possunt iterum ascendere, & rex uel dominus potest eis dare alium equum. Sed qui perdidit uirginitatem, non potest iterum recuperare, imo dico fortius, quod Deus non posset. Ego non auderem hoc dicere, nisi haberem doctorem authenticum hoc dicentem, scilicet Hiero. Audenter loquar, quia cum omnia possit Deus, non potest tamen de corrupta facere incorruptam. Quia dicunt doctores quod includeret contradictionem. Quid est esse uirginem? non scilicet gustasse, &c. Si ergo gustasti non potes non gustasse. Sed si facis penitentiam saluaberis, sed non coronaberis, nec habebis coronam uirginitatis. De hoc uide sanctum Tho. 3. par. q. xxv. arti iij. Omnes uadimus pedites, quia mala premunt hic. Ideo cum labore suspirando, & gemendo, sudando ascendimus pedites ad montem. Sudores anime sunt lacryme contritionis dicendo, O miser si saluabor. Secus de illis qui uadunt equitando, quia lete & cantando ambulant. Sed habemus tres consolationes, quas Deus dat peditantibus, sicut fit in his qui uadunt pedites peregrinando, scilicet de umbra. Secunda de tabernis. Tertia de bona societate, loquendo bonos sermones, & sic transeunt uiam, ita de nobis. Debemus habere consolationem ad umbram arboris crucis Christi, & uite eius laborioſe, & ibi quiescatis memorando quod legitur de Christo quod aliquoties fatigatus ex itinere super fontem sedens quieuit, ut habetur Ioannis quarto. Ipse qui portat & sustinet totum mundum uoluit sustinere & ostendere illos labores, ut nobis daret exemplum. Item cogitando labores passionis in cruce, quando dixit, sitio, & non dederunt sibi aquam, nec bonum uinum, sed acetum. De ista consolatione dicit scriptura, Sub umbra illius quam desiderabant sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Canticorum secundo. Secundum remedium confortatiuum siue consolatio est, quod sunt taberne de uno miliario in aliud. Ita etiam Christus parauit nobis tabernam, scilicet eccle-

siam, ut comedamus & bibamus communicando. In illa hostia consecrata, est cibus & potus corporis & sanguinis Domini. Ideo in huius figurã dixit angelus Elie itineranti pedibus, Surge, comede, grandis enim tibi restat uia. Qui cum surrexisset, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius usque ad montem Dei Oreb. iij. Reg. xix. Figura fuit, Angelus sacerdos est qui debet tenere uitam angelicam, castã, & honestam, qui dat nobis cibum & potum in communione, & sic anima confortatur, ut possit ire usque ad montem Dei. Tertium confortatiuum est de bona societate, unus portat alium loquendo. Ita in uia paradisi habere debemus societatem cum bonis, audire bona uerba, sermones, missas, & sic lete transibimus uiam. Factum est mihi uerbum tuum in gaudium, & in letitiam cordis mei. Hiere. xv. Vnde dicit Apostolus, Obsecro uos ego uinctus in domino, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate. ad Ephe. iiij. Tertio uadunt quidam nauigando delectabiliter. In naui enim bona cantando solatiose homo uadit. Isto modo persone religiose in magna & firma naui religionis approbate hoc mare magnum huius seculi faciliter transeũt usque ad portam paradisi, si seruant religionem, alias ad infernum descendunt. Religio enim est magna nauis trium cooperturarũ, quia religio essentialiter in tribus uotis consistit. Prima coopertura est paupertas apostolicalis, cui obligamur per uotum solenne. Solum debemus tenere necessaria stricte & cum licentia. Secunda est castitas angelicalis. Sicut enim in secunda coopertura nauis stant merces & pretiosa, ita etiam castitatis uotum est thesaurus pretiosus. Tertia est obedientia generalis. Per tertiam cooperturam discurrunt marinarij iuxta imperium patroni, & statim obediunt dicentes, factum est domine. Ita etiam religiosi mouentur secundum obedientiam ad mandatum prelati. Ideo de religione dicitur, Facta est quasi nauis institoris, de longo portans panem suum. Prouerb. xlt. Ideo persone religiose delectabiliter possunt transire. Secus de uobis, quia cum magnis laboribus transitis, religiosum autem cantando missas, non oportet eum curare quid comedet seu bibet, & sic nauis facit suam uiam. Sunt ibi merces ceremoniarum. Iam est totum scriptum quid habet facere religiosus, sed quando aliquis apostatat dimittendo habitum, nihil aliud est quam de naui proiicere se in mare. Et potest dicere si euadat, Profundum abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui. Ecclesiast. uigesimo quarto. Quarto uadunt quidam natando periculose, sicut sunt homines mundani, actuosi, & negotiis mundanis implicati, qui in negotiis inuoluti ut natantes capite supra eleuato, cum magna ui transeunt undas temporalitatum periculose. Ideo Dauid orabat dicens, Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aque usque ad animam meam, &c. Psal.

lxviij.

Ixviij. ubi ponit tria pericula. Primum ibi, Quoniam intrauerunt aque uſque ad animam meam, quia quando aque auaritie intrant uſque ad animam, ſubmerſi eſtis, puta quando ex auaritia facitis uſuram, rapinam, furtum, uel retinetis rem alienam inuentam ſolidatam, &c. factum eſt, uos eſtis perditi. Secundum eſt ibi, Infixus ſum in limbo profundi, ſcilicet peccati luxurie. O quot ſubmerguntur hic, tot ſunt occaſiones, &c. Tertium eſt ibi, Veni in altitudinem maris, ſcilicet dignitatis, officij, prelationis, uel dominij, & non curant iuſtitiam nec de correctione peccatorum publicorum. Ideo ſequitur, tempeſtas demerſit me. Remedium quod habet natans eſt quod teneat caput eleuatum extra aquas. Ita de nobis eſt. Ideo attendatis quod in aquis negotiorum ueſtrorum caput, ſcilicet intentio ſit eleuata in altum ad Deum, quod in nullo negotio faciatis aliquid contra Deum. Ideo Chriſtus, Leuate capita ueſtra. Luce xxj. De iſto modo ambulandi dicit Apoſtolus, Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. ad Epheſios quinto. Stulte natat qui mittit caput ſub aquis, ſapienter qui eleuat caput. Quinto uadunt quidam uolando uirtuoſe. Iſti ſunt contemplatiui eleuati, qui duabus alis, ſcilicet orationis & contemplationis, uel lectionis, & auditionis, ſublimiter uolant in celum, non tangentes terram. De iſtis dicit Eſaias propheta, Qui ſperant in Domino mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquile, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Eſaie xl. Nota, mutabunt fortitudinem, quia licet ſint debiles corpore, ſunt tamen fortes in anima, aſſument pennas, ſcilicet orationis & lectionis. Sed dices forte, Non omnes ſciunt legere. Nota hic modum quomodo omnes ſcietis legere. Nota, quod erat quedam mulier, que neſciebat legere, ſolum ſciebat Pater noſter, & Aue Maria, & Credo in Deum. Et quando ibat ad eccleſiam, ſemper portabat ſecum unum librum, & legendo in illo plorabat acriter. Qui autem cognoſcebant eam, ſcientes quod neſciebat legere mirabantur. Quidam deuotus queſiuit ab ea, quid legeret in dicto libro, & quod oſtenderet ſibi librum petiuit. Reſpondit illa, Vos neſciretis legere in libro meo, ſicut nec ego in ueſtris. Tandé diu rogata, oſtendit ſibi librum, in quo erant ſolum quatuor charte. Prima erat tota alba. O dixit ille, non ſunt hic litere, ego neſcirem hic legere. Dicatur quomodo mulier dixit, quod in illa charta ipſa legebat puritatem Chriſti, & uirginis Marie, & propter hoc ploro, quod ego ſum ita impura, & turpis ex peccatis meis. Secunda charta erat tota rubea, in qua dixit ſe legere Chriſti paſsionem dolorolam in die ueneris ſancta peractam, in qua totum corpus erat ſanguineum ex flagellationibus, & caput ex corona, & ſic de aliis. Tertia charta erat nigra, in qua legebat tenebras inferni, & eius penas & dolores. Quarta charta erat de-

aurata, in qua legebat gloriam paradisi resplendentem. Ecce qualiter spiritus sanctus docuit illam mulierem legere. Ita potestis uos omnes legere pari modo. Item contemplando illa que auditis in sermonibus. Tales uadunt uolando. De quibus dicit Esa. Qui sunt isti, qui ut nubes uolant, & quasi columbe ad fenestras suas? Esaie lx. Contemplatiui autem ut nubes eleuantur a terra, & emittunt pluuiam lacrymarum ad fructificandum, quasi columbe simplices, non nocent alicui cum unguis per rapinam, furtum, uel alias. Nec cum rostro diffamando, nec mentiendo. Ecce quare dicit thema, Nos in nouitate uite ambulemus.

Dominica vij. post festum Trinitatis de Euangelio. Sermo j.

MIsereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinet me. Mar. viij. Noster sermo secundum quod requirit Dominica. erit de sancto euangelio, &c. Salutetur uirgo Maria, &c. & resumatur thema, Euangelium hodiernum declarat nobis de Christo Iesu tres excellencias & uirtutes. Et sunt iste,

Prima est clementia paternalis,
Secunda potentia diuinalis,
Tertia est prouidentia uirtualis.

Prima ostenditur in principio euangelij. secunda in medio. tertia in fine. Et in his tribus erit noster sermo. Dico primo quod ostenditur de Christo in euangelio clementia paternalis, quia sicut pater erga filios mouetur clementia paternali, ad prouidendum filiis de omnibus necessariis, etiam si non petant. ita & Christus. Istam clementiam ostendit Christus pater noster, de qua clemẽtia loquitur thema di. Misereor super turbam, &c. Et ut melius istam clementiam intelligatis, dicit principium euangelij hodierni, Cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis ait illis, Misereor super turbam, usque, de longe uenerunt. Dicit super hoc ille deuotus doctor Beda, quod gentes sequebantur Christum quatuor rationibus. Aliqui ex charitate & deuotione, quam habebant ad eum, & ad uerba Dei incarnati. O qualem consolationem dabant auribus audientium. Quidã sequebantur ex necessitate, ut infirmi, ceci ut reciperent uisum, surdi auditum, muti loquelam, & sic de aliis. Quidam sequebantur ex curiositate solum & uanitate, ut miraculum uiderent, dicendo, uideam si faciat aliquod miraculum. Quidam ex malignitate, si possent eum reprehendere in aliquo uerbo, ut possent eum accusare dicendo, Iste Iesus filius illius fabri lignarij Ioseph nunquam studuit, non potest esse quin erret. O illi fatui, nesciebant quod in studio trinitatis studuerat. Istis quatuor rationibus gentes sequebantur eum, in tantum quod dicit euangelium, quod quatuor millia hominum fuerunt cum eo in deser-

to, extra

to, extra paruulos & mulieres, ut patet Mat. xiiij. Paruuli, ut dicit glo. ni gioti annorũ, & infra. ut patet Num. j. c. Alia uice inuenit se cum quinque millibus hominũ, exceptis paruulis & mulieribus. Ideo dicit, Cum turba multa esset cum Iesu, &c. quia ibi erant quatuor millia hominũ, & forte totidem mulieres & tot etiam paruuli. Ita quod forte erãt xiij. uel xiiij. millia, & prima die qua uenerunt ad Iesum, comedebant medietatem illorum que portauerant, in secunda die aliam medietatem, tertia die nihil habebant ad comedendum, sed habebant magnã deuotionem ad Christum. Et ipse Iesus pius pater postquam in predicatione dederat eis cibum spiritualem, uoluit etiã post predicationem dare eis cibum corporalẽ. Et uocatis apostolis tãquã cõsiliariis dixit eis, Misereor super turbã, &c. Apostoli ut rudes responderũt, Vnde illos poterit qs hic saturare panibus in solitudine, & nos qui nõ habemus denariũ, nec quinquaginta denarij argẽtei sufficerẽt. quasi dicerẽt, nõ est remediũ nisi ut pereãt. O grossi, deberetis dicere talia Christo? &c. Hic dico ꝙ ostẽditur in Christo clemẽtia paternalis, qa nõ reperio ꝙ ille gẽtes aliqd peterẽt a Christo ad comedẽdũ, tamẽ ipse habebat de eis cõpassionẽ, & paternalẽ clemẽtiã. Nã pater q habet filios, nõ expectat ꝙ filij petãt necessaria, sed ipse ꝓuidet. Sic fecit Christus, cuius uiscera paterna mota sunt ex cõpassione. Et fuit cõpleta illa ꝓphetia Dauid in Psal. cij. Benedic anima mea Domino. Quomodo miseretur pater filiorũ, misertus est Dominꝰ timẽtibꝰ se, quoniã ipse cognouit figmẽtũ nostrũ. No. figmẽtũ nostrũ, s. naturale & morale. Figmẽtũ naturale est corpus. Figulus siue magister fuit Deus. Figmẽtũ corpus nostrũ, de argilla formatũ. Figmẽtũ morale est cõfidẽtia filiorũ ad patrẽ, qa licet nõ petãt, quasi dicẽdo, Ego sum bonus puer, nõ peto aliquid, ideo dicit figmẽtũ, qa fingũt se nõ querere, tamẽ in corde illud petũt & desiderãt, talis fictio bona est. No. hic secretũ cũ dicit, Misereor sup turbã. O Domine quare habetis cõpassionẽ? Respõdet, qa ecce iã triduo sustinent me. Ista ratio, iã triduo sustinẽt me, est sufficiẽs mouere uiscera siue misericordie ad dandum nobis necessaria, qa aliter si nõ fuisset sufficiẽs, nõ eã Christus assignasset. Ideo dico ꝙ quilibet cuiuscũq; sit status poterit habere abũdãtiã & ꝓuisionẽ de omnibus sibi necessariis, si triduo sustinet Christũ. Hoc potest probari in quolibet statu, qui sunt, scilicet,

Primus status est dominorum temporalium,
Secundus prelatorum,
Tertius religiosorum,
Quartus clericorum,
Quintus coniugatorum,
Sextus uiduarum,
Septimus uirginum.

Primus status mundi est dominorum temporaliũ, qui si triduo sustin-

Christum, non oportet dubitare quin habeant in hoc mundo abundãtiam, & in alio gloriam. Tres dies sunt tres uirtutes quas debent habere.

Primus dies est iustitia generalis,
Secundus est modestia personalis,

Tertius est reuerentia diuinalis.

Quantum ad primum. Prima uirtus est iustitia generalis, quia pauperi sicut diuiti debent ministrare iustitiam. Item nec pecuniis nec amore, nec fauore, seu odio corrumpere iustitiam, non attendere compatrem, &c. Quantum ad secundum, modestia personalis est, quod domini temporales honeste sint sociati, ut uiuant secundum redditus quos habent, non facere pompas & superfluitates, non magis expendere quã reditus possunt portare, non ditare aliquos, & depauperare alios, sed tribuere unicuique secundum suum laborem, non facere extorsiones in populo, &c. Quantum ad tertium, quia secundum quod sunt Deo magis similes in dominio, maiorem debent Deo reuerentiã exhibere, & non debent aliquid recipere de ecclesia, nec occupare decimas seu primitias, nec aliquid recipere de bonis ecclesie, nec intromittere se de ecclesiastica iurisdictione, honorare prelatos, non loqui in missa. Si istud triduum habeant domini & rectores populorum, dicit Christus de eis, Misereor super turbam, scilicet dominorum, quia ecce iam triduo sustinent me. Secundum triduum est prelatorum, & deberent habere tria, scilicet,

Presidentiam spiritualem,
Prouidentiam pastoralem,
Sanctimoniam personalem.

De primo, ut scilicet uideat prelatus si intrauit per portam, non precibus dominorum nobilium, non per potentiam armorum, nec per munera, ut per simoniam, uel alias iniuste, nisi per puram electionem uel prouisionem Pape, ipso penitus non procurante; quia alias non intrat per portam, sed saltat per parietes, iuxta illud, Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro Ioann. x. De secundo debent habere prouidentiam pastoralem, quia nominantur pastores, & non domini. Ideo antiquitus non dicebantur domini, sed patres uel pastores, & non domini, ideo portant baculum ut pascant oues doctrina sancta, & exemplo uite. De tertio debent prelati habere sanctimoniam personalem, uidelicet quod prelatus si laudabilis uite, conuersationis honeste. Et tunc dicit Christus, Misereor super turbam, scilicet prelatorum.

Tertium triduum est religiosorum, in quo habent sustinere Deum, & tria habent debere, que sunt scilicet,

Pauperras apostolicalis,

Caſtitas angelicalis,
Obedientia uniuerſalis.

De primo, quia non debent habere iocalia, nec aliquid ut proprium poſsidere. Item ſecundo debent habere oculos caſtos in aſpiciendo, aures in audiendo, manus in tangendo, &c. totum corpus debet eſſe caſtum in conuerſando. Item tertio debent habere obedientiam uniuerſalem, ut ſint obedientes non ſolum ad precepta & uota, ſed etiam ad ceremonias, in cibo, ueſtitu, ieiuniis, & in aliis cerimoniis. Et ſi religioſus fuerit ſic obediens, Deus infallibiliter prouidebit tali religioſo de cappa, ſcapulari, &c. Et Chriſtus dicet, Miſereor ſuper turbam, ſcilicet religioſorum. Quartum triduum eſt clericorum, ſcilicet,

Diligenter officiare,
Deuote celebrare,
Honeſte conuerſari.

De primo, ſcilicet diſtincte & attente dicere officium diuinum. De ſecundo, non pro pecuniis nec uana gloria celebrare. De tertio, honeſta conuerſatio eſt ne ſit concubinarius, nec ioculator, nec luſor, nec bibulus, &c. Et dicet Chriſtus, Miſereor ſuper turbam, ſcilicet clericorum. Quintum triduum eſt coniugatorum, ſcilicet,

Amor cordialis,
Fides coniugalis,
Sedulitas doctrinalis.

De primo, quod amor nuptialis duret ſemper, non deſpiciat unus alterum, ſed unus ſupportet alium in defectu ſuo. De ſecundo, quod nec maritus nec uxor corpus ſuum tradat alteri, imo citius mori eligere debet. De tertio, quod ſi habent filios uel filias, inſtruant eos in bonis operibus & doctrinis, non ſolum pater tenetur prouidere filiis in cibo, & potu, ſed etiam in doctrina, ne iurent, ne mentiantur, ne furentur, ne ſibi iniurientur, & ſi ſibi iniuriantur, quod petant ueniam. Item dicatur contra illam conſuetudinem de puellis remanentibus in domo in feſtis, nec uadunt ad miſſam, ſed bene uadunt ad uanitates, ad tripudia, &c. & ſi iſta fuerint in ſtatu coniugatorum, dicet Chriſtus, Miſereor ſuper turbam, ſcilicet coniugatorum.

Sextum triduum eſt uiduarum, ſcilicet,

Deuotio ſpiritualis,
Afflictio corporalis,
Miſeratio fraternalis.

De primo, uidua debet facere computum cum Chriſto, audire miſſas, ſermones, orare, quia quando ſunt in matrimonio, non poſſunt illa facere ita liberaliter, &c. Quantū ad ſecundum, ſcilicet ieiunando, portando cilicium, quia libera eſt, & poteſt affligere corpus ſine preiudicio alicuius. Secus de illis de matrimonio. Quantum ad tertium, eſt libera,

libera,& potest facere eleemosynas,nec potest dicere, non placet uiro.Et si ista faciant,dicet Christus, Misereor super turbam,scilicet uiduarum.

Septimum triduum est uirginum,scilicet,

Verecundia in facie,

Silentium in uoce,

Obedientia ad parentes in opere.

Istis tribus indiget uirgo,quod habeat uerecundiam in facie,nō respiciat hincinde,nec per fenestras, non habeat oculos sicut accipitris ad rapinam,sed columbinos. De quibus dixit spiritus sanctus uirgini Marie,Oculi tui columbarum.Cant.iiij. Secundo quod non loquatur nisi pro necessitate.Malum signum est mulierem,maximē uirginem, esse loquacem.Tertio obedientia parentalis eis inesse debet,& debet uirgo obedire parentibus. Nam si aliquis uult eam in uxorem recipere, non faciat secrete,sed dicat,si uultis habere me in uxorem, dicatis patri meo,&c.& fiat publice,&c.Et dicet Christus,Misereor super turbā, scilicet uirginum.Patet secretum,& prima excellentia Christi. *Dico* secundo quod ostenditur in euangelio de Christo potentia diuinalis, quando ostendit quod erat uerus Deus per miraculū quod fecit.Postquam enim dicit apostolis, Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinet me.Apostoli responderunt, Vnde possumus habere panē ut comedant,&c.Dixit Christus,Inquiratis uos quot panes possetis habere.Credatis quod aliquis clamauit, si habebat aliquis panē,&c.Totum hoc fecit Christus, ut appareret miraculum propter panis defectum,& inter omnes solum inuenerunt septē panes, & piscículos paucos,in quantitate & etiam in qualitate.Et dicitur Marci vj.quod Christus precepit ut discumbere facerent omnes secundum contubernia, discubuerunt secundum partes in cētenos & quadragenos. Erat inter eos ordo sessionum,ut apostoli seruiendo possent transire. Sedebant enim centum in longum, & quadraginta per transuersum,ita quod cētesies quadraginta sunt quatuor millia hominum ad unam partē.Mulieres cum pueris ad aliam.Voluit Christus ut ita essent ordinati,ut honestius comederent.Nam que a Deo sunt,ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati,Dei ordinationi resistit.ad Rom.xiij. Moraliter habemus exemplum,quantum placet Deo seruare ordinationem, tenere regulam certam,quilibet secundum suum statū. Religiosus quod teneat ordinationem & regulam sui ordinis,nec oportet amplius addere. Clericus etiam bene ordinatus est,qui surgit equali hora, debet surgere ad matutinas,dicere missam,&c. Dicatur contra illos qui nullū ordinem seruant,modo surgunt ad matutinas,modo non,nec dicūt missas nisi pro pecuniis.Istud nō est ordo sed cōfusio. Idem hic de secularibus; certo tēpore,scilicet mane & sero genibus flexis faciant suā oratiōnē, nec di

nec dimittãt. Istud est ordo. Dicatur contra illos qui aliquoties orant, aliquoties non, nullũ ordinẽ seruant. Ecce qualiter Christus uoluit ut essent ordinati antequam eis daret ad comedendum. Ideo apostolus, Omnia honeste & secundum ordinem fiant in uobis. j. ad Corin. xiiij. Postquam enim fuerunt ordinati, dixerunt discipuli siue apostoli Christo, Domine iã sunt ordinati, homines seorsum, & mulieres cũ pueris seorsum. Modo dixit Christus, Date mihi panes & pisces, & eleuatis oculis in celum benedixit. Hic dedit nobis Christus exemplum ut ante quam comedamus, benedicamus cibum. Ratio, quia serpens inferni in radice uenenauit omnem cibum, ideo ostendit Christus ut sumamus theriacã benedictionis, scilicet premittere debemus aliquam orationem ante cibũ. Ideo apostolus, Cibos creauit Deus ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, &c. j. Tim. iiij. Item omnis creatura Dei bona est, & nihil reiciendũ, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbũ Dei & orationẽ. j. ad Tim. iiij. Deinde uocatis apostolis ut distribuerẽt de illis septem panibus, & duobus piscibus, satiauit totam illam multitudinem. Si diceret aliquis, Quõ est possibile quod de septem panibus satiaret tantam multitudinem? dicatur quõ illi panes & pisces fuerunt tripliciter multiplicati. Primo in manibus Christi dividentis. Secundo in manibus & sinu apostolorum seruientium. Tertio in ore comedentium. Et sic dicit, ꝙ comederunt & saturati sunt. Ecce hic potentia diuinalis. Nã sicut creatio a sola Dei potentia, sic etiã subita multiplicatio. Sed hic est una questio. Euangelium facit mentionem de cibo, sed non de potu. Iam scitis, quod prandium sine potu modicum ualet, imo comedere & non bibere afflictio est, maxime illis qui itant ad solem in campis, nec legitur quod habuerunt uinum nec aquam. Ex tribus possumus habere responsionem.

Primo per practicam usualem,
Secundo per autoritatem scripturalem,
Tertio per figuram allegoricalem.

Pro primo. Nã Deus precepit Moysi, ut percuteret petrã, ut biberet populus sitibũdus, &c. Moyses percussit cũ uirga, & exibat uiua aqua, & bibit populus, & aqua secuta est eos in deserto. Numerorũ uigesimo. Si ergo de rupe exiuit aqua uiua, ita possumus cogitare, ꝙ de illo pane & pisce exibat liquor miraculose, & rigabat guttura, & sic erat fiẽdũ propter necessitatẽ & utilitatem, quia alias conuiuiũ nõ fuisset pfectũ. Pro secũdo. Dicit enim scriptura, Date magnificentiã Deo uostro, Dei perfecta sunt opera. Deut. xxxij. Ergo cõuiuium fuit perfectum dicendum ꝙ Christus prouidit de dicto liquore. De tertio, s. per figuram allegoricalẽ. Nam ille cibus fuit figura corporis Christi in cõione. De quo dicunt aliqui simplices, O isti presbyteri decipiũt nos, dando nobis in cõione corpus Christi, & nõ dãdo sanguinẽ, tamẽ ipsi totum sumunt.

Dicatur

Dicatur quod ista questio uenit ex ignorantia. Nam in hostia cõsecrata est tantum de sanguine, sicut in calice. Nam ibi est corpus Christi uiuum, corpus uiuum nõ est sine sanguine, ideo ibi est sanguis. Ideo qui sumit corpus, sumit & sanguinem. Ita quod hostia cõsecrata est cibus & potus, aliter esset periculum. Quia dicit Christus, Amen amen dico uobis, nisi manducaueris carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam eternam. Ioannis vi. Dico tertio quod ostenditur prouidentia uirtualis. Iam scitis quod communiter in principio mẽse seruatur silentium, & quilibet curat de comestione. Sed postquam iam biberunt bis uel ter, tunc loquitur unus ad alium per transuersum mense. Sic fuit de illis, quando fuerunt satiati, inceperunt loqui adinuicem. Dicebat unus, Ego fui in magnis conuiuiis, sed nunquam gustaui tam sapidum cibum, nec ego, dicebat alter. O quale prandium habuimus. Ratio, quia dicunt doctores quod opera que Deus miraculo facit, sunt meliora & perfectiora, quam illa que fiunt per naturam uel per artem, ut patet de uino Architriclini. Idem de cecis illuminatis. Sic igitur patet quod illi panes & pisces fuerunt optimi. Ideo quilibet uolebat reseruare. Dicebat uir, Istud reseruabo pro uxore mea, & per oppositum. Et mulier dicebat, Istud reseruabo pro filiis meis, una in sinu, alio in sacco, &c. Et Christus precepit apostolis ut colligerent. Parcatis mihi sancte pater, quia si ego fuissem ibi, ego impleuissem sinum meũ. Moraliter hic sunt duo secreta, literale, & morale. Literale est, quod illud quod superest in mensa, scilicet fructum, debemus dare pauperibus Christi, iuxta Christi consilium, Quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Luce xj. Not. omnia, scilicet locutiones, & alique superfluitates facte in mensa, mũda sunt uel fiunt per eleemosynam. Secretum morale, quia nos non fuimus digni ut essemus in illo conuiuio, faciamus ergo nos ut rapaces, qui post prandiũ dominorũ perquirunt fragmenta in sportis, quia dicitur ℣ collegerunt septem sportas. Septẽ sporte nobis diuise, sunt septem opera penitentialia, de quibus satiari debemus in hoc mũdo. Prima sporta est contritio cordialis, frusta sunt dolores cuiuslibet peccati, &c. Secunda confessio oris, quantumcunque sint uerecunda opera, frangenda sunt & aperienda in confessione. Tertia est afflictio corporis, ut ieiunia, cilicium. Quarta est oratio spiritus, non solum ore, sed & spiritu orandum est. Quinta est restitutio de iniusto. Sexta est remissio iniuriarum, quia castra tua fortia non ualent tibi pro salute anime. Septima est communio, &c. Et post illud prandium ueniemus ad prandium paradisi in mẽsa Christi, ubi erit refectio sine defectu. Ideo Christus, Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Ego dispono uobis sicut dispositit mihi pater meus regnum, ut edam, & biba

& bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Luc. xxij. Vel ſi uis potes dicere, quod iſte ſeptem ſporte ſunt ſeptem dona Spiritus ſancti. de quibus Eſa. xj. Spiritus Domini, Spiritus ſapientie, & intellectus, Spiritus conſilij, & fortitudinis, Spiritus ſcientie & pietatis, Spiritus timoris domini. Spiritus ſapientie; ecce hic unus panis ad cognoſcendum Deum, & potentiam, & ſapientiam, & clementiam, &c. Spiritus intellectus, ecce alius panis ad intelligendum ſecreta diuine ſcripture. Spiritus cõſilij, ad intelligendum bona, & extirpandum mala. Spiritus fortitudinis, panis ad corroborandum cõtra diabolicas tentationes. Spiritus ſcientie, ad diſcernendum bonum a malo. Spiritus pietatis, ad ſubueniendum pauperibus, & perſonis mirabilibus. Spiritus timoris Domini, ut quilibet ſciat ſe preſeruare a peccato, & diabolicis tentationibus. Ecce hic ſeptem panes, uel ſeptem ſporte, & ſeptem dona Spiritus ſancti.

Officia ſeptẽ donorũ Spiritus ſancti.

De eadem Dominica ſeptima,

De effectu gratie Dei. Sermo ij.

GRatia Dei uita eterna. ad Rom. vj. c. originaliter, recitatiue uero in epiſtola currentis dominice ſcribitur. Verbum iſtud dat mihi motiuum predicandi de neceſsitate habendi gratiam Dei, & de utilitate quam fecit in perſonis. Materia eſt ſubtilis & intricata, habebimus ſpeculationes theologicales, & materias morales. Salutetur uirgo Maria, deinde reſumatur thema. Queſtio ſubtilis eſt in theologia, de gratia Dei, & eſt iſta, Vtrum aliqua perſona humana in hoc mundo ex bonis operibus, que facit ſeruiendo Deo & proximo, ſi ex illis operibus poteſt cõſequi gloriam eternam. Huic queſtioni reſpondetur per diſtinctionem, ſic, Quia talia bona opera poſſunt dupliciter conſiderari, ſecundum quod procedunt a principio creato, uel a principio creatore: ſi uero conſiderentur ſecundum quod procedunt a principio creato, ſcilicet ab homine uel a libero arbitrio, quando homo ex intellectu iudicat talia bona opera facienda, & libero arbitrio eligit illa, & placent ſibi, & operatur ea, tunc dicitur quod inquantum a tali principio procedunt, tunc ſufficiunt aliqua bona opera ad habendum gloriam eternam. Ratio, quia tanta eſt dignitas & excellentia glorie, quod poſſe creature nõ ſufficit ad producendum illam, nec ad dandum illam, ſicut equus nõ poteſt generare hominem, nec homo angelum, nec angelus celum, quia eſt ultra ſuam ſpeciem & uirtutem. Ita nec homo per ſuum liberum arbitrium operando bona opera poteſt conſequi uitam eternam, conſiderando illa opera ut dictum eſt, ſcilicet inquantum procedunt ex libero arbitrio, & quo ad eorum ſubſtantiam, tamen homo per liberum arbitrium operando producit alios magnos effectus ſibi proportionatos, ſicut claritatem intellectus ad intelligendum &

sciendum, licet persona que uiuit in peccatis, intellectum habet obscu-
rum & tenebrosum, per mala desideria, & infirmitatē memorie, quia
qui dat se luxurie & peccatis, memoriam habet debilem, & debilem
uoluntatem ad bonas inclinationes, & bene operandum. Ideo homo
sine gratia potest facere opera ad consequendum sanitatem in corpo
re, quia ita sunt opera proportionata libero arbitrio. De hoc uide san-
ctū Tho. prima secunde. q. cix. ar. j. & ij. Item potest ex bonis operib⁹
letitiam habere in anima: quia sicut sanitas corporis letificat, ita
sanitas anime, ut est gratia, letificat animam. Item potest consequi
bonam famam, & multa alia bona, que sunt effectus proportionati
talium bonorum operum, sed non ad uitam eternam habendam, quia
non est proportionata talibus operibus. Iuxta intellectum hunc loqui
tur scriptura, Non sunt condigne passiones huius temporis ad futu-
ram gloriam que reuelabitur in nobis. ad Roma. viij. Si uero uolumus
loqui de illis operibus, in quantum opera bona & uirtuosa procedunt
a principio creatore, scilicet Deo, qui scilicet illuminat supernaturali-
ter uoluntatem & memoriam ad bona opera operanda, sic sufficiunt
ad uitam eternam habendam, quia principium est Deus, per gratiam
operans in homine. De hoc uide sanctum Tho. j.ij. q. cxiiij. arti. iij. Hoc
declaratur per exemplum de fonte ab alto descendente. Si queratur
an illa aqua possit ascendere, oportet per distinctionem respondere,
quia si uolumus loqui de aqua inquantum est elementum pondero-
sum, per se non potest ascendere quantum descendit. Si uero loqua-
mur de aqua inquantum procedit de alto loco, dico quod potest asce-
dere, quia naturaliter aqua ascendit quantum descendit. Ita si de ope-
ribus que fiunt in hoc mundo uolumus loqui respectu principij creati,
scilicet hominis per quem fiunt, non possunt talem effectum produ
cere, ut scilicet gloria habeatur, quia non sufficit uirtus nature. Si uero
loquamur inquantum procedunt ab alto, scilicet a principio creatore,
sic sufficiunt ad uitam eternam habendam. Et iuxta istum intellectum
dicebat Christus, Aqua, id est gratia, que refrigerat & purificat a pec-
catis, quam ego dabo ei, scilicet homini, fiet in eo fons aque salientis
in uitam eternam. Ioā. iiij. Patet questio. Ideo dicit thema, Gratia Dei,
id est per gratiam Dei, uita eterna, supple habetur. De hoc etiam uide.
sanct. Thom. j. par. q. xij. artic. iiij. ex gratia Dei multi effectus & utilita-
tes sequuntur in homine, sed solum loquar modo de tribus principa-
libus. Quia gratia Dei

Primo facit hominem exire de peccato mortali,
Secundo gratia Dei conseruat hominem in uita spirituali,
Tertio gratia Dei facit uenire in gloriam celestialem.

De tertio loquitur thema. Gratia Dei, &c. Dico primo quod gratia
Dei facit hominem exire de peccato mortali. Volo dicere quod nullus

potest

Op⁹ me rito uite eterne di gnū, po- test con- siderari quantum ad pro- priā sub- stātiam, uel qua- tenus gra tia infor- matur, & in ea fit.

Exponi- tur locus quidā e- pistole ad Roma nos insi- gnis in hac ma- teria.

Egregia metapho ra.

poteſt exire peccatum mortale niſi per gratiam Dei, quia licet quelibet perſona per ſuum liberum arbitrium poſsit cadere in peccatum mortale per ſuam naturalem potentiam, tamen de peccato ſuo non poteſt exire niſi per gratiam Dei. Ratio. Naturaliter quelibet res redit ad ſuum principium naturale, unde formata eſt, ſicut de lapide, quem tenerem in manu, ſi eum dimitterem, naturaliter deſcenderet, ſed non poteſt per ſuam naturalem potentiam aſcendere. Idem de animalibus formatis de terra, ad terram reuertuntur naturaliter. Cuncta ſubiacent uanitati, & omnia pergunt ad unum locum. De terra facta ſunt, & in terram pariter reuertuntur. Eccleſiaſtic. iij. Modo uideamus. Homo de quo eſt factus quantum ad corpus? de terra, ut dicitur Gene. ij. Formauit Deus hominem de limo terre. Ideo ad terram habet reuerti. Gene. iij. Reuerteris in terram de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Quantum uero ad animam, in qua ſtat gratia Dei uel peccatum, non poſſumus dicere quod ſit creata de aliquo elemento, nec de materia celi, ſed de nihilo. Ergo naturaliter ad nihilum redit, ſcilicet ad deficiendum, errādum, ſeu peccandum per ſe, nec indiget magiſtro. Sed poſtquam errauit ſeu peccauit, per ſe redire nō poteſt, quia non eſt de natura ſua ſeu conditione. Sed ſi fuiſſet creata de gratia, per ſe rediret ad gratiam, ſi de materia celi, per ſe rediret ad celum, ſed quia creata eſt de nihilo, per ſe redit ad nihilum. Authoritas. Perditio tua ex te Iſrael tantum, modo ex me auxilium tuum. Oſee. xiij. Iſrael, id eſt homo uidens Deum, Iſrael, id eſt homo ra. id eſt uidens. hel, id eſt Deum. Iſte eſt Chriſtianus, qui per fidem uidet Deum, quia Iudeus cecus eſt, quia nec oculo dextro anime uidet Chriſti diuinitatem, nec ſiniſtro Chriſti humanitatem. Eſt hic queſtio ad clarificandum aliquos in hoc dubitantes. Quid eſt primum in anima? remiſsio peccatorum, an gratia Dei? Sed dicatis quod gratia precedat remiſsionem peccatorum, ergo ſimul ſtat gratia cum peccatis. Si dicatur quod remiſsio peccatorum precedat aduentum gratie, ergo ſine gratia iam eſt remiſsio peccatorum, & ſic gratia non erit cauſa remiſsionis peccatorum. Reſpondetur per diſtinctionem. Nam eſſe prius uel poſterius poteſt capi dupliciter, uel ſecundum ordinem temporis ſeu durationis, uel ſecundum ordinem cauſalitatis & diſpoſitionis. Primo modo ſimul ſunt in eodem inſtanti, gratie infuſio, & peccatorum remiſsio uel ſecundum ordinem cauſalitatis, & infuſio gratie precedit remiſsionem peccatorum. ſecundum uero ordinem diſpoſitionis, remiſsio peccatorum precedit infuſionem gratie. Detur exemplum ad oculum. Si tu mittas in cameram tenebroſam cereum accenſum, quid erit prius, illuminatio camere uel cerei accenſi immiſsio? Si loquamur de ordine durationis & temporis, ſimul ſunt illuminatio camere & tenebrarū expulſio ſecundum ordinem durationis, ſed ſecundū ordinē cauſalitatis illu-

Habes hic expoſitionem illius ſen tētie, Spiritus uadens, & non rediens.

In iuſtificatione impii ſimul tempore ſūt gratie infuſio, & peccatorum remiſsio. At ordine cauſe, gratia precedit remiſsionem peccatorum que ordine diſpoſitiōis ad gratiam, eam precedit.

minatio precedit tenebrarum expulsionem, quia lux est causa qua fugantur tenebre. Patet ergo quare dicit, Perditio tua, &c. De hoc uide Sanct. Th. prima secũde. q. cxiij. ubi agit de impij iustificatiõe, in qua dixit, q̃ in instanti sit impij iustificatio, in qua quatuor cõcurrunt. s. motꝰ liberi arbitrij in Deũ, motꝰ liberi arbitrij in peccatũ, infusio gratie, & culpe remissio. Ibi etiã ostẽdit qualiter inter ista etiã est ordo nature quamuis simul fiant in eodem instanti. Dicatur pulchra similitudo ad intelligendum istam materiam. Si hic esset magnus puteus & profundus, quilibet uestrum posset se in illum proiicere, sed inde non potest exire sine adiutorio alicuius cum chorda uel cum scala, &c. In abyssum & puteum peccati quilibet per suum liberum arbitrium potest se proiicere, sed ad exeundum inde oportet quod Deus submittat scalã gratie sue, quam mittit quando persona que iacet in abysso peccati clamat, Domine adiuua me. & dicit, miler quid erit de me, &c. ego sum, &c. Tunc Deus mittit scalam sue gratie habentem. xij. gradus. Primus est peccatorum cognitio. Secundus cordis cõtritio. Tertius propositum nõ redire. Quartus recedere a mala societate. Quintus oris confessio. Sextus corporis afflictio. Septimus spiritualis oratio. Octauus eleemosynarum largitio. Nonus ablatorum restiturio. Decimus iniuriarum remissio. Vndecimus fame reparatio. Duodecimus eucharistie cõmunio. Ecce scala, qui uult exire de puteo profundo peccatorum ea utatur. Ex ista ratione apostolus, qui ceciderat in puteum infidelitatis, de quo exiuit per gratiam Dei, dicebat, Persecutus sum ecclesiam Dei. O in quo puteo iacebat. gratia autem Dei sum id quod sum. j. Corinth. xv. Dico secundo, quod per gratiam Dei cõseruat se homo in uita spirituali, quia licet per gratiam Dei homo exierit peccatum, & redierit ad bonam uitam, tamen non posset homo se in bona uita conseruare, nisi per gratiã Dei. Et est ratio, quia tanta est fragilitas, & tot sunt carnis inclinationes, mundi occasiões, diaboli tentationes, quod mirum est quod aliquis possit tenere bonam uitam, intantum quod Dauid in gratia Dei & bona uita existens dicebat, Quis consurgat mihi aduersus malignantes, scilicet carnis, id est malas & ignitas inclinationes; aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem, scilicet occasiones mundi, & tentationes diaboli. Nisi quia dominus adiuuit me. paulominus, id est post modicum, habitasset in inferno anima mea. in Psal. xciij. Periculum illius qui tenet bonam uitam potest probari post similitudinem amphore uitree in alta columna posite, posito tali casu quod sit amphora plena prunis ignis, secundo ut magno impetu uenti impellatur, tertio quod ab omnibus in eam lapides proiiciantur talis amphora esset in magno periculo, imo esset mirum si non caderet & contereretur, considerata sua fragilitate, & considerata comotione eius per uentum & lapides. Ita in proposito cogitate quod per

sona

sona que est in gratia Dei & bona uita, est ut amphora in alta columna posita, sed est de uitro, imo uitro debilior. Quod sic probat August. quia amphora uel cantharus si reponatur in armario uel aliquo tuto loco, conseruabitur. l. uel. c. annis, uel mille annis. Custodiamus nos, non possumus diu conseruari. Hoc patet de regibus & prelatis, qui optime custodiunt se, & habent suos medicos, tamen ita cito moriuntur sicut ceteri. Sumus sicut aqua defluens. ij. Regum decimoquarto. Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram, que non reuertitur, propter continuum fluxum ad mortem. Secundo in homine inclinationes ipsius carnis. Ecce prune ignite. Nam secundum doctores inclinationes dicuntur fomes, igniculus, concupiscibilitas, peccatum originale, que ante baptismum sunt culpa & pena, sed baptismus lauat culpam uel peccatum, sed relinquit penam, quia adhuc post baptismum remanet fomes, igniculus, & concupiscibilitas, que idem sunt, & talis igniculus in nullo homine in hac uita fuit unquam extinctus, nisi in Christo & uirgine Maria, non in Ioanne Baptista seu euangelista, nec in aliis, &c. Ista pruna inflammat, quando homo tentatur de luxuria, & in signum huius gena rubescit. Et sicut ad flatum foliis accenditur pruna, sic aspectu mulieris homo inflammatur nonnunquam. Mirum est quomodo persona non statim corrumpitur per peccatum. Ergo necessarium est quod gratia Dei personam conseruet. Ideo dicit sapiens, Ecclesiastic. ij. Liberasti a pressura flamme, que circundedit me, & in medio ignis non sum estuatus. Tertio uenti impellentes sunt tentationes diaboli, & magne & fortes, que diruunt turres & castra, quales erant Adam & Eua in statu innocentie, & tamen uento tentationis diaboli dirupte sunt. Qualis turris fuit Samson, & modica tentatione diruta est. Quales turres fuerunt Dauid & Salomon, & tamen uento tentationis dirute sunt. O uos miseri, quid faciet uitrum fragile ad tantum impetum uenti tentationū? De quo dicit scriptura, Ecce dominus transit. & grandis spiritus, sumitur hic spiritus pro uento, & fortis, subuertens, & conterens petras ante domum. iij. Regum xix. Item proijciuntur lapides. Verbi gratia. Religiosus qui uult uiuere secundum regulam & constitutiones quas uouit, est ut amphora, & in columna posita, statim alij qui nihil seruant, sicut uadunt ad infernum, uolunt quod omnes cadant cum eis, & proiiciunt lapides, scilicet derisiones. O dicit ei unus, Talis hypocrita singularis hoc facit, ut habeat missas sancti Amatoris. O quam pulchrum, &c. lapidetur. Sed de religioso qui est totus ribaldus, ruffianus, nullus dicit sibi aliquid, nec curant de Deo. Imo uos commendatis tales dicendo, cognoscitis talem fratrem? O gratissimus homo est, inuitauit me ad cellam suam, ornata est, dedit mihi uinum album, &c. Idem de clerico qui uult stare super columnam bo-

ne uite, & surgit de nocte ad matutinas, dicit missam suam & officium deuote, uitat locutiones mulierum, & occasiones peccatorum, talis deridetur. Idem de laicis dicendum est. Si aliquis miles uel ciuis uel alius non uult iurare nisi per aduerbia certe, non, curat de uanitatibus aliorum, uadit ad ecclesiam, &c. statim per alios deridetur, etiam si non habet uxorem, non inueniet uolentem eum recipere. Idem de aliqua muliere si uult dimittere uanitates, statim alie derident eam, etiam sorores carnales, O Domina beguina, uult deuorare sanctos, &c. Imo aliqui uiri derident uxores, quando uident eas orantes, cum tamen deberent gaudere, quia mulieres melius custodiuntur deuotione quam timore. Et per oppositum alique uxores derident uiros deuotos. Ideo dicit apostolus, Omnes qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. secunde ad Timotheū tertio. Sed nimis est debilis qui propter talia dimittit bonam uitam, uel non audet eam incipere. Isti male pugnabunt tempore antichristi. Ideo apostolus quando fuit in gratia, cui dicebantur multe iniurie. Vnus dicebat, Vere nō est apostolus, quia non fuit cū Christo in societate. Alius dicebat, Vere malus homo est, &c. Dixit, gratia Dei in me uacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. j. Cor. xv. Dico tertio, quod gratia Dei facit hominem uenire ad gloriam eternam. Ex quo per gratiam Dei homo exiuit peccatum mortale, & se in bona uita conseruauit. Modo uideamus quando anima exit corpus per quam potentiam potest uenire ad gloriam paradisi, & ad uitam eternam. ad hoc dicatur similitudo que habetur Luce decimoseptimo. Si quis de propriis pecuniis emit unum captiuum, qui seruit diligenter domino suo, conseruat bona domini & lucratur. Cum dominus facit testamentum & dimittit hereditatem filio suo, dimittit captiuum liberum. Si captiuus uellet dicere domino, O domine, & nunquid ego seruiui uobis bene? Ideo dimittatis etiam mihi partem hereditatis cum filio uestro. Responderet dominus, Si mihi seruiuisti, bene feciſti, quia debuisti, &c Qua ergo ratione tu petis partem hereditatis? Si talis dominus dimittit partem captiuo dicte hereditatis, hoc erit ex magna liberalitate, & gratia ipsius domini, quia de iure non tenetur sibi. Ita est de nobis. Omnes sumus captiui & serui Dei, sanguine Christi pretiosissimo empti. Et si bene seruimus Deo, facimus quod tenemur, alias ipse scit bene punire, quando anima exit de corpore, & anima licet sit sancta & bona, uenit ad iudicium Dei. Ad quam dicit Deus pater, Quid uis? Domine, quod detis mihi partem hereditatis filij uestri Iesu Christi, quia ego seruiui uobis diligenter, feci hec, & etiam si martyrium sustinuisset, dicit Deus, Feciſti quod debuisti, quia seruus & captiuus meus, alias si non bene seruisses, damnassem te. Tunc anima, Domine ego non peto rigore iustitie, quia non mereor, sed per gratiam ue-

ſtram & liberalitatem,& quia hereditas filij ueſtri omnibus ſufficit.Heredes quidem Dei,coheredes autem Chriſti.ad Romanos viij. Tunc dicit Deus,Hoc eſt aliud,& introducit eam in hereditatem, &c. De hoc Luc.xvij.Nunquid gratiam habet ſeruo illi,quia fecit que ei imperauerat?puto quod non.ſic & uos cum omnia bene feceritis,dicite,quia ſerui inutiles ſumus,quia quod debuimus facere, fecimus. Vide ibi pulchram parabolam,ſerui inutiles ſumus, ideo humiliemur, cogitantes quod captiui ſumus empti a Chriſto,& gloriam ſuam habebimus per gratiam,& nulla alia ratione.

Dominica viij. Sermo j.

ATtendite a falſis prophetis.Iſtud uerbum habetur originaliter Matth.vij. & recitatiue in euangelio preſentis Dominice.Noſter ſermo erit de preſenti Dominica,ſcilicet de ſancto euangelio,in quo tangũtur bone doctrine ſpeculatiue ad illuminationem intellectus, & morales ad inſtructionem uite.Sed quia nulla doctrina habet efficaciam niſi mediante diuina gratia,ideo ſalutetur uirgo Maria.Et reſumatur thema in ſancto euangelio huius Dominice preſentis,quod eſt totum uerbum & doctrina Chriſti. Et hic nobis oſtendit tres uirtutes neceſſarias,ad gubernationem noſtre uite,

Prima eſt prudentia ad uitandum pericula humana,
Secunda eſt diligentia ad cumulandum bona ſpiritualia,
Tertia eſt obedientia ad lucrandum premia celeſtia.

In his tribus uirtutibus ſtat totum euangelium. Et de prima propoſuit thema,Attendite a falſis prophetis.Dico primo quod Chriſtus docet & precipit nobis habere prudentiam & diſcretionem. Ratio, quia in hoc mundo ſiue uita tot ſunt pericula anime & corporis,de quibus dicit Apoſtolus ſecunde Corinthiorum undecimo. Periculis latronum, periculis fluminum,&c.Ideo neceſſarium eſt auiſamentum de prudentia.Hoc oſtendit cum dicit,Attendite a falſis prophetis, qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium,intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Si aliquis dixiſſet, Domine, quomodo cognoſcemus eos? Reſpondit, A fructibus eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis uuas, aut de tribulis ficus? Ecce quomodo Chriſtus auiſabat apoſtolos & diſcipulos ſuos dicens, Attendite a falſis prophetis. Bene ſcitis quod de mala arbore non colligitur bonus fructus, hoc innuit cum dicit, Nunquid colligunt de ſpinis, &c. Iſta uerba declarabo per duos intellectus. Primo per intellectum literalem. Secundo per intellectum moralem. Intellectus literalis eſt iſte, quia apoſtoli erant ſimplices, & nunquam ſtuduerant, imo pro maio-

ri parte fuerunt piſcatores,& ne per doctores legis ſubtiles deciperen tur,uenientes in ſimplicitate ad ſimilitudinem deuotarum perſonarū, ad eos dixit,Attendite,&c.quia lupi ſunt rapaces, & cognoſcetis eos in fructibus,quia de ſpinis, id eſt de malis perſonis non colliguntur uue,id eſt boni fructus,&c.Eſt hic queſtio. Qui ſunt fructus in quibus cognoſcitur de aliquo an ſit bonus uel falſus propheta.quia diceret aliquis,fructus qui oſtendunt perſonam bonam, ſunt orationes, ieiunia,deſpectus mundi,paupertas,& humilis geſtus, &c. Dico quod iſta nō ſunt fructus,ſed folia uel ueſtis ouina,quia lupi,id eſt mali, aliquando iſtis ueſtibus induuntur, quia multi fuerunt, ſunt, & erunt in breui tempore antichriſti, qui cum talibus ueſtibus decipient & decipiunt gentes,ieiunando,orando,cum modeſtia incedēdo,magnam patientiam oſtendendo ad extra, quam non habent in corde. Quales debeant eſſe ueſtes ueſtre,Apoſtolus dicit,Induite uos ſicut electi Dei, ſancti,& dilecti,uiſcera miſericordie,benignitatem,humilitatem,modeſtiam,patientiam,ad Col.iij.Dico quod fructus in quibus homines cognoſcuntur ne decipiantur ſunt opera principalia que Deus uult. Sicut ultimum & finale quod expectatur de arbore non ſunt flores, nec folia,ſed fructus.Ita Deus de homine ultimum quod querit eſt gloria, & honor Dei,& ſaluatio animarum.Si ergo tu uides unum religioſum predicantem in honorem Dei,& gloriam, ad conuerſionem animarum,ut dimittant peccata,& homo uidet quod gentes conuertuntur. Talis eſt bonus propheta,& nuntius Dei. Tale opus non dicitur ueſtis,ſed fructus. Authoritas,Liberati a peccato.Ecce ſaluatio animarū. Serui autem facti Deo,ſcilicet propter gloriam & honorem Dei, & fidei confirmationem,habetis fructum ueſtrum in ſanctificationem. ad Roma.vj. Per oppoſitum quando aliquis religioſus, clericus, ſeu eremita,qui quantumcunque ad extra ſit bene indutus ueſte ouina, ieiunando,orando,uigilando,&c.ſi in ſuis parlamentis publice predicando uel occulte conſiliando dicit ſeu affirmat aliquid contra fidem catholicam,& eius articulos,ſeu contra determinationem eccleſie, talis falſus propheta eſt.Illum uita & fuge clamando, Moriatur,&c. Item ſi in ſuis predicationibus uel ſecretis locutionibus inducit ſeu laxat gentes ad peccata,dicendo,Vere bene poteſtis hoc facere, quia non ita magnum peccatum eſt,&c.Lupus eſt,caue. De talibus dicit Chriſtus, A fructibus eorum cognoſcetis eos.& ſubtilius,Nunquid colligunt de ſpinis uuas?Falſi prophete dicuntur ſpine,quando cōtra fidem catholicam & eccleſie determinationem per ſophiſticas rationes incipiunt docere contra fidem Chriſtianam,dicendo, Et quomodo poteſtis credere hoc uel hoc?Dicas de articulis prout uidebitur. Item dicuntur tribuli,qui habent ſpinas tranſuerſas, & trahunt ad ſe. Dico quod tales falſi prophete trahunt ad ſe & retinent multos dicendo, Quid oportet face

tet facere penitentiam, quia Deus est misericors, uel quid oportet parcere inimicis, &c. Tribuli sunt, nec possunt colligi boni fructus. Caue, &c. Modo patet quid est uestis ouina, & quid fructus. De istis olim magister Vincentius inuenit experientiam in multis locis, qui in uallibus hereticorum uoluit scire quos modos tenerent magistri illi hereticorum ad decipiendum, quia ante erant boni Christiani, & sciuit & percepit quod illi magistri ueniebant in ueste ouina, quia nolebant eo medere nisi panem & aquam, &c. Postea uero dum illi magistri hereticī fuerunt reputati sancti, querebant heretici si gentes illius patrie cōfitebantur. Respondebatur quod sic. Iterum querebant, Et cui? Respondebatur quod clericis & religiosis, Et illi dicebant, Quare plus illis quam aliis. & persuadebant quod non oporteret sacerdotibus confiteri, quia Christus & apostoli non restrinxerunt solum ad illos, imo dixit Iacobus, Confitemini alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicem ut saluemini. Iacobi v. Nunquid esset melius confiteri bono seculari quam malo clerico, quia ligatus non potest soluere, &c. Ecce hereticorum fructus. O proditor, nunc dicit & affirmat contra fidem catholicam, & ecclesie determinationem. Nam Christus ore proprio dixit, clericis solum esse confitendum, quia solum ipsis commisit potestatem absoluendi dicens, Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt, &c. Ioannis xx. & Luce xvij. Dixit leprosis peccatores figurantibus, Ite ostendite uos sacerdotibus, quia licet sint mali, solum ipsi habent claues. Item dicebant quod non debebant ire ad ecclesiam ubi sunt idola, id est imagines, nec ibi potius orandum esse quam in alio, cum ubique sit Deus. Imo melius esset orare in campis, &c. Item dicebant quod non deberent ire ad missam, &c. Ita erit tempore antichristi, quando uenient nuntij sui. Et primi erunt demones in ueste ouium, ut patet de illo qui in forma eremite uenit ad magistrum Vincentium, qui dicebat sabbatum colendum & non dominicam, &c. Quare Christus dicit, A fructibus eorum, &c. Propter hoc Ioannes euangelista, qui intelligebat uerba Christi, Charissimi nolite credere omni spiritui, sed probate spiritus si ex Deo sint. Quoniam multi pseudoprophete exierunt in mundum. In hoc cognoscitur spiritus Dei. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex Deo est, & hic est, & omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est antichristus, de quo audistis, quoniam uenit & nunc in mundo est. prime Ioannis iiij. &c. Nota, soluit Iesum, &c. Quando uult gentes elongare a fide uel a bona uita. Item alia authoritas, Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis. Ecce predixi uobis, ut in die Domini nostri Iesu Christi non confundamini, secunde Ioannis c. unico. Dico secundo

quod Christus docet nos debere habere diligentiam, ut simus diligentes in bonis operibus, sicut homines qui uolunt ditari, laborant de die & nocte per terram & per mare. Ita debemus nos laborare in operibus spiritualibus, de quibus perpetuo habemus uiuere. Hoc ostendit Christus cum dicit, Omnis arbor bona, fructus bonos facit. Mala autem arbor, malos fructus facit. Non potest arbor mala fructus bonos facere, in sensu composito, nec arbor bona fructus malos facere. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Modo uidete, quelibet persona Christiana est arbor plantata in uiridario Christi, scilicet Christianitatis, in quo plantatur & rigatur quando baptizatur, & uult Deus quod faciamus fructus, scilicet ut acquiramus merita spiritualia. Et sicut arbor bona iam certo tempore facit flores, folia, & fructus. Ita uult Deus quod homines faciant fructum, quilibet in suo tempore. Primo quod pueri faciant fructum, Deus uult quando sunt quatuor uel quinque annorum quod orent de mane & sero. De hoc debent curare matres principaliter, cum quibus tunc maxime morantur. Quando pueri de mane petunt panem, quod dicat mater, Modo fili flectas genua, scias quod in celo est una regina, &c. & faciat sibi dicere, Aue maria, ponendo uerba in ore, & post deris ei panem. Idem in sero, dicendo, O fili de nocte uolant demones, & sic puer timore orabit. Informetur insuper quod signet se. Et sic pueri addiscunt Pater noster, Aue Maria, & Credo in Deum. Item informandi sunt pueri quod confiteantur. Item quando erunt xij. annorum quod communicent. Bonum est uiro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Threno. iij. Sed proh dolor, nunc uos parentes ostenditis eis fructus inferni, ut quod potent, &c. Item quod iurent. Idem de mulieribus que ostendunt filiabus ut pingant & ornent se. Item mulieres informant filias quomodo est tripudiandum. Non oportet ostendere uanitates, quia quilibet per se addiscit satis. Ideo scriptura dicit, Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Gene. viij. Secundo de iuuenibus xx. uel xxx. annorum, uult Deus maiores fructus, quia illi iam sunt pleni peccatis. Ideo uult Deus quod tales semel uel bis ieiunent in qualibet hebdomada, quolibet die de mane & de sero orent, quod portent cilicium, uel disciplinis uapulent, &c. In talibus enim tales fructus uult Deus duplici ratione. Primo propter peccata preterita, ut remittantur. Secundo contra futura ut caueantur, quia talis est uirtus penitentie, quod mundat a preteritis, & cauet a futuris, & preseruat, quia quantumcunque equus sit malus, si abstrahitur sibi cibus, domatur. Ita de corpore hominis. Ideo Christus ait, Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum. Matthei quarto. Tertio de senibus uult Deus alium fructum, quia iam illi non possunt ieiunare, nec cilicium portare, nec disciplinam,

In sensu composito, id est quatenus mala arbor, aut manente mala arbore.

nam,&c.Sed fructus eorum est orare,eleemosynas dare,remittere iniurias,satisfacere de usuris,audire missas & sermones,&c. De hoc figura Christi.Luce decimotertio,Arborem fici habebat quidam in uinea sua plantatam,& uenit querens fructum in illa,& non inuenit. Dixit autem ad cultorem uinee,Ecce anni tres sunt ex quo uenio querens fructum in ficulnea,& non inuenio.Succide ergo illam,ut quid etiam terram occupat?Vinea Christi est ecclesia. Esaie quinto. Vinea Domini exercituum domus Israel est,id est hominis uidentis Deum.Arbor fici in uinea plantata est quelibet persona Christiana. Primus annus in quo dominus uult fructus, est pueritia,& uult fructus puerorum quos dixi,sed non inuenit modo nisi folia,quia iam ostenditis eis ut uadant cum manicis,&c.Secundus annus in quo Dominus uult fructus meritorum est iuuentus,& modo non inuenit nisi uanitates,corruptiones, & peccata.Tertius annus est senectus,& non inuenit fructus nisi suspiciones, malitias,& diffamationes,&c.& ideo dicit Christus, Succide eam, utquid etiam terram occupat? Sed custos, scilicet angelus orat Iesum Christum ut expectet,& ipse fodiet in circuitu, scilicet cordis, dando compunctiones ut dimittat peccata, ut confiteatur, &c. Ponit stercus,quando reducit peccata ad memoriam, rigat, quia procurat lacrymas per contritionem, si facit fructum non excidit eam. Ecce quare dicit, Omnis arbor que non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.Ideo Matthei tertio, Iam securis ad radicem arboris posita est.Dico tertio quod ostendit, &c. Ratio, quia sicut nos peccatores per inobedientiam perdidimus paradisum terrestrem. Ita per obedientiam nos omnes acquirimus paradisum celestem. Hoc ostendit cum dicit,Non omnis qui dicit mi.&c,usque,regnum celorum. Hic est magnum secretum in hoc quod dicit, Domine Domine, & non tercio! solum semel,sed quia esset prolixius,non dicam hodie,sed cras.Sed in hoc quod dicit,Qui facit uoluntatem patris mei qui in celis est,ipse intrabit in regnum celorum.Dico quod maxima gratia est quod Deus dicit nobis captiuis suis, Qui facit uoluntatem patris, &c. Cum tamen ex debito sine aliqua promissione teneamur sibi seruire. Ac si dominus diceret captiuo suo,Seruias mihi bene, & ego dabo tibi hereditatem.nunquid sufficillet dicere,faciam te liberum? Sed ex magna gratia dominus promittit hereditatem. Ita Deus nobis captiuis suis.prime Ioannis quinto.Hec est charitas Dei, ut mandata eius custodiamus,& mandata eius grauia non sunt.Item quilibet debet dicere in suo statu,& religiosus, & clericus, &c. Domine quid uultis de me,qui sum religiosus,ego faciam,&c.& sic de aliis. Amen.

De ea

De eadem Dominica. Sermo ij.

ATtendite a falsis prophetis. Matthei vij. De ista materia predicaui heri intellectum literalem. Modo autē predicabo materiam moralem, & totus sermo erit moralis. Salutetur uirgo Maria, &c. Pro introductione & totali prosecutione huius uerbi recipio fundamentum a quadam authoritate Hieremie prophete, in qua ostenduntur tres differētie falsorum prophetarum. Ecce ego ad prophetas, dicit dominus noster Iesus Christus saluator mundi, qui furantur uerba mea unusquisq; a proximo suo. Ecce ego ad prophetas, dicit dominus, qui assumunt linguas suas, & aiunt, dicit dominus. Ecce ego, dicit dominus, ad prophetas somniantes mendacium, qui narrauerunt ea & seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis, cum ego non misissem eos, nec mandassem eis. Hier. xxiij. Pro intellectu huius authoritatis sciendum est secundum gloss. & doctores postillantes, quando sancti & ueri prophete, ut Isaias, & Hieremias, & alij, habebant a Deo aliquam reuelationem de aliquibus magnis factis futuris, prosperitatis uel aduersitatis, ponebant illam in scriptis ut suo tempore eam reuelarent populo. Et aliqui falsi prophete obseruantes, furabantur eis illas scripturas, & ipsi ut reputarentur prophete publicabant antequam ueri prophete. Et contra istos dicit Deus, Ecce ego ad prophetas, qui furantur uerba mea. Secunda differentia falsorum prophetarum fuit, qui non furabantur ut primi, sed quicquid somniabant, uel illudebantur a demonibus, dicebāt esse reuelationes diuinas. Et ipsi decepti decipiebant populum. Et de istis dicit Deus, Ecce ego ad prophetas, dicit dominus, somniantes, &c. Tertia differentia falsorum propheratū est, qui non furabantur, nec somniabant, sed ex sua superbia secūdum suas imaginationes loquebantur ad uoluntatem suam, & decipiebant populū. Et istis dicit Deus. Ecce ego ad prophetas, q assumūt linguas suas, & aiunt, Dicit dominus. Ex istis tribus differentiis falsorum prophetarum notaui ego tres differentias falsorum prophetarū, qui hodie decipiunt totum mundum. Primus propheta est qui ingenio, uel intellectu est presumptuosus. Secūdus est qui proximo est iniuriosus. Tertius est diabolus totus mendosus. Isti tres hodie totum mundum decipiunt. Dico primo, &c. Iste propheta malus multos damnat, & cadit in prima differentia illorum qui furabantur uerba Dei, & sibi appropriabant. Ita faciunt presumptuosi, qui uerba Dei submittunt, & subiiciunt suis rationibus, argumentis, & intellectui, non curātes quid dicit Deus, uel si est contra Deum, & determinationē ecclesie. De quibus dicit Hiero. ad Paulinum. c. vj. prologi biblie, Nec scire dignantur quid prophete, quid apostoli senserint. Sed ad sensum suum incōgrua aptant testimonia, quasi grande sit, & non uitiosissimū dicendi genus depra

deprauare ſententias,& ad uoluntatem ſuam ſacram ſcripturam habe re repugnantem. Iſte falſus propheta multos damnat. Vnde eſt hoc in mundo,quod multi credunt,quod uſura non ſit peccatum. Et licet nō dicant ore propter timorem,quia eccleſia condemnat uſuram, tamen uolunt uſuris intereſſe,& intellectus talium facit iſtam rationem. Qua re ſi una perſona uel communitas tenet pecunias meas & cum illis lucratur,non recipiam ego aliquid, &c. Nec cogitat ſi eſt contra Deum uel eccleſie determinationem. Nam talis ratio continet errores. Primus quando dicunt pecunias eſſe ſuas, falſum dicunt, quia dominus non tenetur computum reddere alteri, ſed quilibet habet reddere cō putum Deo,qui eſt dominus omnium. Domini eſt terra,&c. Qualem iniuriam faceret regi theſaurarius uel diſpenſator,ſi diceret,De pecuniis regis ut de meis pecuniis ego faciam,&c. Omnes diuites ſunt the ſaurarij uel diſpenſatores Dei. Quia ſicut rex conſtituit ſuos diſpenſatores,ita Deus in qualibet uilla uel ciuitate ſuos diſpēſatores, ſcilicet diuites,ut diſpenſent. Primo in ſuis neceſsitatibus & domus ſue, & nō in uanitatibus. Secundo in domeſticis, dantes quietationem, ſcilicet pauperibus,amicis regis Chriſti. Regula quam dominus dedit ſuis dipenſatoribus eſt iſta,Non feneraberis fratri tuo ad uſuram,pecuniam, nec fruges,nec quamlibet aliam rem. Deut.xxiij. Non facias ergo contra Dei uoluntatem. Si dicatur,Ergo nihil lucrabor,&c. Imo recipietis uſuram a Deo,qui multiplicabit omnia bona ueſtra,&c. Qui dicit,Cē tuplum accipietis, ſcilicet in hac uita, & uitam eternam poſsidebitis. Matth.xix. Sed confiditis de uno Iudeo, ſi obligatur uobis cum inſtrumento & non confiditis de Deo,qui promittit etiam cum inſtrumento centuplum,&c. Secunda ratio quam faciunt,quia clerici qui dicunt hoc uitandum,faciunt idem,&c. & creditis quod clerici & prelati non damnentur? imo,&c. Ideo ſubmitte intellectum tuum uerbis diuinis, & determinationibus eccleſie. Item unde in mundo tāta ſit corruptio de luxuria, niſi quia preſumptuoſi dicunt ſimplicem fornicationē non eſſe peccatum,quod pertinaciter aſſerere eſt hereſis,quia contra ſanctam ſcripturam,imo dicūt,Cui fit iniuria? Non mulieri,nec mihi,&c. Caue ergo ab iſto falſo propheta. Propter hoc de iſta materia dicebat apoſtolus,Nolite errare,neque fornicari,neque idolis ſeruientes,neque adulteri,neque molles, regnum Dei poſsidebunt. j. Cor. vj. Item ſancta mater eccleſia in cōſilio uniuerſali fecit decretalē,in qua ſtrictiſsime precepit medicis, quod nulli dent conſilium faciendi illud opus,etiā ſi deberet mori. Alia ſunt remedia,ut balneare, trahere ſanguinem. Ideo ſubmitte intellectum tuū determinationi eccleſie. Ideo apoſtolus,Deſtruentes omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei,& in captiuitatem redigentes omnem intellectum obſequium Chriſti. ij. ad Cor. x. Dico conſequenter,quod ſecundus propheta

Interdicitur iure pōtificio medicis, eōſulere ut fornicentur egrotātes, ad ſanitatem obtinendam.

pheta est qui proximo est iniurioſus, & iſte cadit in ſecunda differentia de ſomniatoribus. Ratio. Sicut ille qui accipit ſomnium pro reuelatione decipitur, quia recipit ſimilitudinem pro ueritate. Ita Chriſtianus, qui oſtendit proximo amorem & dilectionem, & non eſt, ita decipit eum, oſtendens ſimilitudinem amoris pro ueritate. De quibus Dauid, Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum, &c. Pſalmo xxvij. Dicatur de hominibus oſtendentibus mulieribus amorem lupinum, &c. Et per oppoſitum de mulieribus, oſtendendo amorem lupinum uiris, ut habeant ab eis, &c. Item de falſis hereticis, qui decipiunt gentes diuinando mala que habuerunt ſic. Ideo Hieronymus ix. Vnuſquiſque ſe a proximo ſuo cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam, quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & uir fratrem ſuum deridebit, & ueritatem non loquentur. Tertius propheta eſt diabolus mendoſus. Iſte cadit in tertia differẽtia prophetarum falſorum, qui per ſuperbiam mentiuntur. De quo dicit Chriſtus, Ille in ueritate non ſtetit, quia non eſt ueritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt & pater eius. Ioannis octauo. Iſte multos decipit. Primo ſomniando, apparendo alicui, qui facit orare pro aliquo defuncto dicens, Regratior uobis, quia precibus ueſtris modo uado ad paradiſum, hoc facit ut ille dimittat facere illa bona opera. Secundo apparet in forma alicuius religioſi uel clerici, qui fuit peſsime uite, dicendo quod eſt ſaluus in paradiſo, quia magna eſt Dei miſericordia. Ratio, ut uiuus dicat, O ſi ille eſt ſaluus qui fuit maximus peccator, ita ſimiliter potero ſaluari, & non curabit de penitentia. Tertio per oppoſitum apparebit, dicens ſe eſſe talem ſancte uite, & quod eſt damnatus, ut inducat gentes ad deſperationem. Item apparebit alicui in forma uirginis Marie, uel Chriſti, uel alicuius ſancti, ut decipiat illum per ſuperbiam, propter uanam gloriam, ut damnetur, cum tamen deberet cogitare, Et quis ſum ego, quod Chriſtus uel uirgo Maria apparet mihi, qui ſum peccator? Ideo apoſtolus, Ipſe Satanas transfigurat ſe in angelum lucis. ij. Corint. xj. Dicatur hic miraculum quod habetur in uitis patrum de illo ſancto eremita a demone decepto, qui recepit circunciſionem, & Iudeus uoluit mori, &c. Hic debuiſſet recordari illius dicti apoſtoli, Ecce ego Paulus dico uobis, quoniam ſi circuncidamini, Chriſtus nihil proderit uobis. ad Galatas quinto. Patet ergo moraliter, quare dicit Chriſtus, Attendite a falſis prophetis, qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium, intrinſecus autem, &c. Deo gratias.

De eadem Dominica.
Sermo iij.

NOn omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum celorum. Matthei ſeptimo. Iſtud uerbum continet ſeptem ſecreta, ex quibus extirpantur ſeptem errores falſarum perſonarum contra fidem catholicam.

Primum ſecretum eſt ſancte trinitatis,
Secundum eſt incarnationis filij Dei,
Tertium eſt de inſtructione intellectuali,
Quartum eſt de redemptione humanali,
Quintum eſt de ſaluatione humanali,
Sextum eſt de conuerſione cordiali,
Septimum eſt de conuerſatione mundiali.

Primum ſecretum eſt ſancte trinitatis, quod tangitur, &c. Nam uera fides trinitatis eſt credere unum Deum in eſſentia, & trinum in perſonis, ſcilicet patrem perfectum dominum, & filium perfectum dominum, & Spiritum ſanctum perfectum dominum. Que tres perſone non ſunt tres dij, nec tres domini, ſed unus dominus, & unus Deus. Tamen hoc nomen Deus ter aliquando ponitur, ut paret in Pſalmo lxvj. ubi dicitur, Benedicat nos Deus, Deus noſter, &c. Dicit igitur, Pater eſt dominus, filius eſt dominus, Spiritus ſanctus eſt dominus. Et licet hoc ſit clarum in nouo teſtamento, tamen etiam inuenitur in ueteri teſtamento. Numer. vj. Locutus eſt dominus ad Moyſen di. Loquere Aaron & filijs eius. Sic bene dicetis filiis Iſrael & dicetis eis, Benedicat tibi dominus, & cuſtodiat te. Oſtendat dominus faciē ſuam tibi, & miſereatur tui. Conuertat dominus uultum ſuum ad te, & det tibi pacem, &c. Hic in dicta autho. ter ponitur dominus, ubi innuitur trinitas perſonarum diuinarum. Et ſicut modo datur benedictio populo in nomine trinitatis, ita tunc in nomine domini, in hoc quod dicit, Inuocabunt nomen meū ſuper filios Iſrael, non dicit nomina mea, quia nō eſt niſi unus dominus, ſicut nō eſt niſi unꝰ Deus, licet pater ſit Deꝰ, filius Deus, & Spiritus ſanctus ſit Deus. Ideo qui uult intrare, nō ſufficit ei dicere, Domine domine bis, ſ. patri & filio, ſed oportet addere tertiū domine, ꝑ Spiritu ſancto. Ecce quare dicitur, Nō omnis q, &c. Hic extirpatur error Macedoniorū, a magiſtro ſic dictus, qui dixerunt quod pater erat Deus creator, & filius Deus creator, ſed dicebant Spiritum ſanctū eſſe creaturā, & eorū ſeruitorē. Iſti tantū dicebāt bis domine, ſ. pro patre & filio. Ideo tales nūquam intrabunt paradiſum, niſi addāt tertiū domine pro Spiritu ſancto. Ideo cōtra iſtū errorē in Credo maiori dicit̄, & ī Spūm ſanctū, ſup. credo. Et licet pater ſit dominꝰ, & filius, & Spūs ſanctus, tamē nō ſunt niſi unus dominus. Ideo quādo Deus reuelauit gloriā paradiſi. Iſaie, Iſaias audiuit angel. laudātes dominum, & dicētes, Sctūs, pro patre, Sctūs, pro filio, Sctūs, pro Spiritu ſancto,

sancto, dominus Deus exercituum, Plena est omnis terra gloria eius. Non dicit domini, dij, Isa. vj. Secundum secretum quod ista uerba, Nō omnis, &c. includunt esse benedicte incarnationis filij Dei, cuius ueritas in hoc consistit, ut credamus in ipso tres substantias, licet non sit nisi una persona. Non credatis quod Christus inquantum Deus sit una persona, & inquantum homo sit alia, quia deitas & humanitas Christi non faciunt nisi unam personam, & sunt in ea tres substantie. Prima substantia est corpus, simile nobis, de genere Dauid ex parte matris, & ad eum pertinebat regnū Dauid de iure, & quia quilibet rex est dominus, ideo est in Christo primum domine ex parte corporis. Autho. Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, &c. Hie. xxiij. Secunda substātia que est in Christo est anima rationalis, quia non solum recepit corpus, sed & animā rationalem, & secundum debet dici dominus rationalis. Nam dicit philosophus quod homines intellectu & sapientia uigentes, naturaliter sunt aliorum domini & rectores. Cum ergo anima Christi uiguerit intellectu & sapientia, ideo, &c. Tertia substantia est diuinitas eternalis, ex qua est dominus eternus uniuersorum. Autho. Tu fecisti celum & terram, & quicquid celi ambitu continetur, dominus omnū tu es. Hester. xiij. Extirpatur hic error dicentium, quod Christus habet corpus & animam, qui dicunt domine pro corpore, & domine pro anima, sed negant diuinitatem in Christo. Ideo dicit them. Non omnis qui dicit, &c. sed oportet addere tertium domine pro diuinitate. Tertium secretum est de instructione intellectuali, cuius ueritas consistit in tribus gradibus. Nam Deus in hominis creatione instruxit eius intellectum, quia naturaliter in eius intellectu sunt impressa seu signata x. precepta Dei, ut naturaliter sciat quid sit faciendum, quid credendum, &c. Ideo Dauid in psal. iiij. ubi dicitur, Multi dicunt, quis ostendit nobis bona, scilicet operanda, credenda, & speranda? Respondit ipsemet, Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Nota, signatū est, quia sicut sigillum impressum in cera dimittit signū sue imaginis. Ita Deus in anima dimisit signum sancte trinitatis, scilicet intellectū, memoriam, & uoluntatem. & hoc dicit psal. cum ait, supra nos, non dicit infra nos. Sensualitas est infra nos, sed anima est supra nos. De hoc uide, &c. Secundo tempore Moysi dedit legem scriptam, quia non omnes sciebant legere in libro rationis. Ideo dedit in scriptis, ut legeretur oculis, & audiretur auribus. Decem precepta moralia audiuit omnis populus ab ore Dei, & dedit illa scripta in tabulis lapideis tanquā perpetua, sed alia precepta ceremonialia, terribilia, secrete Deus reuelauit Moysi, & scripsit in papyro seu pergameno, quia modicum durauerunt, scilicet usque ad Christum solum. Ex ista datione secunde legis dicitur etiam secundum domine. Autho. Ego dominus Deus uester.

Custod

Custodite leges meas atque iudicia,que faciēs homo uiuet in eis. Ego Dominus,Leuit.xviij.Tertio dedit legem gratie.Sic est dicta, quia maior gratia quam Deus potest facere creature est eam eleuare cum angelis ad gloriam.Iudeis promisit terrena,& nihil celeste, sed lex euangelica nihil promittit terrenum,sed bona celestia promittit.Ex ista datione tertie legis dicitur tertium domine. Ideo Dauid qui fuit in secunda lege & eam seruauit petens tertiam legem dicebat, Legem pone mihi domine, &c. Si uolumus intrare celum, oportet credere quod Christus ut princeps & dominus dedit non solum primam & secūdam legem,scilicet nature & scripture,sed etiam gratie. Propter quod dicit thema,Nō omnis qui di.&c. Hic extirpatur error Iudeorum dicentiū, quod Deus debuit dare legem,scilicet nature & scripture, & non gratie.Ideo cōtra eos dicit thema,Nō omnis qui,&c. Quartum secretum est de redemptione humanali,que in tribus operibus consistit, & pro quolibet Christo dicitur,Domine domine. Primum opus est remissio peccatorum, que fit quando homo in confessione absoluitur a confessore.Ista absolutio habet uirtutem a Christi passione, & sanguinis effusione.Authoritas. Sanguis enim Christi emundauit conscientiam nostram ab operibus mortis ad seruiendum Deo uiuenti. ad Hebr.ix. Quando pc̄tor absoluitur a cōfessore, debet cogitare ꝙ de quolibet uulnere Christi effundatur sanguis super eū, uirtute cuius sibi peccata remittuntur.Et quis potest peccata remittere nisi solus Deus? Marc.ij. Secundū opus est saluatio animarum quia animabus purificatis & mūdatis a peccatis datur a Christo celestis gloria. Luce ix.Filius hominis non uenit animas perdere,sed seruare. Quis potest dare regnum nisi dominus sit eius?Ecce secundum Domine. Tertium opus perfectum nostre redemptionis est resurrectio corporum. Ibi enim redemptio humana completur,quia modo solum anime habent gloriam,sed post iudicium corpus cum anima habebit.Dicatur ratio quare primo datur gloria animabus,quia anima prius operatur meritoria cogitando,deliberando,ordinando,& corpus adhuc nihil facit, sed in executione quando opus meritorium fit,corpus & anima faciunt opus,& quia anima prius operata est,habet primo gloriam, & post in iudicio corpus. Ideo dixit Christus,His autem fieri incipientibus leuate capita uestra, quoniam appropinquat redemptio uestra.Luc.xxj.si dicatur,Nunquid ista redēptio fuit facta in Christi passione?Solutio.Imo quantū ad remissionē pc̄ōrum,& animarum saluationem,sed nō quantū ad corporū glorificationem.Ideo dicit apostolus,Oēs nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis prout gessit,siue bonū siue malum.ij.Corint.v.Idem de peccatis, primo anima peccat cogitando,ordinando,deliberando, quando recipiet uindictam de inimico,uel quō poterit ditari etiam cum usura.Idem de lu-

xuria, sed post in executione operis corpus cõcurrit. Ideo uult Deꝰ ꝙ anima prius habeat penã, & postea corpus, sicut patet de anima Iude, Caiphe, Pilati, & aliorum, quorum corpora nõ habent adhuc penam. Nõ credatis ꝙ quando resurgemus corpus habeat gloriam aliam ab anima, imo gloria anime redundabit & cõmunicabit corpori gloriam, sicut lumen candele redundat in laternam, & facit ipsam claram suo lumine. Idem de pena corporũ damnatorũ, quia pena anime redundabit in corpus, &c. Ex his tribus operibus Christi nõ solum bis dicitur Domine, sed ter. Ideo dicit the. Nõ omnis qui, &c. quia oportet dicere ter tinm domine. Quintum secretum quod includitur est saluatio humanalis, ad quam requiruntur tria, propter que oportet ter dicere domine. Primum quod requiritur est uera fides & firma. In nullo articulorũ fidei dubitare debemus, fundamentum edificij debet esse fortissimum. Nam si de domo cadat regula, uel aliqua camera, leuiter potest reparari, sed quando cadit fundamentum, totum edificium diruitur. Sic fundamentum omnium uirtutum & operum nostrorum est fides. Si creatura cadit per peccatum superbie, diruitur camera humilitatis, si per auaritiam, diruitur camera pietatis, si per luxuriam, camera clara diruitur castitatis. Tales camere reparari possunt. Sed si fundamentum fidei cadat, totum edificium diruitur. Ideo apostolus j. Cor. iij. Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est, quia nullus potest ponere nisi dominus, quia ad dominum pertinet disponere domum. Ex isto fidei fundamento Christo dicitur domine primum. Secũdum opus quod requiritur est baptismus post credentiã, quia alias nihil ualeret fides in corde, & in baptismo homo recipit Christum in dominum, & facit homo homagium, abrenuncians Satane. Propter hoc Christo dicitur secundum domine. Tertium quod requiritur est obedientia ad sua precepta. Nam nullus rex esset cõtentus de suis uasallis, si dicerent sibi, Nos credimus uos esse regem nostrum, & facimus homagium, sed nihil precipiatis nobis, quia nihil faceremus ꝓ uobis. Requiritur ergo obedientia ad eius precepta. Ideo Iac. ij. Quid proderit fratres mei, si fidem dicat quis se habere, opera autem nõ habeat, nun quid poterit fides saluare eũ? Hic extirpatur error dicentium, & utinã nõ sint adhuc in mundo de illis hereticis dicentibus, qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Mar. ult. qui dicunt, nõ dixit Christus aliquid de operibus. Sed ignorantia duxit ad infernum, quia imo Christꝰ loquitur de operibus quando dixit, qui baptizatus fuerit, &c. Nam hic Christus nõ loquitur de fide mortua, quia nullum saluat, sed de uera fide, ergo loquitur de operibus, quia fides uiua non est sine operibus. Hec enim multa bona habet annexa, alias nõ est uiua. Authoritas. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est. Iac. ij. Cõtra istos dicit the. Nõ oĩs qui dicit mihi Domine domine, intrꝫ

ne, intrabit in regnū celorum. Propter hoc dicebat Christus aliquibus, qui uidebantur fuisse baptizati, & nolebāt obedire, Quid uocatis me Domine domine, bis, & nō facitis que dico? Lu. vj. Sextū secretū est de cōuersione cordiali, que tria requirit. s. cordis cōtritionē, oris cōfessionem, & operis satisfactionē. Primum est cōtritio, quia sicut fuisti delectatus peccando, sic doleas & tristeris cōterendo. Et si tantus sit dolor quanta fuit delectatio, remittitur peccatū a culpa & pena, si uero cōtritio sit minor, remittitur peccatū quantū ad culpā, sed restat de pena, si uero cōtritio excedit delectationē, nō solum remittitur culpa & pena peccati, sed etiā acquiritur meritū, sicut in beata Magdalena, in qua cōtritio fuit maior quā peccatū. Ideo dicit scriptura, Recogitabo tibi omnes annos meos. Esa. xxviij. Secūdū quod requiritur est cōfessio, opportunitate habita. Etsi enim aliquis cōmisisset omnia peccata mūdi, & moreretur subito, sola cōtritio saluat ipsum, si habet propositum cōfitendi, & cōfessionem fecisset, si potuisset. sed nos qui habemus copiā cōfessorum, cōfiteri debemus, quia sicut ille qui tenet in uulnere ferrum sagitte nō curatur, nec sibi ualent medicine seu unguenta, sic nec peccatori tenenti peccatum absc̄ditum prosunt sibi medicine ecclesiastice, oportet ergo cōfiteri peccatum. Authoritas. Qui absc̄dit scelera sua uel peccata sua nō dirigetur. Prouerb. xxviij. Peccata a Deo absc̄di nō possunt, ergo loquitur Salomō de confessione ad homines. Hic haberē argumentū cōtra Iudeos de cōfessione. Tertium quod requiritur est satisfactio siue restitutio. Istud tertium domine requiritur. Extirpatur hic error dicentium, Quid oportet me satisfacere Deo pro peccatis faciendo penitentiā, &c. Nunquid Christus pro me est mortuus? &c. Verū est quod passio Christi liberauit te de inferno, & aperuit tibi ianuam paradisi, sed oportet quod tu uadas illuc per bona opera. Sicut de captiuo, pro quo iam est solutum pretium, tamen adhuc oportet eum ire & exire captiuitatem ambulando. Idem de restitutione ad proximum. Multi nō possunt dicere istud tertium domine. Dicatur hic miraculū quod accidit in Lōbardia de illo magno tyranno, ad quē uenit ille sanctus homo, qui fuerat raptus ad infernum, & uiderat palatiū quod sibi fabricabatur. Qui uocauit magistros & doctores querens ab eis an sententia damnationis data cōtra aliquem adhuc uiuentem posset reuocari. Ad quā respōderunt magistri & doctores q̄ bene. Quia impossibile est Deū dicere alicui diffinitiue suā damnationē, quia esset causa dānationis & desperationis, sed cōminative. Fūdamentū habuerunt ab illa authoritate Ezech. xxxiij. Si dixero impio. Et tyrannus, Modo uideamus quid debeo facere. Fuit sibi responsum quod tria, scilicet conteri, confiteri, & satisfacere Deo & proximo, &c. Dicebat iste tyrannus, Domine domine bis, sed non poterat dicere tertium domine, scilicet satisfaciendo. Satisfactio fit Deo, quia frhō peccauit habendo

Probatur, confessionē facramē-talem esse de iure diuino.

delectationes in cibo superfluo, satisfaciat in abstinentia & ieiunio. Si per os male loquendo, satisfaciat orando, &c. Septimum secretum est de conuersatione mundanali uel proximali quomodo est conuersandum in hoc mundo. Ad hoc requiruntur tria. Primo quod recedat de mala societate. Secundo quod iungat se Deo. Tertio quod perseueret in bona uita. Primo quilibet debet recedere de mala societate, quilibet scit suas malas inclinationes, & familiaritates, & ea que sunt nociua uitanda sunt & expellenda, & ad quod sequitur damnatio. Ecce primum domine. Secundo iungat se Deo, audiendo missas, sermones, cõfitendo sepe, & communicando. In qualibet communione datur singularis gratia digne communicantibus. Tertio requiritur perseuerantia usque in finem. Ecce conuersatio uirtuosa, que in his tribus consistit. Ideo Christus, Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit, Matthei x. Ideo dixit thema, Non omnis qui dicit mihi, Domine domine. Ideo Christus, Hec est uoluntas eius qui misit me patris, ut omne quod dedit mihi pater, scilicet per bonam uitam, nõ perdam ex eo, scilicet per incõstantiam. Ioannis vj. Dicunt aliqui. Et qualis dominus est Christus, quia si homo seruiat sibi cẽtum annis pro uno defectu quem homo facit, totum est perditum, & homo damnatur. Ecce qualis dominus. Hoc dicebat semel quidam homo sanctus, qui faciebat miracula, curabat gentes de infirmitatibus. Et finaliter quia semel nimis curiose respexit quandam mulierem pulchram ualde, propter hoc perdidit gratiam faciendi miracula. Tandem uenit ad alium sanctum dicẽs ei quo modo perdiderat gratiam, nesciens quare. Respondit ille sanctus, Nõ perditur gratia sine peccato. Ideo uideatis si cum manibus, uel ore, uel oculis feciſtis aliquod peccatum. Respõdit, nõ, nisi quia respexi unam mulierem, &c. Respondit alius, propter hoc peccatum amisistis gratiam. Et ipse indignatus dixit, Vere non seruiam amplius tali Domino. Certe Soldanus Babylonie non feciſſet hoc. Dicatur quomodo se parabat ire spaciatum, & in quodam prato uidit equum ambulantem pulcherrimum, super quem ascendit, & subito fecit saltum unum, &c. Nota parabolam ad hoc de mercatore eunte ad feriam, qui emit preciosissima iocalia, & fecit unum fardellum, quod tradidit uni portatori, promittens unum florenum, &c. Ita in proposito, quando Deus conuertit aliquem de uita mala ad bonam, de peccatis ad uirtutem, tunc committit sibi fardellum cum preciosis iocalibus, scilicet operibus meritoris. Ita quod fardellum bone uite nõ est tuum, propter hoc errant illi qui dicunt pro uno defectu, &c. sed est Dei ut mercatoris, & commisit ipsum tibi. Si ergo tu portas fardellum per tot annos, & una die deponis ipsum, & furtim aufertur a te quando peccas, quid mereris? quia perdidisti fardellum Dei quod habuisti portare usque ad portam sui palatij. Porta est mors. Hec est porta domini, quia ipse etiam intrauit per

uit per eam. Authoritas. Nonne sic oportuit pati Christum. Luce. ulti. Cogitate ergo quod sancta uita uel status penitentie est fardellum a Deo nobis commissum. Ideo non amittere debemus illud, sed operari continue meritorie. Ideo apostolus, Dum tempus habemus operemur bonum. ad Gal. ultimo.

De eadem Dominica viij. post festum Trinitatis. Sermo iiij.

QVi facit uoluntatem patris mei qui in celis est intrabit in regnum celorum. Verbum istud habetur originaliter Matth. vij. & recitatiue in euangelio cuiusdam dominice. Hoc uerbum est uerbum & doctrina saluatoris Domini nostri Iesu Christi dicētis, Qui facit uoluntatē, &c. Est hic questio subtilis, Quare Christ⁹ dixit q̄ ille intrabit regnū celorū qui facit uoluntatē patris, & non dicit uoluntatē suā uel Spūs sancti? Pro cuius respōsione sciendū, q̄ sicut tres persone diuine non habent nisi unā essentiā, diuinitatem, & eternitatē, sic etiam nō habent nisi unam uoluntatem, scientiam, & potestatem, una enim uoluntas est patris, filij, & Spiritus sancti, quicquid enim uult pater, uult etiam & filius, & Spiritus sanctus, quia eadem uoluntas est. Hoc modo constat quod dicitur quod sol liquefacit niuem, & nō dicitur quod radius nec calor, cum tamen omnia concurrant. Item si queratur quid facit fructificare, dicitur sol, & non radius, nec calor, & non est nisi unus sol. Ita est etiam in diuinis, ubi pater est principium, non de principio. Ideo dicitur, Qui fecerit uoluntatem patris mei, &c. Et secundum hoc dicebat apostolus, Ex ipso, scilicet patre, & per ipsum, scilicet filium, & in ipso, scilicet Spiritu sancto sunt omnia. ad Rom. xj. Patet ergo responsio ad questionem, quia nominando uoluntatem patris nominat etiam uoluntatem suam, & Spiritus sancti. Ideo dicit, Qui facit uoluntatem, &c. Vt ergo nos possimus intrare in regnum celorum postquam exiuim⁹ de miseria huius mundi, uideamus que est uolūtas Dei, quid uult Deus a nobis. Voluntatem Dei declarat nobis apostolus in quadam authoritate dicens, Probetis que sit uoluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta. ad Roma. xij. In hac authoritate ostenditur quod tria uult Deus de nobis, secundum quod ter Dei uoluntas nominatur. Vult, scilicet primo conuersionem penitentialem, ecce uoluntas Dei bona. Secundo durationem uirtualem, ista est beneplacens. Tertio saluationem celestialem, & ista est uoluntas Dei perfecta. Qui habet ista tria, intrabit in regnum celorum. Ideo dicit thema, Qui facit uoluntatem, &c. Dico primo quod uult Deus conuersionem penitentialem, quia quantumcunque homo siue sit religiosus, siue clericus, siue laicus, sit peccator & male uite, non uult Deus suam damnationem, sed uult suam conuersionem penitentialem, scilicet quod uertat dorsum mundo &

creaturis, & uertat faciem Deo. Hoc fit per penitentiam, per contritionem de peccatis, & propositum non redeundi, cõfitendo, seruando penitentiam, orando, audiendo missas & sermones. Ista est uoluntas Dei bona. Ratio, quia sapiens argentarius postquam facit cupam auri uel argenti, siue imaginem uel coronam, uel aliquod iocale cum magno labore & expensa, & aliquo casu cadit in puteum siccum & profundum, argentarius non dimittit eam, imo descendit, quia precio sa res est. Item si cadit in puluerem, mundabit eam. Item si cadit in lutum uel inter lapides maculatur uel frãgitur in incude adaptatur. Item si cadit in aquam uel in ignem, uel si ex antiquitate deturpatur, non ex hoc dimittit eam, sed polit & mundat, & tunc pulchritudo reuertitur. Ita facit Deus. Pretiosum iocale fecit Deus auri purissimi de homine & muliere. A principio fecit Deus uasa de ere & cupro, quia formauit creaturas corporales corruptibiles, de argento, quando creauit creaturas corporales incorruptibiles, sed de auro, quando fecit hominem. Plus ualet homo, quam aliqua creatura corporalis. Ita homo non fuit factus a Deo ut alie creature, &c. Faciamus hominem, &c. Gen. j. Et nõ dixit, Fiat homo, sicut de aliis creaturis. Ecce uas auri, si casu aliquo cadit, &c. Cadit autem homo in puteum profundum, quando de gratia Dei & bona uita cadit in puteum profundum superbie, siccum sine deuotionis humiditate. Superbus enim credit ascendere, & descendit cũ Lucifero, sed argentarius ipse descendit ne perdatur, quando dat homini compunctiones cordis, & cogitat intra se, dicens, De quo superbis, de fortitudine? cras eam perdes. Idem de pulchritudine, de dignitate, officio, de bonis operibus, & tunc extrahitur homo de puteo quãdo humiliatur, tunc uas auri redit in mensam gratie Dei de qua ecidit. Ideo Iohel. ij. Conuertimini ad me dicit dominus. Secundo cadit in puluerem auaritie, quando facit usuram, furta, &c. Dauid, Non sic impij, scilicet ut iusti, non sic, sed tanquam puluis quem proiicit uentus a facie terre, sed Deus tanquam bonus argentarius ipsum eleuat & mundat, quando dat sibi cor ad faciendam restitutionem. Tertio cadit in lutum uel stercus luxurie, quando dimissa uxore, uel econuerso peccat. Idem de illis qui non sunt in matrimonio, sed bonus argentarius lauat, quando luxuriosus plorat sua peccata. Lauantur enim peccata aqua lacrymarum, & sanguine disciplinarum. Hic, scilicet luxuriosus est qui uenit, supple ad eum, per aquam & sanguinem. prime Ioannis quinto. Quarto cadit super lapides duros ex peccato inuidie, tunc coniunctio dura que est charitas frangitur, sed Deus bonus argentarius reparat coniunctionem, quando sibi dat cor dulce ac beneuolum ad diligendum omnes. Ideo Apostolus, Super omnia charitatem habete, quod est uinculum perfectionis. ad Colossenses tertio. Ecce solida-

tur &

tur & coniungitur. Quinto cadit in aqua cũrenti ex peccato gule. Aqua exit a fonte, & currit ad mare, sic peccatum gule est fons luxurie, quia gulosus statim currit ad luxuriam. Sexto cadit in ignem per peccatum ire, quod non est nisi ignis. Dicit iractundus, per corpus Christi, &c. ego uindicabo, &c. sed iste ignis extinguitur aqua remissionis & patientie, & remittendo ut Deus uobis remittat peccata. Septimo fit rubiginosum ex peccato accidie, quia sicut domus que non habitatur per se, destruitur, ita persona que perdit tempus, sed Deus bonus argentarius reparat. Ecce quare Deus uult conuersionem penitentialem. Authoritas, Nunquid uoluntatis mee est mors impij, dicit Dominus Deus, & non ut conuertatur a uiis suis & uiuat. Ezechielis xviij. Nota ut conuertatur. Sicut tenet dũm est in peccato faciem ad peccata, quod conuertatur uertendo dorsum ad peccata, faciem ad Deum. Et ista est uoluntas Dei bona. Apostolus, Hoc bonum & acceptum est coram saluatore nostro Deo, qui omnes homines uult saluos fieri, & ad cognitionem ueritatis peruenire. prime Timothei ij. Nota quod uult omnes homines saluos fieri. Sed diceres, Quare non fit? Responsio, quia tu non uis exire & retedere de peccatis. Et licet Deus uelit omnes saluos fieri, tamen non cogit liberum arbitrium. Ideo infideles & mali Christiani, indurati in peccatis, nolunt saluari, & ad cognitionem ueritatis uenire. Hoc tangit infideles, quia si debent saluari, primo habent uenire ad cognitionem ueritatis. Ecce quare dicit thema, Qui facit uoluntatem, &c. Secundo dico quod uult Deus a nobis durationem uirtualem, cum dicitur, uoluntas Dei beneplacens. Postquam homo est conuersus ad Deum, debet durare & perseuerare uirtualiter. Antequam homo eligat bonum modum uiuendi, debet bene cogitare, respicere, & uidere, qualis modus bene uiuendi erit sibi melior & utilior ut possit saluare animam suam. Si ad hoc non sufficit intellectus proprius, petere debet consilium a personis discretis & sapientibus. Et postquam elegerit statum, mori in illo statu electo debet & durare. Sed plerique conuersi, inconstantia & status mutatione reuertuntur retro, ut patet primo de religiosis. Dicunt Carthusienses, Quid facio, ego modo solum proficio mihiipsi. Nunquid esset melius predicare, &c. Ecce tentatio diabolica. Debent dicere, Verum est, bonum est predicare, sed ego elegi istum modum, ideo in ista religione uolo mori. Item dicunt religiosi mendicantes, quia ordo non dat mihi uestitum, sed solum uictum, & debiliter, ideo oportet me habere familiaritates, &c. Nunquid esset mihi melius ut essem Carthusiensis? & sic cor non quiescit. Ideo nunquam tales habent deuotionẽ. Dicunt clerici, Tu habes tenere mulierem ut seruiat tibi, &c. & occasio est peccãdi. Ideo si esses religiosus, nõ oporteret, &c. Item tentat laicos de ciuita-

tibus, ut uadant extra ut possint bene uiuere. Illos qui sunt extra ut ueniant ad ciuitatem, &c. & sic diabolus tentat intantũ, quod pauci sunt qui possint uiuere quieti & pacifici. Ideo reformare se debet homo & durare uirtualiter, quia ita uult Deus. Authoritas, Legitur Ioan. ulti. quod beatus Petrus interrogauit Christum de Ioanne euangelista dicens, Domine hic autem quid? Respondit Christus, Si eum uolo manere donec ueniam? Ioan. ulti. Figurabatur hoc quod dixi, scilicet duratio uirtualis, quia Ioannes interpretatur gratia, uel in quo est gratia. Vult Deus quod illi qui sunt in gratia durent & perseuerent. Si eum uolo manere? Domine, & per quantum temporis, per annũ, uel per annos? Respondet, donec ueniã, scilicet in morte. Ecce duratio uirtualis. Nota hic exemplum de beato Benedicto. Ad quem uenit quidam canonicus regularis, audita eius fama & sue religionis, petens ut ipsum reciperet in suo ordine, quia ordo suus erat nimis laxus, &c. Respondit beatus Benedictus dicens, Religio beati Augustini est ita bona ut mea, ideo non mutetis uos. Canonicus uero indignatus, cogitans forte quod beatus Benedictus non haberet pro gratia quod ipse uellet suã religionem intrare: respondens dixit, Quare ergo in tuis libris tu laudas perfectionem uite, si non uis meam recipere? Et Benedictus. Ego laudo perfectionem uite, sed non laudo mutationem status. Ideo Apostolus, Vnusquisque maneat in uocatione in qua uocatus est. Ita uult Deus. Ideo dixit Dauid postquam fuit conuersus ad Deum, Domine in uolũtate tua prestitisti decori meo (scilicet statui, uel uite spirituali) uirtutem, uel fortitudinem. Psal. xxix. Ista est uoluntas Dei bene placens. Dauid, Beneplacitum est Domino super timentes eũ, & in eis qui sperant super misericordia eius. Psal. cxvj. Nota super timentes eum, scilicet qui timent mutare statum, quia sicut arbor que transplantatur, moritur, uel est saltem timor de eius morte. Ita de persona que mutat statum. Dico tertio, quod uult Deus nobis saluationem celestialem. Ecce ordinem. Primo uult conuersionem. Secundo durationem. Tertio saluationem, quia ad istum finem creauit nos. Cuiuslibet agentis intentio est, ducere opus suum ad finem propter quem operatur. Ita Christus de se dixit, Venit filius hominis saluare quod perierat. Mat. xvij. Periit homo in hoc mundo, in quo posuit nos Deus: sed Deus in carnem uenit ostendens nobis uiam paradisi, dicens, Hec est uia, ambulate in ea, non declinetis, neque ad dexteram, neque ad siniſtram. Esaie xxx. O dicunt gentes, Si ego irem per istam uiam, non essem diues. Ideo faciunt usuras, furta, rapinas, & sic de aliis peccatis. Ecce qualiter pereunt contra Dei uoluntatem, qui non uult cogere liberum arbitrium. Ideo Christus, Sic non est uoluntas ante patrem uestrum qui in celis est, ut pereat unus de pusillis istis. Matthei xviij. Vult ergo Deus saluationem celestialem, & ista est uoluntas Dei perfecta, que ducit ad paradi

radiſum. Qui cepit in uobis opus bonum, perficiet uſque ad diem Chriſti Ieſu, ſcilicet in morte, quando recipiet animam de corpore. ad Philip. j.

De eadem Dominica viij. poſt Trinitatem.

Sermo v.

FRatres debitores ſumus. Verbum iſtud habetur originaliter, ad Romanos. cap. viij. & recitatiue in epiſtola currentis dominice. Pro declaratione huius uerbi, oportet declarare in qbus ſumus debitores, & inuenio quod in tribus. Pro declaratione recordor de quadam doctrina Philoſophi in lib. Poſteriorũ, quod demõſtratio potiſsima eſt quando per diffinitionem eſſentialem rei probantur & cognoſcuntur propria eius. Ergo ad ſciendum cõditiones, & proprietates hominis, & ad quid tenetur, uideamus diffinitionẽ hominis. De quo inueni duas diffinitiones. Prima Porphyrij, ſed defectuoſa. Secũda eſt Theologie. Prima, homo eſt animal rationale, mortale. Et iſta habet tres defectus. Primo deficit ſibi uniuerſalitas, quia diffinitio debet cõpetere omnibus ſuis ſuppoſitis, ſed iſta nõ cõuenit Chriſto nec uirgini Marie: & ſecundum opiniones magiſtrorum doctorum, etiam nõ cõuenit Ioanni euangeliſte: quia dicunt aliqui doctores eum eſſe in celo cum corpore, & anima, &c. Secundus defectus eſt, quia iſta diffinitio nullã facit mentionem niſi de cauſa materiali & formali, ſed de cauſa effectiua ipſius hominis nihil dicit, que eſt Deus, quia Philoſophi nõ intellexerũt creationem, imo dixerunt quod ex nihilo nihil fit. Tertius defectus eſt, qa nõ facit mentionem de cauſa finali ipſius hominis, ſcilicet de beatitudine. Nec mirum, quia cognitio philoſophorum nõ tantum aſcendit: licet enim eorum cognitio aſcenderet uſq; ad nonum celum, quod uocarunt primũ mobile, tamen ad celum quod eſt locus beatitudinis nõ pertigerunt, tamen Philoſophi credebant ſe demõſtrare. Sed diffinitio bona & ſine defectu eſt theologorum dicentiũ, Homo eſt creatura rationalis ad beatitudinem ordinata. In hoc quod dicit, homo eſt creatura, facit mentionem de cauſa effectiua, quia homo eſt effectus Dei, qa creatura eſt effectus creatoris, & cõuenit cum ſcriptura, Scitote quoniam dominus ipſe eſt Deus, ipſe fecit nos, & nõ ipſi nos, Pſal. xcix. In hoc quod dicit rationalis, oſtendit cauſam formalem, & differt ab angelo, quia angelus non eſt rationalis, ſed intellectualis. Ratio eſt quia homo per diſcurſum accipit cognitionem de rebus: ſcilicet per nota peruenit ad cognoſcendum ignota, ſed angelus ſine diſcurſu, ſimul intelligit. Patet hic quod deficit Por, quoniam dixit, Sumus rationales nos & dij, ſed mortale additum nobis, ſeparat nos ab illis. Cauſa materialis etiam poteſt addi in diffinitione. Cauſa finalis tangitur, cum dicitur, ad beatitudinẽ ordinata. Ex iſta diffinitione ego facio fundamen-

Vera hominis diffinitio.

tum. Quia homo est creatura Dei, ideo obligatur suo creatori in aliquo. Item quia est rationalis, & per consequens proximo socialis, ideo in aliquo tenetur proximo. Item quia ad beatitudinem ordinatur, tenetur sibimet in aliquo, scilicet ut se preparet ad illã. Ergo fratres debitores sumus, scilicet Deo, proximo, & nobismetipsis.

Primo debemus Deo honorem principalem,

Secundo debemus proximo dilectionem fraternalem,

Tertio debemus nobismetipsis rigorem penitentialem.

Dico primo quod debemus Deo, &c. Dicit Philosophus, quod honor est exhibitio reuerentie in testimonium uirtutis. j. Ethico. Verbi gratia, Quando homo uidet honorabilem personã, cogitat quod est uirtuosa, & excellens in aliquo, ideo fit sibi reuerentia. Ista reuerentia exhibetur alicui persone propter aliquam quatuor causarum, scilicet uel propter potentiam, uel propter scientiam, uel propter utilitatem, uel propter sanctitatem. Propter potentiam honorantur non solum imperatores, reges, &c. sed etiam officiales, in testimonium uirtutis, potentie. Propter hoc precepit Apostolus seruitoribus, ut dominos suos honorent, &c. dicens, Quicunq; sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini & doctrina blaspheme tur. j. ad Tim. vj. Nota omni honore, nõ hyperdulie, nec latrie, que soli Deo competit, sed omni honore, scilicet cordis, non despiciendo oris reuerentialiter loquendo, & operis humiliter obediendo. Secundo aliqui honorantur propter scientiam, licet pauper sit, si habet scientiã acquisitam uel infusam, dignus est honore. Ideo precepit deus honorare senes. Rationem assignat Iob xij. quia in antiquis est sapientia, scilicet ut communius, & in multo tempore, prudentia. Ideo precepit Deus, Coram cano capite consurge, & honora personam senis. Leuit. xix. Tertio propter utilitatem, quando aliqua persona est alicui utilis & benefica, talis persona honoratur ab alia. Ista ratione fit honor medicis, quia sunt utiles & necessarij. Ecclesiast. xxxviij. Honora medicum propter necessitatem, id est utilitatẽ. Ista eadẽ ratione precepit Deus ut filij honorent parentes propter utilitatem quam ab eis habuerunt, & etiam expectant. Honora patrem tuũ & matrem tuam, quod mandatum est primum in promissione, ut bene sit tibi, & sis longeuus super terram. ad Ephesi. vj. Quarto propter sanctitatem, quia licet non sit potens, nec sciens, nec utilis, tamen propter sanctitatem honoratur. Ista ratione Deus precepit honorare proximos, quia quilibet debet presumere de proximo quod est bonus & sanctus, ideo uult quod honoremus eos. Honore inuicẽ preueniẽtes. ad Ro. xij. No. preueniẽtes, quia qlibet debet preuenire. Ideo. j. Pet. ij. Omnes honorate, & Apost. dicit modũ, s. inuicẽ preueniẽtes. ad Rom. xij. No. preueniẽtes, qa quilibet debet preuenire honorãdo aliũ, qa ille q incipit honorare alium

lucra,

lucratur meritū. Istis quatuor rationibus honorātur persone, nec sunt alie cause, & si sint, reducuntur ad istas quatuor causas. His etiam quatuor rationibus debetur Deo honor principalis. Propter potentiā, qa si ex potentia reges, & imperatores honorantur, multo magis Deus. Quid sunt reges & imperatores nisi officiales Dei, totam potentiā habent a Deo. Et quid est Papa, uel quid sunt prelati, nisi uicarij Pape & Papa Christi? Nō est potestas nisi a Deo, que autem a Deo sunt ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. ad Ro. xiij. Si ergo ex potentia aliquis honoratur, multo magis Deus debet honorari, qui est fons totius potētie, a quo omnis potestas est deriuata. Iste honor principalis fit Deo in oratione humili, in qua homo debet flectere duo genua. Dominis temporalibus, scilicet regibus, &c. solum unum genu est flectendum, scilicet sinistrū, quia solū habēt supra corpus dominiū. Ideo Mat. x. Nolite timere eos q occidūt corpus, animā autē nō possunt occidere: sed potius timete eū q potest animā & corpus perdere in gehennā. Prelatis debet homo flectere genu dextrū, qa habēt potētiā & prelationē sup animā. Sed Deo q habet dominiū sup corpus & animā, duo genua debēt flecti. Ideo quādo adoratis corpus Christi, uel oratis, flectitis duo genua. In memetipso iuraui, egreditur de ore meo iustitie uerbum, & nō reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu. Esa. xlv. scilicet dextrum & sinistrum. ad Ro. xiiij. Viuo ego dicit Dominus, quia mihi flectetur omne genu, & omnis lingua cōfitebitur Deo. No. cōfitebit omnis lingua, sed quomodo cū nō habeas nisi unā linguā. Intelligitur hoc? Dico q imo habemus duas linguas, corporis s. & aie. Lingua corporis homo loquit Deo in oratione. Lingua anime loqtur Deo in cōtēplatione, qa cōtēplatur corde quod dicitur ore. Lingua anime est similis lingue angelorū, q cōtēplādo loquuntur. De ista duplici lingua dicit Apostolus, Si linguis hominū loquar & angelorū. j. Cor. xiij. Honor principalis fit Deo duobus genibus & duab⁹ linguis, quia alias si lingua corporis loquitur Deo, & lingua anime coquinario, &c. nihil uel parū ualet oratio. Patet etiam hic defectus illorum, qui quando pulsatur campana pro corpore Christi, uel Aue Maria, nō curant, nec flectūt genua, nec orant, quia omnes debent flectere genua, & orare duabus linguis, &c. ex ista authoritate. Viuo ego dicit Dominus, mihi curuabitur omne genu, &c. Secūdo debemus Deo honorem principalem propter scientiam: quia si aliquis propter scientiam est honorādus, ut probaui, multo magis Deus, qui est fons scientie infinite. Nam sciētia nostra respectu scientie Dei stultitia est. Scientia huius mundi stultitia est apud Deum, ut dicit Apostolus. etiam nocua credit habere bonos oculos, sed nos reputamus eam cecam. Ita qui se existimat aliquid scire, nondū cognouit quomodo oporteat eū scire. j. Cor. viij. Ideo dicit Apostolus de philosophis q credebāt se scire, Di

Duplex lingua homine.

re, Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. ad Rom. j. Ideo Socrates optimus philosophorum interrogatus de scientia sua, respondit, Vnū scio quod nihil scio. Sed Deus qui est claritas eterna, & scientia infinita, est omnia sciens & prospiciens, quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius. ad Heb. iiij. quia corda, & cogitationes, & uerba etiam secrete prolata, & omnia presentia, & futura omnia scit, & nuda & aperta sunt oculis eius. Si ergo propter scientiam debetur honor alicui homini, multo magis Deo, ex quo omnia sunt ei nuda. Nota, quod in corporis Christi adoratione homo denudare debet caput suum, etiam religiosus uel clericus, quando in choro dicit antiphonā uel respōsoriū, & similia, debet caput suum Deo denudare, quantuncumq; uigeat frigus. Mulieres maritate seu uidue semper in oratione caput debent habere uelatum, secus de uirginibus. Ista est doctrina Pauli j. ad Cor. xj. Omnis uir orans aut prophetans uelato capite, deturpat caput suum, scilicet Christum. Omnis autem mulier orans uel prophetans non uelato capite, deturpat caput suum. Patet hic culpa, & negligentia, & irreuerentia illorum qui in oratione seu corporis Christi adoratione, non denudant caput suum, sed si habent loqui Pape, uel regi, seu magistro, sciūt discooperire caput, &c. Tertio honoratur aliquis propter utilitatem, quia ex quo recipit beneficia ab aliquo, nisi sit ingratus, honorat benefactorem a quo habuit uel expectat habere utilitatem, uel proficuum. Ista ratione iuriste honorantur. Modo uideamus quam utilitatem habeamus a Deo. Declaratur hoc per regulam philosophi dicentis. Rerum naturalium recipientium peregrinas formas, id est extraneas, quedam recipiunt permanenter, quedam solum in presentia agentis. Verbi gratia, de aqua, de natura sua est frigida, que recipit calorem, que est sibi forma extranea. tamen retinet illum per magnum tempus. Idem de candela, cui lumen est forma peregrina, tamen recipit permanenter, sed aer nescit retinere formam peregrinam, nisi in presentia agentis, quia quandiu corpus luminosum est ibi presens, illuminatur. quod si abest, statim perdit lumen. Idem de speculo, quod nescit retinere imaginē nisi in presentia agentis. Modo quicquid nos habemus, recipimus a Deo, & perfectiōes & bona que recipimus sunt nobis ut forme peregrine. Ideo apostolus, Quid habes quod non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis. j. ad Cor. iiij. Nec recipimus permanenter, sed solum in presentia agentis, quia sine eo nihil possumus retinere. Ideo sicut dedit, sic continue influit conseruando, aliter si per instans amoueret a nobis suam presentiam, totum annihilaretur: per continuū ergo influxum eius retinemus bona que ab eo recipimus. Si ergo propter utilitatem habitam uel habēdam aliquis debet honorari. Multo magis ex ista ratione debemus Deū honorare principaliter. Honor quē sibi debemus ex ista ratione,

in hoc

in hoc cõsistit, quod in oratione nõ solum flectamus genua, sed prosternamus nos ad terram. Et istum modum seruat ecclesia in die mercurij sancta maxime. ubi innuitur quod nos sumus de terra, & quod nihil habemus a nobisipsis, sed quod ab ipso habemus omnia: ergo Venite, adoremus, & procidamus ante dominum, quia ipse fecit nos, quia ipse est dominus Deus noster. psal. xciiij. Quarto honoratur aliquis non potentia nec scientia, nec utilitate, sed sanctitate, ut dixi. Propter hoc debemus Deum honorare principaliter, qui est sanctitas, a qua omnis sanctitas dependet. Isa. xl. Ecce gentes, scilicet in conspectu Dei, quasi stilla situle reputate sunt: sicut situla descendit in puteũ ad hauriendum aquam, & ascendit stillando, sic Christus descendit in puteum uteri uirginalis, & in situla humanitatis hausit aquam sanctitatis, & de eo stillant gutte. Petrus & Paulus dicuntur sancti, & alij sancti. Quia una gutta istius situle Christus stillauit in Petrũ, & alia in Paulum, & sic de aliis. Si ergo uni homini, qui non habet nisi unam sanctitatis guttam, debemus honorem, multo plus Deo, &c. in quo est omnis bonitas & sanctitas. Ideo Matt. xix. Quidam doctor dixit Christo, Magister bone quid ego faciam ut habeam uitam eternam? Christus reprehendens eum respondit, Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi solus Deus. Sed dices, ratione Christus erat Deus, quare ergo reprehendit eum? Dicendum quod ille doctor credebat Christum solum hominem bonũ & sanctum: sed non credebat ipsum esse Deum. Ideo Christus innuens quod nullus alius, preter Deum, est perfectus, nec sanctus, dixit, Nemo bonus, simpliciter, nisi solus Deus, omnes alij sũt boni & sancti participatiue. De hoc uide beatum Tho. prima parte. q. vj. Sicut ergo ille qui est albus secundum dentes, nõ dicitur albus simpliciter, ita nec nos una uirtute sumus dicendi boni simpliciter, nec una gutta sanctitatis sancti essentialiter. Verbi gratia. Si habetis uirtutẽ castitatis uel humilitatis, estis albus secundum dentes, scilicet estis bonus secundum illam uirtutem, sed nõ simpliciter, quia si ex prima parte estis castus, ex alia estis superbus. Item si ex una parte estis humilis, ex alia parte estis luxuriosus. Ecce quare Christus dixit, Nemo bonus, supple, simpliciter & essentialiter, nisi solus Deus. Honor quem Christo debemus hic est, quod debemus sibi inclinari a singulo usque supra ius quasi dicendo, Vos domine inclinastis uos pro nobis, ideo ut uobis assimilemur, inclinamur. Ideo ad Ephe. v. Christus dixit. Imitatores Dei estote sicut filij charissimi. Si ergo aliquis debet honorari ex potentia, uel scientia, uel utilitate seu sanctitate, precipue & super omnes debet honorari Deus. Ergo, In omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum dominum nostrum, cui est gloria & imperium in secula seculorum amen. j. Pet. iiij. ergo fratres debitores sumus. Dico secũdo quod debemus proximo dilectionem, fraternalem, quia sumus rationales

Exponitur iste scripturę locus, nemo bonus, nisi solus Deus.

nales,& habemus conuiuere,id est ad inuicem; ideo debemus nos inuicem diligere.Dilectio enim debitum est.Et sicut ille qui debet alteri pecunias uel alia bona, si non uult soluere,damnatur.Ita qui non uult soluere proximo debitum dilectionis cordialis,damnatur. Sed hodie istud debitum male soluitur. Quot,proh dolor,sunt odia,desideria,& uindicte in mundo.Ideo apostolus, Fratres nemini quicquam debeatis,nisi ut inuicem diligatis.ad Ro.xiij. Nota nemini quicquam debeatis,scilicet corporale.Duplex est debitum,scilicet corporale, & cordiale.Et differunt, quia soluto debito corporali uel pecuniali homo est liber a debito.Sed de debito cordiali quod debet solui, quãto plus soluitur tanto plus tenetur homo soluere.Quia quanto plus soluitur,tãto ille qui soluit efficitur sanctior.Et quanto persona est sanctior, tanto plus tenetur proximum diligere: Istud debitum dilectionis in hac uita,& etiam in alia soluitur,quia sancti diligunt se mutuo.Vnde dicit Aug.quod preceptum de dilectione in hac uita inchoatur,& in alia impletur. Istud preceptum debet solui ex corde, ex ore,& opere. Corde soluitur isto modo, quia si proximus sit male uite,debemus desiderare suam conuersionem,& orare ut exuat peccata,&c. Item quando est in bona uita,debemus ipsum diligere, & pro eo orare ut in ea conseruetur,&c.a malis & periculis. Ore soluitur salutando adinuicem, quia dilectio cordis ore ostenditur, quia etiam si homo diligit proximum corde,sed non uult loqui sibi,talis dilectio defectum habet. In isto defectu sunt mulieres, que nolunt loqui dicendo, Ipsa dixit mihi iniurias,&c.Opere soluitur seruiendo & subueniendo adinuicem. Ideo dicitur j.Io.iij.Filioli mei non diligamus uerbo neque lingua, supplete tãtum,sed opere & ueritate.Nota,non diligamus uerbo. Verbum proprie est conceptus mentis, ideo significat dilectionem cordis,que nõ solum corde uel lingua est soluẽda,sed etiam opere. Dico tertio quod debemus nobismetipsis rigorem penitẽtialem, quia ad beatitudinem sumus ordinati.Hinc est quod necessarium est ut paremus nos per penitentiam, non debemus uiuere secundum carnis inclinationem uel sensualitatem. Ideo apostolus postquam dixit, Fratres debitores sumus,non carnis, ut secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uixeritis,moriemini,si autem spiritu facta carnis mortificaueritis,uiuetis.Nota,quod penitentia est duplex, scilicet eligenda & infligenda. Prima est uoluntaria, quando scilicet homo eligit sibi certas orationes,cilicium,uel huiusmodi,& si discrete illam continuat, multum placet Deo talis penitentia.Alia penitentia est inflicta,ut infirmitas,& paupertas,aduersitas, & similia. Bona penitentia est si sumatur cum uera patientia, quasi dicendo Deo, Domine ego recipio istam penitentiam,quia peccata mea hoc bene meruerunt, &c.ideo uos in confessor dedistis mihi istam penitentiam, & ego recipio libenter &

patien

patienter. Ideo Luce uigesimoprimo. In patientia uestra possidebitis animas uestras.

De eadem dominica. Sermo vj.

TEstimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei, ad Ro. viij. Thema dat mihi motiuum ut predicem de filiatione quã habemus a Iesu Christo per gratiam, scilicet quomodo sumus filij, & in quo cognoscitur ista filiatio. Sed primo saluetur uirgo Maria. Resumatur thema. Questio est multum bona in theologia, an aliquis de se uel de alio possit cognoscere certitudinaliter quod sit filius Dei per gratiam. Responsio stat in duabus cõclusionibus. Prima quod per causam scientialiter non potest sciri. Secunda quod per effectus coniecturaliter potest sciri. Ecce due conclusiones, una affirmatiua, alia negatiua. De prima conclusione que dicit, quod per causam scientialiter nõ potest sciri. Ratio est, quia causa & principium filiationis Iesu Christi est uoluntas diuina, & cum ista nõ possit sciri nisi speciali reuelatione, igitur. Sed bene coniecturaliter, secundum quod dicit secunda conclusio, quando homo in creatura uidet effectus qui non uenerunt nisi per diuinam gratiam, tunc homo uel de se uel de alio potest coniecturare quod est filius Dei per gratiam. Declaratur hoc, sicut de arbore si fieret questio, Ista arbor uiuit an non, oportet respondere per distinctionem, scilicet per causam non potest sciri, quia causa & principium arboris uite est radix que est ignota, &c. Sed põt sciri per effectus quã do arbor floret, & producit folia & fructus, scitur quod uiuit. Ita in proposito. Cogitate q̃ oẽs sumus arbores plãtate in uiridario. Ideo Mar. viij. Video homines uelut arbores ambulantes. Ambulare dicuntur arbores, quando emittũt ramos, folia, & fructus, &c. Ita uult Deus quod nos ambulemus. Radix uite spiritualis hominis est gratia Spiritus sancti, que uideri non põt, nisi ipsi reuelet. Quis enim hominum scit que sunt hominis nisi spiritus hominis, qui in ipso est, ita & que Dei sunt nemo cognouit nisi spiritus Dei. j. Cor. ij. Ergo per causam nõ scitur, sed per effectus, quando scilicet bona opera sunt ita bona & clara, potest homo cognoscere de se, uel de alio quod est filius Dei per gratiã. Hoc dicit thema, Testimonium reddit spiritui nostro, scilicet operatio exterior, quod sumus filij Dei. Multa sunt signa & multi effectus, quibus potest homo cognoscere de se uel de alio quod sit filius Dei. Sed modo solum dicam tria principalia signa.

Primum est per mutationem principalem,
Secundum est per correctionem doctrinalem,
Tertium est per prouisionem specialem.

De quolibet dicit thema, Testimoniũ reddit spiritui, &c. Dico primo signum filiationis diuine attenditur penes assimilationem, uel penes

assim

asſimilari patri, ſcilicet in membris principalibus, ſeu in operibus principalibus. Communiter filij in his duobus asſimilãtur patri. primo, ſcilicet in membris principalibus, ſcilicet in facie, licet in aliquibus membris minus principalibus aliquoties contingat oppoſitũ. Et hoc eſt ex culpa matris, quod filius asſimilabitur illi imagini de qua ipſa cogitat quando concipit filium. Et eſt ratio naturalis. Dicit philoſophus quod omne receptibile recipitur ad modum rei recipientis, ſicut aqua in uaſe, que recipitur ſecundum formã ipſius uaſis. Idem de imagine in ſpeculo, que recipitur ſecundum formam ipſius ſpeculi per diſpoſitionẽ. Vnde aliquoties faciem facit diſſimilem, ſcilicet longam uel tortã, &c. & non erit ita, quia imago recipitur in ſpeculo ſecundũ ſpeculi diſpoſitionem. Inde eſt quod mulier, ſiue quodlibet femineum genus recipit in generatione ſecundum mentis imaginationem, quia fetus asſimilabitur rei tunc imaginate. Hoc patet per authoritatem ſacre ſcripture. Gen. xxx. Dicatur hiſtoria de patriarcha Iacob, qui morabatur cum Laban paſtore auunculo ſuo. Dicatur hiſtoria de uirgis poſitis in canalibus, &c. quod fecit per reuelationem angeli. Patet ergo hoc clare in beſtiis, quod ſecundum imaginationem, femelle concipiunt. De hominibus etiam querit ſanctus Tho. in prima parte ſumme theologie. Si Adam non peccaſſet, & fuiſſemus in paradiſo, ſi mulieres cõcepiſſent filios & filias, & cui asſimilarentur? Reſpondet, quod ſecundum deſideria & imaginationes mulierum, &c. De hoc poteris latius eum uidere. Dicatur hic exemplum de illo pulchro homine, & pulchra muliere, & quod ipſa mulier peperit filium Ethiopi ſimilem. De qua uir concepit ſuſpicionem ne cum aliquo captiuo peccaſſet. Sed ex alia parte uidebat mulierem plane deuotam. hoc eſt melius ſignum, quod uir poteſt habere de bonitate uxoris quod ſit deuota, ideo ex conſciẽtia non audebat iudicare eam adulterium commiſiſſe. Sed ex alia parte quando uidebat filium talem male ſuſpicabatur. finaliter acceſsit ad quendam doctorem in omni facultate expertum, querẽs an erat poſsibile quod homo pulcher, & mulier pulchra, poſſent naturaliter generare filium nigrum, &c, Reſpondit, quod ſic, &c. & ait. in quo loco concepit, dicatis mihi, & ſi ibi erat aliqua pictura: & fuit inuentum quod in camera, in qua ipſa concepit erat imago Ethiopis depicta, in quam ipſa reſpiciebat quando concepit. Patet igitur regula q̃ omne receptibile, &c. Sed ut plurimum filij uel filie patri aſsimilantur in facie, & inclinationibus ſeu operibus principalibus, & cognoſcũtur per patrem, ut patet de Tobia vij. cap. ubi dicitur quod Tobias iunior fuit in domo Raguelis conſanguinei ſui, & quia aſsimilabatur patri ſuo petiit ab eis an cognoſcebant Tobiam. Reſponderunt quod ſic, pater erat huius. Et reſpondit Raguel, Benedictio ſit tibi fili mi, quia boni & optimi uiri es filius. Tob. vij. Item filius aſsimilatur patri in operibus ſeu inclinationibus,

Femina concipit interdum talẽ, formã qualis illa eſt de qua cogitat tempore coitus.

nibus,quia filius naturaliter operatur & habet inclinatiões patris.Ideo dicit Christus Iudeis gloriantibus de Abrahe filiatione. Si filij Abrahe estis, opera Abrahe facite.Ioannis viij. Modo uideamus per ista duo signa quomodo possumus scire & cognoscere filiationem Dei per gratiam in nobis.Hoc possumus uidere per faciem, secundum quam nobis ostendit,& per operationem principalem.Facies quam nobis ostẽdit semper Deus seu monstrat, est amor & dilectio : non ostendit nobis dorsum,scilicet rigorem iustitie, sed faciem amoris & dilectionis. Quare Deus creauit mundum?nõ pro se,quia non indigebat, sed pro nobis,ut hic mereamur,& in celo quiescamus, hoc sola dilectione fecit.Item quare uoluit incarnari, nunquid cogebatur ab aliquo ? non, sed sola dilectione. Adam uoluit Deo assimilari per cibum, sed non potuit.Sed Deus uoluit incarnari,ut esset nobis similis.Item quare uoluit nasci de uirgine & uirgo esse ? profecto propter amorem & dilectionem,ut daret nobis exemplum castitatis. Item quare in cruce portauit onus omnium peccatorum nostrorum?sola dilectione & amore, ne aliquis sibi credens & obediens suspendatur in furca inferni. Item quare uoluit descendere ad inferos?ut inde sanctos patres extraheret. Item quare uoluit resurgere ? dans nobis spem resurrectionis in iudicio.Item quare uoluit ascendere?ut prepararet nobis locum.Itẽ quare ordinauit sacramentum altaris? ut cõtinue esset nobiscum. Et alia sacramenta in remissionem peccatorum. Totum hoc fecit amore & dilectione,nobis faciem suam ostendendo. Quando ergo aliqua creatura habet amorem & dilectionem,& charitatem ad proximum, est similis Christo in facie.Authoritas.In hoc cognoscent omnes quia discipuli,imo & filij mei estis,si dilectionem habueritis adinuicem.Io.xiiij. Ideo dicit alia authoritas,& est apostoli,Estote imitatores Dei sicut filij charissimi,& ambulate in dilectione.ad Ephe.v. Nõne est homo de magno genere?Magnum est esse filium regis,sed maximum est esse filium Dei. Videte tratres qualem charitatem dedit nobis Deus pater, ut filij Dei nominemur & simus.j. Ioannis iij. Sed hic multi deficiunt, quia ex quo conceperunt odium,rancorem,& malam uoluntatem cõtra alium,nolunt parcere. Ideo auisetis uos, & emendetis, quia alias non estis filij Dei.Secundo in opere filius patri assimilatur. Opus Dei principale est,de quo Dauid dicit nobis,Suauis dominus uniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Ergo principale opus Dei est opus misericordie. Quando ergo aliquis est misericors, & pronus ad opera misericordie feruenter exercenda circa pauperes, uiduas & pupillos,captiuos,hospitalia,&c,cognoscitur quod est filius Dei. Estote ergo misericordes sicut & pater uester misericors est.Luce vj.Secundum opus quod ostendit aliquem esse filium Dei,est correctio doctrinalis,quando Deus cum uirga paterne correctionis percutit aliquem.

Virga est dolor, uel paupertas, infirmitas, uel perditio amicorum, siue bonorum. Quando Deus ista uirga percutit aliquem, signum est euidens quod talis est filius Dei, si patienter recipit. Ad hoc dicatur exemplum de pueris in platea ludentibus & facientib⁹ truffas, & uenit unus homo, & dimissis aliis pueris, corrigit uel percutit unum uel duos de illis statim uos dicetis, O ille debet esse filius illius. Ecce quomodo castigat eum. Idem de nobis quotquot sumus, sumus pueri, & facimus truffas, quia nullus est ita sapiens qui in aliquo nō erret, uel in uerbo, &c. Ideo apostolus, Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote. 1. Corint. xiiij. Sed quid facit Deus? dat mihi uel tibi tribulationes, cum uirga castigando uel corripiendo, & nō alios: signum est quod sumus filij Dei & nō alij. Imo possunt dicere alij, Verè illi filij Dei sunt, quos corrigit. Tamen creditur ab insipientibus, quod illa correctio sit ira Dei, cum sit dilectio: sed quando Deus dimittit personam, quod non habet aduersitates, &c. malum signum est. Dicatur hic miraculum quod legitur in uita beati Ambrosij, eo eunte per uiam in Italiam, cum esset archiepiscopus Mediolanensis, & hospitatus fuisset in domo cuiusdam diuitis, & post prandium dum scutiferi comederent, beatus Ambrosius loquebatur cum domino illo, ut daret sibi aliquam bonam doctrinam, & dixit sibi, Quomodo uiuitis, &c. Et ille subridens respondit, Domine noueritis quod ego sum beatior mundi omnibus, nunquam fui infirmus, &c. Dicatur quomodo beatus Ambrosius recessit, & statim dominus cum omnibus descendit in profundum, &c. Ideo dicebat apostolus hominibus, Quis est filius quem nō corripit pater, quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & nō filij estis. ad Hebreos xij. Persona sancta nunquam est sine aliqua passione in suo corpore. Quod a multis reputatur quod sit malum & ira Dei. Nō sic reputabatur ab illo sancto, qui quolibet anno grauiter infirmabatur, quam infirmitatem ipse cum magna patientia recipiebat, dicendo, Domine modo bene cognosco quod sum filius uester, quia corrigitis me, &c. Et cum semel transiret annus, ꝙ nō fuit infirmus, plorabat, &c. quousque infirmabatur. Et nos murmuramus de infirmitatibus. Ideo dicit scriptura, Disciplinam domini fili mi ne abiicias, nec deficias cum ab eo corriperis. Quem enim diligit Deus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Prouerb. iij. Not. ne abiicias, scilicet repugnando, contradicendo, & murmurando, quia pena propter peccatum datur. Ideo dicit Aug. De pena tua peccatum tuum accusa, quia si pateris in capite, signū est ꝙ per caput peccasti. Idē si in oculis, auribus, manibus, seu pedibus. Ideo dicit thema, Testimonium reddit, &c. Tertium opus quod ostendit esse filiū Dei est, puisio spiritualis, sicut quando homo intrat domum alicuius honorabilis persone, & uidet ibi multos pueros, & uidet ali

det aliquos comedentes de pane domini, & de eius uino bibentes, & alios nō, statim dicitis, illi debent esse filij domini. Item quando uidetis eos indutos de eodem panno, & alios nō. Item quando uidetis eos euntes ad scholas cum pedagogo, & alios non, statim dicitis, illi sunt filij domini: licet ipsum nō cognoscatis, quia prouisio & indumenta declarant quod sunt eius filij. Ad quam prouisionem pater obligatur duplici ratione, naturali scilicet, & theologicali. Ratio natutalis est ista, quod sicut filij habent esse a parentibus per generationem, ita uult etiam Deus quod a parentibus habeant prouisionem. Ratio theologicalis est, si quis suorum, & maxime domesticorum, curam nō habet, fidem negauit, & est infideli deterior. j. Timoth. v. Gloss. fidem negauit, quia facit cōtra legem nature, quam infidelis seruat. Ad idem Christus dat nobis prouisionem de cibo, uestitu, & pedagogo. De uestitu, non dico de serico, nec de auro, quia etiam de his filij diaboli ut infideles & peccatores induuntur, quia talia sunt signa quod sunt filij diaboli, sed de illis uestibus, de quibus apostolus dicit, Induite uos sicut electi Dei, sancti, & dilecti, uiscera misericordie, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, &c. ad Col. iij. Philosophus in Ethicis uocat uirtutes habitus, quia uirtutes sunt indumenta anime. De istis uestibus dicit beatus Ioannes, Beatus qui uigilat, scilicet diligenter, & custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet, & uideant turpitudinem eius. Apoca. xvj. Quia nihil turpius coram Deo & sanctis quam anima nuda, sicut esset modo uobis abominabile, si ueniret aliqua meretrix nuda, plus sancti abominantur animam nudam. Ideo dicit, Beatus qui uigilat. Secundo cibus spiritualis est, nō capones nec perdices, &c. quia etiam filij diaboli comedunt de istis, sed cibus ille est quem ipsemet Christus recepit & apostoli, qui est sacra communio corporis & sanguinis Christi, quam filij Christi recipiunt in mensa Christi, id est altari. De isto nō comedunt nisi filij. Nam dixit Christus, Nō est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus. Matth. xv. Dicit sanct. Tho. in quadam contemplatione, Panis angelorum uere panis filiorum, nō mittendus canibus. Tertio prouidet nobis de doctrina in schola. Pedagogus est predicator, qui predicat doctrinam Christi, nō Vergilij, uel Terentij, &c. sed doctrinam Christi, de qua dicit scriptura, que per magistrorum cōsilium data sunt a pastore uno, his amplius fili mi ne requiras. Eccle. xij. Not. per magistrorum cōsilium, scilicet prophetarum, quantum ad uetus testamentum. & apostolorū quantū ad nouū, & a pastore uno. s. Christo. Ideo in nocte pasiōis dixerūt apostoli Christo, Domine ecce duo gladij hic. Lu. xxij. Allegorice dicit Beda, q̄ duo gladij sunt uetus & nouū testamentū. Respōdit Christus, sufficit. s. ad studendū, predicādum, disputandum, & scindendū peccata. Quando ergo aliquis indutus est bonis moribus, & comedit in mensa domini cōmunicādo, & audit libenter

Parētum obligatio ad filios.

Anime indumentum, seu habitus, est uirtus

Anime cibus.

Anime magister.

Quid per duos gladios dicti gnetur. Luc. xx.

libēter uerba Dei, ſermones, miſſas, &c. ſignum eſt quod eſt filius Dei. Ideo dicit thema, Teſtimonium reddit ſpiritui, &c. Deo gratias.

Dominica nona. Sermo j.



Acite uobis amicos de Mammona iniquitatis. Luc. xvj. Euangelium hodiernum declarat nobis tria multum neceſſaria nobis.

Primum eſt iuſtitia diuinalis,
Secundum prudentia humanalis,
Tertium clementia fraternalis.

De tertio dicit thema, Facite uobis amicos, &c. Dico primo, &c. quod in hoc cōſiſtit, nam quilibet habet reddere rationem de ſe & de omnibus que habuit a Deo. Et hoc oſtenditur in hoc quod dicit prima pars euangelij, Homo quidam erat diues qui habebat uillicum, & hic diffamatus, &c. uſque, Nō poteris uillicare. Verba & doctrina ſunt Chriſti, in quibus oſtenditur iuſtitia diuinalis, quoniam Deus ab omnibus nobis queret computum. Et ſunt hic quatuor declaranda. Primo quis eſt iſte dominus. Secundo quis eſt iſte diſpenſator. Tertio quomodo diſpenſat bona. Quarto quando uocatur ad rationem reddendam. De primo dominus iſte eſt Chriſtus, ut dicunt omnes gloſe, quia de ſe loquebatur. Sed quare dicit diues? Nūquid dicit ſcriptura quod ſemper fuit pauper? Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem. Ecce rex tuus uenit tibi iuſtus & ſaluator, ipſe pauper. Zach. ix. Quare uocatur diues? Reſpōſio, quod totum uerum eſt, quia Chriſtus diuerſis reſpectibus diues fuit & pauper. Si enim uolumus reſpicere eius modum uiuendi, ſemper fuit pauper, quia nō habuit domum, cellam, ſeu cameram, ſed ſi in ſero inuitabatur per aliquem ad aliquam domum, recipiebat hoſpitium amore Dei, uel ibat ad mōtes ad dormiendum. Nunquam portauit pecunias. Si poſtquam predicauerat inuitabatur ad prandium per aliquem, recipiebat amore Dei. Triginta annis portauit eandem tunicam. Ecce quomodo fuit pauper quantum ad eius modum uiuendi, dans nobis exemplum quod non faciamus que uolumus, ſcilicet uſuras, furta, deceptiones, ſimonias, p diuitiis habendis. Sed ſi uolumus loqui nō de eius modo uiuendi, ſed de eius dominio, Dominus eſt omnium rerū. Dauid, Domini eſt terra, & plenitudo eius orbis terrarū, & uniuerſi qui habitant in eo, &c. Secundo diſpenſator, cui Chriſtus cōmiſit bona, poteſt dupliciter intelligi, quia uel intelligitur de bonis terrenalibus, uel de bonis ſpiritualibus, uel de bonis perſonalibus. De primis bonis diſpenſatores ſunt diuites, ſcilicet imperatores, reges, comites, &c. nō credant ſe dominos bonorum temporalium uel terrenalium, ſed diſpenſatores. Quia de omnibus que receperunt habent reddere cōputum Chriſto, qualiter uel quomodo habuerunt & quomodo expenderunt. Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti & diſpē

ſatores

ſatores.j. Corinth. iiij. O ſi domini & diuites cogitarent iſtam ueritatem quomodo nō ſunt domini, ſed diſpenſatores, domini nō recipérent a uaſallis per uim, &c. Et diuites cauerent ab uſuris, quia eſt cōtra uoluntatem Dei ſeu domini. Non diceret uſurarius, quare de bonis meis, &c. Hic decipitur, quia nō ſunt ſua. Item domini uitarent tot uanitates & exceſſus, cum deberent dicere, Iſta bona nō ſunt mea, ſolum ſum diſpenſator. Diſpenſatores autem poſſunt recipere neceſsitatem. Ideo auiſa. Diſpēſatores bonorum ſpiritualium ſunt prelati, ſcilicet papa, cardinales, &c. uſque ad uicarios, quia nullus eſt dominus beneficiorum ut ipſa poſsit uendere, ſed diſpenſator, nec ſacramentorum ad uendendum, ſed diſpenſator ad miniſtrandum. De bonis corporalibus quilibet noſtrum eſt diſpenſator. Nō ualet excuſatio, ſi aliquis diceret, Ego nō ſum dominus temporalis, nec prelatus, ergo nō ſum diſpenſator. Dico quod imo. Nam cuilibet noſtrum cōmiſit Deus diſpenſationem trium magnarum, ciuitatum, quarum quelibet eſt maior Troia, & quatuor uillarum, & quinque caſtrorum. Ciuitatum prima eſt memoria, maior toto mundo, habet in ſe tot habitatores, quot habet recordationes, de omnibus habes Deo reddere cōputum. Alia eſt intelligētia, que maior eſt celo & terra, quia immenſa eſt, & habet tot habitatores quot intelligentias. Tertia eſt uoluntas, que eſt capax infiniti boni ſcilicet Dei, quot habes deſideria tot habes habitatores, & quot affectiones, & de omnibus habes reddere cōputum Deo. Quatuor uille ſunt potentie ſenſitiue interiores, ſcilicet ſenſus cōmunis, uirtus eſtimatiua, phantaſia, & reminiſcētia. Quinq; caſtra ſunt quinque ſenſus corporales. Omnia iſta te oportet miniſtrare. Ideo apoſtolus, Miniſtri Chriſti ſunt. ij. Corinth. xj. Sed pauperes licet nō ſunt domini nec prelati, tamen de omnibus iſtis oportet eos reddere cōputum. Tertio uidendum eſt quomodo bona diſsipantur a uillico. Bona terrena diſsipantur in uanitatibus, pompis, & ſuperfluitatibus, &c. quia tot ſunt uanitates quod plus expenditur in eis quam in neceſsitatibus, quia ſi domini & diuites uellent eſſe cōtenti de neceſsitate, multa bona poſſent facere. Quot ſunt ſuperfluitates indumentorum, ornamentorum, &c. & pauperes & captiui moriuntur fame, &c. Bona ſpiritualia diſsipantur a prelatis, dando magna beneficia & pinguia parentibus & amicis ſuis immeritis, uel ſeruientibus indignis, diſsipātur per ſimoniam, &c. precibus armatis, &c. Bona uero perſonalia, ut memoria, que debet expendi memorando Chriſti opera creationis, redemptionis, &c. diſſipantur memorando iniurias ad uindicandum, & peccata ad delectandum. Intelligentia in uanis cogitationibus, uoluntas in uanis deſideriis. Idem eſt de quinque ſenſibus in cōtrariis uſibus applicādo. Sic diſſipantur bona corporalia. Ideo Chriſtus ſciens iſta querit, Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit dominus ſuper

familiam ſuam,ut det illi in tempore tritici menſuram?Luc.xij.Hoc dicit Chriſtus beato Petro diſpenſatori in nouo teſtamento dicens,Petre,quis putas eſt fidelis,ſcilicet poſt te?Ideo apoſtolus.j. Cor.iiij. Hic iam queritur inter diſpenſatores,ut fidelis quis inueniatur. q.d.nullus inuenitur fidelis.Quarto uocatur ut reddat rationem, ſcilicet in morte.Nuncij citantes ſunt infirmitates,dolor capitis,febris,ſenectus, &c. quando iſta ueniunt,poteris dicere, ego ſum citatus,&c. Authoritas. Sapientia miſit ancillas ſuas,ut uocarent ad arcem,& ad menia ciuitatis.Prouerb.ix.quia mulieres ſunt debiles,&c.& quia infirmitates debilitant dicuntur ancille.Ideo quando citamini, ſiue ſitis diſpenſatores bonorum temporalium, ſiue ſpiritualium, ſiue corporalium, paretis uos.Ne accidat uobis ut illi homini diuiti & male uite, in omnibus uitioſo & peccatori, qui erat ſolum hoc bonum habens, quod orabat quotidie quod Deus daret ſibi mortem ſuam precognoſcere,ut poſſet uitam emendare. Cui ſemel oranti apparuit angelus bonus, dicens ipſum a Deo eſſe exauditum, quod ante mortem mitteret ſibi tres nũtios, &c. Alibi poteris hoc exẽplum uidere.Ideo eſtote parati,ſiue iuuenes ſiue antiqui,quando Deus uocat uos. Ita faciebat Iob xiiij.Vocabis me,ſcilicet per iſtos nuntios,& ego reſpondebo tibi. Reſponde tur Deo, quando homo emendat uitam ſuam. Operi manuum tuarũ porriges dexteram,quando ſibi dicet, Euge ſerue bone & fidelis, &c. Matthei xxv.ſed fit per remiſsionem peccatorum. Ideo dicit,Sed parce peccatis meis. Dico ſecundo,quod oſtenditur prudentia humanalis. Nam quando iſte diſpenſator, de quo legitur euangelium, ſciuit quod habebat reddere rationem,& amoueri a uillicatione,habuit prudentiam in ſe,cum dicit,Ait autem uillicus intra ſe, Quid faciam, quia dominus meus aufert a me uillicationem. Fodere non ualeo,mendicare erubeſco,uſque, quia prudenter feciſſet. Ita debemus nos facere bone gentes.Iſte excuſabat ſe a duobus,ſcilicet de foſsione per impotentiam,quia fodere non ualeo.Secundo de mendicatione ex uerecundia,quia mendicare erubeſco.Sed remedium quod habuit ut uiueret,dedit oleum & triticum domini ſui.Fodere eſt rumpere terram ut fructificet.Ecce penitentia,in qua rumpitur terra corporis. Formauit Deus hominem de limo terre. Gene.ij.Iſta terra cauatur diſciplinis,ciliciis,& iſtis talibus.Sed multi dicunt modo confeſſoribus,fodere nõ ualeo.Dicatur hic contra mulierum uanitates, & fatuitates, & contra homines qui in ſeruitio dominorum temporalium portant iniuriam,&c.& pro Chriſto & anima nihil poſſunt facere. In obſidione inimicorum ieiunant,ſed pro anima nõ poſſunt ieiunare,ideo fodere nõ ualeo.Mala excuſatio eſt.Recipere debetis audaciam, quia uecordes nihil boni faciunt.Deberet uobis dare audaciã illud quod ſancti fecerunt. Quid fecit Catharina delicata,& filia regis? Inſuper & ſalarium

quod

quod expectamus, est regnum Dei. Et si miles pro rege ponit se in tantis periculis pro modico stipendio, quanto magis uos? Ideo Christus, Agite penitentiam, appropinquabit enim regnum celorum, scilicet tãquam premium. Mat. iiij. Secundo excusabat se de mendicatione, propter uerecundiam. Mendicare enim simile est huic quod est orare, quia sicut mendicantes uadunt ostiatim petẽdo per ciuitatem paradisi, persona enim deuota cum desiderio cordis debet pulsare. Primo ad palatium regis dicés, Domine, misericordiam peto & eleemosynam, ut remittatis mihi peccata, ut detis mihi gratiam uestram. Item ad palatiũ regine accedere debet. Consequenter inquirere debet loca & uicos sanctorum, patriarcharum, & prophetarum, apostolorum, &c. Patet ergo quod mendicare idem est quod orare. Authori. Qui erat glorioſus rex Dauid dicebat se mendicum. Ego autem mendicus sum & pauper, &c. in Psal. xxxix. Expectans. Et erat ditissimus, quia in morte dimisit Salomoni filio suo centum millia talenta auri, & mille millia argenti, tamen dicit se pauperem propter orationem. Sed quot sunt modo qui dicunt, mendicare erubesco. Multi nõ audent orare, nec eleemosynam frequentare propter uerecundiam, ne ab aliis deridеantur, sed uerecundia facit erubescere, &c. Si ergo fodere non uales, & mendicare erubescis, habes aliud remedium, ut ille uillicus, quod de bonis domini des oleum, & triticum in eleemosynam. Nam oleum significat eleemosynas spirituales. Triticum significat eleemosynam de bonis terrenis. Qui de scientia quam habet dat doctrinam ignoranti, consilium dubitanti, correctionem erranti, consolationem desolato, remissionem inimico, supportationem tedioso, ut uir uxori, & econuerso, amicus amico, &c. talis dat de oleo domini sui. Ideo si non potestis fodere, nec mendicare, ad minus detis oleum domini uestri. Secundo triticum significat opera misericordie corporalia, qui dat panem esurienti, potum sitienti, hospitium peregrinanti, indumentum nudo, qui infirmos & incarceratos uisitat, mortuos sepelit, talis dat triticum domini sui. Nota hic, Vrllicus ille de oleo dimisit quinquaginta mensuras, de tritico uiginti. Quare maius donum fecit de oleo quam de tritico? Ad innuendum quod maior est eleemosyna de bonis spiritualibus quam terrenis. Maiorem eleemosynam facit ille qui dat doctrinam ignoranti, quam ille qui dat panem esurienti, & sic de aliis. Et sequitur, Et laudauit dominus uillicum iniquitatis. Dico tertio quod ostenditur clementia fraternalis circa proximos, cum dicit thema, Facite uobis amicos de Mammona iniquitatis, sicut ille dispensator. Istud indiget declaratione, quia aliqui ex isto uerbo male intellecto recipiunt occasionem peccandi, dicentes quod de diuitiis acquisitis iniuste non oportet facere restitutionem. Sed lu-

crari amicos per eleemosynam, scilicet religiosos, & pauperes, &c. Nota tres intellectus huius uerbi thematis, secundum quod diuitie tripliciter possunt dici Mammona iniquitatis, scilicet,

Effectiue,
Causatiue,
Desertiue.

Primo dicitur Mammona iniquitatis effectiue, quando, scilicet ueniũt de iniquitate, per usuram, uel furtum, &c. De tali Mammona iniquitatis lucrandi sunt amici illi, scilicet a quibus recepisti usuram uel furtum, qui sunt inimici tui, & eis restitue, & erunt amici tui. Idem de domino qui recipit aliquid iniuste a uasallis, licet ipsi dicant quod sint gratiose petitiones, tamen includunt populum in carceribus, dicendo, nũquam exhibitis, &c. Idem facit qui recipit mutuo, & postea negat debitum, & minatur, lucrentur amicos reddendo quod tuum est. Idem faciat qui retinuit totum seu partem de mercede seruorum, &c. Ideo dicit, Facite uobis amicos de Mam. &c. usque, recipient uos in eterna tabernacula, scilicet angelorum. Secundo dicitur Mammona iniquitatis causatiue, licet sit de bono iusto, de reditibus, uel laboribus, tamen est causa iniquitatis & peccati. Verbi gratia, Si pauperi fit iniuria, habebit patientiam, qui si uindicaret se, & caperetur, non haberet unde posset liberari. Si diuiti, dicet fortasis, ego in ista uindicta possum expendere decem millia florenorum, &c. Si homo pauper uideat mulierem pulchram & teneretur, tamen quia non habet pecunias desistit, &c. Sed dues dicit, Quid mihi nocebit si centum exponam florenos, ut meam habeam uoluntatem, &c. Ecce quomodo est causa peccati Mammona. Vnde tot superfluitates & uanitates? ex abundantia profecto. De tali Mammona lucrãdi sunt amici, scilicet pauperes, uidue, pupilli, &c. quia non solum fleubotomandi sunt qui habent languinem corruptum, sed etiam illi qui nimis abundant in sanguine. Ita non solum debent lucrari amicos illi qui habent pecunias de usura, &c. sed etiam illi qui abundant, licet sint de bono iusto. Ideo dicit, Facite uobis amicos de Mammona, &c. Tertius intellectus dicitur Mammona iniquitatis desertiue. Isto modo omnis pecunia dicitur iniquitatis, quia deserit dominum suum in transitu periculoso. Si scutifer qui associat dominum suum in deliciis, conuiuiis, &c. si in periculoso transitu deserit dominum suum, nunquid diceretis uos, quod est scutifer iniquitatis? Idem de diuitiis que associant uos in deliciis, &c. sed in transitu periculoso mortis deserunt dominum suum, de his lucrandi sunt amici, scilicet mortui, heredes, & manumissores mortui deberent dicere, O pessime diuitie, dimisistis dominum uestrum? Certe uos ibitis cum eo, dantes eas in missis, eleemosynis, &c. sic sequuntur dominum suum, & mortui efficiuntur tunc amici uestri. Quia sicut nõ libenter retineretis

scuti

ſcutiferum iniquitatis, qui dominum ſuum deſeruit in tranſitu periculoſo, quia idem faceret uobis, ita de pecuniis eſt faciendum. Ecce quare dicit thema, Facite uobis amicos de Mammona iniquitatis.

De eadem Dominica. De animabus. Sermo ij.

REdde rationem uillicationis tue. Lu. xvj. Sermo erit de iudicio particulari coram Chriſto de qualibet anima ſiue bona ſiue mala, ab hac uita recedente. Sed primo ſalutetur uirgo Maria, &c. Iſtud uerbum eſt Chriſti dicentis cuilibet anime uenienti ad iudicium, Redde rationē uillicationis tue, &c. Ac ſi dicat, Tu petis paradiſum, quia ſtatim anima petit paradiſum uel merito gratie, uel deſiderio cordis, ſi ſit mala. Ad quam Chriſtus, Redde rationem uillicationis tue. Pro declaratione huius uerbi materia noſtri ſermonis erit in tribus queſtionibus.

Prima de illa ratione reddenda in iudicio particulari, de quibus rebus reddenda ſit iſta ratio.

Secunda in illo iudicio quis loquatur pro peccatore, qui rationem eſt redditurus.

Tertia in illo iudicio que forma teneatur in tali computo faciēdo, tunc apparebit quare dicit Chriſtus, Redde rationem, &c. Primo ergo uideamus illam rationem ſeu computum, de quibus rebus ſit faciēdū, ad auiſandum nos, quia ſicut diſpenſator qui habet reddere cōputum domino ſuo, auiſat ſe, &c. ita nos, &c. Reſpōdeo & dico quod in illo iudicio habebimus dare rationē. Primo de omnibus cogitationibus. Vide quot cogitationes bonas uel malas habes, rationem ſeu diſtinctionem de omnibus oportet te reddere in iudicio. Secundo de omnibus deſideriis que unquam habuiſti in tua uoluntate. Item de omnibus uerbis que ore unquam dixiſti, uide quot ſunt, &c. Item de quolibet uerbo quod audiuiſti, de quolibet bolo panis quem comediſti, de quolibet aſpectu quem uidiſti, de quolibet paſſu quem feciſti, de omnibus operibus tuis manuum que feciſti ſiue bonis ſiue malis, & de omnibus oportet te reddere rationem. Si dicatur, Quomodo ſcitis hoc? Ex Dei reuelatione in Biblia. Authoritas, Cuncta que fiunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum ſiue malum ſit. Eccleſiaſt. xij. Iſta authoritas fuit prophetia Salomonis, & ſatis dat reſponſionem queſtioni prime, ſed magis ſtricte in nouo teſtamento. Non credatis quod ſolum de grauibus peccatis & enormibus, ſed etiam de minimis, de quibus homo nō facit conſcientiam, nec confitetur, imo nec tenetur cōfiteri, debet homo reddere rationem, nō ſolum de homicidiis, furtis, uſuris, blaſphemus, que ſunt enormia peccata, ſed etiam de uerbis otioſis. Dico uobis quoniā de omni uerbo otioſo quod locuti fuerint homines, reddēt rationē de eo in die iudicij, &c. uerbū eſt Chriſti. Mat. xij. Verbū dicitur otioſum, quando nulli proficit, aut nulli nocet, quia

si facit bonum alicui, iam non est otiosum, si malum facit, iam est pernitiosum. Ergo nō solum de mēdaciis, diffamationibus, seu blasphemiis, que sunt uerba mala, sed etiā de otiositate, & de his que dicuntur causa risus, oportet reddere cōputum. Item de operibus etiā bonis oportet reddere rationem, quia in iudicio examinātur, quia aliqui etiam faciendo bona opera, damnantur, quia nō faciunt recta intentione, dilectione, deuotione, diligentia. Autho. Cum accepero tempus, ego iustitias, id est opera bona & iusta iudicabo. Nota, Cum accepero tempus. Modo Deus mutuat nobis tempus, illi x. annos, illi xxx. & alteri l. ut possimus meritorie operari, & utimur tempore ad libitum in bonis & malis. Sed dominus in morte accipit tempus, ac si diceret Deus, Male expendistis tempus. Ideo, &c. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo, i. condemnabo, sicut dicitur Ioan. v. Et qui mala egerunt ibunt in resurrectionem iudicij, id est condemnationis. Verbi gratia, Religiosus qui seruat tria uota, & ceremonias sui ordinis, bona opera facit, & iusta. Ista opera iudicabuntur in iudicio, quia si nō fiant recta intentione, humilitate, & diligentia, condemnabitur in iudicio. Idem de clerico faciente opera iusta, sed nisi intētio fit recta, & bonus modus, condemnabitur. Idem de laico, quando uadit ad missam, sermonem, & alia bona opera facit, si intentio nō sit recta, puta, uadit ad ecclesiam ad uidendum mulieres, cōdemnabitur propter malum modum quem tenuit. Idem dicitur de illis qui ueniunt ad missam tarde. Idem de illis qui loquuntur in missa, examinabuntur. Patet ergo quare dicit, Ego cū accepero tempus, &c. quia Deus nō solum uult quod homo faciat opera bona, sed etiā uult quod bono modo & debito fiat, sicut uos nō essetis cōtentus de scutifero, qui licet faceret que sibi preceperitis, sed malo modo, quia quādo petitis panē, dat proiiciendo uobis, &c. Ideo dicit scriptura, Maledictus qui facit opus domini negligēter. Biblia nostra habet fraudulenter. Hier. xlviij. Maledictus, scilicet iam in hoc mundo per culpam, & in alio per penam, erit maledictus. No. fraudulenter, quia sicut ille qui de decem solidis domini recipit unum solidū, defraudat dominum. Ita in operibus bonis, in quibus debet esse intentio recta, modus, discretio, diligentia, &c. Si aliquid horum deficiat, defraudatur Deus. De omnibus istis oportet reddere rationem, & nihil habemus in scriptis. Cogitate hic si rex peteret cōputum a dispēsatore sub pena mortis, quod redderet sibi bonum cōputum de dispensatione, quam xx. uel xxx. annis dispensauit, & nihil haberet in scriptis, talis dispensator desperaret. Ita de nobis. Sed ecce remedium & cōsolationē quam dabo uobis. Deus fecit magistros rationales siue computantes ne habeat audire cōputū nostrum. Isti sunt clerici, cōfessores, & quotquot sunt cōfessores, tot sunt magistri, rationem & cōputum recipientes. Si ergo uultis euadere iudicium Christi, reddatis rationem & com-

putum

putum magiſtris iſtis rationalibus ſummarie, quia non debetis dicere in confeſsione indiuidua, ſcilicet peccaui cum tali, uel in tali loco: niſi circunſtantia mutaret peccatum. Item etiam non ſufficit confiteri per genera, ſcilicet peccaui in peccato ſuperbie, auaritie, &c. ſed in ſpecie debetis dicere peccatum, quia ſuperbia eſt genus, & habet multas ſpecies. Idem de peccato auaritie, luxurie, &c. oportet confiteri peccata ſpecifice, in genere non ſufficit. Sed uideatis ne accidat uobis ſicut illi Italico, qui a xv. annis citra non fuit confeſſus, & in paſcha, ut communicaret, uoluit confiteri, & rogabat unum fratrem qui ibat ad predicandum, quod audiret eum, quia non haberet niſi tria paruiſsima peccata, ſcilicet auaritiam, luxuriam, &c. & non credo in Deum. Nota, dicatur quod confeſsiones generales in ſcriptis licet ſint bone ad memorandum peccata, non tamen ad confitendum, quia non tangunt punctum peccati niſi generaliter: peccaui in luxuria per uiſum, tactum, &c. ſed prudens confeſſor debet dicere, qui tactus ſunt, uideamus, &c. Si ergo ad iudicium Chriſti uultis ſecure uenire, confiteamini, reddatis computum magiſtris rationalibus, quia confiteri non eſt niſi redditio rationis. Et quando confeſſor uidet in peccatore contritionem & bonum propoſitum, debet ipſum abſoluere, alias non. Et licet per abſolutionem non detur character, datur tamen quidam ornatus, ut dicunt doctores, intantum quod quando Chriſtus dicit anime in iudicio. Red de rationē, &c, reſpōdet anima, Domine iam reddidi magiſtro ueſtro rationali, qui recepit cōputum. Ecce inſtrumentum in fronte, ubi apparet ornatus qui datur in ſacramento confeſsionis, & Chriſtus eſt cō tentus, ac ſi rex peteret rationem a ſuo diſpenſatore, & reſponderet diſpenſator, Iam reddidi rationem magiſtro ueſtro rationali, ecce hic habeo quittantiam, tunc rex eſſet contentus. Ita Chriſtus de anima. Sed ut melius intelligatis iſtam materiam, ſciendum eſt quod antequā Deus faceret magiſtros rationales ante incarnationem, ipſemet audiebat rationem cuiuſlibet, & erat ita rigidus quod neminem abſoluebat nec recipiebat ad gloriam, ſed poſtquam factus eſt homo, dedit hominibus poteſtatem diuinam, fecit homines magiſtros rationales, quos fecit poſt reſurrectionem, licet promiſiſſet facere, dicens, Amen dico uobis, quecunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in celis, & quecunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in celis. Matthei xviij Licet ante beato Petro ſoli uicario ſuo commiſiſſet hanc poteſtatem, ut patet Matthei decimoſexto. Quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in celis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in celis. Tamen ad uitandum errorem, ne diceretur quod ſolus Papa habet poteſtatem ligandi, &c. poſt reſurrectionē dedit eam dē poteſtatē oībus ſacerdotibus. Cōfeſſor enim in cōfeſsione ligat & ſoluit. Soluūt enim quādo abſoluūt peccatorē ligatū uinculis peccatorum.

Cōfeſsio inſignis eſt ornatus.

Acceptatio penitentie.

rum. Ligant quando peccatori iniungunt penitentiam. Et auisent se confessores, & uideant, ne dent penitentiam peccatori contra eius uoluntatem, & non placentem. Restituere aliena bona oportet peccatorem, quia non est in potestate confessoris dispensare cum possidente aliena bona, quod illa retineat. Ita peccatorem oportet parcere inimicis, si iustificari uelit. Sed alie penitentie sunt arbitrarie, & sunt quasi catene auri, que ligant peccatorem in celo & in terra, tamen post resurrectionem dedit eis executionem, dicens, Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Ioan. xx. Ante Christi incarnationem transierunt ultra quinque millia annorum, & nullus intrauit paradisum, quia Deus qui solus audiebat rationē, neminem permittebat intrare. Nec etiam modo potest aliquis intrare, nisi reddat rationem magistris rationabilibus. Patet nunc respōsio ad primam questionem. Secundo uidendum est in illo iudicio quis loquatur pro peccatore, quia si aliquis rusticus & ignarus nesciens loqui, licet habeat bonū ius, ipsum perderet ex defectu loquele, nisi posset loqui per aduocatum procuratorem multiloquum. Dico quod in illo iudicio quantumcunque rudis habet loqui per se, & non per procuratores. Quomodo scitur hoc frater? Responsio. Ex Dei reuelatione in sacra scriptura. Omnes stabimus ante tribunal, id est cathedram iudicialem Christi. Et sequitur, Vnusquisque nostrum per se rationem reddet Deo. ad Rom. xiiij. Statim quando anima exit de corpore, Christus ostendit se anime, & diabolus accusans stat ad unam partem & angelus ad aliam, & reus in medio, scilicet anima que habet respondere & loqui. O quam durum esset rustico, si sibi diceretur, Vadatis ad audientiam regis, & ibi excusetis uos, maxime si pars aduersa sit eloquens, talis intra se diceret, O miser, quid dicam quando uidebo regiam maiestatem? stabo totus stupefactus. Ita erit in illo iudicio. Dabitur hic exēplum de illo iuuene dissoluto & male uite, cui uidebatur in somnis, q̄ erat ad iudicium ductus, &c. Quando Christus sibi dixit, redde rationem, subito excitatus & territus fuit, & effectus totus canus, &c. mutauit uitam, & decetero uixit sancte. Quando dicebatur sibi, quare facitis tantam penitentiam? Respondit, Si uidissetis que ego uidi, similē uel fortassis maiorem faceretis, &c. Cogitate ergo de isto iudicio, ad quod quilibet habet uenire, & rationem reddere. Non credatis quod fiat uerbo uocali iste compurus, quia nunquam esset factum, sed conscientia que est liber, ubi omnia bona & mala scribuntur, in quo nullus potest legere nisi solus Deus, & tu in tua, & ego in mea, tunc aperītur, nō solum Deo qui iam sciebat omnia, sed etiam angelis & sanctis omnibus, dato etiam quod homo nesciat loqui, conscientia ostendit totum bonum uel malum in iudicio particulari uel generali. De hoc uide sanctum Tho. iiij. scriptu. distin. xliij. quomodo omnia opera uidebuntur

Duo oīno ad salutem necessaria sunt, restituere, atque inimicis parcere.

debuntur ab omnibus in extremo iudicio. Authoritas. Oſtendũt opus legis, ſcilicet ſecundum quod, pro, uel contra legem fecerunt, ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorũ. ad Ro. ij. Aliqui loquuntur ibi non ſolum pro ſe, ſed etiam pro aliis, ſicut ſunt domini temporales. Qui primo reddunt rationem ſiue computũ perſonalem, ſecundo officialem. De perſona quantum ad uitam & bona que fecit. Poſito quod de ſua uita reddat bonum computum, dicet ſibi Chriſtus, Reddidiſti computum de perſona tua, modo redde rationẽ de officio tuo & regimine, tu enim feciſti talem iuſtitiam, &c. Item nomen meum blaſphemabatur, & non corrigebas. Item ſuſtinebas peccata notoria, cuius occaſione uide quot ſunt damnati. Item ut cum peculiis communitatis faceres negotia tua, procurabas tibi propria bona. Item poſuiſti in regimine ciuitatis talem amicum tuum inſufficientem, &c. Fortius eſt illud computum quam perſonale, quia licet bonã uitam tenuerit in ſe, ſed in officio non bene ſe habuit, condemnabitur. Ideo dicit ſcriptura, Judicium duriſſimum his qui preſunt fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia. Potentes autem poteenter tormenta patientur. Sap. vj. Violenter & tracti deberent uenire ad officiũ, &c. clamando, appello appello, &c. Sed modo quilibet uult ſe ingerere. Idem de prelatis eccleſiaſticis, quia licet intrauerit prelatus per portam, & tenuerit uitam ſanctiſſimam in perſona ſua, ſi tamen fuerit negligens de commiſsis ſibi animabus, ex hoc condemnabitur in extremo iudicio Dei. Nam dicetur ſibi a Chriſto, In perſona tua tenuiſti bonam uitam, ſed in officio fuiſti negligens, ſuſtinuiſti talem clericum cõcubinarium. Item non correxiſti uſuratios. Si reſpondeat, Domine timebam inſultum. Reſpondebit Chriſtus, Ideo quia magis timuiſti eos quam me, ibis cum eis ad infernum. Modo uidetis quantum periculũ eſt recipere prelationes. Dicatur hic exemplum de illo qui diu laborauit ut fieret epiſcopus, & parentes ſui quaſi omnem ſubſtantiam expẽderunt pro eo, & finaliter in die conſecrationis fiebant ei multe queſtiones. Poſt hoc querebatur ab eo, Vis epiſcopari? Reſpondit, Et quid oportet dicere, ſi tantum laboraui pro hoc? Sed quãdo fuit ſibi dictũ, Vis reddere rationem Chriſto in die iudicij pro animabus tibi committendis? Reſpondebat, Nolo. Et cum diceret nolo, fuit ſibi dictum, Dicatis, uolo. Reſpondit, omnino nolo. Et ceſsit prelature, dicens, Credebam quod eſſe epiſcopum nihil aliud eſſet niſi comedere gallinas. Ideo de prelatis dicit apoſtolus, Obedite prepoſitis ueſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant quaſi rationẽ pro animab⁹ ueſtris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes. ad Heb. vlt. Patet reſponſio ad ſecundam queſtionem. Tertio uideamus formam & practicam que ibi tenebitur. Iſtam practicam iudex ipſemet dixit in quadam parabola, dicẽs, Homo quidã peregre proficiſcẽs uocauit ſeruos, &c.

Dicatur

Dicatur parabola. Nota, uni dedit quinque partes de pecuniis suis, alij duas, alteri unam. Qui quinque accepit lucratus est alia quinque negotiando. Item qui duas accepit. Sed qui unam, abscondit, &c. timens dominum. Iste homo est Christus. Et peregre profectus est in die ascensionis ultra mare huius mundi, qui mare dicitur propter undas & pericula. Et iuit ad uisitandum sanctuaria in terra sancta. De quo Dauid, Portio mea domine in terra uiuentium. Nos Christiani sumus eius famuli & seruitores, & uni committit quinque partes bonorum, scilicet corpus, animam, diuitias, eloquentiam, & scientiam, omnia bona nobis commissa consistunt in his quinque. Alteri committit solum duo, scilicet corpus & animam. Alteri committit unam, scilicet animam, ut captiuis & infirmis, quia licet habeant corpus essentialiter, tamen nō habent liberum ad operandum, sed animam habent liberam, quia non potest captiuari. Seneca, Errant qui seruitutem putant in totum hominem descendere, corpora obnoxia sunt seruituti, pars melior, scilicet anima, libera est. Si uos habetis captiuos uel captiuas, corpora sunt captiua, non anime, imo uelitis nolitis possunt baptizari. Per baptismū enim anima fit libera, sed non corpus. Post multum uero temporis, scilicet in morte, uenit dominus, ostendens se personaliter aliquibus de speciali gratia, alij presentialiter sibi presentantur. Et qui quinque talenta accepit, dicit, Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. De corpore lucratus sum penitētiam, &c. Ieiunando quadragesimam, & alia ieiunia ecclesie. Item in qualibet hebdomada semel aut bis. Iste est fructus corporis. De anima lucratus sum deuotionem, iste est fructus anime. De diuitiis eleemosynas, quia iste est fructus diuitiarum, uel mutuare sine usuris. Dauid, Iocundus homo qui miseretur, & commodat, disponit sermones suos in iudicio, quia in eternum non commouebitur. De eloquentia lucratus sum orationes, doctrinas, uel predicationes. De scientia fructus contemplationis operum uestrorum, scilicet creationis, redēptionis, &c. Tunc dicit ei Christus, Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui, &c. Matth. xxv. Ecce practicam, que in illo iudicio seruabitur. Venit qui duo acceperat, dicens, Domine duo talenta tradidisti mihi, &c. de corpore penitentiam, & de anima deuotionem, similiter dixit sibi, Euge serue bone, quia supra pauca fuisti, &c. Venit qui unum accepit, & excusauit se, &c. sed non ualet excusatio, quia licet sint captiui uel infirmi de anima, possunt lucrari per amorem ad Deum, sed abscondit sub terra per negligentiam. Ideo auiso, quia multi sunt uocati, pauci uero electi, &c. quia in paradiso non intrant nec auari, nec superbi, nec inuidiosi, nec luxuriosi, & sic de aliis. Sed qui seruant mandata ecclesie, scilicet humiles, misericordes, casti, charitatiui, abstinētes, patiētes & diligētes.

De ead

De eadem dominica ix. post trinit. Sermo iij.

EGo uobis dico, facite uobis amicos, &c. Habet uerbum istud originaliter Luce xvj. & recitatiue in euangelio currentis dominice. Verbum est consilium & doctrina saluatoris nostri Iesu Christi dicentis, Ego uobis, &c. Ad melius intelligendum consilium & doctrinam Christi oportet declarare uobis unam questionem quã fecit beatus Tho. in ij.ij de religiosis dicẽs, Que est melior uita, solitaria an socialis inter gentes? Huic questioni respondet per duas conclusiones. Prima quod personis in scientia & bona conscientia, in bona & uirtuosa, uita perfectis, solitaria est melior. Notanter dico perfectis in scientia, quia solitario necessaria est pfectio scientie, ne indigeat magistro, quia alias leuiter caderet in errorem uel falsam opinionem per diaboli illusionẽ. Item est sibi necessarium quod sit perfectus in sanctitate uite, alias leuiter caderet in aliquod peccatum, uel carnis inclinatione, uel diaboli tentatione, uel mundi occasione: & quis corrigeret eum ex quo est solus de peccatis & defectibus suis? profecto nullus. Ideo requiritur ut sit perfectus in scientia, ne indigeat instructione, & perfectus in uita, ne indigeeat correctione. Et qui aliter recipit uitam solitariam, ponit se in maximis periculis, & est quasi tentare Deum. Ideo dicit philosophus, Homo est animal sociale per naturam, & qui solitarius uiuit, aut est Deus, id est diuinalis, aut bestia. Patet prima conclusio, scilicet quod uita solitaria est melior si recipiatur ut debet recipi, quia includit perfectionem scientie, & bone conscientie. Secunda conclusio quod personis imperfectis, simplicibus, & communibus uita socialis est melior, quia si cadunt in errorẽ uel falsam opinionem instruuntur per alios, uel in predicatione, uel particulari locutione. Item si cadunt in peccata, corriguntur ab aliis. Hoc dicit beatus Tho. & ego inueni authoritatem in biblia. Melius est duos esse simul quam unum, habẽt enim emolumẽtũ societatis sue, si unus ceciderit, ab alio fulcietur. Ve soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se. Et si dormierint duo, fouebuntur mutuo. Vnus quomodo calefiet? Et si quispiã preualuerit contra unum, duo resistunt ei. Funiculus triplex difficile rumpitur. Ecclesiast. iiij. Nota melius est duos esse simul, &c. Et ponit tres rationes.

Triplex armorũ genus, quo oppugnamur. Duo monacho pquam necessaria sunt, sciẽtia & sanctimõia.

Prima est correctio,
Secunda est deuotio,
Tertia est defensio.

Pro prima dicit, Si unus ceciderit, scilicet in peccato, ab alio fulcietur. Ve soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se. Solus

habet

habet conditionem oculi, qui uidet alia, & non uidet se. Item quilibet defectus aliorum cognoscit, & non suos. Ideo est necessaria societas bonarum personarum ad correctionem. Ideo dicit, Ve soli, quoniam si ceciderit, non habet subleuantem se. ibidem eodem cap. sed quando sunt duo, si unus cadit fulcietur ab altero per bona uerba, & per bonū exemplum, sed ue soli, nisi sit perfectus, quia cum ceciderit, non, &c. Pro secunda ratione, scilicet deuotione dicit, Si dormierint duo, &c. usque, calefiet. Verba sunt figuratiua. Lectus dicitur deuotio, in quo dormiunt socij boni, & unus calefacit alium, quia quando uos uidetis quod socius uester orat, ieiunat, &c. dicitis uos, Et quare ego non faciam, &c. & sic accenditur in deuotione. De tertia, scilicet defensione dicit, Si quispiam preualuerit contra unum, &c. usque, ei. Demon magis tentat solitarium quam illum qui est in societate. Sicut ille qui obuiat inimico solo in uia inuadit eū, secus si est associatus inimicus, quia non audet eum inuadere, ita est de demone, quandiu Eua fuit in societate Ade, non fuit tentata, sed quando fuit solitaria. Item Christus quā diu fuit in societate apostolorum & discipulorum suorum, non fuit tētatus a diabolo, sed quando fuit solummodo in deserto, tunc, &c. Personę solitarię habent terribiles tētationes. Vt patet de beato Ambrosio, de beato Benedicto, & multis aliis. Ista est ratio, quare homo timet incedere solus de nocte, &c. sed quando habet bonam societatē non timet. Ideo dicit, Si quispiam preualuerit contra unum, duo resistunt ei, & maxime tres, cum dicitur, Funiculus triplex, &c. quia nō sufficit habere unum bonum amicum, sed duos uel tres. Dicit Sen. in libro de remediis fortuitorum, quod quidam perdito amico flebat dicens, Amicum perdidi. Et Seneca consolando dicebat, Habes alium. Et ille, Vnicus mihi erat. Et Seneca, Et quid tu in tanta tempestate ad unam anchoram stabas? Nauis est uita presens, que magnis tempestatibus fluctuatur. Ideo non sufficit una anchora, nec due, sed tres uel plures requiruntur amici. Ideo dicitur, Funiculus triplex difficile rumpitur, propter hoc dicit Christus in themate, Ego uobis dico, facite uobis amicos, non dicit amicū in singulari. Modo uidendum est qui sunt faciendi amici. Et inuenio quod quilibet debet sibi facere, & procurare tres amicos, scilicet proximum uirtuosum, angelum glorioſum, Iesum Christum totum pium. Isto modo nauis uite nostre erit firma, nec timebit fortitudinem, & sic tenebimus consilium Christi dicentis, Ego uobis dico, facite, &c. Dico primo quod quilibet debet facere ut hēat amicum, proximum uirtuosum, scilicet de bona cōscientia, & uita probata, & uirtuosa. Ratio est, quia certum est quod persona uitiosa, peccatrix, & de mala conscientia non diligit ueraciter seipsam. Imo inimicatur sibiipsi, & odit se. Verbi gratia. Si uos uidetis stare uel sedere aliquam personam in altū in saxo, & uidetis quod proiicit se, quod conteritur

Tres fidi amici.

reritur,& moritur,non dicetis quod talis diligat se,imo odit se. Talis est cõditio persone superbe,que cum posset stare & sedere in firmissimo saxo humilitatis,proiicit se in uentrum superbie, & moritur. Ideo Iob in persona superbi dicit diabolo, Eleuasti me, & quasi super uentum ponens elisisti me ualide,scio, quia morti trades me.Iob xxx. Secundo si uideris quod aliquis sepelit se in fouea sic uiuum, dicetis uos quod ille diligat se?non,imo dicetis quod odit se.Sic facit auarus, qui sepelit se in terrenis.Deus fecit eum rectum,ut uideat celum, & desidret celum & celestia, & auarus non curat, uiuus existens coopert se terra,&c.Ideo contra auaros dicit scriptura, Egredimini super terram, crescite & multiplicamini super eam.Gene.viij. Nota egredimini,scilicet uos auari super terram de fouea auaritie. Crescite,scilicet in meritis,& multiplicamini,scilicet in bonis operibus super terram, nec intra nec infra terram. Tertio si uideris aliquam personam se in ignem proiicientem,non dicetis quod diligat se,imo dicetis, odit se.Sic luxuriosus proiicit se in ignem luxurie. Luxuria autem non est nisi ignis, qui accenditur in persona.Peior igne beati Antonij, quia cõburit corpus & animam.Ignis est,scilicet luxuria, usque ad cõsumptionem deuorans & omnia eradicans germina. Iob xxxj. Ideo luxuriosus quando uult facere illum actum,statim flamme illius ignis luxurie apparent in facie.Quarto,si quis in optimis cibis apponit uenenum & comedit, talis non diligit se, imo odit se.Sic similiter faciunt gulosi, qui in cibis quos Deus ordinauit ad sustinendum corpus, opponunt uenenum intemperantie,quod occidit corpus & animam, quia gulosi perdunt pulchritudinem corporalem,fortitudinem,uisum,sanitatem,& uitam. Item in anima perdunt intellectum, frangunt ieiunia ecclesie, iam ebrij ueniunt ad missam.Ideo dicit scriptura,In multis escis erit infirmitas. Propter crapulam multi obierunt. Qui abstinens est adiiciet uitam.Eccles.xxxvij.Quinto,si uidetis aliquem gladio se percutientem iuxta cor,non dicetis quod diligat se.Sic iracundus gladio odij, rancoris,& ense inuidie occidit se.Qui non diligit manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum,homicida,scilicet suiipsius est.j.Io.iij. Patet ergo clare quod nulla persona uitiosa & peccatrix diligit se,imo odit se.Autoritas.Dauid,Qui diligit iniquitatem,odit animam suam, inquit in Psal.x.Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hostes sunt anime sue.Tob.xij.Fiat ergo ratio.Si persona uitiosa non diligit se,quomodo poterit diligere proximum suum,maxime quia dicit scriptura,Qui sibi nequam est,cui alij bonus erit?Eccles.xiiij.Quia dicit philosophus,Amicabilia que sunt,ad alterum ueniunt ex amicabilibus que sunt ad seipsum.Si ergo peccator nõ diligit se,quomodo diliget te?Si ergo uis habere bonam amicitiam,oportet quod amicus sit persona uirtuosa, alias melius esset non habere amicitiam.Ideo

reſpice bene cum quo habeas amicitiam & communicationem, quia communicatio amicitie cauſat morum ſimilitudinem. Exemplo de pomis, quia uno corrupto corrumpuntur omnia alia, & omnia alia non poterunt ſanare corruptum. Ita eſt in una ſocietate, una mala perſona corrupta, corrumpit omnes alias, & omnes non poterunt ſanare corruptam. Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit, Amicus ſtultorum ſimilis efficietur. Prouerbiorum decimotertio. Ideo primum amicum quem debemus nobis facere eſt proximus uirtuoſus, de quo dicit ſcriptura, Amicus fidelis protectio fortis. Qui inuenit illum, inuenit theſaurum. Eccleſi. vj. Nota amicus fidelis &c. Duo mala habemus in hoc mundo, ſcilicet abundãtiam tribulationum. Secundo defectus conſolationum. Sed bonus & fidelis amicus primo eſt protectio fortis contra tribulationes, aduerſitates, & ſecundo conſolatur. Ideo dicit, Qui inuenit illum, inuenit theſaurum. Dico ſecundo quod quilibet debet facere ſibi amicũ angelum glorioſum. Magnum quid eſt quod poſſumus habere amicum angelum gloriоſum. Dicitur angelus amicus eo, quod habet cõditiones fidelis amici & boni. Amicus fidelis firmus eſt in dilectione, non ſtatim pro nihilo recedit ab amico. Ideo dicit ſcriptura, Amicus ſi permanſerit fixus, erit tibi quaſi coequalis, & in domeſticis tuis fiducialiter aget. Eccleſi. vj. Nota. Amicus ſi permanſerit fixus, quia eſt amicus temporalis & commenſalis. De quibus Eccleſi. vj. Tales non permanent in tempore tribulationis, ut patet in beato Petro, quia antequam eſſet perſecutus, cum eſſet in menſa cum Chriſto dicebat, Domine paratus ſum &c. Sed in aduerſitate negauit eum. Ita eſt de multis. Ideo dicit, amicus ſi permanſerit &c. Iſtam conditionem habet angelus, qui non deſerit amicum ſuum a principio uite uſque ad finem. Nota quomodo quãdo mulier debet parere, Deus uocat angelum, dicens ſibi, ecce uides illam mulierem, modo debet parere, committo tibi prolem. Angelus reputat hoc ad magnam gratiam, & regratiatur Deo, & deſcendit, & citius creatura uenit in manus angeli, in cuius eſt cuſtodia & diligentia, quam in manus obſtetricis. Vos non cogitatis hanc maximam angeli amicitiam. Si rex uellet committere oues ſuas alicui militi, uel comiti, ſtatim indignaretur, nec faceret. Tamen angeli, quorum minor maior eſt papa uel imperatore, libenter ueniunt & recipiunt in cuſtodia oues Dei.

Quod quiſque noſtrũ, angelum habeat cuſtodẽ.

Ideo Hiero. ſuper illo verbo, Dico uobis quod angeli eorum in celis ſemper uident faciem patris mei. Matth. xviij. dicit, Magna eſt dignitas animarum, ut unaqueque ab ortu natiuitatis ſue habeat angelum ſibi delegatum. Item non deſerit per totam uitam, quia tot ſunt demones quod non permitterent hominem facere aliquod bonum, nec predicare, imo quando dormimus ſuffocarent nos, niſi quia bonus angelus

cuſtodit nos. Nos dormimus, & ipſe uigilat. Ecce qualis amicus. Nullus rex uel papa ita bene cuſtoditur a ſuis cubicularijs. Ideo de eo dicit Dauid, Ecce non dormitabit, neque dor. &c. Et ſi aliquando aſcendit in celum, non tamē ex hoc dimittit cuſtodiam, imo ſi uidet diabolum inuadentem amicum ſuum ſibi commiſſum, ſtatim occurrit ad adiuuandum. Item quando facis aliquod peccatum, licet dicat, O iſte ribaldus, non tamen deſerit te, quia ſtatim diabolus te duceret ad infernum. Sed tantus eſt amor angeli quod non dimittet te, nec permitteret quod diabolus faciat contra te. Ideo Dauid, Angelis ſuis mandauit de te &c. In omnibus uijs tuis, ſcilicet per terram, mare. de die & de nocte, dormiendo & uigilando. Item nec in finem deſerit. Quando perſona laborat in extremis, ueniunt demones, & ſi perſona ſit impenitens, demones derident bonum angelum, dicendo, Et quid tu uis hic, quia iſte noſter eſt, quia fecit hoc & hoc &c. Et angelus, Adhuc poteſt Deus ſibi dare contritionem. Et demones, Qualis contritio hominis, qui tenuit talem uitam &c. Et angelus eleuatis oculis in celum dicit, Domine habeatis me excuſatum, & anima ſic impenitens recipitur a demonibus, & angelus aſcendit in celum. Si uero ſit anima perſone penitentis, tunc angelus bonus deridet demones, dicens, Canes quid uultis hic? O dicunt, adhuc poſſet peccare. Et angelus, Non peccabit. Nam Deus qui conſeruauit eam uſque modo, etiam conſeruabit eam &c. Vos non auditis iſtas diſputationes, quia ex peccatis habemus aures obſtruſas. Finaliter angelus recipit animam, & demones fugiunt, & angelus portat animam ſecum in celum. Factum eſt ut moreretur mēdicus, & portaretur ab angelis in ſinū Abrahe. Luc. xvj. Nonne uidetur ergo uobis quod angelus ſit bonus amicus, permanēs a principio uite uſq; ad finem? De hoc authoritas. Ecce ergo mitto angelum meum qui precedat te, ſcilicet in natiuitate, & cuſtodiat te in uia, ecce ſecundū. & introducat te in locum quem preparaui, ecce tertium. Exo. xxiij. Angelus debet fieri amicus ex parte noſtra per orationē. Nā debemus dicere ſibi quolibet die, mane & ſero unā breuem orationē, ſcilicet, Angele qui meus es cuſtos pietate ſuperna, Me tibi commiſſum ſerua, defende, guberna. Dico tertio ꝙ quilibet debet facere ſibi amicum Ieſum Chriſtū totū pium. Bonus amicus eſt homo uirtuoſus. Melior eſt angelus glorioſus. Sed optimus Ieſus Chriſtus piiſsimus & pietate plenus. Tum ratione ſue bonitatis. Tum rōne durabilitatis. Tum rōne utilitatis. Ideo dicit ſcriptura de eo, Amicus fidelis. ſ. Chriſtus, medicamentū uite & immortalitatis: & qui metuunt dominū, inueniūt illum &c. Eccle. vj. Nota medicamentū uite, qa nec proximus uirtuoſus, nec angelus glorioſus poſſunt dare medicinā, & remiſsionem peccatorum, niſi Deus. Quis pōt peccata dimittere niſi ſolus Deus? Mar. ij. Iſtam medicinā dat Chriſtus in hoc mundo. In alio mundo dat medi-

einam immortalitatis in gloria eterna. Iste amicus lucratur per timorem, cum sequitur, Qui metuunt dominum inuenient illum. Qui timet deum eque habebit amicitiam bonam, scilicet Dei. Eccles. vj. Dupliciter potest timeri Deus. Primo seruiliter, scilicet inchoando penitentiam timore pene. Nam penitentiam incipit a timore pene, & procedit in amorem gratie & glorie. Exemplum de acu & filo insuente. Nam acus penetrat pungendo, & filum coniungit & colligit subsequendo. Ita contritio est acus penetrans cor, filum coniungens cum Deo, est propositum bene uiuendi, & sic Christus fit amicus noster. Qui diligit cordis munditiam, scilicet contritionem, Propter gratiam labiorum, scilicet confessionem, habebit amicum regem. prouer. xxij. Ecce quare dicit, Qui di. &c. Secundo debet timeri filialiter, seruando sua precepta. Et talibus dicit ipse, Vos amici mei estis si feceritis que ergo precipio uobis. dicit dominus. Io. xv. Et sic tenebimus consilium Christi. Ego uobis dico, facite uobis amicos &c.

Dominica ix. post festum Trinit. Sermo. iiij.

Qui se existimat stare, uideat ne cadat. j. Corin. x. In presenti uolo predicare unam materiam magni auisamenti uite nostre, secundum quod thema dat mihi motiuum, scilicet quot modis & quibus persone cadūt in peccata. Ideo uolens uos auisare ut caueatis, decreui de ista materia nunc predicare. Salutetur virgo Maria. Resumatur thema. Scriptura sancta, que est os quo loquitur nobis Deus, declarat nobis altitudines & excellentias quas habet persona deuota seruiens Deo, dicens, Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit ualde. Esa. lij. Ponuntur in dicta authoritate quatuor altitudines seu excellentie serui Dei. Sed ut melius intelligatis, sciendum quod in hoc mundo persone habent altitudinem & excellentiam aliquam istarum quatuor rationum, scilicet uel per scientiam, uel per nobilitatem generis, uel per diuitias, uel per potentiam. Istis quatuor modis etiam habet altitudinem & excellentiam persona deuota, que seruit Deo. Primo persone habent altitudinem per scientiam, quando persona est subtilis. Isto modo persona deuota que seruit Deo, habet excellentiam, quia licet nesciat legere, tamen ex bona uita quam tenet habet magnam scientiam: quia habet a Deo magnam claritatem intellectus, quia sine magistro scit quid credendum sit & sperandum. Talibus dicitur, Vnctionem quam accepistis ab eo maneat in uobis, & non necesse habetis ut aliquis doceat uos, sed sicut unctio eius docet uos de omnibus. j. canonica. Io. ij. Per hoc quod dicit, unctionem, denotat claritatem intellectus. Quia sicut naute, qui in fundo maris uolunt clare uidere, emittunt de ore globum de oleo, & tunc uident clare, ita deuote persone recipiūt unctionem claritatis a Deo, sic ergo

Quatuor excellentie quibus contingit homines esse predictos, cum in actiua uita, tum in contēplatiua.

persona

persona est alta per scientiam,& serui Dei &c.Ecce quare dicit,Ecce intelligit seruus meus.Secundo sunt persone alte & excellentes per nobilitatem &c.quia sunt filij regis &c.Ex hoc maiorem altitudinem habet quelibet persona deuota,quia in omni gradu parentele Christus persone deuote iungitur dempto uno,est frater per gratiam, & consanguineus,nepos,& mater,sed non pater,quia Deus pater nulli communicauit,ut sit pater Christi.De ista parentela authoritas.Quicunque fecerit uoluntatem patris mei qui in celis est,ipse meus frater,soror,& mater est,non dicit pater.Mat.xij. Ideo dicit,Ecce seruus meus exaltabitur scilicet per nobilitatem diuinalem.Tertio eleuabitur per diuitias.Ideo dicitur diuiti,in altis habitat,sed diuitie huius mundi nihil ualent respectu diuitiarum seruorum Dei, quia diuitie mundi solum durant hic,& deperdi possunt,& molestant,sed diuitie seruorum Dei,ut uirtutes,& merita,& hic & in alia uita semper durant,& perpetue sunt.Gloria & diuitie in domo eius,scilicet in conscientia,& iustitia eius manet in seculum seculi.Ideo dicit,Ecce seruus meus eleuabitur,scilicet per diuitias spirituales.Quarto exaltabitur per potentiam,ut reges, prelati, & domini temporales. Ista ratione persona deuota exaltabitur intantum, quod quasi est opus responsione sue uoluntatis deliberate,quia nil uult nisi quod Deus uult. Et isto modo loquebatur apostolus di.Omnia possum in eo qui me confortat.ad Phili.iiij.Ideo dicit, Ecce seruus meus sublimis erit ualde.Fiat ergo ratio,si persona que stat in bona uita,est ita alta & excellens ut probatum est,ualde debet se auisare ne cadat per peccatum, quia quãto gradus est altior,tanto casus est periculosior,Propter hoc dicit the.Qui se existimat stare,uideat ne cadat.Patet thema.Vt uos auisem,inuenio in sacra scriptura,quod quatuor sunt occasiones quibus persone deuote cadunt in peccata.

Prima est per diabolicalem tentationem,
Secunda per familiarem affectionem,
Tertia per delicioſam conuersationem,
Quarta per negligentialem operationem.

Quatuor que nos in peccatum precipitant.

Et non sunt plures modi cadendi.Et qui de istis uult se auisare & custodire,semper stabit alte.scilicet in gratia Dei,ergo qui se existimat stare,uideat ne cadat.Dico primo &c.scilicet per diabolicam tentationẽ, quia licet tentatio diabolica non posit cogere liberum arbitrium ad peccandum,tamen illa tentatio habet tantam impetuositatem,quod nisi homo auiset se,uenit cum impetu,& proicit ad terram.Et isto modo,scilicet impetuoso,diruit unum magnum murũ,scilicet Dauid. dicatur historia de Dauid,qui de palatio suo uidit uxorẽ Vrie lauantẽ se,& statim tentatio demonis uenit ad eũ di.O quomodo est pulchra, mittas pro ea & ueniet,quia uir suus non est in ciuitate &c. Dicatur

quomodo peccauit.ij.Reg.xj.O qualis turris erat Dauid,qui puer existens,& custodiens gregē patris,interfecit leonem,ita erat fortis,& tamen non restitit tentationi.Ratio,qa uenit impetuose.Ideo dixit ipse, Impulsus euersus sum ut caderē,& dominus suscepit me.Et dat remedium ne deceterο homo cadat,di. Fortitudo mea & laus mea dominus,& factus est mihi in salutem.Psal.cxvij.Sicut ille qui stat solus,& non se tenet ad columnā,leui impulsu cadet,sed qui se tenet fortiter ad columnam fortissimam,scilicet domini,duobus brachiis amplexando,scilicet uigilia & oratione,talis etiam ad magnū impulsum non cadet,ideo quia dominus fortitudo eius.Ecce quare dicit,Dominus fortitudo mea.quasi dicat,ego ex me non sum fortis,sed domine teneas uel sustentes me.Istud consilium non solum est Dauid,sed etiam Christi Iesu,qui in nocte passionis dixit apostolis,Vigilate & orate,ut non intretis in tentationem.Matth.xxvj.Sed quia non tenuerunt consilium eius,ideo impulsi tentatione ceciderunt fugiendo,&c.Patet ergo quare aliqui cadunt diabolica tentatione.Ideo remedium est uigilādo in oratione appodiare se. Ideo dicit thema,Qui se existimat,&c. Dico secundo quod secundus modus, quomodo persona deuota cadit,est familiaris affectio. Et iste multos & multas prosternit,quando enim religiosus, uel clericus,seu heremita est deuotus, & bone uite, stat alte in gratia,& quando diabolus non potest ipsum diruere impingendo,ponit sibi in uia scandalum,ut ibi impingendo cadat.Scandalum est familiaritas alicuius mulieris, etiam deuote & benigne,bone intentionis,sed paulatim cadunt. Et sicut grauius cadit ille qui impingit quando currit,quam ille qui uadit spatiose, sic grauior & periculosior est casus persone deuote cutrentis ad paradisum per magna opera,quam illius qui leuiter ambulat. Ideo auiso uos.O quot sancte persone fuerunt in mundo,que cum maximo feruore spiritus inceperunt uitam sanctam,cutrentes ut cameli, sed impingendo ceciderunt. O quot mulieres deuote,que quando uident aliquem religiosum,deuotum,uel clericum,cupiunt habere suam familiaritatem etiam bona intentione,dicendo,O quomodo est iste gratiosus homo,ego faciam amicitiam cum eo.Dicatur hic historia,que contigit in Italia de filia illius Comitis deuotissima:que clam dimisit patrem, & in habitu dissimulato iuit Romam,&c. Tunc fuit uerificata prophetia illa Hiere.Fortis impegit in fortem,& ambo pariter conciderunt. Hiere. xlvj. Quia fortis erat illa puella,& fortis ille sanctus sacerdos. Ideo mulieres uos auisetis,quod uos cum nullo quantumcunq; deuoto recipiatis familiaritatem,nec intromittatis uos de coquina. Dicatis sibi, Pater orate pro me,& orabo pro uobis,ego nō sum coquinaria,&c.Ideo dicit scriptura,In uia ruine nō eas,& nō offendes in lapides, nec credas te uie laborioso,ne ponas anime tue scandalū.Eccle.xxxij.Via ruine, scilicet

caden

cadendi, est familiaritas. Ibi offenditur in lapides peccatorum. Via est laboriosa propter corporis & anime perditionem, ergo, Qui se existimat stare, &c. Tertius modus cadendi est per delicioſam conuersationem, quando scilicet tenent bonam uitam, sed de deliciis mundi uolunt quantum possunt recipere sine peccato. Isti cadunt non impulsi, nec offendendo, sed ex lubricitate uie. Quia sicut ille qui uadit per uiã lutosam, licet non impellatur, nec inueniat scandalum, cadit ex lubricitate, quod non fieret si per uiam siccam incederet. Ita quando persona uult ire per uiam deliciarum, bene comedere, & sepe rigare guttur, dicendo, Vere istud non est peccatum, ex quo homo non frangit ieiunia ecclesie, item comedere carnes, portare camisiam, talis diu stare non potest secundum Ber. Lubricauerunt uestigia nostra in itinere plateaꝝ nostrarum, appropinquauit finis noster. Threno. iiij. Nota differentias inter plateas & uicos. Platee sunt late, & signant personas, que late uadunt in deliciis, &c. Per uicos strictos signantur persone, que restringunt se a deliciis, &c. & uadunt sine periculo de luto. Sed de illis qui uadunt ad plateas deliciarum dicentibus, Hoc bene potest fieri, quia non est peccatum, dicit, appropinquauit finis noster, scilicet bone uite. De istis Dauid concordans cum Hieremia dicit, Ipsi obligati sunt, id est inuoluti, & ceciderunt, Psal. xix. Remedium quod habemus ad hoc dat Apostolus dicens, Carnis curam ne feceritis in desideriis, ad Roma. xiij. licet bene in necessariis. Quia quando persona deuota infirmatur, que alias non consueuit comedere carnes, nec dormire in lecto, sed consueuit portare cilicium, in infirmitate non debet ista seruare. Quia sicut asinus oneratus cadens in terram non potest comedere, & eleuari, nisi onus deponatur, quo eleuato iterum reponitur sibi onus: sic persona de penitentia est ut asinus, supra se portans onus penitentie, que si cadat per infirmitatem, debet deponere onus, quia alias non posset curari, satis penitentie est habere patientiam in infirmitate. Post curationem resumatis onus. Ecce quare dicit, Carnis curam ne feceritis in desideriis. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam necessariis. ad Ephesios v. Quartus modus est per negligentialem operationem. Deuotio enim spiritualis, & orationes, & omnia penitentialia sunt fortitudines, sustinentes personam in altitudine gratie Dei, quia si dimittantur ex tedio uel negligentia, incipit persona refrigescere, & ad casum disponitur. Verbi gratia, De religioso uel clerico deuoto, quando dicitis, quid oportet me surgere ad matutinas ita mane, uel orare gembus flexis, & sic de aliis, & paulatim dimittit, talis in breui cadet, quia deuotio que est fortitudo deficit, & licet non sit impulsus a demone, nec inueniat scandalum in lubricitate uie, cadit tamen ex negligentia. Abierunt retrorsum, scilicet dimittẽdo bonam uitam & penitentiam, & ce-

ciderunt in terram. Ioan. xviij. Super hoc habemus cõsilium a Christo dicente allegorice, Accinge lumbos tuos, & tolle baculũ meum in manu tua, & uade. iiij. Reg. iij. No. Accinge lumbos tuos, quia sicut quando quis uadit sine cinctura, plice tangunt terram. Ita negligentes uadunt ad terram. Ideo dicit, Accinge, &c. & tolle baculum meum in manu tua, scilicet baculum crucis. Quia sicut ille qui surgit de infirmitate est debilis, & sustentatur baculo ne cadat, ita persone deuote, si aliquoties attedientur, uel sint negligentes & debiles, sumant & uideant baculum, scilicet Christi crucem & passionem, non solum oculis, sed etiã manibus operando. Maius cõfortamen quod possumus habere in bonis operibus est memoria passionis Christi. Verbi gratia, Si habetis tedium de ieiunio, cogitate ieiunium Christi, & prandium quod habuit in cruce. Si de despectione habetis tedium, cogitate quid dicebatur Christo, Vah qui destruis, &c. Si pulices uos inquietant, cogitate punctiones Christi in capite, & manibus, & pedibus. Si de paupertate tedium habetis, cogitate Christum nudũ in cruce. Ecce quare dicit, Accinge lumbos tuos, &c. Ergo qui se existimat stare, uideat ne cadat.

De eadem Dominica ix. post festum Trinitatis.

Sermo v.

TEntatio uos non apprehendat, nisi humana. j. Corin. x. Quia hoc uerbum habet difficultatem in theologia, cogitaui in isto sermone uobis ipsum declarare pro cõsolatione, &c. Salutetur uirgo Maria, &c. Et resumatur thema. Doctrina est communis in sancta theologia, ꝙ si Adam non peccasset, omnes fuissemus in paradiso terrestri, & sine labore, tribulatione, seu difficultate introissemus gloriã paradisi. Quia sine labore & difficultate fecissemus bonum, Sed ex quo Adam peccauit, in ipso nos facti sumus omnes exules in hoc mundo. Et cum magnis difficultatibus, laboribus, periculis, habemus lucrari paradisum celestem. Recte uidetur mihi fore simile cuidam parabole de quodam nobili uiro, habente plures filios, quibus dicebat, sitis boni. Ecce ista hereditas erit uestra. Semel autem isti filij fecerunt quoddam malum magnum, propter quod pater expulit eos de domo sua. Et ipsi iuerunt per mundum, & passi sunt multa mala, ibant mendicando, &c. Tandẽ quidam bonus homo ex compassione interposuit se inter filios & patrem, &c. Et pater precepit eis cum tali conditione, quod nullo modo possent habere hereditatem eis prius promissam, nisi prius lucrarentur eam armis bellando, & si essent uictores, daret eis hereditatem, aliter non. Ita recte accidit nobis ex ingratitudine, quam fecerunt homines, scilicet Adam & Eua. Deus pater qui parauerat gloriam, &c. expulit homines in hunc mundum, in quo multas tribulationes passi sunt. Sed uenit Christus, & posuit se inter Deum patrem & homines.

Vnus

Vnus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. j. Timo. ij. Et finaliter reconciliauit nos Deo patri, sed tali conditione, ut non habeamus gloriam, ut prius habuissemus, sed cum laboribus & periculis, exercitando nos in armis, & si etiam simus ualentes & uictores, habebimus hereditatem, aliter non. Ex ista ueritate coactus fuit Paulus dicere, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum. Acto. xiiij. Ex ista ratione Iob illuminatus a spiritu sancto assimilauit uitam nostram militie, dicens, Militia est uita hominis super terram, & sicut dies mercenarij dies eius. Iob vij. Ratio, quia si miles uel mercenarius bene laborat, meretur stipendium, aliter non, sed punctionem. Idem de nob. Notate hic: in Biblia nostra habetur, Militia est uita hominis. Translatio antiqua & approbata habet, Tentatio est uita hominis. Vnde mirum est de tanta diuersitate in translationibus, que tamen a spiritu sancto fuerunt facte, illuminando translatores. Ideo Apostolus j. Corint. xij. inter gratias spiritus sancti ponit interpretationem, quare ergo translator posuit ibi, Militia est uita hominis, cum habeatur, tentatio est uita hominis? Respondeo, quod spiritus sanctus hoc fecit ad significandum per ista duo uerba quod per unum non poterat dici, Vita enim nostra dicitur militia respectu stipendij, & dicitur tentatio respectu nostri posse. Iam scitis, quia milites & homines armorum sponte militant pro stipendio, &c. ita nos pro gloria obtinenda. Ideo dicitur, Militia est uita hominis, Sed dicitur tentatio proprie seu probatio, hoc ostendit posse nostrum, quia in nostra militia habemus tantum posse, quod non possemus uinci nec capi coacti, quia nullus potest capere uel cogere liberum arbitrium ad peccandum. Milites tamen multoties uincuntur & captiuantur, sed nos non. Ideo dicitur tentatio. Quia diabolus non potest cogere liberum arbitrium, sed uadit in circuitu ad tentandum si posset capere, &c. De isto posse dicit Apostolus, Fidelis autem Deus est, qui non patietur uos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. prime Corinthiorum x. propter hoc dicit thema, Tentatio uos non apprehendat, &c. Adhuc restat difficultas. Que est ista tentatio humana? Pro huius difficultatis solutione, nota quod tres tentationes in summa inuenio, quas habemus in hoc mundo. A prima & secunda est ualde cauendum, quia cadere in illas includit peccatum mortale. De tertia non possumus nos cauere.

Prima est tentatio diuinalis,
Secunda est tentatio diabolicalis,
Tertia est tentatio humanalis.

Ideo dicit thema, Tentatio uos non apprehendat, &c. scilicet diuinalis, nec diabolicalis, sed nisi humanalis. Dico primo quod prima tentatio

tatio est diuinalis, quando Deus tentat aliquem, non tamen credatis quod tentatio diuina sit inclinando ad peccatum, quia Deus non est causa peccati, nec inclinat ad peccatum. De hoc uide sanctum Thomam prima secunde questio. lxxxix. articulo primo. imo dicit scriptura, Nemo cum tentatur dicat quoniam a Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est. Ipse autem neminem tentat, supple ad peccandum. Iacobi primo. Queritur ergo, Que est tentatio diuina? Ad quod dico, quod diuina tentatio est ad probationem creature, non Dei, quia Deus omnia nouit, sed ipsius creature. De hoc uide sanctum Thomam prima parte, questio. cxiiij. artic. ij. Et si in tentatione tentatus teneat se fortiter, dat gloriam Deo. Si defecerit, conetur ad hoc quod peniteat, & quod ceteris sit in exemplum. Ista tentatio fit a Deo dupliciter. Primo per prosperitatem. Secundo per aduersitatem. Dico primo quod aliquoties Deus tentat de honore, sanitate, & sic de aliis, non inclinando ad peccatum, sed ut tu scias & cognoscas te, & aliis sis exemplum, quasi dicat Deus, Videamus quid faciat iste. Ad intelligendum hoc dicatur quomodo domini quando nouiter recipiunt unum seruitorem probant eum, dimittendo florenos scienter in aliquo loco, uel aliquid simile, non quod dominus uelit seruum recipere florenos, sed ut probet eum, &c. & si abscondit florenum, fur est, & expellit ipsum de domo sua, si reuelat, reputatur bonus & fidelis. Idem de domina probante ancillam in pecuniis, uel iocalibus, seu escis, uel uino, si sit fidelis, &c. Isto modo Deus tentat nos. O quot latrones & fures sunt in domo Dei, Deus tentat eos, & ipsi non se auisant. Verbi gratia, Quando est magna fama de aliquo diuino, sortilego, seu incantatore, quod fecit magnas curationes, quas sanitates Deus operatur, tentat uos ut experiatur quid facietis, quando dicitur uobis, uultis sanari de tali infirmitate, uel inuenire rem perditam, uadatis ad talem, &c. Et modo quid facitis? transitis ad diuinos, sortilegos, contra Dei uoluntatem, &c. Idem de fulguribus, &c. Dicitur uobis, faciatis sic, dicatis talia nomina, quia probatum est quod non erit malum tempus, &c. tentatio est. O quot sunt latrones, furando Deo honorem diuinum, & diabolo offerunt eum. Dicatur etiam contra mulieres, que tot faciunt truffas. Contra istas tales ecce textus sacre scripture, Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium uidisse se dicat, & predixerit signum atque portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi, Eamus & sequamur deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis, non audies uerba prophete illius aut somniatoris, quia tentat uos Dominus Deus uester, & palam fiet utrum diligatis eum an non in toto corde, & in tota anima uestra. Deutero. decimotertio. Dimittatis ergo talia, & recurratis ad nomen Iesu. Dicatur de uirtute eius, & modo dicendi super infirmitatem uel plagam. Secundo tentat Deus

per

per aduerſitatem. Quando perſona uult facere aliquod bonum opus, Deus procurat aliquam aduerſitatem, ut probetur quid faciat, ſemper intelligendo ut dixi, quia Deus nihil ignorat. Pro intellectu huius dicatur, quod ſemel quidam miles habens inimicos recepit nouiter unum ſcutiferum in ſuo ſeruitio, quem uolens probare, tractauit cum duobus amicis ſcutifero ignotis, quod in uia inuaderent militem & ſcutiferum. Cumque illi duo inuaſiſſent militem ut erat ordinatum, clamantes, interficiatur, tunc ſcutifer deſerens dominum ſuum fugit. Propter quod dominus expulit eum de domo, &c. Iſto modo Deus tentat nos, quando aliquis religioſus, clericus, uel ſecularis recedit a mala uita quam tenebat, & incipit bonam uitam, ſeruando ſuam religionem, faciendo penitentiam. Talis ſe tunc ſociat cum milite, ſcilicet cum Chriſto. Sed dicit Deus, Videamus, probetur iſte, parat tunc unum, duos, uel tres aduerſarios ut probetur, qui ſunt dolor, infirmitas, &c. Statim quando incipit ſeruire quis Deo, ueniunt dolores in capite, uel ſtomacho, &c. Non debemus fugere, quia tentatio eſt ad probandum. Idem de infirmitatibus. Idem de linguis gentium dicentium, Ille eſt hypocrita, ut habeat miſſas ſancti Amatoris. Mane in propoſito, quia tentationes ſunt. Non dicatis, O miſer, ante eram quietus ab iſtis, non poſſem ſuſtinere, &c. Idem de tentatione, de fide catholica, non dicatis, O miſer, ego non conſueui habere iſta, &c. Reſiſtite fortiter, quia tentationes ſunt. Ecce quomodo Deus tentat per aduerſitatem. Ad hoc dicatur exemplum de Abraham Geneſis uigeſimoſecundo, Tentauit Deus Abraham, &c. Dicatur hiſtoria breuiter, quomodo illa tentatio fuit Abrahe in laudem Dei, & augmentum meriti. Item fuit in exemplum obedientie nobis per locum a maiori. Si Abraham in re tam magna & difficili fuit Deo obediens, quanto magis nos, quibus non precipit interficere filios, &c. ſed precepta connaturalia, &c. Ideo dixit Deus Abrahe, Quia tu feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum. Et in ſemine tuo, ſcilicet Chriſto, benedicentur omnes gentes terre. Geneſis uigeſimoſecundo. Ecce quomodo Deus tentat nos proſperitate & aduerſitate. Ideo nec propter proſperitatem habendam, nec propter aduerſitatem fugiendam faciamus contra Deum, ſed ſeruemus eius precepta. Fili accedens ad ſeruitutem Dei ſta in iuſtitia, id eſt penitentia, & in timore, id eſt deuotione, & prepara animam tuam ad tentationem. Eccleſiaſtici ſecundo. Dico ſecundo quod tentatio diabolica. Iſta fit ex malitia, ſicut diuina ex miſericordia eſt, quando diaboli cogitant gloriam, quam perdiderunt, & uident, quod nos, reſpectu eorum, ſumus formice, & quod acquirere debemus illam gloriam, dicunt malitioſi, Impediamus eos & tentemus. Ecce malitia. Ideo dixit

beatus

beatus Petrus cuidam qui fecerat quoddam magnum peccatum, Cur tentauit Satanas cor tuum. Act.v. Et inueni quod diabolus tenet tres modos tentandi, scilicet piscatoris, aucupis, & truffatoris. Piscator uolens capere pisces, primo proiicit escam sine hamo, non quod capiat pisces sine hamo, sed probat si pisces comedant. Sed hoc ideo facit, ut post cum hamo possit capere, & eos interficere. Ita facit diabolus, primo proiicit escas cogitationes, participationes alicuius mulieris, ut post cum hoc peccato capiat te. Authoritas. Nescit homo finē suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, sic capiūtur homines in tempore malo. Eccles.ix. tempore malo, id est tentationis. Et sicut pisces non statim sentiunt hamum, sed quando trahuntur ad littus. Ita tu modo non sentis hamum peccati, sed quando traheris ad littus, scilicet finem uite, &c. Secundo diabolus tentando tenet modum aucupis, auceps ponit granum ut capiat uolucrem, qui cum capit granum, capitur. Ita diabolus capit uolucres, religiosos, clericos, &c. cum grano honoris & prelationis, seu dignitatis, quādo audiūt, talis episcopus est mortuus, diabolus statim tentat, dicens, O si tu posses habere illum episcopatū, hoc posses facere cum rege, &c. Idem de secularibus, de aliquo officio dādo a rege, dicit tentatio, O si tu modo posses habere, quia rex promisit alteri. Ego diffamabo eum quod non est fidelis regi, &c. Ideo Eccle.ix. Sicut aues comprehenduntur laqueo, sic capiūtur homines, &c. cum eis extemplo superuenerit. Item diabolus tertio modo tentando tenet modum truffatorum. Dicatur de fabreferrariis proiicientibus ferraturam ignitam in uicum, ut decipiant simplices, ut rideant. Idem de argentariis, ptoiiciendo florenos, &c. Ita recte facit demon, quando dicitur uobis, talis persona uel communitas indiget c. uel mille florenis ad mutuandum. Ideo si uultis uos mutuare, respōdebitur uobis loco & nomine census, dabūtque pro centum mutuatis quinque, modo diabolus proiicit ferrum calidum uel florenum, ut comburat animam uestram per auaritiam, quia ex mutuo recipere aliquid usura est & damnatio, nisi sit uera emptio & uēditio, & pretium iustum, alias usura est. Dicatur hic exemplum beati Antonij, qui inuenit pomum auri in deserto ex diaboli tentatione preparatum, &c. Propter hoc dicimus in ultima petitione de Patet noster, Et ne nos inducas in tētationem, id est ne permittas nos induci in tentationem. Sed libera nos a malo. Ergo tentatio uos nō apprehendat. Tertia tētatio est humana, que de se solum uadit ad ueniale peccatum. Tentatio humana dicitur que est solū infra limites sensualitatis sine assensu rationis. Verbi gratia. Tu uides inimicum tuum, subito sanguis tuus mouetur ad uindictam. Ista est tentatio humana, quia naturaliter mouetur ad uindictā, quia etiam formica quantū potest si iniuriatur uindicat se, sed auiseus uos ne ratio consentiat, quia tunc iam non esset ueniale, sed mortale.

Item

Item quando tu uides pulchram mulierē, ſubito ſanguis mouetur, &c. tentatio eſt humana. Sed ſi dicas, uideamus ſi potero peccare cum ea, &c. mortale eſt. Idem de motu auaritie, quādo eſt intra limites ſenſualitatis, ueniale eſt. Idem de ieiuniis eccleſie, quādo homo uidet de mane uinum, & homo tentatur bibere de mane, tentatio eſt humana, ex quo ſolum eſt intra limites ſenſualitatis, quia intellectus non conſentit, ueniale eſt. Et quia talis tentatio non uenit a Dei miſericordia, nec a diaboli malitia, ſed a concupiſcentia. Authoritas. Iac. j. Vnuſquiſque uero tentatur a ſua concupiſcentia abſtractus, ſcilicet a bona cogitatione, & illectus, ſcilicet ad malū. Deinde concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum, ſupple ueniale. Peccatum uero cum conſummatum fuerit, ſupple per conſenſum rationis, generat mortem, id eſt peccatū mortale. Nota illectus, id eſt inclinatus ſeu attractus, quia quando homo uidet penitentiam obiecti, ſcilicet occaſionem peccandi, homo poſtpoſita bona cogitatione in qua ſe debet occupare, cogitat circa peccatum, intra ſe dicendo, O tu poſſes hoc ſic uel ſic facere, &c. Ecce quare dicit, Tentatio uos non apprehendat, niſi humana, quia ex iſta non perditur gratia.

Intra ſenſualitatis limites non peccatur mortaliter.

Dominica ix. poſt trinitatem. Sermo vj.

VM defeceritis, recipiant uos in eterna tabernacula. Luce xvj. Pro declaratione thematis ſciendum eſt, quod ſecundum reuelationem factam beato Paulo, quando fuit raptus, &c. ij. Cor. xij. quam reuelationem reuelauit beato Dionyſio ſuo diſcipulo, & ipſe Dionyſius nobis reuelauit in libro de celeſti hierarchia, quod in celo ſunt nouem ordines angelorum, & quilibet ordo eſt maior toto mundo, eſt ibi tanta pulchritudo, tanta, &c. quia ſi poſsibile eſſet ſolum habere caput intra celum, & uidere ſolum materialia, nunquam homo uellet eſſe alibi, nec comedere nec bibere. quid ſi uideret ſpiritualia? Vnde Iſaie lx. Tunc uidebis, & affluēs, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum.

Primus ordo eſt angelorum,
Secundus archangelorum,
Tertius principatuum,
Quartus poteſtatum,
Quintus uirtutum,
Sextus eſt dominationum,
Septimus thronorum,
Octauus Cherubimorum,
Nonus Seraphimorum.

Ordines celeſtium ſpirituū.

In primo principalis angelus, & primus eſt Raphael. De quo Tob. iiij. & eſt ibi magna exceltia. Secūdus ordo eſt altior & pulchrior, &c. & eſt primus Gabriel, de quo canit eccleſia, Quē Gabrielis archāgeli dictis

dictis credidiſti. Tertius eſt principatuum, altior & pulchrior precedentibus, & iſtius primus eſt Michael. Danielis x. Ecce Michael unus de principibus primis. Quartus eſt poteſtatum altior & propinquior. Et ſic aſcendendo uſque ad ordinem Seraphinorum, & quanto propinquiores ſunt Deo, tanto excellentiores ſunt. Sed notitiam eorum in indiuiduo horum ordinum non habemus, quia notitiam eorum noluit Deus in ſacra ſcriptura reuelare, propter tantam dignitatem, altitudinem, & propinquitatem ad Deum. Iſte eſt ordo paradiſi, & in ſacra ſcriptura aliquãdo uocatur domus. Sicut enim in palatio magno ſunt multe domus, una pulchrior alia, ſic eſt in caſtro celi. Vnde, In domo patris mei manſiones multe ſunt. Ioan. xiiij. Item alibi platee uocantur, quia ſicut platee habent magnum ſpatium, ſic ille manſiones ſunt maxime, quia minima ſtella que in firmamẽto eſt maior tota terra ſeptempliciter, ut dicunt aſtrologi. Multo ergo maiores ſunt platee paradiſi. Vnde, Platee ciuitatis, ſcilicet paradiſi, aurum mundum, tanquam uitrum perlucidum. Apoc. xxj. Item aliquando uocantur tabernacula nobilium exiſtentium in atmis, que ſunt pulchra &c. ſic etiam ad hoc propoſitum loquitur thema, Cum defeceritis in uia, &c. defeceritis de hac uia, &c. Patet thema. Modo autem exiſtimo quod multi ibi ſunt recepti, ſed ſecundum differentiam quam ponit Aug. in lib. de cura mortuorum agenda. Ibi dicit quod ſunt aliqui peruerſi & mali, aliqui boni nõ perfecti, aliqui boni & perfecti. Et de iſtis ultimis loquitur thema, Cum defeceritis. Primi ergo ſunt mali & peruerſi, qui ducũt malam uitam, id eſt uiuunt ſecundum carnis inclinationes, exiſtentes ſuperbi, auari, inuidi, &c. moriuntur impenitentes, tales cum maximo impetu ad infernũ deſcendunt, ſicut fulgur de celo cadit. Vnde Apoc. xviij. Suſtulit unus angelus fortis lapidem quaſi molarem magnum, & miſit in mare dicẽs, Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & ultra non inuenietur. Interpretatur autem Babylon cõfuſio Hebraice, & ſignificat peccatores nullũ ordinem ſeruantes, & religioſos nec regulam nec cerimonias ſeruantes, ſed malum exemplum prebentes. Nota, de quolibet ſtatu non tenenti ordinem ſuum dicitur, Babylon, id eſt confuſio, quia confuſio eſt contraria ordini, iſti mittuntur in mare inferni, &c. De iſtis Iob xxj. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcẽdũt. Nota in bonis. Diuites in exceſsibus cibi, potus, & ueſtium, & ſic de aliis. Vnde mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno. Luc. xvj. Et notandũ quod ſicut in pomo ſunt domicilia ubi ſunt grana, ſic in quatuor partibus terre ſunt quatuor camere.

Prima eſt infernus peruerſorum,
Secunda eſt limbus puerorum,
Tertia eſt locus purgandorum,
Quarta eſt limbus patrum.

Et ille

Et ille dicitur ſinus Abrahe,in quem modo nullus intrat. Nota de limbo puerorum, quomodo eſt locus pro pueris cum originali peccato decedentibus,& in inferno ſepeliuntur illi peruerſi.Sed dicitur in ſymbolo, Deſcendit ad inferna,quia ſicut in celo ſunt nouem ordines angelorum,ut dictum eſt,ſic in inferno ſunt nouẽ carceres. Nam in principio mundi quando Deus creauit celum & terram,in celo ſimul creauit nouem ordines angelorum. De hoc uide ſanctum Tho.in j.parte. q.lxj.articulo iij.& quarto. Nota de ſuperiori ordine, erat Lucifer.De hoc uide ſanctum Tho.j.parte.queſtione lxiij.art.vij. qui uidẽs omnes creaturas inferiores ſe,ſuperbiuit,uolens equiparari Deo. O dicit, & dixit Deus,Non habitabit in medio domus mee qui facit ſuperbiam, qui loquitur iniqua,&c.ut dicitur in Pſalmo c. Tunc factum eſt preliũ magnum in celo,& ceciderunt ſicut fulgur. Vnde, Videbam Satanam ſicut fulgur de celo cadentem.Luce decimo.Et qui erat altior ante caſum in celo, factus eſt inferior poſt ipſum in inferno. Exemplum de lancea, in cuius cacumine eſſet una groſſa plumbata,& conſequenter alie octo in eadem deſcendendo, ſemper groſsior in deſcenſu eſſet prior,ſic in caſu angelorum. Nota quia quanto gradus altior, tanto caſus grauior.Et ſecundum quod deſcenderunt & reliquerunt nouem ordines angelorum in celo, ita conſtituerunt nouem carceres in inferno De quibus loquitur Iob, Ducunt in bonis dies ſuos,& in puncto ad inferna deſcendunt, ſcilicet ad careeres inferni ſecundum eorum demerita.Vnde,Quomodo cecidiſti Lucifer qui mane oriebaris, Corruiſti in terram qui uulnerabas gentes. Qui dicebas in corde tuo, In celum conſcendam,ſupra aſtra Dei exaltabo ſolium meum,ſedebo in monte teſtamenti,in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium,ſimilis ero altiſsimo.Veruntamen ad infernum detraheris,in profundum laci.Qui te uiderint,ad te inclinabũtur,teque proſpicient.Iſaie xiij.Nota qui te uiderint,ſcilicet per peccatum,ad te inclinabuntur,ſcilicet ad tuos.Vultis ſcire qui ſunt in primo carcere,qui eſt deputatus pro his qui fuerunt de ordine angelorum?homines uoluptuoſi,uiuentes ſecundum deſideria carnis ſine penitentia.Luc.xiij. Niſi penitentiã egeritis, omnes ſimul peribitis. In ſecundum carceré deſcẽdunt indeuoti,puta religioſi,&c. De quibus dicitur,Populus hic labiis me honorat,cor autem eorũ longe eſt a me,&c.Iſa.xxix.& Mat. xv.In tertio carcere ſemper deſcendẽdo,qui eſt deputatus pro his qui fuerunt de ordine principatuum,ſunt incompatientes & immiſericordes.In quarto,in quo ſunt qui fuerunt de ordine poteſtatum,ſunt impatientes.In quinto,in quo ſunt qui fuerunt de ordine uirtutum, ſunt diſcordes, inuidi,qui nunquam habent pacem,nec in conſcientia,nec cum proximo,& illi qui nolũt parcere, ſed uindictã querunt. In ſexto, in quo ſunt qui fuerunt de ordine dominationum, ſunt tyranni, magnates,

gnates, qui obtinent dominationes tyrannice sine iure, & post nō faciunt iustitiam, sed consumunt pauperum bona, & deuorāt pauperes. In septimo, in quo sunt qui fuerunt de ordine thronorum, sed descendunt prelati & presidentes, qui usurpant beneficia ecclesiastica, possidentes ea per simoniam, sine pura & canonica electione uel prouisione, & prouidentia Pape, quia non intrant per ostium. Io. x. uēdunt sacramenta, non curant de animabus, sed tantum de denariis. In octauū carcerem, in quo sunt qui fuerunt de ordine Cherubimorum, descendunt dubitantes in fide, uolentes arguendo probare articulos, unde cadunt in uarios errores, & falsas opiniones, & tales sunt fatui, uelut qui uellet cū igne cādele probare florenos an sint de puro auro, quos debet reponere in bursa tanquam probatos. Sic de articulis fidei probatis in tot fornellis doctorum, &c. Ideo tenere eos debemus in bursa conscientie tanquam ueros. In ultimum carcerē, in inferno, ubi sunt qui fuerunt de supremo ordine, scilicet Seraphimorum, descendūt blasphemi, taxillatores, &c. quos Lucifer terret. Remedium, si quis quenquam predictorum carcerum incurrisset, demeritorie potest per tria opera euadere, scilicet per cordis contritionem, oris confessionem, & operis satisfactionem. Ecce uera penitentia que ducit ad celum. Penitentiam agite, &c. Matthei iiij. scilicet ut cum defeceritis, &c. Secunda conditio mortuorum est, quod mortuorum quidam boni sunt, & nō perfecti, quia multa peccata fecerunt & penituerunt, tamen non condigne fecerunt, ut Maria Magdalena, que cōdigne & plene satisfecit, tamen est regula theologie, quod contritio quātumcunque parua sit sufficit ad deletionem culpe, & tales suscipiunt penitentiam a confessore, qui debet dare paruam, ut possint facere, aliter esset periculum, quia si daretur grandis penitentia, forte non facerent eam. Et isti non sunt mali & peruersi, sed boni mediocriter, & tales uadunt non ad infernum, sed ad purgatorium, ubi cum fuerint purgati, uadunt ad paradisum, & de hoc sunt securi. Et quis portat animam? Dicūt aliqui quod diabolus: non est uerum, sed angelus. Et dat exemplum sanctus Tho. in quarto sentētiarum de duobus bellantibus. Finito bello uictor ducit uictum, & non econuerso. ij. Petri ij. A quo quis superatus est, huius & seruus est. Modo iste mundus non est nisi unus campus, in quo militamus contra diabolum, mundum, & carnem. Vnde militia est uita hominis super terram. Iob vij. Ideo quando bellum est finitum, & homo habet uictoriam penitendo, quando anima exit a corpore, tunc diabolus uictus fugit, & angelus bonus capit eam, & presentat eam Christo, qui eam interrogat licet sciat. Dominus interrogat iustum & impium, inquit psalmista. Tunc Christus mittit eam ad purgatoriū pro condigna penitentia. Iustus dominus, & iustitias dilexit, equitatē, &c. Et portatur ab angelo non a diabolo, quia uictus est diabolus, & angelus

gelus bonus custodit eam, & consolatur dicendo ei quòd habeat patiẽtiam, & quòd suffragio amicorum liberabitur &c. Vnde angelis suis mandauit de te &c. vt custodiant te &c. In manibus portabunt te psal. 90. & sic consolando portat eam dicendo, O sancta anima habeas patientiam, & ego veniam. & portabo te ad paradisum. Et ibi, hoc est in purgatorio, purificatur sicut aurum & argentum. Aut. In igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis. Eccle. 2. In igne, scilicet purgatorii, aurum, id est, charitatiui, quia aurum est preciosius metallum, sic inter virtutes est maior charitas. 1. ad Cor. 13. & argentum, id est, fideles in nullo articulo dubitantes. Et sicut aurifaber non intromittit ferrum nec plumbum in suam fornacẽ, sic in purgatorio non intrabit ferrum duræ obstinationis, nec plumbum hominum impenitentium, sed aurum charitatis, & argentum fidelitatis. No. receptibiles actiue & passiue, scilicet apti nati ad recipiendum gloriam actiue, vel purgationem passiue, quia impenitentes non sunt apti nati recipere, nec purgationem, nec gloriam, & completa penitentia euolant ad gloriam per gratiam quam fecit eis deus. Vnde, Gratia dei vita æterna. Rom. 6. Ibi est gratia ablatiui casus, id est, per gratiam gratum facientem, quia ex illa gratia quam dedit & facit deus eis in purgatorio grati efficiuntur, & per consequens vadunt ad gloriam. Vnde Pro. 11. Mulier gratiosa, id est, anima grata facta inueniet gloriam. Item receptibiles, id est, apta nata recipere suffragia ecclesiæ, parentum vel amicorum: animæ vero damnatorum sunt incapaces. Exemplum de membro abciso, quia licet homo comedat vel bibat, illud membrum non recipit commodum, sic tota Christianitas non est nisi vnum corpus, & habet plura membra corporis, & quodlibet habet suum officium distinctum, vt caput nescit comedere & bibere, regit tamen alia membra: sic in Christianitate caput sunt domini temporales, qui debent regere, oculi sunt prælati ecclesiæ. Sicut in vno corpore multa sunt membra, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo. ad Rom. 12. Illi qui sunt in inferno sunt membra Christi, sed quia abcisa sunt, non recipiunt commodum ab illis membris coniunctis. Exemplum de illo qui tibiam habet fractam & abscissam, si comedat vel bibat, nihil prodest tibiæ, sic de damnatis abscisis. Vnde mortuo homine impio, nulla erit vltra spes. Prou. 11. Impio, qui non habet pietatem de se penitendo &c. Contra illos qui dicunt quòd bona eis prosunt minuendo eorum penam, hoc non potest esse verum, quia tantum diminui posset, quòd nullam penam haberent, & sic saluarentur, quod est falsum. Vnde ecclesia cantat, In inferno nulla est redemptio. Quid ergo oramus pro damnatis nescientes? Ecce quod dicit Christus, Si ibi fuerit filius pacis, requiescet super eum pax vestra, sin

Probatur ducẽdo ad impossibile quod nostra suffragia dãnatis nõ prosint.

autem, ad vos reuertetur. Luc. 10. Ideo qui vultis dicere missas, nolite eas vendere pro precio, quia essetis vt Iudas, qui triginta denariis vendidit Christum dicēs, Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? Et qui facitis pro defuncto preces ad deum fundere, debetis eligere bonum sacerdotem, quia vt dicit Greg. Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur, 2. Machab. 12. De illo autem qui recipit eleemosynam, & an bonus vel malus est nesciat, homo debet presumere quod sit bonus &c. Tertio aliqui etiam decedunt ex hac vita vt boni & perfecti, & isti sunt qui licet multa peccata commiserunt, tamen habuerunt tantam contritionem quòd est sufficiens ad remissionem pene & culpe, & fecerunt penitentiam non solum illam confessoris, sed etiam nocte surgebant, orabant, vigilabant, audiuerunt missam, sermones &c. Ita ꝙ bona quæ fecerunt sunt maiora quam mala. Tales enim statim euolant cum societate magna angelorum. Dic practice quòd quando corpus moritur, angelus est presens, & tunc in momento ascendit cælum, & Christo & virgini Mariæ annunciat gaudium quod habent de tali, qui bene vixit. Christus tamen & virgo beatissima bene sciunt, sed Christus tamen vult interrogare. Et tunc angelus, Domine ecce anima talis est in puncto mortis, bene vixit, fecit penitentiam &c. Qualis laus laudari ante deum per os angeli. Auto. Si fuerit pro eo angelus loquens, vnus de milibus, vt annunciet hominis æquitatem, miserebitur eius & dicet, Libera eum vt non descendat in corruptionem. Iob 33. Et mittit deus angelum suum, non vnum sed multos, vt fugiant dæmones presentes. Tunc anima exit tota lucida, pulcherrima, sed verecunda siue morigerata, sicut sponsa quæ esset simplicis status, imo si esset sponsa regis pulcherrima & bene ornata, tamē propter aspectum ducum & principum est verecunda & composita. Sic de anima quando relinquit turpem habitum corporis, & induit habitum gloriæ, & portatur ab angelis. Vnde Lu. 16. Factum est vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrae, non ab angelo, sed ab angelis. Et quando intrat paradisum, & transit primo per primum ordinem angelorum, & si vixerit in penitentia gaudent angeli & congratulantur ei, quia in eorum ordine cum eis debet stare. Vnde dico vobis, Gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. Luc. 15. Et si cum penitentia habuit magnam deuotionem, ascendit ad secundum ordinem angelorum, & congratulantur ei, quia debet ibi manere cum eis. Et si fuerit liberaliter misericors ergà pauperes, ascendit ad tertium ordinem, scilicet, principatuum, & sic de aliis ordinibus.

Dominica decima post Trinitatem, Sermo j.



ar quotidie docens in templo. Verbum hoc habetur extualiter, Lu. 19. & officialiter in euang. hodierno. Sermo presens erit de sancto euangelio huius dominice, cum adiutorio diuino habebimus multas bonas doctrinas ad correctionem peccatorum, & informationem virtutum & consolationem animarum. Sed quia nulla doctrina habet virtutem, in salutationem sine gratia dei, ideo primo salutetur virgo Maria &c. In isto sermone cogitaui tenere modum ædificatorium, qui primo ponunt fundamentum firmum & forte, deinde ædificant cameras ad habitandum. Ita volo facere. Primo ponam fundamentum forte, firmius cælo & terra, quod est verbum euangelii de quo Christus, Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Luc. 21. Posito isto fundamento, ædificabo cameras spiritualiũ doctrinarũ pro animarum habitatione. Nota historiam euangelii. Dicit beatus Lucas, qui recitat euangelium hodiernum, ℣ cum Christus appropinquaret Hierusalem vbi tunc fiebant festa magna, & tripudia, videns Iesus ciuitatem fleuit super illam. Ratio, quia cogitabat & considerabat eius futuram destructionẽ, & mala quæ Christus sciebat eiuentura, ideo fleuit dicens, Quia si cognouisses, scilicet, tribulationes venturas tibi, & tu supple fleres sicut ego, & modo lætaris. Et computauit septem mala ventura ciuitati Hierusalem dicens, Venient dies in te, id est, contra te, quia sicut abundabant & comedebant &c. ita venturum erat tempus quo pre fame matres comederent filios, & obstetrices lectum, in quo nascuntur filii & pueri, & biberent vrinam. Item fuit maxima mortalitas inter eos tempore Titi & Vespasiani, qui obsederunt ciuitatem intantum quòd Iosephus dicit, ℣ non poterant sepelire corpora, sed proiiciebant de muro in fossatum, & intantum repleuerunt fossatum quòd ascendebant ad equalitatem muri. Ecce quare dicit Christus, Venient dies in te, id est, contra te. Secundo circundabunt te inimici tui vallo, hoc fuit in obsidione completum, quando Titus & Vespasianus fecerunt extra in circuitu Hierusalem fossatum & murum, ne aliquis Iudæus posset fugere & euadere. Tertio circundabunt te, sup. inimici tui, tot gentes erant quòd circuibant & circundabant ciuitatem. Quarto, & coangustabunt te vndique bellando balistis, bombardis &c. Quinto, ad terram prosterrent te, murum, templum, domos, & turres. Sexto, & filios tuos qui in te sunt, suo prosternent occidendo duplici ratione. Prima ex morte Christi. Secunda, quia Iudei ex auaricia biberunt aurũ, vt ipsum conseruarent, quod scientes Romani, occidebant eos, vt haberent aurum. Pauperes Iudæi qui non habebant aurum vendebantur triginta pro vno denario, sicut ipsi vendiderunt Christum Iesum pro triginta

denariis. Septimo quia non relinquent in te lapidem super lapidem. Et nonne prius dixit prosternent te? Respondeo quòd sic. Quare ergo dicit, non relinquent &c. Solutio quia plus vult dicere, quia non solum diruerunt domos &c. sed etiam fundamenta duplici ratione. Primo, quia Iudæi in fundamentis absconderant aurum, ideo Romani &c. Secundo vt nunquam ciuitas reedificaretur, quia dicit Gregor. quod ista ciuitas Hierusalem, quæ modo est, non est in loco vbi erat alia, quia tunc sepulchrum Christi erat extra ciuitatem, & modo est in medio ciuitatis. Ecce septem mala ventura Hierusalem propter quòd Christus fleuit, & assignauit rationem dicens, eo, id est, propter hoc quia non cognouisti tempus visitationis tuæ, scilicet, illius quãdo deus pater misit filium suum incarnatum ad prædicandum, & redimendum genus humanum. Et sic flendo intrauit Hierusalem & templum, in quo inuenit mercatores ementes & vendentes. Dicit Io. euã. quòd fecit flagellum de funiculis, & incepit percutere illos & eiicere de templo dicens, foras traditor, quia dicit sacra scriptura quòd domus dei est domus orationis, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Quare illi econuerso non percusserunt eum &c. Solutio, quia dicit Hier. quòd de facie Christi procedebant quidam radii splendoris. Ideo isti territi fugiebant. Post hoc prædicauit in templo Hoc dicit the. Erat quotidie docens in templo, prædicando quid debebant credere & facere. Prædicabat de gaudiis paradisi, vt illa appeterent, de penis inferni, vt illa timerent, de bonis mundi, vt illa despicerent: ecce fundamentum positum. De quo apostolus, Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Glo. id est fides Iesu Christi. 1. Corinth. 3. Modo super hoc fundamento volo ædificare tres cameras pro animarum nostrarum habitatione. Prima erit in principio, Secunda in medio. Tertia in fine. Prima dicitur humana compassio. Secunda diuina cognitio. Tertia paterna correctio. De tertia loquitur thema, Erat quoti. &c. Prima ergo dicitur humana compassio quæ ostenditur de Christo, quia naturale est homini habere compassionem de proximo, quantumcumque tu sis dives, quando tu vides pauperem, habes de eo compassionem, quia naturale est, alias degenerares Item si tu homo es satiatus, compateris esurienti, si tu es indutus, nudo &c. nisi sis diabolicæ conditionis. Si tu es sanus, habes compatientiam quando vides proximum infirmum. Si tu habes prosperitatem, compateris proximo infirmo tribulato, quia ista compassio naturaliter venit, De ista compassione dicit Iob de se, Ab infantia mea creuit mecum miserario, & de vtero matris meæ egressa est mecum. Iob, trigesimoprimo. Ecce quòd naturaliter venit compassio, & quia Christus de virgine Maria assumpsit humanitatem veram, etiam assumpsit humanam compassionem,

nem, quæ oſtenditur in principio euangelij hodierni cum dicitur, Cum appropinquaret Ieſus Hieruſalem, videns ciuitatem fleuit ſuper illam. Moraliter habemus hic quatuor doctrinas, & ſic cathera erit quadrangularis.

Prima eſt de iuſtitia facienda.

Secunda eſt de eleemoſyna exhibenda.

Tertia eſt de pœnitentia agenda.

Quarta eſt de confidentia in Chriſtum habenda.

Prima tangit dominos populorum & iudices. Secunda tangit diuites. Tertia peccatores. Quarta tangit pœnitẽtes. Prima ergo doctrina tangit dominos & iudices qualiter debent facere iuſtitiam. Nam ſi iudex condemnat aliquem, debet fieri cum fletu & compaſsione. Chriſtus vt iudex & dominus viuorum & mortuorum, Act. 10. dederat iuſtam ſententiam, ꝙ illa grandia mala venirent ciuitati Hieruſalem, tamen ex alia parte ei compatiendo flebat. Vnde ſi tunc apoſtoli interrogaſſent eum, dicendo, Domine, & quare fletis ſic? Reſpondiſſet, Ex malis & tribulationibus ciuitati venturis. Domine, & quis condemnabit eam niſi vos? Vos enim vultis ꝙ ita fiat, & iuſte. Reſpondiſſet Chriſtus, Verum eſt, ſed tamen fleo ex compaſsione, ad oſtendendum iudicibus, aſſeſſoribus, & dominis, quòd quãdo habebunt aliquem condemnare, compatiantur ei flentes ex compaſsione. Talis eſt benedictus quando dicit, Domine, leges veſtræ & ordinationes cogunt me vt faciant iuſtitiam, ſed domine ex alia parte compatior imagini veſtræ. O miſer, iſte ſuſpenditur, quia fecit vnum homicidium vel proditionem domino. Et ego dominus, vel iudex, vel aſſeſſor, vel procurator, ſeu accuſator, tot homicidia feci ſecrete, quia ſi fuiſſet ſcitum, ſicut de iſto, fuiſſem iam combuſtus vel occiſus. Tot proditiones feci domino noſtro Ieſu Chriſto, cui promiſi fidem in baptiſmo, quo non obſtante, tamen magis feci voluntatem diaboli. Item ſi ſuſpẽdetur vel condemnabitur latro &c. bonus iudex ei compatiatur dicendo, Et ego miſer qui ex rapina, vel vſura, vel ex furto ſecreto, vel ex retẽtione ſalarij ſeruorum, vel decimarum, vel de mortuis male emendo vel vendendo tanta furatus ſum, fortaſsis magis merui mortem, O domine, magnus latro condemnat minorem. O domine, parcatis mihi. Idem ſi condemnatur ex adulterio, vel ex defloratione, vel raptu, ſiue inceſtu. Ecce quare Chriſtus fleuit dando doctrinã iudicibus. Iſtam doctrinã oſtendebat Chriſtus Iudæis, vt legitur Ioan. 8. de quadam muliere iuuencula, in adulterio inuenta, quia diabolus qui facit peccare, ducit peccatum ad lucem, quæ ducta fuit per iudices ad Chriſtum, quæ ſecundum dei legem meruit mortem. Qui dixerunt Chriſto quid eſſet faciendũ. Videns Chriſtus ꝙ nõ habebant compaſsionem, ſed cum tumultu res agebatur contra eam, dixit, Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in ipſam lapidem

mittat. Ioã. 8. Et inclinauit se Iesus, scribens in terra, Dicunt doctores q̃ in illa scriptura oẽs videbant sua grauissima peccata, in quo ostendit iudicibus q̃ quando condẽnant alios, recordentur de peccatis suis, & compatientur sententiato. Istam doctrinam seruauit magnus rex, scilicet Iob, qui fuit rex, vt patet Iob 19. vbi dicitur, Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo. Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Iob 30. Secunda doctrina est de eleemosyna exhibẽda. Ista tangit diuites, quia eleemosyna etiam cũ compassione exhibenda est. Nam Christus veniens Hierusalem, exhibiturus eleemosynas doctrinarũ, & operum misericordiæ, tam spiritualium quàm corporalium, curando infirmos. Nam maior misericordia fit cæco sibi dando visum quam vnum florenũ, & sic de aliis. Prius fuit motus compassione. Quia videns ciuitatem fleuit &c. dans doctrinam diuitibus, q̃ primo debent facere eleemosynam pauperi de corde quam de bursa, compatiendo suæ paupertati & necessitati. Ecce secunda ratio, quare Christus fleuit cogitando quot pauperes erant in Hierusalem de bona vita, de sanctitate, de deuotione, quot pauperes de sanitate, visu, verbo, auditu &c. Plus valet denarius datus isto modo, quam florenus aliter datus de bursa & non corde. Nota modum faciendi, quem ostendebat mater magistri Vincentij filiis suis &c. Ideo dicit scriptura, Estote compatientes. Ecce quomodo incipit a corde fraternitatis, amatores, misericordes, modesti, humiles. 1. Pet. 3. Tertia doctrina est de pœnitentia agenda. Ista tangit peccatores, qui cum fletibus debent confiteri peccata sua. Hoc ostenditur, quia cum nunquam legamus Christum risisse, tamen legimus Christũ multories fleuisse. Ideo veniens Hierusalem & ad templum, fleuit, vt ostenderet tibi peccatori quãdo venis ad ecclesiam ad confitendum q̃ plores, dicendo, O miser, quot mala feci ego? feci hoc & hoc &c. Sunt multi miseri vtriusque sexus, qui ridendo veniunt ad confessorem, dicendo, Doceatis me, quid feci ego, oblitus sum, non recordor de aliquo peccato. Sed si confessor esset cautus, tali diceret, Quid diciris mihi de vicina vestra? Talis diceret omnia peccata illius, non solum mortalia, sed etiam venialia, & de suis nõ recordatur. Hoc nõ debet dici confessio nec pœnitẽtia, sed truffa, quia plorando debent dici peccata. Ratio. Non est aliquis puer, qui si cadit in luto, quãdo videt se turpatum quia ploret, & plorando venit ad matrem, & tu miser quoties cecidisti in luto luxuriæ & corruptionum? Ideo debes plorare, & plorando venire ad matrem, s. ecclesiam, ad confitendũ. Ideo Christus. Beati qui nunc fletis. s. confitendo peccata, quia ridebitis in gloria. Veruntamen væ vobis qui nunc ridetis, quia flebitis. Luc. 6. Quarta doctrina est de confidentia in Christum habẽda, & ista tangit pœnitentes, qui iam sunt extra peccata, quibus ostendit Christus q̃ pœnitẽs debet confidere de eo

quan do

quando fleuit. Quando iudex est durus & austerus, non habetur confidentia de eo, sed quando est benignus, dulcis, cõpatiens, vt pater filiis, confidendũ est de eo, & non desperandum. Ideo apostolus, Non habemus pontificẽ, qui nõ possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cũ fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiã consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Hebr. 4. Not. Adeamus, quiã multum distas a deo. Quot peccata mortalia habes? tamẽ per quatuor passus pores ad Christum accedere. Primo per contritionem. Secundo propositi emendatione. Tertio confessione. Quarto pœnitentiæ acceptiõe. Ideo dicit, Adeamus. s. istis quatuor passibus cũ fidũcia &c. Ecce prima camera quadrangularis ædificata, quiescatis in ea. Secunda camera dicitur diuinalis cognitio. Propriæ propriũ est deo & nulli alteri cognoscere illa quæ sunt totaliter futura. Notanter dico totaliter, quia aliqua sunt futura non totaliter, sed particulariter, quia licet sint futura, tamen in suis causis iam sunt præsentia. Ideo astrologus cognoscit ꝙ hyems erit pluuiosa, quia cognoscit in causis. Item medicus cognoscit mortem infirmi propinquam, quia eam cognoscit per causas. Sed illa que sunt futura, & nullam habent causam naturalem præsentem, nisi solum voluntatem diuinam, non sciuntur nisi a deo, & cui ipse voluerit reuelare. Ideo Esa. Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia dij estis vos. Esa. 41. Modo certum est quòd ille septem tribulationes, quas Christus dixit vẽturas ciuitati Hierusalem, non habebant aliquam causam naturalem, nec in cælo nec in elementis, sed erant totaliter futuræ. In quo ostenditur diuina cognitio in Christo, qui prædictas tribulationes futuras cognoscendo, & reuelando, & manifestando dixit, Venient dies in te &c. Mystice omnia ista septem mala in fine hominis impœnitentis sunt ventura. Primum venient dies in te, id est contra te, scilicet in senectute, quando homo est iuuenis omnia sunt pro eo, sed quando est senex sunt contra eum. Oculi in senectute sunt contra eum, quia non videt, aures quia non audit, dentes, gustus, caput, & brachia tremunt, stomachus dolet, dies est contra eum, quia non potest laborare, nox quia non potest dormire. Sed diceres, Est ne hic aliquod remedium? Solutio, Non, nisi illud, quod dicit scriptura, Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ. Et declarat, Antequam veniat dies afflictionis, scilicet senectus, & appropinquent anni de quibus dicas, Non mihi placent. Eccles. 12. Potestis hic notare magnam stultitiam quæ est in iuuenibus mundi, dicentibus, Vadat ille senex ad ecclesiam, quia quando ero senex faciam pœnitentiam. O magna stultitia. Tunc vis agere pœnitentiam quando non poteris. Talibus accidit vt illi homini qui habebat duo animalia, vnum bonum & forte,

aliud debile & exhaustum, & volebat q̃ debile portaret magna onera, & forte incederet sine onere &c. Iumentum bonum & forte est corpus iuuenis, debile & exhaustum corpus senis, quod nõ potest portare onera, & vos dicitis q̃ sibi imponetis onus. Dicit religiosus, quando ero senex seruabo regulam. Idem de clerico, laico, & muliere. Secundum malum tangit, cũ dicit, Circundabunt te inimici tui vallo. Hi sunt dolores mortis. Dolores inimici, qui circundant morientẽ. Quando homo est sanus, si patitur in vno membro, valet in aliis, sed in morte tantus est dolor q̃ in nullo valet. Verbi gratia. Magnus dolor est si abscindatur digitus, Ratio, quia anima quæ extendit radices suas per omnes partes, habet dimittere illam partem, & restringere se. Modo cogita te in morte, quando anima se eradicat de omnibus ossibus, neruis, & pulpis, sicut si per aliquam potentiam arbor nucis euelleretur radicitus, qualis dolor tunc debet esse in moriente. Ideo dicit philosophus, Omnium terribiliũ terribilissimũ est mors. Ecce quare dicit, Circundabunt te inimici tui &c. Ideo Dauid in persona morientis dicit, Circundederunt me dolores mortis &c. Psal. 17. Tertiũ malum tangitur ibi, circundabunt te. Ecce occursus & obsessio dæmonũ in morte impenitentis. Quando est in extremis vltra dolores, veniunt ibi dæmones in circuitu, & qualiter euadet misera anima? Nota similitudinem de nemore, in quo esset perdix abscondita, & in circuitu essent centum & mille canes, in aëre autem totidem falcones, & homines cum baculis percutientes in nemore, vbi est misera perdix, quid faciet? quia si exit, statim capietur. Ita est de anima. Cogita quòd corpus sit nemus, anima vt perdix in eodem abscondita. Canes in circuitu sunt dæmones, qui sunt in terra. Falcones sunt dæmones qui sunt in aëre, vt atomi in radio solis. Homines purgentes cum baculis sunt dolores pungentes, vt anima exeat, & non potest ibi manere. Ecce misera anima, in quali præssura est in morte. Vos non videtis, sed multi sancti hoc viderunt. Ideo de impenitente dicit scriptura, Infernus subter te conturbatus est, scilicet in morte tua, in occursum aduentus tui suscitauit tibi gigantes. Esa. 14. Quartum malum ostenditur ibi, & coangustabunt te vndique. Ecce discretio & diffinitio iudicij. Boni angeli non permittunt quòd dæmones ducant secum animam, quousque in iudicio sit data sententia a Christo iudice, quantumcunque sit mala. Ideo veniunt dæmones animam accusantes, dicendo omnia peccata quæ fecit, etiam secreta. Et Christus inquit animæ, Audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et illa obmutescit. Et Christus ad angelum bonum inquit, Quid dicis de ea? Et angelus inquit, Iste fuit ita male conditionis, quòd noluit facere pœnitentiam, noluit vti medicinis vestris contra peccata, nolebat confiteri, nec communicari semel in anno, non sanctificabat festa, nolebat dimittere iniurias, nec restituere

tuere ablata. Deinde dicit Christus patriarchis, Et vos vultis eum habere in societate? Respondent, non domine. Nos sumus misericordes, & iste crudelis. Et vos prophete? Non domine. Nos sumus deuoti, & iste indeuotus. Et vos apostoli? Qui respondent & dicunt, absit. Nos sumus charitatiui, & iste sine charitate. Et vos martyres? Non domine. Nos sumus patientes, & iste impatiens & vindicatiuus. Et vos confessores? Non domine. Nos fecimus pœnitentiam, & iste fuit impœnitens. Et vos virgines? Non domine. Iste fuit luxuriosus & corruptus. Ecce qualis angustia animę ex dæmonum accusatione, & sanctorum & angelorum refutatione. Et potest dicere bene misera anima, Angustię mihi sunt vndiq;. Dañ. 13. Quintum malum tangitur ibi, Et ad terram prosternent te. Ecce detrusio in infernum, quia data sententia a Christo, anima captiua recipitur a diabolis. Anima autem & angeli habent omnia membra, vt corpus, sed sunt spiritualia, & prosternunt eam ad terram. De quo Iob 10. Terram miserie & tenebrarū, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat &c. Sextum malum tangitur ibi, & filios tuos qui in te sunt. Ecce destructio generationis. Si quæratur, Quod malum est filiorū ex peccatis parentum &c. Dico quòd peccata propria parentum nō nocent filiis, nisi fiant filii in illis participātes. Sicut de peccato vsurę, ex quo non solū pater damnatur, sed etiam mater, quæ relictis pecuniis & bonis, ornari voluit ex illis, & etiam filii recipientes hęreditatem de vsura, & etiam recipientes dotem damnabuntur, similiter notarii & testes, vsuræ cooperātes. Nam vocabuntur in æternū semen pessimorum. Præparate filios eius occisioni in iniquitate patrum eorum. Non consurgent, nec hæreditabunt terram, nec implebunt faciem orbis ciuitatum. Et consurgam super eos, dicit dominus exercituum, & perdam Babylonis nomē, & reliquias, & germen, & progeniē, dicit dominus. Et ponam eam in possessionem hericii, & in paludes aquarum, & scopabo eam in scopa terens, dicit dominus exercituum. Esa. 14. Septimum malum tangitur ibi, & non relinquent in te lapidem super lapidem. Ecce disipatio diuitiarum, quia de bonis vsurariorum nihil remanet. Ecce quid dicit Dauid, Vidi impium superexaltatum, & elevatum sicut cedros Libani. Et transiui, ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Psalm. 36. Nota, vidi impium, scilicet vsurarium. Impius diceretur, qui se cum vxore & filiis proiiceret in ignem. Ita facit impius, scilicet vsurarius, in ignem inferni se proiiciens. Ratio omnium istorum malorū subditur ibi, Eo, id est, propter hoc, quia nō cognoueris tempus visitationis tuæ. Visitat deus dupliciter. Inuisibiliter in corde per compunctiones, & visibiliter per publicas prædicationes, & per fraternas correctiones. Ideo Iob 10. Visitatio tua custodiuit spiritum meum. Ecce secunda camera. Tertia camera dicitur paterna correctio.

Quando pater diligit filios, nõ patitur quòd fagiones ipsos corrigant à defectibus, sed ipse cum virga corrigit, & ideo præcipitur in scriptura diuina, Patres nolite ad iracundiam, sup. del, prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correctione domini. ad Ephe. 6. Ita fecit Christus quando intrauit templum, & inuenit in templo vendentes oues, & boues, & columbas, & nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & nummulariorum effudit æs, & mensas subuertit, & his qui columbas vendebant, dixit, Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis &c. Correxit eos dominus. Et iste modus correctionis ostenditur Ioan. 2. Moraliter non legitur in tota biblia quòd Christus percussit aliquem, nisi hic in isto puncto. Multa peccata erant in ciuitate Hierusalem, sed non legitur quòd manibus correxit eos, sed ore reprehendendo, nisi hic. In quo potestis notare quantum displicet deo quando in ecclesia fiunt aliqua quæ non debent fieri, sicut faciunt nonnulli, qui volunt in ecclesiis chorizare, in vigiliis & nuptiis, ad malum finem veniet tale matrimonium. Non sic Dauid faciebat, sed magno timore intrabat domum domini. di. Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Psalm. 5. Et vos intrastis tripudiando &c. Item non debetis, vt quidam faciunt, comedere, & bibere, & inebriari in ecclesiis, in confraternitatibus. Ideo apostolus, Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut ecclesiam dei cõtemnitis, & confunditis eos qui nõ habent? primæ ad Corinth. 11. Ideo auisamini, ne forte irascatur zelus dei ad corrigendum. Item aliqui vadunt in circuitu ecclesiæ dum dicitur officium. ad respiciendum mulieres. Isti de ecclesia faciunt lupanar. Item ab aliquibus fiunt in ecclesia matrimonia clandestina, quando non possunt loqui cum muliere in domo, timore viri vel amicorum veniunt ad ecclesiam &c. Item fiunt aliquando ab aliquibus in ecclesia mercationes, quia quando estis in missa, loquimini de feriis, & foro &c. Cum tamen sub silentio debeatis esse in ecclesia. Ecce Christus quare cum manibus voluit corrigere peccata quæ fiebant in domo dei, ostendens quòd ista peccata sunt grauissima & destructiua Christianitatis. Ideo Dauid, Domine dilexi decorem domus tuæ, & locũ habitationis gloriæ tuæ. Psalm. 25. & August. In oratorio, id est, ecclesia, ab orando, scilicet dicta, nemo aliquid agat, nisi ad quod factum est, vnde nomen accepit. Ideo dicit Christus, Domus mea domus orationis vocabitur. Postquàm autem correxerat eos manibus, voluit eos corrigere verbo, quia erat quotidie docens in templo.

De

De eadem dominica ſuprà decima poſt Trinit. Sermo ij.



Diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem dominus. Verbum iſtud habetur originaliter primo Corinth. 12. & recitatiue in epiſtola currentis dominice. Pro declaratione huius verbi, & introductione materiæ prædicandæ ſciendum quòd regula eſt & doctrina in ſancta theologia, quod omnia quæ fiunt in hoc mundo a deo, mediantibus ſecundis cauſis, poteſt deus facere per ſeipſum immediate. Operatur enim deus aliquando mediantibus cauſis, vt faber ferrarius mediantibus inſtrumentis, & lignarius mediante axia & ſerra. Ita Deus mediantibus creaturis operatur, ſed per ſe, ſine creaturis, poſſet eadem facere. Non ſic de fabro ferrario & lignario, quia ſine inſtrumentis non poſſunt operari. Non eſt ſic de deo. Verbi gratia. Dicunt philoſophi & etiam theologi, quòd deus mouet cælos & ſolem ab oriente in occidentem, & econuerſo, & etiam ſtellas per angelos, quos philoſophi vocant intelligentias. Omnia iſta poſſet deus facere per ſe ſine angelis. Item deus illuminat iſtum mundum mediante ſole, qui illuminat, calefacit, & facit fructificare, ita deus poſſet per ſe ſine ſole. Maximum enim eſt ſuum poſſe. Item deus dat nobis tonitrua, pluuias, & fulgura, mediantibus nubibus, & deus huiuſmodi per ſe facere poſſet &c. Item facit nauigare maria mediantibus nauibus, & ſine his poſſet deus per ſe. Item dat nobis panem & vinum mediante labore hominum, dat fructus mediantibus arboribus, per ſe poſſet. Item multiplicat creaturas humanas per generationes, hoc poſſet deus aliter. Idem dat ſanitatem infirmis, medicis mediantibus, & purgationibus &c. ſine hoc poſſet deus per ſe. Item dat ſcientiam, mediantibus libris, magiſtris, doctoribus, ſine hoc poſſet deus dare per ſe. Patet ergo regula generalis. Quicquid deus facit mediantibus ſecundis cauſis, poteſt & per ſe. Ratio, quia nulla creatura nec cauſa habet poteſtatem nec virtutem in cælo nec in terra, niſi quantum deus ſibi dat. Si habemus bonum tempus, ſanitatem, proſperitatem, & abundantiam, nec grates nec gratias ſoli, vel lune, ſtellis, vel creaturis dicatis, ſed deo. Ideo apoſtolus, Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ipſi honor & gloria in ſecula ſeculorum amen. ad Roma. 11. Modo licet deus poteſt hæc facere ſine miniſtris, tamen in gubernatione mundi vult tenere modum regis, qui in ſuo palatio & regno habet multos miniſtros, & ſicut non eſt niſi vnus rex in palatio: ita non eſt niſi vnus deus in hoc mundo, qui licet poſſet omnia per ſe, vult tamen habere miniſtros. Ideo dicit thema, Diuiſiones, id eſt, diſtinctiones miniſtrationum ſunt, idem autem dominus, id eſt, deus. Notaui ſeptem gradus ſeu differentias miniſtrorum in domo Chriſti ad inſtar regis.

Regula in theologia.

Primi

Primi ſunt portarii oſtiorum.
Secundi diſpenſatores bonorum.
Tertii coquinarii ciborum.
Quarti ſeruitores ferculorum.
Quinti fiſtulatores inſtrumentorum muſicorum.
Sexti eleemoſynarii fragmentorum.
Septimi cubicularii lectorum.

Modo quilibet noſtrũ videat quod officiũ iſtorũ habet, quia ſi aliquod iſtorũ nõ habetis, nõ eſtis domeſtici Chriſti, & in fine poterimus dicere cõcludẽdo, Diuiſiones autẽ iſtorũ ſunt, idẽ autẽ dominus. Primo ergo in domo regis primus gradus miniſtrorũ eſt portariorũ. Ita in domo Chriſti, ſcilicet in hoc mũdo, prima differẽtia miniſtrorũ eſt portariorũ. Qui ſunt iſti? Vidẽdo officiũ portariorũ videbimus qui ſunt portarii in domo Chriſti. Officiũ portariorũ eſt portare virgã, & indignos eiicere ne intrent palatiũ, & dignos admittere & cuſtodire. In hoc cognoſcitis qui ſunt portarii in domo Chriſti. Portarii ſunt domini temporales, imperator, reges, duces, comites &c. quomodocunq; dicantur, officiũ habẽt portariorũ, quia portãt virgã in manu, ſcilicet poteſtatẽ a deo, quia dicit ſcriptura, quòd nõ eſt poteſtas niſi ad deo. ad Roma. 13. Ideo non debẽt admittere in ciuitatem, villam, ſeu cõmunitatem, niſi quod bonũ eſt, & debent expellere ab eadem quod malum eſt, ſignanter peccata notoria, quæ ſunt in deſtructionem cõmunitatis. Secus de ſecretis, quæ non cadunt in iudicio hominum.

Primum peccatũ eſt de inuocatione diabolica, quod exercetur a diuinis &c. quando eſt notorium.

Secundum eſt de blaſphemiis generalibus, talia peccata nõ ſunt ſecreta communiter. Ideo prouideatur.

Tertiũ eſt fractio feſtiuitatũ, quando fit notoriè, ſecus ſi fiat ſecrete.

Quartũ eſt ludus taxillorũ, rapina eſt ac ſi duo vel tres latrones &c.

Quintum eſt lupanaria ſpecialia. Quæſtio fit inter doctores an lupanaria ſint ſuſtinenda &c.

Sextum eſt de ſocietatibus criminalibus, ſcilicet cum infidelibus. Ideo ſeparẽtur, & prouideatis vos portarii qui habetis poteſtatẽ, alias damnati eſtis. Melius eſſet vobis eſſe porcorũ cuſtodes, ſi negligentes eſtis, quã rectores, iudices, vel gubernatores. Si timeris, dimittatis officium. Ecce primũ officiũ in domo Chriſti. De iſtis dicit ſcriptura, Ianitores vero per portas ſingulas obſeruabãt, ita vt nec puncto quidẽ deſcenderent a miniſterio. 2. Paralip. 35. Secundi ſunt diſpenſatores bonorum. Iſti ſunt præſidentes eccleſiaſtici, quorum papa eſt maior, deinde cardinales, patriarche, archiepiſcopi, epiſcopi, & animarũ curati, qui claues eccleſiæ habẽtes debẽt eccleſiç domeſticis diſpẽſare. ſ. ſacramenta. Ideo dicit Chriſtus, diſpenſatori primo, Tibi dabo claues regni cælorum.

cælorum. Mat. 16. Hoc ſimpliciter dicitur de abſolutione. Antiquitus Iudei confitebantur. Autori. Vir ſiue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ hominibus ſolent accidere, & per negligentiã tranſgreſsi fuerint mandatum domini, atque deliquerint, confitebũtur peccatum ſuum Num. 5. Item, Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiã conſequetur. Prou. 28. Nota, qui abſcondit ſcelera. ſ. ſacerdoti, quia peccata non poſſunt abſcondi à deo, illi non obtinebant abſolutionem. Sacerdos orabat pro eis, ſed non abſoluebat eos, qualis dolor, ac ſi vobis modo facta confeſsione diceret confeſſor, non poſſum vos abſoluere, qualis triſticia? Sed modo deus commiſit claues prælatis & clericis, vt poſsint abſoluere à peccato. Sed vnde hoc? quia remittere peccata proprium eſt deo. Quis poteſt peccata dimittere niſi ſolus deus? Mar. 2. Dico ꝙ hoc poſſe noluit deus concedere antiquis hominibus, quia nondum receperat humanitatem. Sed ex quo factus eſt homo, voluit honorare homines, dando eis poteſtatem diuinam. Sicut ſi rex duceret in vxorẽ filiam ruſtici, exaltaret & honoraret omnes parentes vxoris. Ita fecit Chriſtus. Ideo modo ſacerdotes in confeſsionibus non ſolũ orant pro peccatoribus, ſed dant eis abſolutionẽ pro peccatis poſt baptiſmum factis, quia baptiſmus nõ habet virtutẽ niſi ſemel, quia eſt ſacramentum non iterabile, ſed cõfeſsio toties quoties &c. Ecce quare dicit, Tibi dabo claues. De iſtis diſpenſatoribus dicit apoſtolus, Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miſteriorum, id eſt ſacramentorum dei. 1. ad Cor. 4. Sed, heu proh dolor, cum ſequitur, iam quęritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur. Quia modo ad hoc deuenimus, ꝙ oportet emere omnia ſacramenta, cũ tamen dixerit Chriſtus diſpenſatoribus, Gratis accepiſtis, gratis date. Modo nec baptiſmum, nec confeſsionẽ, nec extremam vnctionem, nec ſepulturam habere poteris, niſi emas aliquo modo, vel colorato, vel diſco operto. Item de ſacramentis ordinum oportet ſoluere ſigillum &c. Ideo dicit Chriſtus, Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam? Luc. 12. Tertii ſunt coquinarii ciborum. Eſcæ animarum ſunt verba dei, ſecũdum quod dixit Chriſtus, Non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo quod procedit de ore dei. Matth. 4. & Deuteronom. 8. Os dei eſt biblia, quia ſicut in ore ſunt duæ mandibule, ſuperior & inferior, ita & in biblia, Mandibula ſuperior, continens omnes ſenſus, eſt nouum teſtamentum. Inferior vetus teſtamentum, quod ſolum de terrenis loquitur. Secundo, quia mandibula ſuperior eſt immobilis. Ita nouum teſtamentum immobile eſt, vetus autem mobile mandibula inferior, quantum ad cæremonialia & iudicialia, quia de iſtis nihil ſeruatur. Verba ergo biblie ſunt eſce animarum. Et quis præparat iſtas eſcas? Solutio, prædicatores

Loci in veteri teſtamẽto, qui faciunt ad aſtruendũ confeſsionem ſacramentalem eſſe de iure diuino.

dicatores prædicantes verba dei. Ecce officium meum non eſt modicum,ſed precipuum in domo Chriſti. Et ſicut coquinarius, quando alij dormiunt,ipſe præparat eſcas,ita prædicator quando vos de nocte dormitis & quieſcitis in lecto, coquinarius in coquina ſpirituſſancti præparat eſcas igne charitatis & deuotionis in olla memoriæ. Et ſicut coquinarius primo guſtat de ſale,ita prædicator primo debet guſtare eſcas. Verbi gratia. Si vult prædicare,& monſtrare aliis humilitatem quòd ipſe non ſit ſuperbus,ſed guſtet quid eſt humilitas,ſi miſericordiam & liberalitatem,quòd ipſe non ſit auarus.ſi caſtitatem, quòd ipſe non ſit luxurioſus,& ſic de aliis. De hoc officio appretiabat ſe apoſtolus,dicens, Fiduciam talem habemus per Chriſtum ad deum, qui idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti. 2.ad Corint.3. Nouum & vetus teſtamentum differunt, ſicut figura & figuratum. Vetus teſtamentum fuit figura,& nouum figuratum. Quarti ſunt ſcutiferi, ſeruientes coram rege.aliqui propinant, aliqui ſeruiunt dando aquam, alij mappam &c.qui timore regis non loquuntur,nec ſpuunt niſi a longe,habent faciem & manus mundas &c. Seruitores in menſa Chriſti ſunt præsbyteri,& curati,& miniſtri altaris,quaſi menſe domini aſsiſtentes. Ideo ad inſtar ſeruorum regis cum magno timore & ſanctitate debent eſſe. Dicit deus ſacerdotibus antiquis, Sacerdotes qui accedunt ad dominum ſanctificentur,ne percutiat eos. Exod.19. Et tamen in illo altari non offerebantur niſi animalia. Et modo offertur ille agnus,filius iſtius ouis virginis Mariæ, qui verbis prolatis a ſacerdote venit ibi. Et rex non venit ſolus,ideo ſunt ibi in altari angeli ſancti,Chriſtum aſſociantes cantantes, Panis angelicus fit panis hominum &c. Cum quanto ergo timore debet eſſe ſacerdos coram iudice & angelis ſanctis? Modo cogitate quid dicunt angeli, quando ſacerdos eſt bonus,ſanctus,& caſtus. Dicunt, O benedicte &c. Si forte ſacerdos ſit malus,concubinarius,mendax,luſor &c.dicunt angeli Chriſto,O domine vultis quòd interficiamus iſtum ribaldum, proditorem &c. Et Chriſtus, Non adhuc. Nolo enim mortem peccatoris,ſed vt conuertatur & viuat. Ezech.18. Nota grauiter peccant mulieres cum ſacerdotibus luxuriando,quia maius peccatum eſſet proiicere in lutum ſepulchrum Chriſti,quam ſepulchra ſanctorum. Ita mulier plus peccat luxuriando cum ſacerdote ſepulchro Chriſti, quàm cum aliis hominibus. Ideo ſacerdotes vt boni ſcutiferi debent habere faciem, id eſt,conſcientiam mundam,& manus mundas, ſcilicet a ludo & mendacio,& totum corpus a luxuria. Ideo dicit ſcriptura de eis. Hi,ſcilicet ſacerdotes,probentur primum,& ſic miniſtrent nullum crimen habentes. Qui enim bene miniſtrauerint,gradum bonum ſibi acquirent, & multam fiduciã in fide,quæ eſt in Chriſto Ieſu.1,ad Timo.3, Nota probentur,ſcilicet ſi dolent de peccatis,ſi proponunt non redire &c. Quin

ti

ti sunt fistulatores musicorum, scilicet ministri. Ita etiam magnus rex Christus habet ministros in palatio suo, qui faciunt sibi sonum gratissimum. Illi sunt pœnitentes. Tenor est percussio pectoris, id est, gemitus & suspiria supra, quando dicit, domine misericordia. & Christus & angeli de feneſtris cæli auscultant. Autoritas. Quæ habitas in hortis, scilicet ecclesiis, quæ debent fructificare in bonis operibus, amici auscultant, fac me audire vocem tuam. Can. 8. Item sonet vox tua in auribus meis, Vox enim tua dulcis est, & facies tua decora. Can. 2. Et loquitur hic Christus personæ pœnitenti, vt philocaptus philocapte sue. Jam videtis qui plorat ex contritione peccatorum, qualem faciem facit. Illam dicit Christus pulchram esse coram eo. deo pœnitenti dicit, Ostende mihi faciem tuam &c. Istis dicit Christus, Qui mihi ministrat, me sequatur, & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Ioan. 12. Sexti sunt eleemosynarij fragmentorum, qui dant pauperibus quod superest de mensa regis. Isti sunt diuites misericordes. Domus enim diuitis est vt cophinus, in quo reponuntur frusta panis, quia panis integer est in cælo in mensa domini. Et sicut eleemosynarius regis esset infidelis, retinendo sibi ea quæ debet pauperibus ministrare, potest tamen sibi retinere necessitatem. Ita diuites infideles sunt, retinendo sibi ea quæ debent pauperibus dispensare, tamen necessitatem possunt sibi retinere, & non superfluitatem. Ideo detis vel mutuetis pauperibus sine vsura. Si dicat aliquis, Ego non facio vsuram, sed Iudæus cui pecuniam mutuaui, & lucrum cum eo inde percipio. Solutio. Ista est excusatio Pilati &c. Ideo cum Pilato & Iudæis ibitis in infernum. De numero istorum ministrorum erat Martha. Luc. 10. Martha autem satagebat circa frequens ministerium &c. Septimi sunt cubicularij, quorum officium est tenere cameram mundam a puluere, a luto, a lapidibus, & aliis, & parare lectum, tales loquuntur cum rege &c. Tales sunt personæ contemplatiue, quæ totaliter intendunt ad præparandum cubiculum conscientiæ deo, vt sit sine luto luxuriæ, sine puluere auaritiæ, omnia despicientes, quæ sint sine lapidibus duris iracundiæ, iniurias remittentes, ornant lectum deuotionibus, orationibus, & contemplationibus. Camera maior fuit virgo Maria, quæ dicit, In habitatione sancta coram ipso ministraui, & sic in Syon, id est, contemplatione, firmata sum. Eccles. 24. Qui incipit aliquod istorum officiorum, firmiter debet perseuerare, alias accidit ei vt pile, quæ toties transit de manu ad manum, quòd cadit in lutum vel puteum aliquem, ita de illis qui non firmant se, sed modo cadunt in luto luxuriæ, & tandem in puteum inferni. Ideo quilibet nostrum debet considerare quod officium habet, & non debet esse inconstans, sed continuando debet in eodem perseuerare. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Matthæi 10. Deo gratias.

De

De eadem dominica x. post Trinitatem, Sermo iij.



idens Iesus ciuitatem, fleuit super illam. Habetur verbū istud textualiter. Lu. 19. & recitatiue in euangelio currentis dominicæ. Pro declaratione huius verbi, & introductione materiæ prædicandæ sciēdum quòd inter multas & magnas differentias, quæ sunt inter personas sapientes & stultas est vna differentia, quam ponit sacra scriptura. di. Cor sapientum vbi tristitia est, & cor stultorum vbi lætitia. Eccle. 7. Letantur & gaudent stulti de diuitiis, honoribus, dignitatibus, & prælationibus. Ista in corde sapiētis dant tristitiam, quia sapiens cogitat in se, O miser, de tantis habeo reddere rationem deo. Vt ergo melius intelligatur illud, dicatur parabola de duobus sententiatis ad furcam, de quibus cum fieret executio, & ducerentur ad furcam, vnus ipsorum flens petebat veniam ab omnibus di. Oretis pro me. Alter autem dum duceretur ad furcam, videns dicebat, O quam bene est mihi, quomodo sum associatus, vado equitando &c. Quis istorum reputabatur sapiens, & quis stultus &c. Idem de nobis, omnes quotquot sumus in hoc mundo, sumus peccatores & criminosi, nisi innocentes, intantum quòd dicit Dauid, Dominus de cælo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens aut requirens deum. Omnes declinauerunt, scilicet a feruore deuotionis, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, scilicet purum, quia zizaniam inuoluimus. Non est vsque ad vnum, scilicet de adultis. psal. 13. Patet igitur quòd sumus criminosi & peccatores. Et noueritis quòd processus fit contra nos. Statim enim postquam homo peccauit vel corde cogitando, vel ore loquendo, seu malitiose operando, scribitur peccatum in libro dei. Autoritas, Dauid, qui postquam peccauit, dixit, Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes, scilicet defectus scribentur. psal. 138. Et sententia mortis contra nos est iam data. Autoritas, Statutum est hominibus semel mori, & post hoc iudicium a domino omni carni. ad Heb. 9. & iam fit executio, equitando vadimus ad mortem, equus est tempus secundum motum solis. Quatuor rotæ ipsum trahentes sunt estas, autumnus, hyems, & ver. Dicatur quomodo tempus festinanter currit, & nos non auisamus nos. Illi ergo qui in hoc mundo tristantur, & dolent de peccatis suis, & petunt veniam ab inimicis, & satisfaciunt, sapientes reputantur. Sed illi qui vadunt ad mortem, cantando, ridendo, & truffando, reputantur stulti. Ecce quare dicit, cor sapientum &c. Cum ergo dominus Iesus Christus non sit solum sapiens, sed etiam est sapientia æterna, non legitur ipsum in hoc mundo vnquam risisse, sed legitur ipsum multoties fleuisse. Ideo de quadam vice dicit Thema, Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam. Patet thema. Inuenio quòd Christus fleuit quinquies in hoc mundo, & quemlibet fletum fecit

pro

pro magno ſecreto ſpeculatiuo & morali.
Primo fleuit in natiuitate.
Secundo in circunciſione.
Tertio in lazari reſuſcitatione.
Quarto in ciuitatis aſpectione.
Quinto in morte & paſsione.

Et de quarto fletu loquitur thema, Videns Ieſus ciuitatem, fleuit ſuper illam. Primo fleuit xps in mundo in die natiuitatis ſuæ, quia ſicut cæteri pueri quando naſcuntur, plorant, & ſi interrogarentur & ſcirent reſpondere, dicerent quòd plorant, quia intrant iſtum mundum, qui eſt locus miſeriarum & dolorum. Ita etiam Chriſtus voluit fiere. Vnde ſapiens in perſona Chriſti dicit, Ego natus primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans. Sap. 7. Nota ſimilem omnibus. Fletus Chriſti fuit ſimilis aliis, & etiam diſsimilis. Similis in hoc, quia ſicut pueri quando naſcuntur flendo dicunt, a, a, & puellæ dicunt e, e. Vnde verſus, Omnes dicunt e, vel a, quotquot naſcuntur ab Eua. In hoc Chriſtus fuit aliis ſimilis. Sed fuit diſsimilis in hoc, quia alii pueri non plorant per electiuam rationem. Sed Chriſtus qui tunc ita erat ſapiens ſicut nunc eſt in cælo, quicquid faciebat totum faciebat per electiuã rationem intellectus, & ideo quia tunc intrabat in mundum, qui eſt locus & habitatio beſtiarum, ac ſi filius regis cui competit ſtare in thalamis & cameris regalibus, poneretur in ſtabulo cum beſtiis, talis deberet fiere. Sic iſte mundus pro beſtiis fuit factus à principio paradiſus terreſtris pro hominibus tantum, quod dicit Damaſcenus. Et etiam ſanctus Thom. in 2. parte, quòd in paradiſum terreſtrem nunquam intrauit vel intrabit aliquod animal irrationale, nec ſerpens, & animalia adducta ſunt à deo coram Adam mirabiliter. Ideo vt exules ex proditione patris noſtri Adæ perdidimus caſtrum alriſsimum, inexpugnabile quod deus ſibi commiſit, & eodem die ipſum tradidit inimico. Et quia omnes ſumus filii proditoris, deus autem nolens nos occidere, expulit nos in hunc mundum, locum beſtiarum. Ideo Chriſtus exiens de thalamo regali vteri virginalis, electiue fleuit. Vnde ſi virgo Maria ipſum interrogaſſet, quare fleret, potuiſſet reſpondiſſe. Mater mea, quia intro in hunc locum beſtiarum. De hoc fletu eccleſia, Vagit infans inter arcta poſitus preſepia, membra pannis inuoluta, virgo mater alligat manus, pedes, atque cura ſtricta cingit faſcia. Ideo propter præſentis exilii habitationem dicimus virgini Mariæ, ad te clamamus exules filii Eue. Ad te ſuſpiramus gementes & flentes in hac lachrymarũ valle. Moraliter inſtruimur hic, cum quanto deſiderio debemus expectare, & deſiderare paradiſum cæleſtem. O quantum in nobis erit gaudium, quando erimus cum parentibus & amicis noſtris. Patriarchæ ſunt amici noſtri, ſi ſumus miſericordes.

Prophetæ, si sumus deuoti. Apostoli, si sumus charitatiui. Martyres, si sumus patientes. Confessores, si sumus pœnitentes. Virgines, si sumus casti. Bonus & deuotus Christianus intantum debet hic se exulem reputare, quòd si deus diceret sibi, Ab hinc vsque ad annum venies ad paradisum. Responderet, O domine adhuc habeo stare xij. menses &c. Istud est melius signum quòd homo potest habere de se vel de alio, quòd habeat tale desiderium, quasi dicendo cum Dauid, Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Secundo fleuit in circuncisione. Nam scitis quid est circuncisio, scriptura sacra non dicit expresse quòd Christus fleuerit, Sed sequitur ex necessaria consequentia ad autoritates. Nam certum est quòd Christus recepit corpus humanum, simile nobis passibile, miseriis & doloribus subditum, licet anima ab instanti conceptionis fuerit beata. Modo dicit scriptura, quia pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse. Xps similiter participauit eisdem, subditur. Vnde debuit per omnia fratribus assimilari. ad Heb. 2. Ex isto textu secure possumus dicere, quòd Christus fleuit in circuncisione, sicut & cæteri pueri flebant. Illi propter circuncisionis dolorem, Christus vero per electiuam rationem. s propter humanam corruptionẽ, cuius radix consistit in illis partibus generationis. Nam dicit S. Thomas. j. ij. q. lxxxj. art. 4. in corpore ar. & in solutione ad tertium, quòd si deus formaret diuinitus aliter quam per coitum, ille non haberet peccatum originale, quia illud solum venit ex illo actu generationis. Ideo apostolus, Condelector legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. ad Rom. 7. Nota captiuum, quia licet peccator habeat liberum arbitrium quantum ad electionem, tamen est cathenis peccatorum ligatus & captus, quantum ad executionem. Ideo sciens Christus ꝙ tota corruptio humani generis venit ex illo actu, fleuit. Moraliter instruimur hic quantum est cauendum, ne ex illis partibus verecundis offendamus deum, nec ex deliciis bestiarum, asinorum, & porcorum, amittamus delectationes angelorum. Ideo quilibet in suo statu seruet castitatem. Vir cum vxore seruantes modũ nõ peccant, sed totum est castitas. Religiosi & clerici non coniugati non curent de illa materia. Ideo dicit scriptura, Hæc est voluntas dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, & sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, nõ in passione desiderii, sicut & gẽtes quę ignorãt deũ. 1. ad The. 4. Ponitur hic minus peccatum luxuria, vt arguatur & notetur ꝙ magis cauendũ est de maioribus. Itẽ nota, Hoc dicitur contra illos qui dicunt, ꝙ peccatum non est simplex fornicatio: liber cum libera, consentiẽtibus partibus, conjungitur, cui sit iniuria? quasi dicerent nulli. Tertio fleuit Christus in

Lazari

Lazari reſuſcitatione, de quo dixit textus, Infremuit ſpiritu, & turbauit ſemetipſum, & lachrimatus eſt Ieſus. Ioan. 11. Nota turbauit, id eſt diſsimulauit ſe flere, vt faciunt homines honorati, qui diſsimulant fletum ſuum. Sed Chriſtus electiue turbauit ſe, & fleuit. Quare ſuper hoc debetis ſcire, quòd anima quandiu eſt corpori vnita eſſentialiter, recipit conditiones corporis, ſcilicet, variabilitatem, quia ſicut corpus eſt mutabile ad bonum, & ad malum, ſanitatem, & infirmitatem, caliditatem, & frigiditatem, ita etiam anima eſt vertibilis & mutabilis. Et quantumcumque perſona ſit deuota & ſancta, niſi ſe cuſtodiat, perdet deuotionem & ſanctitatem. Et licet perſona ſit indeuota, peccatrix, & frigida in amore dei, non ex hoc deſperare debet de ſaluatione, quia mutari poteſt ad deuotionem & ſanctitatem, de culpa ad gratiam, & econuerſo. Sed ex quo anima eſt à corpore ſeparata, immutabilis exiſtens, & inuertibililis, in iſto ſtatu in quo ſeparatur à corpore, ſiue in gratia, ſiue in culpa, firmatur immobiliter. Hic patet reſponſio ad vnam quæſtionem quam vos facitis. Quare pro peccato momentaneo, vel vnius diei, vel vnius horæ &c. pena erit æterna. Nunquid ſufficeret ꝙ quantum habuit de deliciis, tantum etiam duraret pena? Pro reſpoſione ſciendum eſt, ꝙ illius qui moritur in peccato mortali, ita obſtinatur anima in illo peccato, ꝙ non poteſt ipſum dimittere, intantum quòd ſemper erit cum illa culpa. Ideo ſemper erit cum pena. Per oppoſitum qui decedit in gratia, non poteſt eam perdere. Ideo habet gloriam æternam. De iſtis autoritas clara. Si ceciderit lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit ibi erit. Eccle. 11. Homo dicitur arbor, Video homines velut arbores ambulantes. Mar. 8. Et in morte ſcinduntur. Iam enim ſecuris, ſcilicet mortis, ad radicem arboris poſita eſt. Mat. 3. Si autem arbor cadit ad meridiem, quæ eſt pars calida & humida, ſignificat amorem dei & contritionem peccatorum, talis in gratia decedit, ibi erit ſemper, quia nunquam perdet gratiam. Si cadit ad Aquilonem quæ eſt pars frigida, per indeuotionem, acidiam & negligentiã, & ſignificat culpam & peccata. ibi erit ſemper. Et quia Lazarus mortuus fuit in gratia, & erat cũ ſanctis patribus in limbo, qñ xp̃s precibus ſororum Mariæ & Marthæ debuit ipſum à morte ſuſcitare, fleuit, ſciens ꝙ Lazarus reducebatur ad ſtatum in quo poterat cõmittere & facere multa peccata, ſicut & fecit, venialiter & mortaliter peccando, qñ tẽpore paſsionis xp̃i cũ aliis perdidit fidẽ, & ſi ipſam poſt recuperauit fidẽ, & fuit ſanctus & amicus xp̃i. Ecce quare fleuit xp̃s. Moraliter hic inſtruimur, quantũ eſt cauendũ à peccatis, quia xp̃s volens reducere Lazarũ amicũ ſuũ de ſtatu in quo erat impeccabilis, ad ſtatũ in quo poterat peccare, fleuit. Patet hic quãtũ deo diſplicẽt peccata. Ideo fiendũ eſt pro peccatis, & gaudẽdũ eſt de illis qui ſunt impeccabiles, ſicut filii qui moriũt paruuli. Magis

Ratio durationis pœnæ peccato debitæ.

esset gaudẽdũ de morte taliũ, quã in die nuptiarũ filiorum magnorum. Dicatur contra mulieres pro talibus flẽres. Ideo apostolus, Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut cæteri qui spem non habent. 1. ad Thess. 4. Quartus fletus Christi fuit ille de quo loquitur thema, Videns Iesus ciuitatem, fleuit &c. Nota hic breuiter historiam euangelii. Christus videns ciuitatem Hierusalẽ, fleuit propter quinque mala ciuitati Hierusalem ventura, quæ fuerunt ista. s.

Primo fames.
Secundo pestillentia.
Tertio gladius.
Quarto captiuitas.
Quinto destructio.

Primum malum venturum erat fames. s. in obsidione Titi & Vespasiani, intantum quòd matres pre fame comedebant filios, & obstetrices lectum parturientis, & ex siti bibebant vrinam propriam. Secundum malum fuit pestilentia & mortalitas, ita quòd per vicos cadebant mortui, nec erat qui sepeliret eos, sed proiiciebantur in fossatum ciuitatis. Tertium malum erat gladius, quia audiuerant Romani quòd Iudæi ex auaritia comedebant aurum, propter hoc interficiebant eos, & inueniebant aurum in visceribus Iudæorum. Quartum malum erat captiuitas per vniuersum mundum. Triginta Iudæi dabantur pro vno denario, & fuit iudicium dei, quia ipsi Iudæi vendiderunt Christum pro triginta denariis. Quintum malum erat finalis destructio, quia in ciuitate non remansit lapis super lapidem, quia ista ciuitas non est illa quæ olim fuit, nec in illo loco sita est in quo illa erat, vt declarat Gregor. Et assignat Christus rationem illorum malorum di. Eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. s. Christi. Moraliter ista quinque mala sunt hodie in mundo spiritualiter. Primo fames spiritualis. Cibus spiritualis est oratio & verbum dei. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei Mat. 4. huius cibi est modo magna charitia & fames. Ista fames nõ sentitur à multis. Item pauci prædicant verbum dei, sed Ouidii, Vergilii, & poëtarum damnatorum &c. Secundum est pestillentia, multos inficiens, quia quilibet vult viuere secundum sensualitatem, ita quod totus mundus est corruptus, intantum quòd forte pauci sunt qui possunt dicere, Vere ego nunquam cognoui nisi vxorem meam. De mulieribus autem credo quòd sunt multæ honestæ, vtinam dicam verum, quæ non cognouerunt nisi viros suos. solum communiter loquendo, pueri innocentes sunt mundi. Ideo dicit Remigius super illo verbo, Sinite paruulos venire ad me, Mat. 19. Tanta enim est labes illius peccati, scilicet carnalis concupiscentiæ q̃ occupauit fere totum humanum genus, ita q̃ maior pars saluandorũ creditur esse innocentum puerorum. Tertium malum

est

est gladius spiritualis. s. odium, rancor, & mala volũtas inuidorum. Ita q̃ totus mundus isto gladio est diuisus. Dauid, Gladius eorum. s. inuidorum, intret in corda ipsorum, vt habeant officia, regimen, dignitates, & prælationes, licet nõ interficiant corpora, interficiũt tamen animas, quod est peius, intantum q̃ dicit Salomon de ista materia. Rursus contemplatus sum omnes labores hominũ, & industrias animaduerti patere inuidiæ proximi. Eccl. 4. Quartum malum est captiuitas. Quot hodie captiui peccatorũ, licet peccata nõ auferant liberum arbitrium, quantum ad electiones: auferunt tamen quantum ad bonas operationes. Per totum annum sunt captiui, & si forte in quadragesima liberentur, statim post pascha redeunt ad captiuitatem. Talibus dicit apostolus, Resipiscant a diaboli laqueis, a quo captiui tenẽtur ad ipsius voluntatem. 2. ad Tim. 2. O si quis esset captiuus in Barbaria, quo modo laboraret pro liberatione? quanto magis ergo laborandum est pro liberatione huius peioris captiuitatis peccatorũ. Quintum malum est destructio, quia non remanet lapis super lapidem. Lapides sunt Christiani. Autoritas. Tanquam lapides viui superædificamini domos spirituales. 1. Petr. 2. Lapides fundamenti & inferiores sunt laboratores. Deinde mercatores, ciues, milites, clerici, & religiosi. Lapides superiores sunt domini temporales, & prælati in ædificio ecclesiæ. Sed hodie totum ædificium est destructum, male viuunt omnes, tam prælati ecclesiæ, quam alij. Hoc spiritualiter flebat Christus, quia videbat destructionem vẽturam ciuitatis Christianæ. Quinto fleuit Christus in passione & in morte. Autori. In diebus carnis suæ preces supplicationesq; ad eum, qui posit eum saluum facere a morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. ad Heb. 5. Nota in diebus carnis suæ. s. passionis, quæ solum fuit secundum carnem. Ratio electiua, quare fleuit propter nos. Non enim fleuit timore mortis, vt alij flent. s. quãdo moriũtur, quia in articulo mortis sumus in maximo periculo. Hoc declarat ille doctor Beda super Tob. c. 6. quãdo Tobias voluit lauare pedes suos in flumine, piscis magnus voluit ipsum deuorare, sed Tobias deuorauit ipsum, & cepit. Beda exponit hoc sic. Tobias significat Christum, qui in flumine mortis impetuose voluit lauare pedes suos, scilicet Christianos, per suam mortẽ & passionem. Aqua baptismi & pœnitentia habent virtutem & efficaciam abluendi, & mundandi animas ex Christi passione. Et venit piscis immanissimus, scilicet diabolus, in cruce volens Christum deuorare & capere, non credens q̃ esset deus. Nota historiam qualiter Christus ipsum cepit & ligauit. Christus ergo fleuit in morte, non timore mortis, nec diaboli, sed pro nobis. Not. quòd in morte cuiuslibet communiter loquendo, veniũt dæmones multi ad deuorandum animam, Virgo enim Maria obtinuit pro gratia, ne dæmones venirent in morte sua. Ma-

gnum periculum est tunc, & multi capiuntur & deuorantur a demonibus, quia nullus potest euadere, nisi fuerit persona deuota, sancta, & bone vite. Ideo paremus nos per bonam vitam, quia solum bona vita defendit animam in articulo mortis. Si autem persona fuit bone vite, bene confessa, & contrita, & remisit, & satisfecit, deus mittit sibi angelum adiutorem, & defensorem. Et quando anima exit de corpore cū illo splendore gratie, diaboli fugiunt, & angelus bonus recipit animam, & ducit ad gloriam. Ecce ego mitto angelum meum qui precedat te. s. in vita, & custodiat in morte, & introducat te in locum quem preparaui. Exo. xxiij. Ecce quare vltimo fleuit christus propter moriētium instructionem. Ideo Dauid in psalmo 55. demonibus dicit, Inhabitabunt, scilicet in camera morientis, & abscondent. s. se. ipsi calcaneum, id est finem meum obseruabunt.

Dominica decima, post festum trinitatis.

Sermo quartus, speculatiuus de quatuor virtutibus cardinalibus.

VIrtus de illo exibat, & sanabat omnes. Habetur verbum istud textualiter Luc. vj. & officiatur in euangelio hodierno. Salutetur virgo Maria. Istud verbum volo vobis declarare dupliciter. Primo quasi pro introductione declarabitur sententialiter & speculatiue pro illuminatione intellectus. Secundo moraliter & practice pro instructione vite nostre. Pro primo sciendū, ꝙ si subtiliter & acute volumus cogitare opera dei facta a principio mundi vsque nunc, inueniemus ꝙ omnes creaturas siue angelicas siue rationales vt homines, siue corporales, creauit cum aliqua infirmitate, omnes sunt defectuose, non tamen ex defectu creatoris, sed ex conditione creaturarum. Sed deus de se extrahit virtutem ad sanandum eas aliquo modo. Primo de creaturis angelicis, que erant innumerabiles, erant enim plures quàm folia arborum, vel capilli capitis, tamen creauit eas infirmas graui infirmitate. s. peccabilitatis, quia poterant peccare, sicut patuit per effectum, quia illa infirmitate venerunt ad mortem eternam, vt Lucifer, & alij, qui fuerunt plures quàm homines sint in mundo. O grauis infirmitas, que portat patientem ad mortem eternam. Sed alij, vt Michael, Gabriel, Raphael, steterunt fortes. Et illis deus de se dedit virtutem, scilicet confirmando eos in gratia & gloria, & modo sunt impeccabiles, & curati ab illa infirmitate. Ecce virtus dei, quomodo sanauit eos. Autoritas. Per sapientiam sanati sunt quicunque placuerunt tibi domine a principio. Sap. ix. Non intelligitur de hominibus, quia non erant a principio, sed de angelis, qui placuerunt deo non peccando. Ergo virtus de illo exibat, & sanabat eos. Secundo de creaturis rationalibus,

scilicet,

ſcilicet, hominibus, quæ non dicuntur proprie intellectuales. Ratio, quia per diſcurſum oportet nos venire in cognitionem veritatis, ſcilicet ratiocinando, ſillogizando, diſputando, & per effectus cognoſcimus cauſas, & econuerſo. Angeli vero ſubito & ſine diſcurſu vident effectum & cauſam, finem & principium, cõcluſionem & præmiſſas. Dico etiam quòd creature rationales fuerunt creature infirme, ſicut angeli, ſcilicet peccabiles. Licet enim deus in gratia creauit Adam & Euam, & in optimo ſtatu, tamẽ peccauerunt, & ex illa infirmitate venit mors anime & corporis conſequenter. Anima enim creatur in vtero matris peccabilis. Non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Eccleſiaſt. vij. Sed virtus dei ſanat animas, quando exeunt corpora, innocentes vel penitentes deus ſanat, ponens eis emplaſtrum glorie, & curantur, intantum quòd non poſſunt peccare. Creditis quòd illi de paradiſo poſſunt peccare? profecto non. Sunt enim impeccabiles, ſicut deus & angeli beati. De angelorum beatorum impeccabilitate vide ſanctum Tho. j. parte quæſt. lxij. artic. vij. & ij. ſcript. diſtinct. vij. queſt. j. artic. j. Iſtam ſanitatem petebat Hieremias, dicens, Sana me domine & ſanabor, ſaluum me fac, & ſaluus ero, quoniam laus mea es tu. Hiere. xvij. Non legitur tunc infirmum fuiſſe corporaliter: ſed loquitur de ſanitate anime, quod patet cum dicit, Saluum me fac &c. ergo virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Tertio de creaturis corporalibus. Nam celum, ſol, luna, & ſtelle, & aer, & terra, & aqua, & omnia elementa creata fuerunt cum infirmitate, non cauſa peccabilitatis, quia non habent rationem, ideo non poſſunt peccare: nam ſi leo vel lupus interficiat hominem, non peccat, ſed infirmitate corruptibilitatis. Non ex compoſitione contrariorum, quantum ad corpora celeſtia & elementa, quia non ſunt compoſita ex contrarijs, tamen poſſunt annihilari, & corrumpi: & de facto elementa corrumpuntur, & corpora celeſtia fuerunt immutata, quia antequam homines peccarent, ſol ſeptempliciter erat clarior, luna vero tunc erat ita clara ſicut ſol nunc eſt. Sed ex peccato Ade ſol perdidit ſeptem partes clantatis, & luna, & ſtelle, & celum, & elementa ſeptem partes virtutis. Elementa vero in iudicio purgabuntur, & ſtabunt pura. Corpora quoque hominum, licet ſint corruptibilia, tamen in iudicio reſurgent glorioſa cum animabus, & erunt tunc incorruptibilia, impaſsibilia, clara, & agilia. Iſta eſt doctrina certa in ſancta theologia. Auto. Erit lux lune ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum, in die in qua alligauerit dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plage eius ſanauerit. Eſa. xxx. Nota, erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum, ſcilicet prime hebdomade mundi, antequam homo peccaret, in die, ſcilicet iudicij, in qua ſanabitur vulnus mortalitatis, & corruptibilitatis, & peccabilitatis. Patet ergo quòd omnes

Non exil tantũ vnà cum planetis, verum & elemẽta quoque propter primi parentis peccatum grauiter fuere leſa.

creaturæ creatæ fuerunt infirmæ, sed virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Patet thema. Modo declarandum est thema moraliter. Cum enim dicitur, virtus de illo exibat, non solum vna, sed multæ virtutes exibant de Christo, singulariter quatuor, de quibus nunc volo prædicare, quæ sunt morales, & inter alias principales, quæ dicuntur cardinales: quia sicut porta & ostium voluitur in cardine, ita aliæ virtutes & vita hominis voluuntur in his quatuor, quæ à Christo exierunt. Auto. Labores, huius. s. Christi, magnas habent virtutes. Sobrietatem enim, id est temperantiam, & sapientiam, id est, prudentiam docet & iustitiam, & virtutem. s. fortitudinis, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Sap. 8. Quatuor sunt virtutes cardinales, scilicet,

Agitur hic de virtutibus cardinalibus copiosissime.

Temperantia corporalis.
Prudentia intellectualis.
Iustitia vniuersalis.
Fortitudo spiritualis.

Ex his virtutibus Dauid vocabat Christum dominum virtutum, dicens, Dominus virtutum, non dicit dominus virtutis, de illo exibat virtus, & sanabat omnes. Dico primo quòd à Christo virtus corporalis temperantiæ, exẽplariter ipsam seruando, & doctrinaliter ipsam prædicando. Virtus enim temperantiæ est, quòd in cibo & in potu simus ita temperati & ordinati, quòd corpus nostrum non grauetur infirmitate, nec anima ebrietate, nec vita peccandi pronitate, ab eccessiuo cibo & potu. Sed recipere debemus necessitatem pro substentatione vitæ humanæ, & non debemus nimis onerare stomachũ. Istam temperantiam habent bestiæ. Si habetis asinum vel equum, si comedit & bibit satis, satis est, non biberet amplius, etiam si papa vel rex inuitaret, sed vos non sic &c. O miseri quid dicetis Christo? quia bestiæ sine ratione viuentes seruant temperantiam, & homines non. Statim postquam homo comedit & bibit ad sufficientiam, debet poni ad os cathena temperantiæ, sed hodie homines minus sunt temperati quam bestiæ. In signum cuius temperantiæ deus non fecit animal tam magnum corpore vt homo, quod haberet tam paruum os. Et ista ratione dicebat Christus, Attendite vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Luc. 21. Ecce ista virtus quomodo exiit à Christi exẽplo, quia parum comedebat, videbatur sponsa, nec legitur vnquam comedisse carnes, nisi de agno paschali, semper ieiunabat. Etiam de Christo exibat virtus temperantiæ doctrinaliter, quia dicebat Christus. Attendite &c. ne forte grauentur. Quilibet patronus siue nauta scit iam quantũ potest portare nauis sua, nec recipit amplius, quia submergeretur, & si forte plus ex cupiditate recepit, oportebit in mare proiicere vel submergi. Nauis est stomachus. Iam quilibet scit quantũ sibi necesse est de cibo & potu. Et si vltra recepit, proiiciet &c. Nonne

melius

melius fuisset, q̃ fuisset datum pauperibus, quàm quòd submergatur ex graui infirmitate, & moriatur? si inebriatur, minus valet facere quã bestia, quæ per malã viam sciet portare onus suum, & homo ebrius per bonam viã nescit portare seipsum. Ideo dicit Christus, Attendite vobis ne grauẽtur &c. Et quia multi non attendunt, ideo sunt tot infirmitates oculorum lachrymantium, non tamen propter Christi passionem, facierum rubearũ, de gutta, podagre, dolores dentium, colica, yliaca & sciatica, vltra infirmitatem animæ, quia persona gulosa cõmuniter est vel erit luxuriosa. Ratio, quia illæ partes vicinæ sunt &c. Si ergo vultis quòd filii & filiæ vestræ viuant castè, sint abstinentes. Vnde est hodie, quòd tot sunt mali religiosi, & clerici, nisi quòd non habẽt temperantiam? Magnum miraculum esset sine temperãtia castè viuere. In multis escis erit infirmitas tam corporis quam animæ, & auiditas appropinquabit vsque ad cholerã. Propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinens est adiiciet vitam. Eccl. 37. Dicunt philosophi, quòd plures interficit gula quam gladius. In signũ huius tempore mortalitatum plures moriuntur de illis qui non ieiunauerunt per quadragesimam, quam de aliis. Secunda virtus est prudentia intellectualis, quæ est vna virtus, quæ scilicet in periculis huius mundi auisat personã ne cadat in peccata, sicut enim temperantia est necessaria in escis, ita prouidentia in periculis. Iam videtis inclinationes siue tentationes carnis malas ad peccata, nõ indigemus magistris ad malum, sicut ad bonum. Item quot sunt occasiones mundi, quia totus mundus est occasio peccandi, siue in domo siue extra, siue in platea siue in vico. Item quot sunt tentationes diaboli, nec est peior pugna quam non videre inimicum, & quòd ipse videat te, ergo necessaria est virtus prudentiæ, vt in istis periculis auisemur, quia sicut ouis defenditur in deserto per pastorem ne a lupis deuoretur. Ita de nobis, qui sumus oues Christi pastoris dicentis, Ego sum pastor bonus, qui ponit &c. Ioan. 10. Et sumus in deserto huius mundi. Ne ergo deuoremur a lupis infernalibus, necessaria est nobis virtus prudentiæ, ne diabolus aliqua bona similitudine decipiat nos. De ista similitudine dicebat Christus, Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes. & simplices sicut columbæ &c. Matth. 10. In persona discipulorum dicitur hoc verbum Christianis. Nota, estote prudentes sicut serpentes. Quædam species serpentis est, qui dicitur aspis, & sunt isti serpentes talis conditionis quòd valent multum pro tyriaca, qui nõ possunt capi nisi incantentur. Sunt etiam certa verba, quæ quando audit nõ potest fugere. Ideo quando ipsa videt venatorem seu incantatorem, si potest fugere fugit, alias ponit vnam aurem super lapidem vnum, & cauda claudit aliam ne audiat vocem incantantis. Hoc dicunt naturales &c. Autori. biblie. Dauid in Psalm. Si vere vtique &c. furor illis, id est pru-

dentia Christianis, scilicet debet esse secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surde, & obturantis aures suas. Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter. Psalm. 57. Dicit Christus, quòd ita faciamus nos, qui sumus in medio luporū infernalium. Ad practicam. Quando dæmon, incantator, vel aliqua mala persona vult nos inclinare ad peccatum, tu aspis ponas aurem vnam super lapidem, de quo apostolus. 1. ad Corinth. 10. Petra autem erat Christus. & cum cauda, scilicet morte claudas aliam. Caput vitæ hominis est natiuitas, cauda vero mors. Ponitur enim auris super lapidem Christum cogitando eius vitam, & clauditur alia cauda cogitando mortem propriam. Verbi gratia. Vos sentitis incantatorem diabolum, quia omnis mala cogitatio est a diabolo. Quando enim tu cogitas, & nūquid tu es ita bonus, potens &c. sicut talis qui iam fuit incarceratus, vel infamatus &c. Ideo ingeras te omnino &c. Ecce incantatio diaboli, vt recipias regimen, & facias iniustitias, & furta &c. vt tandem suspēdaris in furca inferni. Talis cogitatio, vt homo ascendat &c. a diabolo est, ponas aurem super lapidem Christū. Cogita quòd Christus qui est dominus omnium in hoc mundo, noluit habuere dominium nec regimen, imo aliis voluit seruire. Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Matth. 20. Sed dic in corde tuo, Ego qui nescio regere personam & domum meam, volo regere alios &c. Et cum cauda, scilicet cogitando mortem, in qua oportet reddere rationem deo de regimine &c. Si ita cogitas audacter, non curabis de regimine, imo fugies. Idem de mulieribus, quando dicit cogitatio, Et nunquid tu portasti ita magnam dotem vt talis, & illa iam bis fuit induta de nouo &c. Item talis est domina, quia in domo nihil fit nisi vt ipsa vult, & ita posses tu facere. Incantator vult nos capere. Ideo vt serpens ponas aurem super lapidem, cogita ornatum Christi & virginis Mariæ. Christus enim triginta annis portauit vnam tunicā, & vos in quolibet festo vel anno vultis indui de nouo. Et si vir dicet, Non habeo &c. nonnulle dicunt, O quomodo facitis mihi, procuretis vt habeatis, & oportebit facere vsuram, furta, & rapinas. Item virgo Maria de genere Dauid, quando beata Anna faciebat sibi vestes pretiosas, nolebat portare, nisi tantum intra domum amore matris. Item cogita in morte, quando petes paradisum, dicens, Domine ego sum creatura Christiana vestra &c. Dicet Christus. Non es creatura mea. Ego feci te brunam & fuscam, & tu fecisti te albam artificialiter. Idem de indumentis. Nam dicet, Mater mea ibat simpliciter, tu volebas esse domina, & mater mea humilis & obediens erat, tu vero elata & superba. Si ista cogitatis, incantator non decipiet vos. Idem de auaritia, quando dicit cogitatio, Si tu vis viuere de tuis possessionibus, vel redditibus, aut laboribus, congregatis, de quo ergo maritabis filias tuas, & hæreditabis filios? Ideo si velles mutuare

decem

decem florenos pro duodecim, vel emere aduantagium pro minori precio, vel vendere pluris propter dilationem, vel anticipationem ſolutionis, poſſes habere bona pro prædictis. Iſta ſunt verba incantatoris. Ideo ſuper lapidem Chriſtum cogita, qui non voluit habere nec vnum denarium, nec domum, nec cellam. Et vos vultis congregare &c. Bonam hæreditatem dimittit filiis, qui eos dimittit bene nutritos, non faciatis vſuras pro filiis, alias cum eis ibitis ad infernum. Item cogita mortem, dicendo, quando moriar hodie vel cras, quid ducam mecum? nudus vadam coram Chriſto. Sic non decipiet vos incantator. Idem de peccato luxuriæ. O quot incantantur peccato luxuriæ, quando dicitur, talis diligit vos, & mittit vobis hoc, & vellet ſecrete loqui vobiſcum &c. vel quando cogitatio dicit, O qualis delectatio eſſet cum tali &c. ſed ponam aurem ſuper lapidem Chriſtum caſtiſsimum. Item cogita quid in morte fit de luxurioſis, quando anima luxurioſi egreditur de corpore, ſtatim a diabolo ducitur ad infernum, nec poteſt mori. Idem de peccato ire, quãdo dicit cogitatio quòd vindices te de inimico tuo &c. ponas aurem ſuper lapidem Chriſtum, quia noluit ſe vindicare, nec permiſit vt pater vindicaret, imo dixit, Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt. Luc. 24. Item cogita in morte quid fit de vindicatiuis, qui nolunt parcere inimicis, nec loqui &c. Tales vadunt ad infernum. Pater meus cæleſtis tradet vos tortoribus, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris. Matth. 18. Ecce, dicit ego mitto vos ſicut oues in medio luporum &c. Virtus de illo exibat &c. Tertia virtus eſt iuſtitia vniuerſalis, quæ eſt, quando homo vniuerſaliter & generaliter reddit alteri quod ſuum eſt. Iuſtitia eſt virtus, vnicuique quod ſuum eſt tribuens. Ratio, quare iſta virtus eſt neceſſaria, quia homo eſt animal ſociale per naturam. Si omnes ſolitarie viuerent, non tenerentur ad ordinandum ſe cum aliis, ſed ſolum in ſe, vt Eremitæ. Sed quia habemus cum aliis ſimul conuenire, oportet non ſolum ordinare nos, ſed etiam cum aliis, reddendo vnicuique quod ſuum eſt, & iſta eſt iuſtitia. Primo deo debemus dare quod ſuum eſt, ſcilicet credentiam in corde, & obedientiam in opere, credere firmiter articulos fidei, & ad hoc neceſſarium eſt ſcire Credo, & dicere quolibet die, mane & ſero. Sed hoc non ſufficit. Ideo requiritur obedientia in opere, ſeruando mandata, quia nullus rex eſſet contentus de credentia ſubditorum ſine obedientia. Secundo ad dominos temporales habere debemus fidelitatem & ſubiectionem, & loqui de eis debemus cum honore &c. Tertio prælatis reuerentiam tenemur reddere, & honorem, & deuotionem, ſoluere decimas, primitias &c. Quarto reddere debemus parentibus reuerentiam in corde, non deſpiciendo, in ore reuerentialiter loquendo, in opere eis ſubueniendo ſi indigent.

Quinto

Quinto reddere debemus filiis diſciplinam & inſtructionem, & non ſufficit eis dare cibum & veſtitum, ſed etiã dare debetis eis inſtructionem, vt orent deum, quòd non mentiantur, nec furentur, nec iurent, & ſic de aliis. Sexto diuites debent reddere pauperibus eleemoſynam, & miſericordiam, pauperes diuitibus in orationibus recompenſam, ſani infirmis ſeruitium. Amicis amicitiam, inimicis patientiam. Mortuis reddere debemus quod tenemur, vt eorũ compleamus vltimas intentiones, & voluntates. Iſta eſt iuſtitia vniuerſalis. Iſta virtus exit a Chriſto exemplariter & doctrinaliter. Reddite omnibus debita &c. ad Roma. 13. Quarta virtus eſt fortitudo ſpiritualis. Ecce optima ordinatio virtutum. Temperantia ordinat hominem in proſperis. Prudentia in periculis. Iuſtitia in proximis. Fortitudo autem in aduerſis. Non intelligitur de fortitudine corporali, de qua homo non debet ſe appreciare, quia beſtiæ habent maiorem fortitudinem. Sed de iſta fortitudine, de qua dicit Dauid in Pſalm. 58. Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, quia deus ſuſceptor meus es &c. Dicatur de fortitudine Dauid corporali, de qua. 1. Reg. 17. Quia puer exiſtens interfecit leonem & vrſum. Nam & leonem & vrſum interfeci ego ſeruus tuus. Tamen de iſta fortitudine non appreciabatur, ſed de ſpirituali, quia reſiſtebat tentationibus, quia non permittebat ſe vinci. Dicatur quomodo inuenit Saul perſecutorem ſuum dormiẽtem, & dixit ſibi Abuſai, Interfice inimicum tuum &c. & noluit extendere manus in Chriſtum domini. Ideo dicit, Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, quia deus ſuſceptor meus es &c. Talis fortitudo eſt virtus ſciendi, ſuſtinere tribulationes, aduerſitates, ſciendi ſuſtinere pœnitentiam, bonam vitam. Fortitudo eſt incipere bonam vitam, & continuare, & perficere. Ecce quare dicebat thema, Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.

Dominica. xj. poſt Trinitatem, Sermo. j.



Mnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Luc. 18. Ser. noſter erit de ſancto Euang. huius dominice. Si placet deo habebimus multas bonas doctrinas intellectuales & morales, ſed quia nulla doctrina habet virtutem nec efficaciam in animarũ conſolationem, nec peccatorum correctionem ſine gratia dei, ideo ſalutetur virgo Maria &c. In ſancto Euangelio hodierno Chriſtus docet nos habere tria multum neceſſaria ad ſaluationem.

Primo docet nos vitare ſuperbiam & præſumptionem.

Secundo obſeruare deuotam orationem.

Tertio ſperare iuſtam retributionem.

De ſecundo loquitur thema, Omnis qui ſe exaltat humiliabitur. Not. qui ſe exaltat: quia ſi aliquis a deo exaltatur in hoc mundo, non humiliabitur, imo etiam exaltabitur in alio mundo. Sed quando homo

homo exaltat ſemetipſum per hypocriſim, fictiones, ſeu prælationes, &c. deus humiliat talem in hoc mundo, & magis in alio. Quia dicit ſcriptura, Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Iob. 20. Dico primo quòd Chriſtus docet nos vitare ſuperbiam & præſumptionem, ne ex bonis temporalibus, vel naturalibus, vel perſonalibus, vel ſpiritualibus, preſumptuoſe nos extollamus. Hoc oſtendit Chriſtus de quodam homine, qui habebat multa bona temporalia, naturalia &c. & faciebat multa opera de genere bonorum, ſed in corde ſuperbiebat deſpiciendo omnes alios, de quo dicit quòd non fuit iuſtificatus, ſed condemnatus propter ſuam ſuperbiam, & preſumptionem. De quo dicit euangelium, Phariſeus autem ſtans dicebat, Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in ſabbato, decimas do omnium quæ poſsideo. Ecce ſuperbia & preſumptio cum dicit, Non ſum ſicut cæteri hominum raptores, vt domini temporales, nec aliena rapio per furta, vt vaſalli, & pauperes, nec per vſuras, vt vſurarij, vocando vſuras cenſus falſo nomine, nec per fraudes vt mercatores falſi, ſed domine ego ſum miſericors, decimas do omnium quæ poſsideo. Non ſolum de pane, vino, oleo, ſed etiam de mentha, ſaluia, & de caulibus. O fatue. Ecce ſuperbia & præſumptio. Secundo dicit, Non ſum ſicut cæteri hominum iniuſti. Aliqui ſunt iniuſti, dando falſam ſententiam, vel innocentes condemnando, non reſpiciendo ſententiam vel iuſtitiam, ſed ſalarium. Item alij ſunt iniuſti, falſe procurando in cauſis, & litigia dilatando. Item alij ſunt iniuſti, mercedem & ſalaria retinendo, vel debita negando, & de iſtis iniuſtitiis ſe iactanter excuſabat iſte. Item quòd non erat homicida, vel diffamator. O ſtulte, quomodo oſtendis tuam ſuperbiam, & præſumptionem? Tertio, quia non ſum ſicut cæteri hominum adulteri. Nota, quid eſt adulterium. Ideo vt viuam caſte, ieiuno bis in ſabbato, id eſt in hebdoma. Non ego ſum talis vt hic ribaldus publicanus. O de iſto ſtulto attende, quia condemnatus deſcendit in domum ſuam. Ideo ſi nolumus condemnari, de nullo bono habeamus ſuperbiam & preſumptionem. De hoc datur talis declaratio. Ponatur caſus quòd aliquis pauper homo mutuo recipiat a diuite mille florenos, tali conditione quòd quolibet anno teneatur dare diuiti centũ florenos centuales ſub pœna mortis, & quandocunque voluerit diues ſortem principalem, teneatur reddere ſibi etiam ſub pœna mortis. Si talis pauper homo vellet ſe iactare & ſuperbire, dicendo, O quomodo ſum diues &c. nunquid eſſet hic ſtultitia? imo, quia cum tanto onere habet illas pecunias, quòd non eſt gaudendum, ſed potius flendum & timendum. Ita eſt de nobis. Nam omnia bona quæ habemus, ſiue temporalia ſiue naturalia &c. nõ ſunt nobis data propriè, ſed ſunt a Chriſto diuite mutuata, quia ſibi habemus

mus de omnibus dare vſuram bonam ſub pœna mortis æterne. Primo de bonis terrenis, ſi habetis cãpos, vineas, & poſſeſsiones alias, omnia iſta ſunt vobis a diuite Chriſto non data, ſed mutuata, quia de omnibus vſque ad vltimum obolum habetis ſibi reddere computum, quomodo habuiſtis, conſeruaſtis, qualiter expendiſtis, ergo vos non eſtis dominus ſed Chriſtus. Dauid, Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo. Vos autem diuites ſolum eſtis diſpenſatores. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores. 1. ad Corinth. 4. Et loquitur apoſtolus in perſona diuitum, & ſub pœna mortis diuites tenentur ad vſuras, ſcilicet opera miſericordiæ & pietatis, non ſolum ſemel in anno, ſed quolibet die, nec contentatur Chriſtus de ſorte principali. Modo dic quomodo es diues, quot pecunias habes, cum ita ſis oneratus? &c. Patet ſtultitia diuitum, quia omnia mutuo receperunt. Auto. Homo quidam peregre proficiſcens &c. Matth. 25. Et loquitur Chriſtus de ſe, Dicatur hiſtoria. Dixit Chriſtus illi qui nihil fuit lucratus, Serue male & piger, oportuit te pecuniam meam committere nummulariis, & ego veniens recepiſſem vtique quod meum eſt cum vſuris. Loquitur hic Chriſtus ſimilitudinarie. Matth. 25. & Lucæ 19. Nolite igitur vos appreciari de diuitiis & poſſeſsionibus, & huiuſmodi, ſed ſemper timete dicendo, O miſer, & quantum debeo &c. Ideo Iaco. 5. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miſeriis veſtris, quæ aduenient vobis. Nec etiam eſt ſuperbiendum de bonis perſonalibus ſeu eſſentialibus, vt de ingenio, de ſubtilitate intellectus, nec auiſamentis mundanis, nec de ſapientia, nec de eloquentia, nec de pulchritudine, fortitudine, ſanitate, & huiuſmodi, quia totum eſt nobis hoc a deo mutuatum, & de omnibus bonam habere vult vſuram. Sed vtinam ſubtilitas intellectus non ſit aliquibus cauſa damnationis, intellectu male vtentibus. Dicatur breuiter hiſtoria illius ceci quem Chriſtus ſanauit. Ioan. 9. Cui dixit Chriſtus, Tu credis in filium dei? Reſpondit ille, Quis eſt domine vt credam in eum? Reſpondit Ieſus, Qui loquitur tecum ipſe eſt. At ille ait, Credo domine. Et procidens adorauit eum, & dixit ei Ieſus. In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videant, & qui vident ceci fiant. Et dicebant phariſei, Nunquid & nos ceci ſumus? Dixit eis Ieſus, Si ceci eſſetis non haberetis peccatum. Nunc vero dicitis, quia videmus, peccatum veſtrum manet, ſcilicet infidelitatis. Hoc dicebat Chriſtus, quia ille cecus, rudis, & ignorans viſo miraculo illuminatus adorauit Chriſtum. Sed phariſei præſumptuoſi, & ſubtiles faciẽdo reſponſiones ſuas, ceciderũt in fatuitates. Pauci ſunt ſubtiles intellectu, qui ſunt vere fideles, quia ſuo intellectu volunt cõprehendere ea quæ fidei ſunt. Dicatur quomodo eſt ſtultitia lumine intellectus velle comprehẽdere

artic

articulos fidei. Exemplo illius, qui lumine cãdele volebat probare du
catos, aureos florenos Florentiæ &c. Vsura quam deus vult de intelle-
ctu, est simplex credentia. De voluntate amorem, de memoria suorum
operũ recordationẽ, de eloquentia proximi subuentionẽ. Sed cõmuni-
ter loquentes male moriũtur sine lingua, & sine cõfessione. De corpo-
re vult deus vsuram pœnitentiæ, ieiuniorum &c. Ecce vsuras quas deus
vult de bonis personalibus sub pœna mortis. Dico vobis quòd nisi pœ-
nitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Lu. 13. Item de bonis spiri-
tualibus vult deus vsuram scilicet de fide, spe, charitate, de prudẽtia, iu
stitia, fortitudine, & temperentia &c. vult deus cõtinuationem & mul-
tiplicationem bonorum operum, & meritorum. Omni autẽ cui multũ
datum est, multũ quæretur ab eo, & cui cõmodauerũt multum, plus pe
tent ab eo. Lu. 12. No. datũ, id est, accõmodatum, vt declaratur cum di-
citur, & cui cõmodauerit multum. Dico secundo quòd Christus docet
nos obseruare deuotã orationẽ, quia oratio est mediũ, per quod opor-
tet nos habere omne bonũ. Ad hoc probandum detur similitudo de ali
quo fonte, a quo si vultis in vestro horto venire aquã, oportet ponere
canale &c. Fons omnium bonorũ est in cælo. Omne datum optimum,
& omne donum perfectum de sursum est, descendẽs a patre luminum,
id est, angelorũ, Iac. 1. De isto fonte Eccl. 1. Fõs sapientiæ verbum dei in
excelsis. Et quilibet nostrũ indiget aqua gratiæ de isto fonte in horto
animæ & corporis. Ideo necessariũ est canale orationis, cuius pes est in
ore, & caput in cælo, per contemplationẽ vel cogitationem. Ecce ratio
orationis. Istam rationẽ ostendit Christus nobis per vnum hominem,
de quo dicit euangelium, Publicanus autem a longe stans nolebat ocu
los in cælum leuare, sed percutiebat pectus suum di. Deus propicius.
vsque in domum suam. No. longe stans, quia cogitans sua magna pec-
cata non putabat se esse dignũ intrare templum domini, nec audebat
respicere cælum, cogitans quòd est camera dei, quem tantum offende-
rat. Sed dicebat intra se, Sufficit mihi ista gratia, quòd mihi deus re-
mittat peccata mea. Ideo dicebat, Deus propicius esto mihi peccatori,
quia nesciebat Pater noster, nec Aue Ma. Et sequitur, Descendit hic iu
stificatus in domum suam. Et quãta est virtus deuotæ orationis hic mo
dicum est speculãdum. Iste publicanus quem Christus laudat, seruauit
tria in oratione sua, scilicet timorem reuerentialem, verecundiam in-
tellectualem, & contritionẽ cordialem. Primum patet cum dicit, a lon
ge stans, quia timore reuerentiæ non audebat intrare templum domi-
ni, non se reputans dignum &c. No. hic contra illos, qui nimis accedũt
ad altare, etiam se appodiantes. Item de parlamentis cum mulieribus
in ecclesia, vbi tractantur matrimonia clãdestina. Dicatur miraculum
quod habetur in biblia. 2. Regum 6. de Oza, qui ex tactu arce subito
fuit mortuus, & tetigerat arcam bona intentione, & cum timore

reuer

reuerentiali. Iudæi assignãt rationem eius mortis, quia illa nocte dormierat cum vxore sua, licet vir cum vxore sua possit dormire sine peccato, imo etiam meritorie, non tamen decet post talem actum communicare, vel ad communionem eucharistiæ accedere, vt habetur de con sec. distin. ij. Omnis homo ante sacram communionem a propria vxore abstinere debet tribus, quatuor, quinque, aut sex, aut septem diebus. Non est præceptum sed consilium, vt patet. xxxij. quæst iiij. Vir cum propria vxore. vbi dicit Grego. Si vtitur vxore solum ex libidine, omnino abstinere debet. Et nunquid maioris dignitatis est altare & ecclesia Christi, vbi conficitur corpus Christi, quàm arca Moysi? Ideo auisetis vos, & in oratione vestra sitis longe ab altari, quia ex illa humilitate oratio vestra magis a deo exaudietur. Ideo Dauid dicit de se, Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuã, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. psal. v. Ideo præcepit deus, Quisquis externorum, id est, non sacerdotum accesserit ad altare, scilicet occidetur. Nume. i. Ideo in oratione requiritur timor reuerentialis. Secundo requiritur verecundia intellectualis. Hoc ostenditur cum dicitur, Nolebat nec oculos ad cælũ leuare. Ita debemus nos facere &c. Declaratur per similitudinem de filio, qui vidente patre fecit aliquam insolentiam, propter quod ex verecundia non audet respicere patrem in facie. Dicas tu christiane, feciſti ne vnquam insolentias & ribaldarias coram patre tuo Iesu Christo, & Matre virgine Maria, videntibus omnia tam bona quam mala quæ tu facis? Omnia nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo est, scilicet in oratione. ad Hebr. 4. Ideo ex verecundia inclina caput tuum in oratione, quia talis humilitas multum placet Christo. Io. Esdras in oratione sua dicebat, Deus meus confundor & erubesco leuare faciem meam ad te. Ratio, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque ad cælum. i. Esdræ 9. Tertio requiritur contritio cordialis, cum dicitur, quòd percutiebat pectus suum, di. Deus propitius esto mihi peccatori. Est hic quæstio. Certum est quòd per quinque sensus corporis, & per omnia membra eius peccamus, quare non percutimus oculos, nec aures, imo percutere esset ridiculum, nec Christus dicit quòd publicanus percuteret aures, nec oculos &c. sed pectus suum, & de hoc laudatur a Christo. Ad hoc dicatur de mala arbore, de qua non sufficit scindere ramos, sed requiritur eradicatio. Modo radix omnium malorum & peccatorum est cor, sensus autem & membra corporis rami sunt, quia illuc vadit oculus, & lingua &c. iuxta illud, Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuũ. Mat. 6. Ideo Christus Mat. v. De corde exeunt cogitationes male homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ &c. Ideo ad radicẽ ponitur securis, percutiẽdo pectus, pertutitur

etiam

etiam aliquoties ós, quia ex abundantia cordis os loquitur. Matth. 12. Ideo bonus modus est illorum, qui post corporis Christi eleuationem percutiunt pectus & os, quasi dicētes, Domine offendi vos corde & ore, qui pro me fuistis in cruce eleuatus. Ecce tres bonæ conditiones orationis, recipiatis & teneatis eas. Dico tertio ꝙ ostendit Christus nobis sperare iustam retributionem, quia ipse est iustus iudex, hoc ostendit cum dicit, Omnis qui se exaltat &c. quod est thema. No. omnis qui se exaltat. s. vanè, non exaltatur à deo, vel papa, vel rege &c, sed ipse se ingerit ad dignitatem prælationis, seu officia sustinenda, & regimen communitatis. Cum tamen coactus deberet ad dicta officia suscipienda accedere, dicendo, O miser nescio regere me, nec mea, quomodo potero regere tot & tantos? Sed si papa vel rex, vel communitas exaltat te, recipias &c. etiam cum timore, quasi dicēdo deo, Domine vos iuuabitis me. Sed quando tu ingeris te, & rogas pro amico tuo insufficiēti, & laboras pro eo quē tu scis ꝙ non sufficit ad regēdū domū suā &c. deus humiliabit te. Patet ratio, quare hodie tot regna, communitates, villæ, & castra destructa sunt, & subuersa, quia quilibet vult regimē &c. Et quando bona communitatis veniunt in posse taliū, vel de istis &c. Et sic destruuntur ciuitates. Dicatur practica de ista exaltatione & humiliatione. De quæstione ista, disputatione, vel cōtentione, quę fuit inter apostolos Mat. 18. dicentes Christo, Quis putas maior est in regno cælorū? Mat. 19. dicitur ꝙ disputabant quis eorū maior esset. Lu. 22. dicitur, Facta est cōtentio inter eos, quis eorū videretur esse maior. Concordatur sic, Cū autem Christus circa tempus passionis suæ veniret Hierusalem, discipuli sui sequebantur eum retro, & inter se cōtendere inceperunt, quis eorum esset maior in regno cælorum. Et sic inceperunt disputare, s. assignando rationes. Nonne ego ero maior, di. beatus Petrus, primo in regno cælorum, quia Christus tam me fecit vicarium suum, & prælatū vestrum, di. Tu vocaberis Cephas. Andreas dixit, Petre, & quis fuit primo discipulus Christi, nunquid ego? & duxi te ad Christum. Ecce contentio, quia non concordabant in disputatione, quia assignabant rationes. Ioannes respondit vos estis carnales, & habuistis vxores & filios, ego qui sum virgo, ero maior. Iacobus eius frater respondit, dicens, Ioannes nunquid ego sum maior te? & nunquid mater nostra petiit dexteram pro me? &c. Iacobus, Symon, & Thadeus, filii Mariæ Cleophæ, que secundo fuit genita post virginem Mariam, dixerunt quòd ipsi erant Christo propinquiores &c. Matthæus respondit. O vos quid dimisistis pro Christo? vnum rete vile, & nauiculam &c. sed ego qui tantum dimisi, ero maior. Et Philippus dixit, Et nunquid ego sum primus, quē Christus ore suo vocauit? Io. 1. Veni & sequere me. Ideo &c. Bartholomeus de quo dicitur quòd est de genere regali, dixit, Vos filij piscatorū estis, sed ego sum nobilis, ideo debeo

esse maior. Sed Thomas dixit, Ego qui sum abyssus scientiæ, ero maior, vos estis ignorantes, quid scitis vos? Nonne sapientes debent præcedere, & primi esse? Iudas dixit. Nonne ego sum maior? Videamus de quo confidit plus Christus, quem fecit procuratorem? nonne me? Non poteſtis comedere nisi per manus meas, ideo ego ero maior. Et sic ibāt contendendo & disputando. O quomodo debebat dicere Christus, O stulti &c. Dicit Marcus quòd venerunt ad dominum, & Christus sedit in scamno, & vocauit eos di. De quo tractabatis in via? Ipsi autem ex verecundia non audebant dicere, licet ipse sciret. Ideo dicit Matthæus quòd accesserunt ad eum dicentes. De ista materia tractabamus, Quis putas maior est in regno cælorum? O dixit Christus, Bona materia est ista & subtilis, & quid determinastis? & ipsi verecundabantur. Tunc dixit Christus, Petre, pro tua maioritate allegasti, quia prælatus es &c. Est ne ista ratio bona? Nunquid prælati sunt in maiori periculo quam alij? & multi prælati damnantur, quia male se habent? Tu Andræa allegasti, & fuisti primus &c. Et nunquid audiuisti me dicentē in quodā sermone, quòd erunt primi nouissimi, & nouissimi primi? Mat. 20. Tu Ioannes allegasti virginitatem. Et nunquid Adam & Eua virgines expulsi fuerunt de paradiso terrestri? Tu Iacobe allegasti primogenituram. Et nunquid Cain primogenitus Adæ fuit reprobatus & condemnatus? Item idem de Esau primogenito Isaac. Et vos Iacobus, Symon, & Thadee, allegastis quòd estis filij secundæ genituræ &c. Et nescitis quia caro & sanguis regnum dei non possidebunt? Ita de aliis. Et tunc apostoli dixerunt Christo, Ergo domine determinetis quæstionem nobis. Dicit Matthæus, quòd Christus respexit vnum puerum, & vocauit eum, qui erat sex vel septem annorum, & dicitur quòd fuit beatus Martialis, quem statuit in medio apostolorum, & puer erat totus timidus. Iam videtis quando vnus puer vocatur a magno domino, quam tum timet & humiliat se. Et dixit Christus, Quicunque humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorum, Mat. 18. Modo speculando nota magnam Christi misericordiam, quia maioritatem & præeminentiam regni cælorum constituit in hoc, quòd quilibet potest habere si vult. s. humilitatem, quam quilibet potest habere, etiam magni domini, prælati, quia quanto maius onus portant, tanto debent esse humiliores, sicut arbor quanto plus pomis oneratur, tanto plus & profundius inclinatur. Insuper iumentum quanto maius onus portat, tanto magis ad terram inclinatur. Sic sani & infirmi, diuites & pauperes, quanto humiliores fiunt, tanto plus ascendunt in regnum. Si autem Christus constituisset maioritatem regni cælorum in dominio temporali, quid fecissent subiecti? si in prælatione, quid de simplicibus? si in virginitate, scientia, diuitiis, peregrinationibus, quid esset de aliis? sed constituit in humilitate. Ideo dicit scriptura

1. Pet.

1.Pet.5.Humiliamini igitur ſub potenti manu dei, qui totum mundum comprehendit, & quando aliquis vult ſe exaltare, deus humiliat ipſum. Et quando aliquis ſe humiliat, deus manu ſua recipiens eum exaltat ipſum. Ergo omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.

Sermo de mortuis ſecundus, de eodem euangelio dominicæ xj.



On ſum ſicut cæteri hominum. Lu.18. Sermo noſter erit de conditionibus & proprietatibus animarum in purgatorio exiſtentium. Credo quod erit materia vtilis ad auiſandum, quia niſi ſit ſtultus, quando ſcit pœnam, debet corrigere & emendare vitam ſuam, & parare ſe. Salutetur virgo Maria. Pro declaratione breui huius verbi ſecundum intellectum quem volo pertractare, & introductione materiæ prædicandæ, ſciendum quòd experientia docet ad oculum quòd in hoc mundo ſecundum quòd ſunt diuerſa regna, prouinciæ, ciuitates, & communitates. ita ſunt diuerſæ conditiones hominum & proprietates. Nam aliam conditionem habent Angli, aliam Galli, aliam Hiſpani, aliam Cathalani &c. quia ſecundum diuerſitates terrarum & regnorum gentes recipiunt proprietates & conditiones. Non ſolum homines, ſed etiam iumenta, fructus, & aqua, & aër. Hoc autem licet ſit certum & clarum, adhuc tamen habemus teſtimonium de ſacra ſcriptura. Notetur breuiter hiſtoria de Iacob recedente de terra Chanaam, eunti in Meſopotamiam, ad terram valde diſtantem, ad domum Laban, qui habebat duas filias virgines, & Iacob philocaptus de ſecunda genita petiit eam habere in vxorem. Qui reſpondit, Non eſt in loco noſtro conſuetudinis, vt iuniorem ante tradamus ad nuptias. Gen.29. Fiat ergo ratio per locum à minori, ſi in hoc mundo eſt tanta diuerſitas gentium &c. ſecundum diuerſitates terrarum vt dictum eſt. Bene ergo diuerſitas debet eſſe inter gentes illius mūdi & alterius. Ideo quælibet anima à corpore ſeparata poteſt dicere, Non ſum ſicut cæteri hominum. ſ. huius mundi in conditionibus. Mutantur enim conditiones & proprietates. Patet thema. Inuenio quòd animæ purgatorij habent quatuor conditiones à nobis valde diuerſas, quandiu ſumus in hoc mundo.

Prima eſt ſtabilitas in gratia.
Secunda ſecuritas de gloria.
Tertia acerbitas de pœna.
Quarta paupertas nimia.

Iſtas contrarias conditiones habet aīa in purgatorio à nobis diuerſas. Ideo quælibet poteſt dicere the. Non ſum ſicut cæteri hominum. Dico primo &c. ſ. ſtabilitas in gratia, quam nō poſſunt perdere. Nō credatis

quòd in purgatorio sit aliquis homo, vel aliqua intellectualis creatura, nec intrat ibi nisi sit in gratia dei. Non intrant eo dæmones, sed solum animæ penitentium, qui in hoc mundo non compleuerunt penitentiam condignam, sed in morte fuerunt confessi, & parum contriti, remiserunt iniurias inimicis, & restituerunt &c. Tales in purgatorio complent residuum. Hæc est doctrina communis doctorum, Vnde autoritas Dauid, qui de hoc fecit vnum psalmũ, Misericordiam & iudiciũ cantabo tibi domine. Nota, misericordiam, quia magna est dei misericordia, quia non solum hic, sed etiam in alio mundo dat peccatoribus locũ penitentiæ. Nota iudicium, quia illa punitio in purgatorio strictissimè fit, vt patebit in tertia parte. In eodẽ principio dicit Dauid in persona dei, Nõ habitabit in medio domus meę qui facit superbiã, psal. c. Nota cum dicit in medio domus mee. Domus dei est totus mundus, nos sumus in pauimento, cameræ sunt in cælo. Tota vniuersitas creaturarum est domus dei, Baruch. 3. O Israel quam magna est domus dei &c. Magnus & ingens, & non habet finem, excelsus & immensus, Nota locus possessionis. Deus enim sua potentia possidet omnes creaturas, sed per gratiam non possidet nisi creaturas de paradiso, & de purgatorio, & aliquas de isto mundo. Medium domus dei est purgatorium. Initium enim habendi gratiam dei, est iste mundus, quia nisi in hac vita homo incipiat habere gratiam dei, nunquam habebit eam in alio mundo. Finis autem est gloria æterna, in qua sunt in gratia confirmati. Medium vero est purgatorium, in quod animæ transeunt, quia paucæ sunt quæ sine purgatorio transeunt, quia solũ animæ puerorum innocentium communiter loquendo. Ecce quare dicit, Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam. Diceret aliquis, Vtrum ne aliqua peccata mortalia purgantur in purgatorio. s. auaritiæ, luxuriæ &c. Respondeo, dico ꝙ sic, quia omne peccatum mortale includit superbiam, quia ipsa est initium omnis peccati, ideo de ea specialiter fit mentio. Verbi gratia. Quare quis est auarus? patet, quia homo non vult se humiliare regulæ dei dicentis, Non furtum facies, vel non feneraberis fratri tuo ad vsurã &c. vel, estote misericordes. Idem de peccato luxuriæ, quia luxuriosus non vult humiliari, ordinationi diuinæ obediendo, vt caste viuat. Item gulosus nõ vult humiliari regulæ temperantiæ, nec iracundus remittere iniurias, & sic de aliis. Patet ergo quòd omne peccatum mortale includit superbiam, Autoritas, Initium omnis peccati superbia, qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis. Eccle. 10. Dicit ergo deus, Non habitabit in medio domus meæ, scilicet purgatorii, qui facit superbiam, sed si penituit, habitare potest. Patet ergo quod animæ in purgatorio habent gratiam stabiliter seu immutabiliter, & licet habeant liberum arbitrium magis quam nos, tamen non possunt peccare, quia diminuit de libero

arbitrio

arbitrio. De quo vide sanctum Tho. j. par. q. lxij. arti viij. in sol. ad tertium argumentum. Sicut si sint duo homines, & vnus potest captiuari ab Agarenis, & alius non, magis liber est ille qui non potest captiuari. Ita nos possumus captiuari ex peccatis, sed non illi de purgatorio, nec illi de paradiso. Ideo habent magis liberum arbitrium quam nos. Ratio, quare non possunt peccare est, quando due persone simul associantur, stando, comedendo, bibendo, ambulando, dormiendo, vna recipit conditiones alterius, etiam si sint creature irrationales, vt patet in vino, quod commixtum aqua fit simplex. Idem de anima, que de se est fortissima creatura spiritualis, sed associatur corpori in vnitate essentie. Ideo anima recipit conditiones corporis, scilicet mutabilitatem, & variabilitatem, modo fit calida deuotione, modo frigida distractione, & econuerso, modo sana per gratiam, modo infirma per culpam, & econuerso. Autoritas. Cogitationes mortalium timide, id est, timorose, & incerte prouidentie nostre. Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam, id est trahit eam ad suam conditionem. Sap. ix. Nota cogitationes mortalium timide, sicut patet de cogitatione, quis cogitat se esse in gratia dei, & huiusmodi, quia corpus quod corrumpitur &c. Ista est ratio, quare nos in hoc mundo possumus perdere gratiam dei, sed post diem iudicij tunc corpus erit incorruptibile, tūc corpus recipiet conditiones anime, & modo anima recipit cōditiones corporis. Propter hoc apostolus vocat corpus glorioſum spirituale, quia habet cōditiōes spiritus. Seminatur corpus animale, scilicet in sepultura, surget corpus spirituale, scilicet in iudicio. j. ad Cor. xv. quia tunc habebit conditiones spiritus, sed anime a corporibus corruptibilibus separate in purgatorio existentes, iam dimiserunt conditiones corporis. Ideo sunt immutabiles. Ecce stabilitas gratie dei. Ideo quilibet talis potest dicere, Non sum &c. scilicet de hoc mundo, qui possunt peccare, vel per carnis inclinationes, vel per mūdi occasiones, vel per diaboli tentationes. Dico secundo, scilicet securitatem de gloria, quia certi sunt & securi q̄ aliquādo ibunt ad gloriam paradisi, sed nos miseri quantuncunque boni, iusti, & sancti, quādiu sumus in hoc mundo, sumus dubij & incerti an illam gloriam habebimus, licet de ea habeamus spem, non tamen habemus certitudinem infallibilem, vt anime de purgatorio. Propter hoc apostolus, qui erat de maioribus sanctis dei, de se dicebat, Nihil mihi conscius sum, scilicet de aliquo, quin fuerim confessus & fecerim penitentiam, sed non in hoc iustificatus sum. j. ad Cor. iiij. Ideo nolite iudicare de aliquo q̄ damnabitur, quātuncunque malo, vel q̄ saluabitur, quantuncunq; bono. Ideo dicit apostolis christus, Neminem per viam salutaueritis, id est saluum dixeritis vitorem. Luc. x. Non dicitur nauis salua quādiu est in pelago, quousque ad portum peruenit. Ideo dicit Salomon, sunt iusti atque sa-

Quomodo mundus, caro, & diabolus nos ad peccandū impellūt.

pientes, & opera eorum in manu dei, & tamē nescit homo vtrū amore an odio dignus sit, sed omnia in futurū reseruantur incerta. Eccles. ix. Tamē anime de purgatorio habent aliā cōditionem, quia habent certitudinem infallibilem, de gloria habenda aliquo tēpore. De qua nos sumus incerti. Ratio, quia gloria nō potest haberi ex bonis operibus, inquantū procedunt solum a libero arbitrio, sed inquantū procedunt a deo per gratiam. Nam bona opera nostra habēt duo principia, scilicet deū. Secundo liberū arbitrium. Deus enim inflammat cor, illuminat intellectū, corroborat memoriā, confortat voluntatē ad bene operandū. Liberum arbitriū operatur secundū naturam. Ideo inquantum opus bonū procedit a solo libero arbitrio, sine gratia dei, nō est meritorium vite eterne. Sed inquantū procedit a deo per gratiā mediante libero arbitrio, tūc est meritorium. De hoc vide sanctum Tho. j. ij. q. cxiiij. arti. iij. Vnde autoritas apostoli, Non sunt condigne passiones huius tēporis, scilicet inquantū procedunt a solo libero arbitrio, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. ad Rom. viij. Nota similitudinem de rege mittēte procuratorē suum ad aliquā ciuitatem gubernandā. Ad quā veniens præsentat literā regiminis, quæ literā habuit duo principia, primo, scilicet regem præcipientem, secundo notarium scribentē. Modo videamus ad quod principium recurrent, nō ad notarium, quia nō obediretur litere, sed ad regē &c. Ita de anima, quando post mortem vadit ad portam ciuitatis paradisi, dicens, Aperite, & dimittatis me intrare, ostendens literā, id est bona quæ fecit in vita, quæ si facta sunt a solo libero arbitrio, non obeditur sibi, nec permittitur intrare, quia nulla est proportio bonorum illorum, vt sic ad gloriam intret. Sed si anima ostendat illa bona, quæ operata est per gratiam dei, mediante libero arbitrio, tunc habet introitum & rationem. Autoritas. Gratia dei, ablatiui casus, id est, per gratiam dei, vita æterna, scilicet habetur. ad Rom. vj. Quia gratia dei est arca glorie. Quia ergo anime purgatorij immutabiliter habent gratiam dei, ideo securitatē habent de gloria habenda. Mulier gratiosa inueniet gloriam. Prouer. xj. Ideo quelibet anima de purgatorio potest dicere. Non sum sicut cæteri hominum. Dico tertio, &c. scilicet, acerbitatem de pœna. Tāta est acerbitas pene purgatorij, quòd conclusio est omnium doctorum, q; si omnes pene corporales, quæ vnquā fuerunt in hoc mundo, essent congregate in vno homine, nō equarentur minime pene purgatorij, quā habet vna anima in purgatorio existēs. Licet magna fuerit pœna Laurentij, Vincentij, & Bartholomei, & aliorum martyrum, tamen minima pœna purgatorij est maior omnium pœnarum huius mūdi. Ratio est, quia pœna purgatorij est anime violenta & coacta. Ideo grauior quacunque pœna voluntaria quam homo facere potest in hoc mundo, & minus satisfactoria. Ex his pœnis quas homo voluntarie facit hic

vt in

vt ieiunia, orationes, cilicia &c. remittitur certum tempus de purgatorio, & tanta poterit esse contritio, quòd tota pœna purgatorij dimittetur. Et nisi hic sustineas pœnas pœnitentiales pro peccatis, in alio mundo sustinebis incomparabiliter maiores. Ratio, quia ille sunt violente. Dicatur similitudo de duobus filijs patrem offendentibus, quorum vnus voluntarie pœnitens, lachrymabiliter se humiliat coram patre, statim pater mouetur ad parcendum sibi, alius vero non curat. imo cum reprehenditur a patre, murmurat, nec recognoscit culpam. Tunc pater indignatus, non virga, sed baculo percutit, & castigat fortiter & dure. Idem in proposito. Cogita quòd deus est pater noster, & virgo Maria mater, nos autem filij sumus, imo & captiui, Christi sanguine redempti, primæ ad Corinthios sexto. Non estis vestri. Empti enim estis precio magno &c. & in domo patris, id est Christianitate, facimus multa minus bene, quia tòt mala quot peccata &c. Pater autem recipit virgã dicens, Venite, & corrigam vos. Hoc fuit quando dixit, Pœnitentiam agite. Matth. iiij. Aliter, nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis. Luc. xiij. Qui ergo in hoc mundo vult humiliari ad pœnitentiam, & ad petendum remissionem, illi pius pater statim parcit, & miseretur illius. Ideo leuiter hic obtinetur remissio. Sed tu inobediens & rebellis non solum non vis facere pœnitentiam, sed nec permittis vt alij faciant pœnitentiam, imo detrahis, ideo non virga, sed baculo vel gladio castigaberis. Ad istud propositum allegat sanctus Thomas illam autoritatem. O vos omnes &c. Threnorum primo, quæ ad literam intelligitur de Christo, allegorice de animabus purgatorij, quia tantus est dolor earum, quòd vna hora videtur mille anni. Nota de illo homine infirmo, qui elegit potius esse per tres dies in purgatorio quàm per tres annos infirmari. Ex ista ratione dicebat apostolus, Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed vt scilicet sapientes redimentes tempus purgatorij per eleemosynas, ieiunia, orationes, & huiusmodi, quoniam dies mali sunt, scilicet in purgatorio, ad Ephesios quinto. Dico quarto &c. scilicet, paupertas nimia, scilicet meritorijs operibus, quia non possunt meritorie operari. Licet enim maximam pœnam patiantur, & plura suffragia pro eis fiant, tamen non est eis meritorium, scilicet ad gloriam augmentandam. Ratio, quia deus diuisit tempus, quia est tempus lucrandi, & tempus recipiendi, seu quiescendi. Tempus lucrandi seu merendi est quandiu viuimus in hoc mundo. Tempus autem recipiendi & quiescendi est post mortem in alio mundo. Sicut de domino patet, qui de die facit operari seruos & captiuos, & de nocte quiescere. Ideo dicit sapiens. Quodcunque potest facere manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia, erunt apud inferos, quorũ

properas. Eccles. ix. Ideo dixit christus, Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Veniet nox quando nemo potest operari. Ioan. ix. Ideo declarabo vnū versum psalterij, Quoniam nō est in morte qui memor sit tui, in inferno autem &c. Circa istum versum etrant aliqui dicendo, ꝙ in morte homo non recordatur de deo, cum dicitur, Quoniam non est in morte qui memor sit tui &c. Sed iste intellectus non est bonus, quia imo dicit scriptura, In requie mortui requiescere fac memoriam eius, & consolare illum in exitu spiritus sui. Eccles. xxxviij. Sed intelligitur sic, Quoniam nō est in morte, id est post mortem, quia anima separata corpus dicitur mortuum, & nō ante. Nō est qui memor sit tui, s. meritorie, quia licet mortui tam beati quā dānati recordentur de deo, sed diuersimode, nō tamen meritorie recordātur. Nota cū dicitur, In inferno autem quis cōfitebitur tibi? Quia in inferno fit confessio, non tamen deo, sed diabolo, curato illius parochie. Authoritas. Videntes, scilicet dānati, gloriam beatorum, turbabuntur timore horribili, & mirabūtur in subitatione insperate salutis, gemētes pre angustia spiritus, dicentes intra se pœnitētiam agentes, scilicet inutilem & coactam, & præ angustia spiritus gementes. Hi sunt quos aliquādo habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitā illorum estimabamus insaniā, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo cōputati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. Ergo errauimus a via veritatis, & iusticie, lumen nō luxit nobis &c. Sap v. Ecce quomodo in inferno fit cōfessio, non deo sed diabolo. Quādo superbus videt beatum Paulum, qui fuit superbus, dicit, O miser si feciſſem pœnitentiā &c. Idem de auaro, qui videt beatum Matthæum. Et de luxurioso, quando videt beatam Magdalenam. Sed illa confessio nihil valet, quia non obtinet absolutionem. Ideo quia anime de purgatorio non possunt meritorie operari. Ideo de isto mūdo debent habere adiutorium per orationes, eleemosynas, peregrinationes, & missas, & quando opus est factum, & offertur deo, statim anima pro qua illud opus est factū vel fit, sentit refrigerium. Ideo vt pauperes habent a nobis mendicare suffragia. Sancta ergo & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur. ij. Macha. xij. Nam sancta, quia placet deo. Salubris, quia est vtilis anime, pro qua fit, & vtilis illi qui facit. Quia quādo illa anima exit de purgatorio, & intrat paradisum, facit duo. Primo regratiatur deo. Secundo orat pro illis qui miserunt sibi suffragia. Per oppositum, quādo homo non vult eis satisfacere secundum quod tenetur, vt religiosus vel clericus qui recipit missas, vel heredes, vel manumissores, contra tales anime petunt iusticiam. Nunquid deus faciet vindictam electorum suorum, scilicet animarum de purgatorio, clamātium ad se die ac nocte, & patientiā habebit in illis? Dico vobis ꝙ cito faciet vindictā.

Luc.

Luc. 18. Ideo multi habent maledictionem, quia detinent bona mortuorum. Ideo habét aduersitates. Patet ergo quare dicit anima de purgatorio, Non sum sicut cæteri hominum.

De eadem dominica. Sermo iij.



Omines ascendebant in templum. Luc. 18. Modo volo declarare verbum propositum secundum intellectum anagogicum. Anagogia dicitur ab ana quod est sursum, & agoge ductio, quasi sursum ducto, & hoc fit quando facta huius mundi exponuntur per ea, aut circa ea quæ concernunt gloriam cælestem. Ideo anagogice declarando thema, sciendum quot sunt personæ quæ sic ascendunt cælum ad gloriam paradisi, & habebimus speculationes de scientia, & informationes de conscientia. Sed primo salutetur virgo Maria. Pro anagogica declaratione, & breui materiæ introductione sciendum, quòd doctrina est generalis, & ab omnibus doctoribus ecclesiæ concordata, quòd a principio mundi, ex quo Adam peccauit, vsque ad aduentum & mortem Christi & ascensionem, nullus quantumcunque sanctus & dei amicus ascendit in cælum, & transiuerunt plusquam quinque mille annorum, secundum computum sanctorum doctorum, & multi moriebantur cum maximo desiderio ascendendi in cælum. Sed nondum scala erat erecta, nec porta paradisi erat aperta. Ideo omnes descenderunt ad infernum, scilicet ad limbum. Ecce quantus dolor. Adam de suo peccato fecit nongentos & xxx. annos de pœnitentia, quia tantum vixit, vt patet Genes. 5. Fuit sanctus & amicus dei, & deus sibi pepercit, tamen quando fuit mortuus, & anima voluit ascendere, non potuit. Idem de Noe, qui vixit nongentis quinquaginta annis in pœnitentia. Idem intelligatis de Abraam, Isaac, & Iacob, & de omnibus patriarchis & prophetis. Imo dico vobis plus de beato Ioanne Baptista, de quo dixit Christus. Matth. 11. Inter natos mulierum nõ surrexit maior Ioanne Baptista &c. Tamen in infernum, hoc est, ad limbum descendit. Idem de sanctis innocentibus, pro Christo occisis. Regula est generalis, quòd ante Christi passionem nullus ascendit in cælum. Hoc autem licet clarum sit apud sanctos doctores, adhuc tamen dabo vobis authoritatem Dauid, qui sciens dictam regulam a spiritu sancto, dixit, Quis est homo qui viuet, scilicet in sanctitate, & non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi? quasi dicat nullus. Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto, scilicet mortis ad inferna descendunt. Ista autoritas potest exponi de bonis personis ante aduẽtum Christi, & de malis post eius aduentũ. Sed postquam Christus venit, & sustinuit mortem & passionẽ, surrexit, & ascendit in cælum, erexit scalam soluendo precium, & aperuit ianuam paradisi. Propter hoc dicit thema, Homines ascendebant in templũ, scilicet ad illud, de quo Dauid, In templo eius omnes dicent gloriam. Modo

patet intellectus thematis anagogicus. Et secūdum istum intellectum volo nunc prædicare. Modo videndū est qui homines ascendunt in cælum, quia non omnes ascendunt. De ista materia quæsiuit Dauid a suis doctoribus & magistris, dicēs, Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? in Psal. 23. Domini est terra. Licet Dauid sciret, ꝙ ante Christi aduentū omnes animæ descendebant ad infernū, sciuit tamē diuina reuelatione, quòd aliqui tempore Christi ascenderent in cælū, sed non omnes. Ideo quæsiuit, quis ascēdet. Sed nullus sciuit respondere sibi, sed spiritussanctus sibi respōdit, di. Dauid, Vis scire quis ascendet in cælum? Innocēs manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animā suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionē a domino. Quatuor cōditiones personarum ponūtur in dicta autoritate. Ex ista responsione ego extraho materiā, quòd per quatuor virtutes nos possumus ad cælum ascēdere, scilicet per baptismalem innocentiā, per dignam pœnitentiā, per firmam obedientiā, & per martyrij palmā. Istas quatuor virtutes tāgit spiritussanctus, respondendo Dauid, Innocens manibus &c. Dico primo &c. Innocens dicitur qui nunquàm peccauit, nec mortaliter, nec venialiter, nec corde cogitando, nec ore loquēdo, nec opere male operando. Tales sunt pueri nouiter baptizati, quia de adultis nunquàm fuit aliquis pure innocēs, nisi Christus & virgo Maria, solū pueri nouiter baptizati dicūtur puri innocentes, quia per baptismū sunt purificati de peccato originali. Tales si antequàm peccent moriātur, rectè sine aliqua pœna ascendunt in cælum. Ideo dicitur, Innocens manibus, id est operibus, quia in sacra scriptura manus accipitur pro opere. Sed diceret aliquis, Idem posset dici de illis pueris qui moriūtur in vtero matris, vel ante baptismum, quia nunquàm peccauerūt, nec corde, nec opere, nec ore, ideo sunt innocentes. Dico ꝙ sunt innocētes quantū ad hoc quia nunquam peccauerunt, tamen nō sunt puri innocētes, propter maculam originalem quam habent, de qua nō possunt purificari nisi per baptismū. Vultis intelligere quid est macula vel peccatū originale? Nota, ac si rectores huius ciuitatis modo feciſſent vnam pulchrā imaginē, vt ponatur in ecclesia super altare. Sed eundo dum portatur, cadit in lutū &c. Clarum est quòd illa imago nunquā ponetur super altare bona ratione, quousq; fuerit mundata. Idem de anima, quæ est propria imago dei. Genes. 9. ad imaginem quippe dei factus est homo ad hunc finē, vt ponatur in templo paradisi, sed cecidit in luto. In illa carnali generatione, quādo anima creatur, & infunditur in vtero matris, cadit in lutū. Ideo quousq; sit mundata per lauacrū baptismi, Christus ordinauit ꝙ non intrabit paradisum, licet posset vsq; ad portā venire & pulsare, vt dicitur Luc. 13. Cum intrauerit paterfamilias, & clauserit ostiū, incipietis foris stare, & pulsare ad ostiū dicentes, Domine aperi nobis. Et respondens dicet vobis, Nescio vos

Virtutes quatuor, quæ nos in cælum euehunt,

Vnde

Vnde tali animæ reſpõdebitur à Chriſto, Et nunquid vides te immundam? Dicet anima, Illud non eſt culpa mea &c. Reſpondebit Chriſtus, Ideo nõ dabo tibi pœnã ſenſitiuam, nec damnationẽ cum illis in inferno, quos ſibi oſtendit, ſed remittit eam ad limbũ puerorũ. Dicatur vbi eſt. Dicit ſanctus Tho. ſuper. ij. ſen. q̃ illi pueri habẽt magnas delicias, diſputant ad inuicẽ &c. Et ſicut tibi nõ diſplicet, quia nõ es rex vel papa, quia tibi nõ debetur, vel quia nõ habes alas, quia tibi nõ debentur. Ita nec illi pueri triſtãtur de illa gloria, quæ eis nõ debetur, ſed pueri baptizati pure innocẽtes ſtatim intrant gloriã. Et concordat ſcrip. di. Saluabitur innocens, ſaluabitur autẽ munditia manuũ ſuarum. Iob. 22. No. in munditia baptiſmali ſaluabitur. Dicã vobis vnã pulchram ſpeculationẽ, de hoc quod dicit Chriſtus Matth. 19. Sinite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos. Taliũ enim eſt regnũ cælorũ. Prædicta autoritate Chriſtus ponit tres clauſulas cõtra tria impedimenta, quæ habet anima quæ debet cælum aſcendere. Primũ in morte, quia tunc dæmones volunt capere & deuorare animã, quibus dicet Chriſtus, Sinite paruulos venire ad me. Secundũ impedimẽtũ eſt in aëre. Nam doctrina eſt cõmunis in theologia, quòd dæmones nõ omnes ſunt in inferno, ſed ſunt ibi aliqui ad cruciandum animas damnatorũ, aliqui nobiſcum ſunt ad tentandũ nos. Sed magnus cumulus remãſit in aëre, ibi eſt difficultas. Cõtra hoc impedimẽtũ dicit Chriſtus dæmonibus, Nolite prohibere eos. Tertiũ impedimentũ eſt in ingreſſu ad portã paradiſi, vbi ſunt portarij, qui dant repulſam multis, vt patet de quinque virginibus indeuotis, quibus fuit reſponſum, Amen dico vobis neſcio vos. Matth. 25. Sed de pueris dicit Chriſtus, Talium eſt regnũ cælorũ. Ecce prima cõditio aſcẽdentiũ in cælũ. Dico ſecũdo q̃ poſſumus aſcendere per condignã pœnitentiã quia iam nos nõ poſſumus aſcẽdere per purã innocentiã. Hic patet inaduertẽtia illorũ, qui qñ abſoluũt à pœna & culpa, dicũt, reſtituo te ſtatui innocẽtiæ in quo eras quãdo fuiſti baptizatus, quia implicat cõtradictionẽ, quod intelligẽdũ eſt, quia implicat dicere q̃ preteritũ nõ fuerit preteritũ. Ideo Chriſtus ordinauit aliã virtutẽ, ſcilicet dignã pœnitentiã, quia licet de baptiſmo remaneat in nobis character, q̃a indelebilis, tñ ex peccatis quæ fecimus perdidimus puritatẽ innocẽtiæ, ꝓpter quod oportet per dignã pœnitẽtiã aſcẽdere, quæ in decẽ gradibus cõſiſtit. Primus eſt peccatorũ cognitio, quia alias homo nũquã faceret pœnitẽtiã. Qui nõ cognoſcit infirmitatẽ, nõ curat de medico. Ideo Dauid poſtquã peccauit, & cognouit peccatũ ſuum, dixit. Amplius laua me domine ab iniquitate mea &c. ſubdit cãm, Quoniã iniquitatẽ meã ego cognoſco, & peccatũ meũ cõtra me eſt ſemper. Secũdus gradus eſt cordis cõtritio, q̃a multi letãtur cũ male fecerint, & exultãt in rebus peſsimis. Prouerb. 2. Ideo eſt dolẽdũ & flẽdũ de peccatis. Sicut puer qui cecidit in lutũ, videns ſe deturpatum plorat. Ita debet

Eſt pœna damni, & pœna ſenſus.

Tria quæ animã in cælũ aſcendere impediũt, quomodo remoueri poſſunt.

bet facere quilibet peccator, & tunc poterit dicere, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę meæ. Tertius gradus est abstinendi propositum. Ideo dicit Christus, Vade, & iam amplius noli peccare. Ioan. 8. Quartus gradus est male societatis vitatio. Ideo poeta, Quæ nocitura tenes quamuis sint chara relinque. Quintus gradus est oris confessio, quia de glandula nemo potest perfecte curari, quousque radix est extracta de peccatis. Qui abscondit scelera sua nō dirigetur. Prouerb. 28. Sextus est corporis afflictio, sicut enim caro fuit tibi occasio peccādi, sic debes eam castigare, ne a flagellonibus inferni castigetur. Augu. Carnem vestram domate ieiuniis &c. Septimus spiritualis oratio, scilicet quolibet mane & sero deuote orare. Luc. 18. Oportet semper, id est, omni die orare, & non deficere. Octauus gradus est eleemosynarum largitio, vt deus tibi faciat eleemosynam de gratia sua, quia ipse dicit, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Matth. 5. Nonus gradus est debitorum restitutio. Si habes aliquid in domo, taxia, vel bursa, de male acquisitis, restituas, quia non dimittitur peccatum nisi ablatum restituatur, regula est tam theologorum quàm iuristarum. Decimus gradus est iniuriarum remissio. Ne deus recipiat vindictam de peccatis tuis, tu non recipias vindictam de inimico tuo, licet posses. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cælestis delicta vestra. Matth. 6. quia deus non potest vinci a creatura in pietate. Patet ergo responsio ad quæstionem, Quis ascendet in montem domini &c. Respondetur, mundus corde, scilicet mundata anima ab immundiciis post baptismum acquisitis, quia mundicia acquiritur per pœnitetiam. Ideo dixit Christus, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt Matth. 5. Tertium principale est firma obedientia. Multi sunt, quia ex quo redierunt ad bonam vitam, non sunt firmi ad obediendum præceptis dei, sed redeunt ad peccata. Ideo est necessaria firma obedientia, scilicet vt pro nulla re huius mundi facias contra præcepta dei, quia modicum lucratur qui perdit animā. Quid enim prodest homini si vniuersum mundū lucretur, animæ vero suæ detrimentū patiatur? Matth. 16. Plus valet anima vna quàm aliqua creatura corporalis. Istam firmam obedientiam ostendit Christus, semel respondendo cuidam doctori in quodam sermone Christi inflāmato de vita æterna, propter quod quęsiuit a Christo di. Magister bone quid faciā vt habeā vitam æternam? Matth. 19. Respōdit sibi Christus, Si vis ad vitā ingredi, serua mandata dei. In ista responsione poteris notare quòd vita æterna nō obtinetur dominio temporali, nec prælatione, seu dignitate, nec scientia, seu potentia, quia nisi domini temporales & prælati sint obedientes præceptis dei damnantur. Et si ad portā paradisi vellent allegare, dicendo, O domine, in mundo feci me papam, & regē, & sic de aliis. Respon-

deret

deret illis, qui se ingesserunt, Ego non te feci &c. sed tu ingessisti te. Deinde ex quo fuisti intus, vixisti vt porcus luxuriose. Nec valet tibi allegare scientiam, nec diuitias, nec fortitudinē, nec potentiā, nec pulchritudinem, sed oportet allegare obedientiam, dicēdo, Domine, ego fui obediens præceptis vestris. Tunc xp̄s manu sua recipit obedientem, di. Euge serue bone & fidel. &c. Nota Euge interiectio gaudentis est. Solum obedientibus & præcepta dei seruātibus fit istud. Patet iterum responsio ad istud quæsitum. Quis ascendet &c. Respondetur, qui non accepit in vano animam suam. In vanum accipit animā suā ille, qui non obedit diuinis præceptis, quia non venit ad finem ordinatū. Ideo dicit apostolus, Hortamur vos fratres, ne in vanū gratiā dei, i. aīam vel tēp⁹ recipiatis, 2. ad Cor. 6. Dico quarto &c. per sufferētiā martyrii, vt martyres qui multas & graues tribulationes sustinuerunt vsque ad mortē. Et sunt decem tribulationes, & tentationes, & pugnæ, & vsque ad x. non sunt martyres. Prima est contra demones, dicētes, Quare sustines tot aduersitates pro illo, de quo nescis quid &c. Secunda contra inclinationes carnis, quæ naturaliter refutat mortem, cum etiam christus cepit pauere & tedere, non tamen secundum rationem, sed secundū sensualitatem. Tertia est cōtra occasiones mundi, promittēs multa si vellent christū abnegare. Quarta cōtra malum cōsilium amicorum dicētium, Vos creditis plus scire quā omnes &c. Quinta cōtra persuasiones filiorū, & vxorū, & parentū, retrahentiū a bono &c. Sexta cōtra perditionē bonorū temporalium, quę eis auferebātur a tyrānis & dominis. Septima cōtra propriam famā, quia eis imponebantur multa falsa crimina, sed ipsi nō curabant. Octaua cōtra libertatē, quia incarcerabantur, & ligabantur vinculis, cathenis &c. Nona cōtra dolores, quia verberabantur, & sic de alijs tormentis. Decima contra mortē. Habebant enim tantam fortitudinem, q̄ pro christo sustinebant mortem, & tūc erant martyres. Ideo Iaco. j. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronā vitæ. Ecce quatuor virtutes ordinauit deus, de quibus homo posset ascendere in cælū, scilicet innocentiam, pœnitentiā, obedientiā, & sufferentiā. Et quælibet istarū virtutū habet decē literas. Prima virtus est innocētia, quæ decē literas habet in quibus innuūtur decē verba, q̄ sunt in forma baptismi necessaria ad puram innocentiā habēdā. Secūda virtus est pœnitētia, q̄ etiā habet. x. literas, quæ significāt decē opera pœnitētialia prædicta. Tertia virtus est obedientia, quæ etiā habet. x. literas significātes q̄ firma obedientia cōsistit in. x. præceptis dei. Quarta virtus est sufferētia martyrialis, & etiā habet. x. literas. x opera predicta martyrū significātes. Ratio, quare deus in numero denario voluit ponere illa quæ requiruntur ad nostrā salutē, est, qa. x. digitos habemus in manib⁹, q̄ sunt ptes quas magis videmus, vt recordemur. Autoritas. Qui in manu oīm hoīm signat. i.

Decem in martyrio sustinēda.

Quomodo Christus cœpit pauere.

Quatuor quæ in cælum scandere faciunt.

signū

signum dat, vt nouerint singuli opera sua. Iob 38. vt quilibet cognoscat quòd illis qui debent saluari per innocentiam, sunt necessaria decem verba de forma baptismi. Illis qui debent saluari per pœnitẽtiam sunt necessaria decem opera pœnitentialia. Illis qui per obedientiam, est necessaria obseruatio decem mandatorum. Illis qui per sufferentiam. decem opera martyrũ. Patet ergo quare dicit, Beatus vir qui suffert &c. vsq; diligentibus se. Istud tangit Dauid in quarta respõsione, cũ dicit, Nec iurauit in dolo proximo suo. Iste proximus est Christus, cui iuramus fidelitatẽ in baptismo, pro qua seruanda martyres fuerũt occisi, antequã vellẽt frangere fidelitatem Christo. Ideo non iurauerũt in dolo proximo suo, scilicet Christo. Ideo quilibet martyrũ potest dicere illud. ps. 118. Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ.

De eadem dominica xj. post Trinitatem. Sermo iiij.

AMen dico vobis, descendit hic. Lucæ 18. Sermo noster erit de descensu malarum personarum in infernum, vt auisetis vos. Et habebitis speculationes intellectuales, & instructiones morales. Salutetur virgo Maria. Pro huius verbi breui declaratione, secundum intellectũ quem volo pertractare, & introductione materiæ, sciendum quod secundum sanctam scripturam ego inuenio talem differentiam inter bonam vitam spiritualem, & deuotam, & carnalem, sicut inter ascendere in cælum, & descendere ad infernum. Nam vita spiritualis, bona, & deuota, est tanquam scala virtutum, & bonorum operum, cuius vnum caput est in cælo, aliud in terra. Hoc fuit figuratum. Gen. 28. Vidit Iacob scalam stantem super terram, & cacumen eius tangens cælum, & angelos dei ascendentes & descendentes per eam, & dominum innixum scale. Ista scala est vita bona, deuota & spiritualis, quam homo tenet in hoc mundo. Cum dicit, scalam stantem super terrã, quia in mundo oportet nos bonam vitam incipere. Nullus decipiatur in hoc mundo. Ideo dicit deus ore Dauid, Cõuertetur populus meus hic, scilicet in hoc mundo, & dies pleni inuenientur in eis. Not. populus meus, scilicet per prædestinationem, meus per electionem, meus per purificationem, meus per redemptionem. Item cacumen eius tangens cælum. Ecce finis bonæ vitæ, & spiritualis, quia sicut eius initium est in hoc mundo, ita eius finis & terminus est in cælo. Ideo dicit scriptura, Liberati a peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificationẽ, finẽ vero vitã æternã. ad Ro. 6. Ideo dicit, dominum innixũ scale. Scitis quomodo sicut ille qui in capite brauij tenet signũ, & animat currẽtes ad bene currendũ. Ita Christus in capite huius scale bonæ vitæ tenet coronã gloriæ, & animãdo nos dicit, Venite ad me omnes qui laboratis. scilicet in bona vita, & onerati estis. s. pœnitentia, & ego reficiã vos, Mat. 11. Itẽ vidit angelos ascẽdẽtes & descẽdentes, quia per

scalam

ſcalam bonæ vitæ aliqui aſcẽdunt, vt religioſi, clerici, & laici, qui incipiunt bene viuere, & cũ magno ardore & feruore illã cõtinuãt. Deſcendunt autẽ qui poſtquam inceperunt bonã vitam, paulatim dimittunt. Sicut de religioſis, qui quando ſunt nouitij, ſunt boni & deuoti &c. ſed ex quo ſunt profeſsi, efficiuntur tepidi. Idẽ de clericis & laicis. Et quia talis differentia eſt inter vitam ſpiritualẽ & carnalem, ſicut inter aſcẽdere & deſcendere, dicebat Dauid, Aſcẽdunt vſq; ad cælos. ſ. boni, & deſcendunt vſq; ad abyſſos, ſcilicet mali, anima eorũ in malis. ſ. culpæ & pœnæ tabeſcebat. De peccatore & malo igitur dicit thema, Amen dico vobis deſcendit hic, ſcilicet peccator. Modo videamus per quos gradus peccator deſcendit ad infernum, & inuenit quòd per ſeptem gradus, ſ.

Primus eſt male cogitare.
Secundus ſtulte & male loqui.
Tertius negligenter operari.
Quartus carnaliter conuerſari.
Quintus proximo iniuriari.
Sextus in rebus diuinis attediari.
Septimus in fide catholica dubitare.

Poſt iſtos ſeptẽ gradus peccator deſcẽdit in infernũ. Ideo dicit thema, Amẽ dico vobis deſcẽdit hic. Primus gradus per quẽ peccator deſcẽdit ad infernũ eſt male cogitare, quãdo perſona retinet malas cogitationes, quæ a diabolo mittũtur, dicẽdo, O quale opus eſſet facere hoc vel illud cũ tali, moroſe delectãdo, tunc cadit, tales enim cogitationes ſtatim ſunt expellẽde. Scitis qualiter bona mulier debet expellere & vitare lenonem ex parte alicuius ad eam veniẽtem? quia non debet eius verba audire, quia ſi vult eius verba audire, & dicere, O & quomodo fieret, ſi eſſet ſcitum &c. factum eſt, ipſa eſt perdita. Sed ſtatim debet eum expellere, & per ſcalam proiicere dicẽdo, vadatis. Ita debet facere anima vel perſona, quæ honeſte & caſte vult cum deo viuere, quando venit ad eum diabolus, vel leno, vel tentatio, loquẽtes ad ſenſualitatem, ſcilicet ſi vis tu poſſes habere talem delectationem & conſolationem cum tali &c. ſi tu dicas, O quomodo fieret, ſi ſciretur eſſem diffamatus, perditus es, ſed debes recipere baculum, ſ. crucis, & te ſignando percutis diabolũ, & ipſum a te expellis, ſic homo cõſeruat ſe in vita ſpirituali, alias autẽ peccat & perditur. Auto. Initiũ ſuperbiæ hominis eſt apoſtatare a deo qui fecit illum, qm̃ ab eo receſsit cor eius. Eccl. 10. Nota, Initiũ ſuperbiæ, quia omne peccatũ mortale includit ſuperbiã. Declaretur per ſingula peccata, Ideo dicit, apoſtatare a deo. Apoſtatare eſt facta profeſsione habitũ dimittere, & ſicut ribaldus per mũdũ incedere. Ita de anima, quæ intrat ordinẽ angelorũ, quando recipit baptiſmũ, & tenet bonã vitã & ſanctã. Propter hoc Aug. fecit vnum librum intitulatũ de religiõe chriſtiana. Et licet perſona deuota ſit in hoc mũdo corporal

Crux eſt inſignis baculus.

poraliter, habitat tamen in cælo mentaliter. Quoniam in hac peregrinatione solo corpore constitutus, cogitatione &c. Item ad Philip. 3. Nostra conuersatio in cælis est. Sed quando dat se malis cogitationibus, & carnalibus, apostatat, dimittendo habitum virtutum. Ecce quare dicit, Initium superbiæ hominis est apostatare a deo. Et declarat qualiter. Quoniam ab eo qui fecit illum recessit cor eius, scilicet per malas cogitationes. Remedium est expellere & contradicere malis cogitationibus. Scitis quomodo si ego haberem manum apertam coram vobis, ponere possetis in eam prunas ignitas. Sed in me est quod comburant vel non. Si eas diu velles tenere in manu, mirando & disputando de earum pulchritudine, interim comburerent manum meam. Sed si statim verterem manum, & proiiciam, non me comburent. Ita in proposito, imaginatio sensualis aperta est diabolo, non tamen conscientia mentalis, nisi soli deo. Ideo diabolus potest imaginationi sensuali mittere & ponere malas cogitationes, vel dormiendo in somnis, vel vigilando. Et quando tu cogitas. O quomodo fieret &c. Interim anima comburitur peccãdo. Ideo custodiatur cor a malis cogitationibus, & si veniunt, statim expellantur. Hoc remedium dat scriptura dicens, Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Vita, si bene custodiatur, alias mors &c. Prouer. 4. Secundus gradus est stulte & male loqui. Istud sequitur ad primum, quia os loquitur secundum cordis dispositionem. Ratio, quia os nihil aliud est quàm cordis fumarium, & secundum ignem interioris affectionis exit extra fumus verborum. Verbi gratia. Superbus semper vult loqui de honoribus, pompis, & ornamentis &c. Signum est quòd ignis superbiæ est interius in coquina. Idem de auaro, in quo est ignis bonorum temporalium. Ideo semper loquitur de feriis, & foris &c. Si luxuriosus est, semper loquitur de mulieribus, disputans de earum pulchritudine. Si inuidus, semper loquitur male de illis quibus inuidet. Si dicatur sibi, Talis est bonus homo &c. Respondet, non cognoscitis eum vt ego. Ipse est talis & talis &c. Si gulosus, semper loquitur de cibis, vinis, & coquinis &c. Si iracũdus, de preliis & vindictis. Si acidiosus, de requie, lectis &c. Ecce quomodo post male cogitare sequitur & male loqui stultorum. Auctoritas de hoc clara, de Iudæis male loquentibus contra deum & apostolos. Ad quos Christus dicit, progenies viperarum, quomodo poteritis bona loqui cum sitis mali? Ex abũdantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona, malus autẽ de malo thesauro cordis sui profert mala &c. Mat. 12. Remediũ cõtra stultam & malã locutionẽ est illud, quod dat apostolus dicẽs, Sermo vester semper in gratia sale sit cõditus, vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuiq; respondere. ad Col. 4. Nota quomodo cibus sale aspergitur. Primo diuertendo ad sal in disco, antequam ponatur in ore. Cibus enim non

Admittere noxias cogitationes, & prunas in manu tenere, idẽ.

non venit ad os, niſi miſceatur. Ita faciendum eſt de verbis. Cogitetis quòd ſit corde ſurſum, in quo ſunt omnes eſcæ. Ideo antequã verbum veniat ad os ad loquendum, diuerte ad ſalarium diſcretionis dicendo, Hoc verbum quod ego volo loqui, erit vtile vel ſcandaloſum? Ecce quare dicit, Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus. Quando verbum eſt ita examinatum, multum placet deo, & hominibus eſt grati-oſum, alias autẽm eſt inutile & iniurioſum. Ideo dicit thema, Amen dico vobis, deſcendit hic. &c. Tertius gradus eſt negligenter operari, & iſte gradus ſequitur ad duos primos gradus. Ratio, quia diligentia nihil aliud eſt quam ignis ſpiritus ſancti interius conſiſtẽs. De quo Chriſtus Lu. 12. Ignem veni mittere in terrã. ſ. ardentis diligentiæ, & deuotionis. Et quãdiu iſte ignis conſiſtit in corpore, omnia membra corporis feruent ad operandum diligenter. Sed quando iſte ignis extinguitur, remanet perſona frigida & congelata, ad negligenter operandum bona opera. Iam non ſurgit ita mane ad matutinas, nec orat, nec celebrat, nec opera ſpiritualia ſibi placent. Auto. de hoc mittit cryſtallum ſuam. ſ. deus permiſsiuè, & diabolus operatiuè. Cryſtallus autẽ nihil aliud eſt quã aqua congelata nimia frigiditate. No. ſicut bucellas, quia perſona congelata non ſtatim dimittit opera omnia, ſed paulatim ad bucellas. Ante faciem eius quis ſuſtinebit? Nota miraculum in vitis patrum, de quodam deuoto heremita, cui angelus quolibet die portabat panem &c. ſed poſtquã ipſe fuit negligens in dei ſeruitio, etiam angelus negligenter ſeruiuit ſibi. Iſta eſt ratio quare hodie in monaſteriis & collegiis viuunt cum labore, nec habent vnde viuant, quia male faciunt officia dei, & negligenter. Antiqui abundabant & ædificabant, & nos vix ſufficimus ad vitam. Remedium contra negligentes operari, eſt illud quod dat ſcriptura ſacra dicens, Sit timor domini vobiſcum, & cum diligentia veſtra facite. 2. Paral. 19. Timere autem oportet illam maledictionem. Nam maledictus qui facit opus dei negligenter vel fraudulenter. Hier. 48. Quartus gradus eſt carnaliter conuerſari, & ſequitur ad alia prædicta. Ratio, quia homo in hoc mundo non poteſt viuere ſine aliquibus cõſolationibus, alias efficitur fantaſticus, & qui non eſt diligens in operibus ſpiritualibus, non habet conſolationes ſpirituales angelorum. Ideo dat ſe conſolationibus beſtiarum. ſ. gulæ, luxuriæ. Et ille delectationes, ſunt porcorum & aſinorum, de talibus dicit ſcriptura, Dixerunt impij cogitantes apud ſe non recte, Exiguum & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis, & non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis. Quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus tanquam non fuerimus &c. Infra coronemus nos roſis, antequam marceſcant, nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra. Nemo veſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ, vbique relinquamus ſigna letitiæ, quoniam hæc eſt pars noſtra,

& hæc est sors nostra. Sap. 2. Sed personæ spirituales quę diligenter seruiunt deo, sentiunt consolationes angelorum, non curant de delectationibus bestiarum, immo si deus daret eis licentiam, vt licitè viterentur illis delectationibus bestiarum, non curarent, immo dicerent, O domine non detis mihi delectationes, quas vos noluistis, sed detis mihi consolationes angelorum &c. Ideo Dauid. Renuit consolari anima mea, scilicet in consolationibus, memor fui dei & delectatus sum, & exercitatus. psal. 76. Ergo patet ratio quare hodie personæ huius mundi dant se deliciis carnalibus, quia non sentiunt aliquid de deliciis spiritualibus, Quintus gradus consequens ad prædictos est proximo iniuriari. Ratio. Ista est differentia inter bona spiritualia & bona temporalia, quia bona temporalia stricta sunt, nec multis sufficiunt. Bona vero spiritualia latissima sunt, & magna, & omnibus sufficiunt. Verbi gratia. Si vna mulier sit philocapta de Christo, & etiam alia, non displicet sibi, imo magis eam diliget. Sed si de viro vnius, alia sit philocapta, si hoc sciat vxor, statim est ibi diuisio & iniuria, quia vnus homo non sufficit nisi vni vxori. Idem si multi homines sunt philocapti de beata virgine, nullus est zelotypus de alio, sed illi magis se diligent, nulli faciunt iniuriam, quia virgo omnibus sufficit, sed si de aliqua muliere sint philocapti, veniunt aliquando ad gladios. Item de vno castro, villa, seu regno, non sufficit nisi vni domino seu regi. Sed castrum seu regnum paradisi omnibus sufficit, & quilibet potest ipsum petere sine alterius iniuria. Ista est ratio quare hodie in mundo inter homines carnales non est pax, quia quilibet vult officia, regimen, iura &c. Et inde sequuntur inuicem diffamationes, & communitatum destructiones. De hoc dicit Iaco. Vnde bella & lites in vobis? nonne ex concupiscentiis vestris quæ militant in membris vestris? Concupiscitis & non habetis. Occiditis & zelatis, & non potestis adipisci. Iac. 4. Remedium contra hoc, est illud quod dat Ioan. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. 1. Ioan. 2. Sextus gradus est in rebus spiritualibus attediari. Ex quo enim creatura siue homo iam tantum descendit, finaliter venit ad hoc quòd iam abhorret & abominatur dona diuina. Ratio est, sicut homo diu febricitans, omnia comestibilia abhorret, nec sapiunt sibi. Ita diu antiquatus & in peccatis inuolutus, abhorret ea quæ dei sunt. Quia si dicitur, vadamus ad missam. Respondet, Quid mihi de vestra missa? citius vellem prandere. Si dicatur sibi, vadamus confiteri. Vestra confessio nihil aliud est, nisi quòd clerici volunt scire vestra peccata. Idem de ieiuniis. Ieiunent imagines, quæ non habent stomachos, & caput durum & lapideum &c. Secus quando ex negligentia dimittuntur, quia aliud est dimittere bona dei per negligentiam, & aliud quando dimittuntur per contemptum & vilipensionem. Nota de illo iuuen

Valent

Valentiæ, qui despexit ieiunium ab episcopo iniunctum ex quadam pestillentia, qui subito expirauit. Ideo dicit scriptura, Impius cum in profundum venerit peccatorum, contempnit, sed sequitur eum ignominia, scilicet, in morte, & opprobrium, scilicet, in iudicio. Prou. 18. Nota, sequitur ignominia, quia tales communiter non possunt confiteri, & intestati decedunt, & impenitentes. Nota de illo homine Alzazira subito mortuo. Esa. 33. Ve qui spernis, nonne & spemeris? scilicet quia non habetis occasionem confitendi, testandi, nec dolendi, seu penitendi de peccatis. Septimus est de fide catholica dubitare. Postquam persona nullum saporem sentit in his quæ dei sunt, imo abhorret, & dubitat in fide dicendo, Quid scit homo de alio mundo? Ratio huius est, quia sancta fides catholica est altissima & spiritualis, & qui cecidit in profundum peccatorum habet ad eam dispositionem contrariam, quia est infirmus & carnalis. Ideo dicit, Et quid scit homo si est verum de inferno & purgatorio &c. Forte clerici hoc inuenerunt. O quot iam sunt in mundo de talibus, quia mala conscientia & reprobata non potest diu stare cum bona credentia & societate. Autoritas. Bonam conscientiam quidam à se repellentes, circa fidem naufragauerunt. 1. ad Timo. 1. Nauis fidei, quæ fideles ducit ad portum vitæ æternæ, naufragatur per malam vitam in talibus. Ideo do vobis remedium, & mirabile consilium, vt sciatis Credo, in quo continentur articuli fidei, addiscatis Credo si nescitis. Dicatur semel. Si vos dicitis Credo quolibet die, mane & sero, sequuntur duæ conditiones. Prima quòd tempore Antichristi eritis fortes & firmi in fide catholica. Secunda quia tanta est virtus fidei deuotè confessæ, quòd portabit vos ad bonũ finem, quantum in se est, nisi obicem ponatis. Pro primo dicatur similitudo de candela in laterna, quæ extinguitur si non possit candela respirare per foramen. Fides catholica est in corde, & candela in laterna. Dauid, Quoniam tu illuminas lucernam meam domine &c. Ideo Dauid deuotè confitebatur fidem dicendo, Credidi, scilicet, in corde, propter quod locutus sum, scilicet, fidem confitendo. Et quomodo? Ego autem humiliatus sum nimis, id est, valde. Pro secundo, quòd virtute, scilicet, confessionem. Autoritas. Si confessus fueris in ore tuo dominum Iesum Christum, & in corde tuo credideris, saluus eris. Ad Rom. 10.

De eadem domnica xj. post Trinitatem, Sermo quintus.

DEus propitius esto mihi peccatori. Luc. 18. Prima pars erit historialis, & secunda moralis, Quantum ad primum, notandum ꝙ xp̃s in euangelio ostendit nobis modũ quomodo debemus nos gubernare. Vnde sciẽdum ꝙ dũ xp̃s predicaret in terra Israel, erãt quidã Iudei qui credebant se esse bonos, sanctos, & iustos, & spernebãt cęteros. Et iõ volẽs xp̃s eis ostẽdere, ꝙ nõ erãt boni,

dixit eis parabolam istam &c. quasi diceret, non confidatis in vestris operibus, nec dicatis, O ego sum bonus, & iustus, ego ieiuno, & facio eleemosynas & plura alia bona. Vnde dicit Christus, Non confidatis in istis, & tunc dixit eis, sicut narratur in euãgelio, Duo homines ascenderunt in templum vt orarent &c. Publicanus vocatur publicus peccator, Pharisæus dicitur à phares, quod est diuisio, quia illi erant diuisi in habitu & in vita, vt heremitæ, & portabant mãdata dei in fronte, & spinas in tibiis, & multa alia faciebant. Ideo dicebãtur pharisæi, i. diuisi, ita quòd dicit euangelium ꝙ isti duo ascenderunt in tẽplum vt orarẽt, Pharisæus autẽ qui erat in habitu sanctitatis, tamẽ ab intra erat malus, posuit se ante altare, stãs pedes, & nõ genibus flexis, & capite coperto, nec faciebat aliquod signũ deuotionis, sed stãs apud se, & benedicens apud se, & non apud deum, incipit facere orationẽ suam dicens, O deus, quasi contemnẽdo alios, gratias ago tibi. Primo, quia ego non sum peccator, ego sum deuotus, non facio malum, non sum sicut cæteri hominum raptores, adulteri, iniusti. Nec etiam sum sicut hic publicanus, qui est hic. O domine deus, de omnibus istis gratias ago tibi. Secundo, Deus, facio bonam iustitiam in meipso, quia ieiuno bis in sabbato. i. in hebdomada, & decimas do omnium quæ possideo, Nota omnium, vniuersaliter, quia de omnibus meis do amore dei. Ideo deus gratias ago tibi &c. Ecce orationem quam faciebat iste pharisæus, iactãdo se de vita sua. Sed videamus orationem quã faciebat Publicanus. Nam ipse existens in templo, cogitauit intra se quòd non erat dignus se ponere ante altare. i. prope, Et dixit, Vah ego sum magnus peccator, commisi tanta peccata, & quomodo ponerem me ante altare? non placeret deo, sed posuit se longe in fine ecclesiæ, & prostrauit se super terram, nec erat ausus oculos ad cælum leuare. Vah dicebat ipse, infernus est mihi paratus, & flebat. Et sic incepit facere orationem suam dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. Thema, & percutiebat pectus suum. Tunc dixit Christus, quis istorum duorum fuit exauditus ante deum, vel pharisæus vel publicanus? Respondit Christus, Amen dico vobis, descendit hic iustificatus &c. Nota iustificatus. i. sanctus & iustus. Et miser pharisæus, qui tantum iactabat se de bonis operibus, reuersus est cum suis peccatis. Ideo sequitur hic quòd concludit Christus, quia omnis qui se exaltat humiliabitur. Et sic patet primum. Quantum ad secundum. In hoc euangelio reperio quatuor conclusiones, Prima est presumptio diabolica in principio euangelij. Secunda est operatio virtualis. ibi, ieiuno. Tertia est petitio rationalis, cum dicitur, Deus propicius &c. Quarta est exaltatio cælestialis, cum dicitur, Omnis qui se exaltat &c. Quantum ad primum notandum quòd oratio istius pharisæi non fuit exaudita, eo quòd habebat tres magnos defectus. Primus, quia stabat sine honore & reuerentia.

Quatuor hic præcipua.

Secun

Secundus, quia iactabat se in dei præsentia. Tertius, quia habebat fratrem suum contemptum &c. Ideo oratio eius non fuit audita. Primo iste phariseus miser habebat magnam præsumptionem, quia stabat sine honore & reuerentia. Nam bone gentes sciatis, quòd nos habemus doctrinam ab apostolo, quòd quilibet orans pro honore dei debet flectere genua. Ideo dicit, Omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum. Ad Phil. ij. Nota omne vniuersaliter, quia angeli & sancti hoc idem faciunt in cælis, ita & nos debemus facere in terris. Quia si omnes angeli hoc faciunt, multo magis nos miseri. stem infernorum, quia etiam diaboli & omnes damnati faciunt sibi reuerentiam, tamen non amore, sed timore. Ergo si totus mundus facit deo reuerentiam in cælo & in inferno, quanto magis nos, qui magis debemus sibi reuerentiam referre? Hoc etiam habemus. Matth. ij. de tribus regibus, qui eum adorauerunt in stabulo, de quibus dicitur quòd procidentes adorauerunt eum. Iste autem phariseus faciebat sine reuerentia, ideo sua oratio non fuit audita. Nota, moraliter habemus hic doctrinam quòd non debemus facere sicut iste miser phariseus, sed quando introimus ad ecclesiam, cum honore & reuerẽtia debemus adorare deum. Autoritas. Oratio humiliantis se nubes penetrat. Eccles. xxxv. quia aliter nõ exaudiet deus orationem nostram. Secundus defectus, quia iactabat se in præsentia dei, cum dicit, Gratias tibi ago, quia non sum &c. Heu qualis defectus, & quid oportebat se tãtum iactare in præsentia dei? O respiciatis quot sunt, qui habent istum defectum, quando volunt aliquid boni facere, oportet totus mundus sciat, sicut faciunt galline quãdo ouare debent &c. Ideo dicit christus, Amen dico vobis receperunt mercedem suã. Mat. vj. quia volunt habere honorẽ suum corã mundo. ideo nullũ meritum habẽt corã deo. Ergo si vultis habere meritũ corã deo, faciatis secrete bona opera vestra. Quia licet mundus non videat, tamen deus bene videt, a quo debetis recipere mercedem. Auto. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Mat. vj. Iste autem phariseus iactabat se in publico coram omnibus hominibus, ideo sua oratio non fuit exaudita. Ecce secũdus defectus. Tertius defectus, quia habebat fratrem suum in contemptum, cum dicit, Non sum sicut cæteri hominũ, velut etiam hic publicanus. Ecce contemptum, quia iustificabat seipsum, & condemnabat alios. Vah quot sunt in hoc defectu, qui nesciunt loqui de alio nisi malum, & semper iudicant malum, vt si videant aliquem loquentem cum aliqua, cito male iudicant, vel si sit vnus faciens bona operã, vt pœnitentiam, ieiunia, eleemosynam &c. omnes iudicabunt malum, & aliquando laudabunt malos, & condemnabunt bonos. Cõtrarium docet apostolus dicens, Nolite ante tempus iudicare, quoad-

uſque veniat dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. j. Cor. iiij. Ecce prima cõcluſio, cum dicit, Duo homines aſcenderunt &c. Hic habetis bonam doctrinam moraliter, quòd in die dominica debetis ire ad eccleſiam &c. Secunda cõcluſio eſt operatio virtualis, cum dicit, Ieiuno bis in ſabbato. Ipſe autem iactabat ſe de ſuis bonis operibus. Nota. Iam dicatis amici mei, quare deus poſuit nos in mundo iſto? creditis quòd ſolum ad ſtandum lete, bene comedendum, & bibendum &c. non profecto, ſed ad faciendum bona opera &c. Videte quòd nihil portabimus in morte nobiſcum, niſi bona opera. Ideo apoſtolus, Dum tẽpus habemus operemur bonum ad omnes. ad Gal. vj. Tertia concluſio eſt petitio rationalis, cũ dicit, Deus propitius eſto mihi &c. Quarta concluſio eſt exaltatio cæleſtialis, cum dicit, quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur &c. Et notandum quòd eſt regula generalis in ſacra ſcriptura, quòd qui magis humiliat ſe in hoc mundo, magis exaltabitur in alio. Auto. Humiliamini ſub potenti manu dei, vt vos exaltet tempore viſitationis. j. Pet. v. Nota in primo ſermone tertie dominice poſt trinitatem, qui incipit ſic, Humiliamini ſub potenti manu dei, in quo habemus de chriſto, quòd humiliauit ſe in hoc mundo, & factus eſt obediens vſque ad mortem, & propter hoc deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. ad Phil. ij. Ideo humiliamini &c. Idem de beata virgine. Quia reſpexit humilitatem ancille ſue, ecce enim &c. Et propter illam regulam generalem deus exaltauit iſtum publicanũ, qui ſe humiliauit intantum, quòd non audebat leuare oculos, ſed percutiebat pectus. Ideo deſcendit iuſtificatus. O quanta exaltatio. Ideo humiliamini vt poſitis in cælo exaltari. Quod nobis conce. &c.

Dominica xij. poſt Trinitatem. Sermo j.

ADmirabantur dicentes, quia omnia bene fecit. Habetur verbum iſtud originaliter Marc. vij. & recitatur in euange. hodierno. In iſto ſermone, vt deus det virtutem & efficaciam verbis ſanctis, vt dicatur in honorem & gloriam dei principaliter, & conſequenter ad inſtructionẽ noſtram, ſalutetur virgo glorioſa. Admirabantur dicẽtes, loco & capitulo vbi ſupra. Pro declaratione huius verbi propoſiti, & introductione materie prædicande, ſciatis quòd ille magnus & excelſus rex Dauid in ſpiritu prophetiæ videndo opera magna quæ debebat facere dominus, dicit in Pſal. cxxxviij. Cõfitebor tibi, quoniam terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua &c. In quibus verbis dat intelligere quòd Ieſus chriſtus veniens in hunc mundum debebat facere mirabilia opera, maiora quàm fecerint alij prophete. Bene legimus de prophetis, ſcilicet de Moyſe, & Ioſue, & Samuele, & Heliſeo, atque Eſaia, q̃ fecerint multa miracula, ſed quomodo? dico q̃ orationibus,

tionibus,dominū deum deprecando,& non posse proprio, quare proprie loquendo ipsi non faciebant miracula,sed deus. Nam deus habet illam bonitatem,ꝙ per orationes sanctarum personarum,quæ deuote seruiunt ei,& eius voluntatem seruant,facit miracula. Vnde dixit cecus,vt habetur Io.ix.Scimus ꝙ peccatores deus non exaudit,sed si quis dei cultor est,& eius voluntatē facit,hunc exaudit.Nota ergo ꝙ christus exaudit iustos,& non peccatores,& ideo quia prophete & patriarche erant sancti,& seruiebant deo,& eius voluntatem faciebant, quādo ipsi rogabant deum,ipse exaudiebat eos. Quare dico ꝙ nullus sanctus vnquam fecit miracula per suam potestatem , sed solus deus , cui proprium est facere miracula propria potestate & autoritate , sed dominus noster Iesus christus sicut deus omnipotens faciebat propria miracula,non per orationem,quia ipse erat vnus deus cum patre & spiritusancto,quādo enim dicebatur sibi,Vnus est surdus, cui dicebat effata,& subito aures illius aperiebantur. Idem de alijs infirmitatibus, solo enim verbo curabat infirmitates.Ecce ergo differentiā inter christum & alios prophetas sanctos , quia illi faciebant miracula per suas orationes,dominus autē noster Iesus christus per suum imperiū. Ideo Dauid in Psal.148.Ipse dixit,& fa.sunt,ipse man.& crea. sunt. Scias ꝙ in toto psalterio non reperitur id quod prædictum est , nisi in duobus locis.i.in Psal.32.& in psal.prædicto.Sed quæ est ratio ? Dico ꝙ ad denotandū duo opera mirabilia dei,vnū factū in creatione,aliud in reformatione.Primū ergo factum est in creatione,cū dicit, Fiat firmamentum,& factum est.Verbo domini ce.fir.sunt,& spiritu oris eius omnis virtus eorū. Postea sciens Dauid ꝙ in creatione mundi idem debebat per suum imperiū facere mirabilia opera,ideo iterū dicit,Laudate dominū de cælis , laudate eū in excel. Laudate eū omnes &c. quoniā ipse di.& facta sunt,ipse man.& crea.sunt.Laudate eū sol & luna. &c. Psal. 148.Sol.i.potestas ecclesiastica.& luna.i.potestas secularis. Et sicut sol ab aliquo alio non habet claritatem,sed luna habet claritatem a sole, ita & potestas secularis habet autoritatem ab ecclesia.Ecce quia dixit, sol & luna.sequitur,Laudate eū cæli cælorū.i. virtutes sacramētorum ecclesie.Sequitur,& aque quæ super cælos sunt laudent nomē domini. Ecce quomodo fecit. Ipse dixit & facta sunt , ipse mandauit & creata sunt.Ecce quō Dauid erat miratus de miraculis christi.Et ista ratione Iudei vidētes miracula christi secundū thema propositū, admirabātur dicētes.Iā sum in materia de qua volo prędicare,ꝙ dominus noster Iesus christus bene fecit oīa,declarabo nūc per tres modos operū christi.

Primum opus est creatio mundialis.

Secundum opus est gubernatio generalis.

Tertium opus est redemptio humanalis.

Et de istis tribus possumus dicere thema propositum , Admirabantur

&c. Primo videamus quomodo ſunt bene facta. Et declarabo iſtud per illud dictum, Qualis vnuſquiſq; eſt, talia dicit & operatur. Si homo eſt bonus, & verba & facta erunt bona, per contrarium ſi homo eſt malus, & verba & facta erunt mala. Item chriſtus dicit, ex abundantia cordis os loquitur. Luc. vj. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui, ſcilicet profert bona. Matt. xij. Item Iob. xx. Gaudium hypocrite ad inſtar puncti. Si ſit aliquis religioſus vel alius, qui fingit ſe eſſe bonum, & nō eſt, per modicum tempus poterit decipere gentes, licet hypocriſis vel malicia ſua cito diſcooperietur, ſed ſi perſona vadit bona intentione, ſemper creſcit & multiplicatur eius fama, ergo bonus homo de bona veritate facit bona opera. a fortiori, deus cum ſit ſummum bonum, nō poterit facere niſi bona opera. Si ergo homo qui eſt bonus accidentaliter, facit bona opera, multo melius igitur ille qui eſt bonus eſſentialiter, & immenſe, & habet infinitam bonitatem, facit opera bona. Et ideo poſſumus dicere, Omnia bene fecit, Vnde ſciatis quòd in illis ſex diebus quibus creauit mundum, quolibet die fecit bonum. Primo die vidit deus quòd eſſet bonum, & ſic de aliis diebus. Et concludit, Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Et hic notant doctores magnum ſecretum ſuper iſtam epilogationem, id eſt congregationem verborum, Erant valde bona. Et declarant ſic, Sicut in vna cythara ſunt plures chorde, & quelibet chorda per ſe ſeparata facit bonum ſonum, concordia autem ſonitus ſonantium chordarum eſt valde bona, ſic & deus in cythara, id eſt in mundo iſto multa miracula fecit, & taliter ordinauit quòd non poteſt eſſe melior ordinatio. Et tamen licet quelibet res de ſe eſſet valde bona, tamē conſonantia omnium erat valde bona, ſi ſol non haberet tantam claritatem, non conſonaret cum alijs rebus. Ideo dicitur, Sapientie vndecimo capite. Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti. Sol enim factus eſt in menſura ſibi debita, quanuis ſit multum magnus. Dicunt enim philoſophi quòd minima ſtellarum eſt maior tota terra. Ecce quomodo cælum eſt magnum. Iam illud menſurauit deus ſua ſapientia. Item terra magna eſt, ſed & illam menſurauit ſua ſapientia. Idem de aqua, & alijs omnibus. Item diſpoſuit deus omnia in numero. Item deus numerauit omnes ſtellas cæli. Iam ſcit deus quot dies & quot noctes eſſe in mundo debent. Item iam ſcit deus & ab æterno ſciuit quot grana arene debebant eſſe in mari. Item quot frondes in arboribus, finaliter omnia numerauit. Item quot reges, & quot imperatores debeant eſſe in mundo, & quot debeant ire ad paradiſum, & quot viri & mulieres debeant eſſe in mundo, & quot debeant ire ad paradiſum, & quot ad infernum. Nunc venit quæſtio. Vos dicitis quòd deus numerauit quot homines & mulieres irent ad cælū, & iam ſunt nomina eorum in cælo ſcripta, iuxta illud, Gaudete & exultate, quia nomina veſtra

ſtra ſcripta ſunt in cælis. Luc. 10. Non oportet igitur facere bonũ, quia ſcientia dei non poteſt deficere. Pone adhuc hic materiam prædeſtinationis, quam inuenies in ſermone de prędeſtinatione ad plenũ. Tamen breuiter dicendum eſt, quòd ſicut deus ſcit & ab ęterno ſciuit quot homines deberent ſaluari, ita etiã ſcit & ſciuit quibus mediis, & per quæ media. Non ergo debemus omittere opera bona, ſed diligẽter ea implere, vt certam noſtram faciamus vocationem, & vt ſalutem conſequi valeamus. De hoc vide bea. Tho. j. par. q. xxiij. de prædeſtinatione dei, & etiã primo ſcript. de eadem materia. Secundo videamus de operibus gubernationis generalis, quomodo deus gubernat omnia. Si vnus ſeneſcallus gubernat bene ſeneſcalliam ſuã cum diſcretione & iuſtitia, dicit homo, iſte ſeneſcallus eſt ſapiens, quoniã patriam ſuam bene gubernat. Ita eſt de deo. Iam poſſumus faciliter videre quomodo gubernat elementa, ſicut vnum trĩpudiũ. Iam ſcitis quòd in choreis vnus tenet manũ alterius, & ille qui eſt primus tenet ſeu portat vnã manum ſolutam, ita eſt de elementis. Nam quodlibet elementum duas habet qualitates. Primo ignis eſt calidus & ſiccus. Itẽ aër eſt calidus & humidus, aqua frigida & humida. Item inquantũ frigida ſe tenet cum terra &c. acſi nos volumus facere tripudiũ rotundum. Terra inquantum ſicca tenebit ſe cum igne, inquantũ ignis etiã eſt ſiccus. Ecce ergo quomodo deus gubernat omnia cum magna ſapiẽtia. Item hodie vigebat bonũ tempus, & cras non. Item hodie mare erit impetuoſum propter venti fortunã, & forſitan cras erit ſuaue & tranquillũ. Item arbores in eſtate producũt flores & fructus, in hyeme vero non, & ſic de aliis, deus gubernat omnia cum ſua ſapiẽtia. Ideo Dauid inquit in primo, Quam magna ſunt opera tua domine, omnia in ſapiẽtia feciſti. Poſſet aliquis facere vnum argumentũ. Frater, vos dicitis quòd deus eſt gubernator generalis, qui omnia ſua ſapientia gubernat, videtur quòd non, quia quilibet bonus gubernator euitat mala de patria ſua. & tamen nos videmus quòd deus permittit multa mala, ergo videtur quòd non ſit bonus gubernator. Reſpondeo & dico, q̃ deus mala quæ ſuſtinet & permittit in mundo, non euitat, quia nõ congruit ſuæ ſapientiæ illa vitare, alias deſtrueret res liberas. Nam ipſe dedit liberũ arbitrium creaturis humanis, & non conuenit ſuæ ſapientię prohibere liberum arbitrium, ſed dat conſilia bona. Et Dionyſius dicit, Non eſt diuinæ ſapientiæ creaturas deſtruere, ſed conſeruare. Ecce auto. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui, glo. interl. id eſt, in poteſtate liberi arbitrij, & adiecit illi præcepta & mandata. ſequitur, Quod placuerit ei, dabitur illi. Eccl. 15. Differẽtia eſt inter præcepta & mandata, quoniã præcepta ſunt fortiora quàm mandata, quia mandata ſunt affirmatiua, velut dicere, Sabbata ſanctifices. Itẽ, honora patrem tuum. Exod. 20. ſed præcepta ſunt negatiua, ſicut, Non adora-

Num Dei præſcientia libero arbitrio neceſsitatem imponat.

bis deos alienos. Item, Non assumes nomẽ dei tui in vanum. Item non furtum facies. Ista sunt præcepta, & nullo modo licet facere contra ea. Dicunt docto. quòd mandata obligant semper, sed non in omni casu, seu non ad semper. sicut, Honora patrem tuum, quoniam si pater se facit infidelem, tunc filij non tenentur ipsum honorare, non ergo obligant mandata in omni casu. Sed cõtra præcepta nullo modo est faciendum. Nota tamen quòd doctores distinguunt præcepta, & dicunt quòd quædam sunt affirmatiua, quædam negatiua. Negatiua obligant semper, & ad semper, verum quia prima præcepta habent speciale nomen, quia dicuntur mandata, & ideo potest hoc nomẽ præceptum poni tantum pro negatiuis, secundũ regulam topicam, & ideo dicit, Adiecit illi præcepta & mandata. Sequitur in autor. Apposuit tibi deus aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam, aquam id est gratiam, ignem, id est peccatũ. Ad quod volueris porrige manũ tuam. sequitur, Ante hominem vita & mors, quod placuerit ei dabitur illi. No. quod placuerit &c. Si quis vult salutionem, habebit: si dãmnationem, idem. Tamen sunt plures mendaces circa hoc, quoniam omnes homines volunt, vt dicunt, ire ad paradisum, & tamẽ nullo modo se præparãt, quia cum debent sequi iter paradisi, scilicet humilitatem, liberalitatem, castitatem, patientiam, charitatem, abstinentiã, & diligentiam, ista enim perducunt hominẽ ad salutem, tamen sequuntur iter quod perducit ad infernum, scilicet superbiam, auaritiã, luxuriam &c. Et si aliquis quærit, vultis vos ire ad paradisum? diceret, tam bene quàm vos, tamẽ falsum dicunt, quia iter inferni tenẽt, & non paradisi. Item si dicatur vsurario, vel raptori, quo vultis vos ire? dicunt, ad paradisum, & falsum dicunt, quoniam sequuntur iter inferni, scilicet vsuram & rapinam, quæ ducunt hominẽ ad infernũ. Item tam omnes Christiani mali, quam Iudæi, siue Saraceni, omnes dicunt quòd volunt ire ad paradisum, sed falsum dicunt, quia iter inferni sequuntur, & sic de aliis. Ecce quare dicit scriptura, Ante hominẽ vita & mors, bonum & malum. Nam dominus vellet quòd omnes saluarentur, & ideo si nos sequamur iter paradisi, saluabimur, quia hoc iter bonũ & acceptum est corã saluatore nostro deo, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. vnus est enim mediator dei & hominũ homo Christus Iesus, qui dedit redemptionẽ semetipsum pro omnibus. 1. Timoth. 2. Nunc mouetur quæstio. Quia si iam scit deus quòd eris damnatus, quare ergo creauit te? Dico quòd creauit te vt saluus esses, & eris, si teneas bonam vitam, & si continues bonã vitam vsque in finem, saluaberis. Vnde debetis scire, quòd seruat in nobis deus modũ quem seruat qui in domo sua habet aliquem malum hominem & proditorem. Et ideo ponamus quòd aliquis rex det alicui militi in domo sua existenti, malo, & proditori villas, & castra, qui miles quanto rex sibi plura dat, tanto ipse mi-

Non idẽ prorsus est, præceptum, & mandatũ.

Jes perſeuerat magis in proditione, quid facit ipſe rex de illo? nonne deſtruet eum? Profecto ita deus facit, quamuis ſimus mali, facit nobis multa bona, vt malitia noſtra auferatur. Fecit nos ad imaginẽ ſuam, & lauit nos in baptiſmo, vt eſſemus boni & mundi &c. finaliter ſi in malis perſeuerauerimus, deſtruet nos. De iſta tamen malitia vide ad longum in ſermone de prædeſtinatione, & hoc ſufficit de ſecunda parte. Tertio videamus opera redemptionis humanæ naturæ, & hoc duobus modis declarabo. Prima pars erit ſpeculatiua, reſpiciẽdo diuinitatem æternalem. Secunda erit ſpeculatiua ſimul & moralis. Quo ad partem primam dicunt philoſophi & multi alij, quare Ieſus, cum poſſet facere remiſsionẽ generalem, ſe incarnauit, & voluit ſuſtinere labores & paſſionem, & maxime cum dicat philoſophus, quòd fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora? Reſpondeo, quòd iſtud argumẽtum venit per ignorantiã vel per inaduertentiam. Pro quo ſciẽdum eſt, quòd differentia eſt inter deum & hominẽ. Virtutes quas nos habemus non ſunt eſſentia noſtra, ſimiliter nec bonitas nec iuſtitia in iudice iuſto, imo ſunt accidentia, & ſunt qualitates aduẽtitiæ, quia qui modo eſt iuſtus, forte erit poſtea iniuſtus, & iniuſtus conuertitur quandoque, & fit iuſtus. Item miſericordia magna virtus eſt, maxime in diuitibus, qui tam de bonis temporalibus quàm ſpiritualibus dant indigentibus. Magna enim virtus eſt, ſed eſt qualitas aduentitia in hominibus, quia vna perſona miſericors poteſt effici crudelis, tamẽ in deo totũ eſt contrariũ, iuſtitia enim in deo eſt eſſentia, ſua diuinitas, miſericordia dei eſt ſua eſſentia, & nõ qualitas aduẽtitia. Vnde dico ſicut deus nõ poteſt dimittere ſuam eſſentiã, ita nec poteſt dimittere ſuã miſericordiã nec iuſtitiã. Ita dicit apoſtolus, Deus fidelis permanet, & ſeipſum negare nõ poteſt. 1. Timoth. 2. Iudex in mundo iſto quandoq; facit tantã iuſtitiam, quòd nihil erit de miſericordia, ſed in deo ſimul eſt, & concurrit iuſtitia & miſericordia. Pro quo Dauid in Pſalm. 100. Miſericordiã & iuſtitiam cantabo tibi domine. Auſcultate & attendite, ſi deus dixiſſet hominibus, Remitto vobis omnia peccata veſtra, & ſimus amici, deinceps cuſtodiatis vos, hoc eſſet maxima miſericordia, tamen vbi eſſet iuſtitia? Et ſi dixiſſet, Peccaſtis contra me, ego volo quòd omnes ſitis damnati, magnus rigor iuſtitiæ hoc eſſet, tamẽ vbi eſſet miſericordia? Vnde conueniens fuit quòd in redemptione noſtra ſeruaret miſericordiam & iuſtitiã. Rigor iuſtitiæ magnus fuit dare ſanguinẽ ſuũ precioſum pro omnibus. Miſericordia fuit, quòd ipſe qui non tenebatur, nec erat obligatus, voluit ſoluere preciũ pro omnibus, quare ratio, quam dicunt infideles, Fruſtra fit per plura &c. nullius eſt efficacie ſiue valoris, ſed prouenit ex magna ignorantia, quoniam bene omnia fecit, & poſſumus dicere verbum thematis, Admirabantur dicentes, Bene omnia fecit. Et hoc eſt quod dictum ſuit ex parte dei, conſide-

rando

rando suam diuinitatem. Tamen si consideremus ex parte nostra, dico quòd propter mala & peccata, in quibus nos eramus, ipse voluit facere redemptionem. Primo propter peccatum Ade & Eue ipsi fuerũt relegati de paradiso terrestri in mundum istum, sed filius dei voluit descendere, & incarnare se in ventre virginis gloriosæ, vt per suum descensum nos ascenderemus. Et ecce quomodo fuit conueniens opus istud pro redemptione nostra. Ita malum istius mundi incepit in muliere sponsata, & ideo voluit deus quòd bonum veniret per mulierem virginem desponsatam, virginem, scilicet Mariam. Item Adam & homines si remansissent in paradiso terrestri, nullum malum neque dolorem habuissent. Sed post aliquod tempus fuissent suscepti & translati in cælum. Vnde deus dixisset sancto Michaeli, Fac ascendere illos in cælum, & propter hoc voluit dei filius sustinere dolorem & passiones in isto mundo, vt credentes & obedientes sibi nullum dolorem sustinerent in paradiso. Item per peccatum venit ignorãtia in anima, quoniam secundum quod dicit philosophus, anima est tanquam tabula rasa, in qua &c. in qua in principio suæ creationis nihil erat depictum, propter hoc voluit Christus prædicare in mundo isto, & dare legem euangelicam, vt nos habeamus scientiam. Item Adam quando peccauit, fuit ligatus per Luciferum, & seductus, & propter hoc dei filius voluit ligare Luciferum. Item quia propter peccatum homines flagellabantur in inferno, ideo voluit dei filius flagellari, vt sibi credentes & obedientes a talibus flagellis liberarentur. Item quia per peccatum erat damnatus ad corruptionem, propter contrarietatem quatuor elementorum, voluit filius dei iudicari coram quatuor iudicibus, vt sibi credentes & obedientes liberarẽtur a corruptione & mortalitate. Item filius dei voluit coronari, vt sibi credentes & obedientes reciperent æternam gloriæ coronam. Item per lignum, hoc est fructum ligni, homines fuerunt condemnati ad patibulum inferni, ideo Christus dei filius dixit patri, Pater volo in patibulo crucis leuari, vt credentes & obedientes de furca inferni liberentur finaliter omnes. Sic sua sapientia deus ordinauit omnia, quod nihil fuit superfluum. Quare bene omnia fecit. Ideo dicit. 2. Machab. 1. Benefaciat vobis deus. Quare nos cogitantes ista magna opera possumus dicere thema, Admirabantur omnes &c.

Dominica xij. post Trinitatem. Sermo ij.

PRæcepit eis ne cui dicerent. Mar. 7. Ser. erit de sancto euang. præsentis dominice, quia continet multa secreta sacræ scripturæ speculatiua & moralia, & habebimus multas bonas doctrinas speculatiuas & morales. Saluetur virgo Maria. Sanctum euangel. hodiernum declarat nobis tria opera virtuosa & miraculosa de Christo.

Primum

Primum eſt humanalis incarnatio.
Secundum diuinalis miſeratio.
Tertium virtualis humiliatio.

Primum allegorice ſeu figuraliter. Secundum tropologice ſeu moraliter. Tertium hiſtoricè ſeu literaliter. De tertio & finali loquitur the. Præcepit eis ne cui dicerent, Et hoc fecit ex virtuali humilitate. Dico primo ꝙ euangelium hodiernum oſtendit nobis de Chriſto primum opus virtuoſum, quod eſt humanalis incarnatio in vtero virginis pro noſtra ſaluatione. Hoc oſtenditur in principio euangelij, quando dicitur exiens Ieſus de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilee, quæ eſt inter medios fines Decapoleos, & adducunt ei ſurdum & mutũ, & deprecabantur eum vt imponat illi manum. Dicet aliquis, Et quomodo oſtenditur hic humana incarnatio? Dico quòd bene, ſed ſubtiliter. In incarnatione autem filii dei fuerũt ſex myſteria, ſcilicet, terminus a quo, via per quã venit, terminus ad quem, modus eius veniendi, neceſsitas noſtra, & finalis vtilitas. Iſta ſex puncta ſiue myſteria ſubtiliter oſtenduntur in principio euangelij. Primo terminus a quo oſtenditur cũ dicitur, Exiens de finibus Tyri. id eſt, pſalmationis, ſecũdum interpretationem Hebraicam, vel creationis. Nota primum elemẽtum, quaſi fundamentũ creationis eſt terra. Dauid, Initio tu domine terram fundaſti. Pſal. 101. Secundũ aſcendẽdo eſt aqua. Tertium aer. Quartum ignis. Deinde cælum, quod a philoſophis dicitur quinta eſſentia, Et ſunt decem cæli. Primum eſt Lune. Secundum aſcendendo eſt Mercurij. Tertium Veneris. Quartum Solis. Quintũ Martis. Sextum Iouis. Septimum Saturni. Octauum cælum ſtellatum, id eſt firmamentum, in quo ſunt ſite omnes ſtelle communes. Nonum primum mobile ſecũdum philoſophos, quod a theologis dicitur cælum criſtallinum. De quo cælo dicitur, aquę quæ ſuper cælos ſunt. Decimum cælũ dicitur empyreum, in quo ſunt angeli & beati, vbi ſunt nouem ordines angelorũ, archangelorũ &c. Super omnes autẽ eſt cathedra dei. De iſtis finibus exiuit Chriſtus, veniens ad humanã incarnationẽ in vterũ virginis, non de cælo Lune, nec Mercurij &c. de finibus Tyri, ſcilicet creationis, de finibus angelorum. De hoc prophetarũt Dauid, & Salomon filius eius, Dauid dicit, A ſummo cælo egreſsio eius &c. Pſalm. 18. Dicatur contra Iudæos, qui hoc exponunt de ſole &c. Item Salomon dixit, Procul & de vltimis finibus precium, ſcilicet noſtre redemptionis. Prouerb. vlti. Secundo videamus viam per quam venit, quia dicit euangeliũ quod venit per Sidonem, id eſt tacentem, vel ſecundũ interpretationem Hebraicam, taciturnitatem. Ecce virgo Maria quæ fuit tacens. Bernard. Virgo regia ipſa eſt via per quam ſaluator venit ad nos. Taciturna fuit, quia licet libenter audiret verba bona & ſancta, quo ramẽ loquebatur. ideo habebat paruũ os, vt patet in veronica, quã depinxit

depinxit beatus Lucas. Ideo Lucæ 2. Maria autem conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. Bonum ſignum eſt in muliere taciturnitas, & malum ſignũ eſt loquacitas. Tertius terminus ad quem venit, oſtenditur cum dicitur, ad mare Galileæ, id eſt, rota volubilis, ſecundum interpretationem Hebraicam. Ecce via præſens amara, quia ſecũdum Boet. multis amaritudinibus eſt reſperſa, quæ rotatur & voluitur per quatuor anni tempora ſecundum curſum ſolis. De qua poteſt intelligi illud Eze. 10. Ecce apparuit rota vna, ſcilicet præſentis vitæ. Chriſtus non venit ad regnandum in hoc mundo, imo dicit coram Pilato, Regnum meum non eſt de hoc mundo, nec venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Matth. 20. Ad illum terminum ad quem, ſcilicet præſentem vitam, venit Chriſtus ad ſuſtinendum amaritudines. Autoritas. Et ſunt verba Chriſti hominis ad Deum patrem, Domine ſi ſic viuitur, ſcilicet in hoc mundo ſecundum tuam ordinationem, & in talibus, ſcilicet Iudæis vitioſis vita ſpiritus mei corripies me, ſcilicet in paſsione. Eſa. 53. Propter ſcelus populi mei percuſsi eum &c. & viuificabis me, ſcilicet in reſurrectione glorioſa. Ecce in pace amaritudo mea amariſsima. Nota, Chriſtus ſuſtinuit tres amaritudines in hac vita. Prima fuit amara, ſecũda fuit amarior, tertia fuit amariſsima. Prima fuit abſtinentiarum, ieiuniorum, vigilarum, & laborum, quia cum non eſſet niſi xxx. annorum, æſtimabatur. l. annorum, vt patet Ioan. 8. Secunda fuit amarior, ſcilicet perſecutio dura Iudæorum, quia omnia dicta & facta Chriſti calumniabantur, & in malum interpretabantur, & ſua miracula dæmonibus attribuebant. Iſta amaritudo tangebat cor eius ex eorum damnatione. Tertia fuit amariſsima, ſcilicet eius captio, litigatio, flagellatio, mors, & paſsio &c. Quarto videndum eſt de ſuo modo viuẽdi cum dicitur, Inter medios fines Decapoleos, a deca quod eſt decem, & polis ciuitas, ſcilicet prouincia decem ciuitatum, & ſignat decem præcepta decalogi, quæ ſunt quaſi decem ciuitates fideles, in pacis abundantia & ſecuritate conſiſtentes. Euge ſerue bone & fidelis, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſupra decem ciuitates. Lucæ 19. Inter iſtos medius vixit chriſtus, quia in medio cõſiſtit virtus. Nolite putare quoniã veni ſoluere legem aut prophetas, non veni ſoluere, ſed adimplere. Matth. 5. Diceret aliquis, & eſt argumentũ Iudæorum, Ex quo Chriſtus ſeruauit legem, quare nos non ſeruamus? Sed iſtud argumentum procedit ex ignorantia, imo dico quòd ex quo Chriſtus ſeruauit legem, nos non debemus ſeruare. Quia ſicut voluit ſuſpẽdi in ligno crucis ne aliquis ſibi credens & obediẽs ſuſpẽdatur in furca inferni. Ita voluit ſeruare legẽ Moyſi, & eam cõplere, & eidem finẽ dare, ne nos eã ſeruaremus. Ideo apoſtolus, Finis enim legis Chriſtus eſt, ad iuſtitiã omni credenti. ad Ro. 10. Quinto videda eſt neceſsitas, quæ erat ex parte noſtra, quæ oſtẽditur cum dicitur. Et adducũt ei ſur-

dum

dum & mutũ. Nam, ſecũdum Bedam, homo audiẽdo verba antiqui ſer pentis ſurdus eſt, & cecus, & mutus ad laudandũ deum. Surditas autem priuat hominẽ a fide, quæ nõ poteſt haberi niſi per auditũ. Fides eſt ex auditu. ad Ro. 10. Et quia mutus nõ poterat creatorẽ ſuũ laudare, ideo de ſurdis & mutis dicit Dauid, Aures habent, & nõ audient, neq; enim eſt ſpiritus. ſ. laudis in ore ipſorum. Pſal. 34. Sexto finalis vtilitas. cũ dicitur, Et deprecabatur eũ vt imponat illi manum. ſ. operatio ſalutaris, quaſi enim quinq; digiti ſunt, euangelica prædicatio, virtuoſa conuerſatio, doloroſa paſsio, glorioſa reſurrectio, & miraculoſa aſcenſio. Dauid, Fiat manus tua vt ſaluet me. Pſal. 118. Dico ſecundo quòd euangelium hodiernũ oſtendit de Chriſto aliud opus virtuoſum, quod eſt diuinalis miſeratio, qua motus fuit ad curandum ſurdum & mutum, cum dicit, Et apprehendens eum de turba ſeorſum. vſque, loquebatur recte. Septem cerimonias ſeruauit Chriſtus curando illum infirmum, quæ ſunt neceſſariæ in curatione cuiuſlibet infirmi ex peccato mortali. Prima ibi, Et apprehendens eum, ecce cordis contritio, per quam homo liberatur a diaboli captione, & apprehenditur a Chriſto, & ligatur cathena gratiæ. Iſta captio eſt benedicta. Apoſtolus, Sequor ſi quo modo cõprehendam, in quo & cõprehenſus ſum a Chriſto Ieſu. Ad Phil. 3. Secunda ibi, de turba ſeorſum. Ecce praue ſocietatis dimiſsio, quæ inuenitur in hoc, quòd Chriſtus non voluit curare inter gẽtes, ſed extra. Quæ nocitura tenes, quamuis ſint chara relinque. Tertio miſit digitos ſuos in auriculas eius. Ecce de obediendo præceptis propoſitio. Ratio, quia ſicut ſunt digiti decem in manibus, ſic ſunt decẽ præcepta ad meritorie operandum, ad quæ omnia opera meritoria poſſunt reduci. Omnia quæ locutus eſt dominus faciemus, & erimus obediẽtes. Exo. 24. Quarta ibi, expuens tetigit linguam eius. Ecce oris cõfeſsio neceſſaria, quia ſicut expuens purificat ſtomachum, ita cõfitens purificat animam ab omnibus maculis culpæ. Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt deus & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. 1. Ioan. 1. Sed quare Chriſtus primo expuit, & tetigit linguam eius? Reſpondeo, quòd hoc fecit, ac ſi diceret Chriſtus, Si ego fui confeſſus, & tu etiam debes confiteri. Nota hic quòd Chriſtus bis fuit confeſſus in vita iſta, non de peccatis ſuis, quia nullum peccatum habuit vnquam, ſed confitebatur populi peccata, ac ſi eſſent peccata ſua propria. in Pſal. Saluum me fac deus. vbi Dauid loquebatur in perſona Chriſti dicens, Deus tu ſcis inſipientiam meã, & delicta mea a te non ſunt abſcondita. Nota quòd peccata propria populi dicit ſua. A te non ſunt abſcondita. Gloſa dat hanc ſimilitudinem. Si manus vel pes fecerit alicui offenſam, & caput ſiue os peteret veniam, quæ non fecerunt offenſam. Sed hoc dicit propter coniunctionẽ membrorũ & capitis. Ita etiã & nos ſumus membra, & Chriſtus caput. ad Rom. 12. Membra

bra fecerunt offensas & peccata, & Christus peccata membrorum dicit esse sua. Secundo fuit confessus in morte in lecto crucis, quando dixit, Hely hely, id est deus meus &c. sequitur, Longe a salute mea verba delictorum, quia ergo primo ipse fuit confessus, ideo & tu confitere peccata tua. Quinta ibi, suspiciens in cælum. Ecce attenta oratio, quam post confessionem homo debet recipere, iuxta illud, Fili peccasti, ne adiicias iterum, sed de pristinis deprecare vt tibi dimittantur. Eccl. 21. Sexta ibi, ingemuit, Ecce pœnitentialis oneris susceptio, Sicut animal ex onere ingemiscit, ita corpus ex onere pœnitentiæ. Ideo dicit Dauid in persona pœnitentis, Afflictus sum, & humiliatus sum nimis, rugiebam a gemitu cordis mei. psal. 37. Septima ibi, effata, quod est aperire. Ecce iniuriarum remissio, per cordis apertionem. Et debitorum restitutio, per siniſtre apertionem. Eleemosynarū quoq; largitio per dextre apertionem. Etiam os est aperiendum ad eucharistiæ communionem, & sic curatur homo a spirituali infirmitate, & ideo sequitur. Et statim aperte sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur recte. Dico tertio quòd ostendit sanctū euangelium de Christo virtualem humiliationem cum dicit, præcepit eis ne cui dicerent. vsq;, & mutos loqui. Quæstio est hic, quia dicit textus, Præcepit eis ne cui dicerent, & post dicit, Quãto autem magis eis precipiebat, tanto magis plus prædicabant. Est quæstio, vtrum illi peccabant an non. Et videtur quòd peccabant, quia faciebãt contra mandata Christi. Huic quæstioni respondet sanctus Tho. quòd non peccabãt, quia non faciebant contra mandatum Christi, quando enim Christus præcepit eis ne cui dicerent, hoc dicit tali gestu & modo, quod innuebat quòd nolebat vanã gloriã, & ex alia parte inflammabat corda illorum vt miracula prædicarent ad dei laudem & honorem. In hoc ostenditur perfecta humilitas, quæ habet duo, primo fugere vanã gloriam, & honorem dei quærere de bonis operibus. Matt. 6. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est. Nota quòd vana gloria, siue gloria mundi potest esse in bonis operibus tripliciter. Primo velut domina. Secundo velut socia. Tertio velut ancilla. Primo modo est peccatum mortale. Secundo modo est veniale. Tertio est meritum. Primo modo velut domina est vana gloria, quando quicquid persona facit, hoc facit propter vanam gloriam mundi, vt videatur, laudetur, reputetur &c. tunc opera illa sunt pulchra, vt poma, sed intus est vermis inanis gloriæ, & tunc est peccatum mortale. Propter hoc dicit, Attendite &c. Secundo est velut socia, quando homo incipit opus bonum sancta & bona intentione, vt sermonem vel aliud, sed post venit vana gloria cogitando, O modo dicetur quòd tu es bonus vel aptus &c. tunc est vt socia, quia associata est operi bono,

Contingit vanã gloriam comitari bona opera, vt Domina, vt socia, vt ancilla.

tunc

tunc non eſt peccatum mortale, ſed veniale. Nota de beato Bernardo, qui in tempore ſuo erat de maioribus mundi prædicatoribus, & cum ſemel prædicaret ſancta & bona intentione pro honore dei & ſaluatione animarum, & declarando illa magna ſecreta ſcripturæ, conuerteret multos, venit ad eum vana gloria. Cogitauit dimittere ſermonem ſed non fecit, ſed reſpondit vanæ gloriæ dicens, Nec pro te incepi, nec pro te deſiſtam. Tertio velut ancilla, & tunc non ſolum non eſt peccatum mortale, nec veniale ſed meritorium, quia eſt perfectionis apoſtolicæ, quando prælatus, epiſcopus, vel prædicator apperit bonã famam, vt ſua prædicatio faciat fructũ, quia ſi reputatur ribaldus, eius doctrina nullum fructum faciet. Sed ſicut miles qui habet militare, quærit bona arma & inſtrumenta: ita inſtrumenta prædicationis ſunt bona fama, ſancta vita, bona conſcientia. Ideo Greg. Sancti prædicatores laudari appetunt, vt reuerentius audiantur. Reuerenter deſiderant, vt maiorem fructum faciant. Talis vana gloria eſt ancilla, quia cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur. Ideo Chriſtus Mat. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt. Sed ſicut candela extinguitur modico vento, ita perſonæ paruæ ſpiritualitatis modico vento inanis gloriæ. Sed ſicut magnus ignis non extinguitur vento, imo magis accenditur, ita perſona multum ſpiritualis. Ideo dicit Chriſtus, Sic luceat lux veſtra &c. Secundum quod habet vera humilitas & perfecta, eſt quòd bona opera fiant in laudem dei. Ideo Chriſtus inſtigabat illos inuiſibiliter, vt publicarent miraculum in laudem dei & honorem. Deo gratias.

Dominica xij. poſt feſtum Trinitatis. Sermo j.

HOc fac & viues. Habetur verbum iſtud originaliter Luc. 10. & recitatum eſt ſtatim in euangelio hodierno. Sermo noſter erit de ſancto euangelio hodierno. Si placet deo habebimus multas bonas doctrinas pro noſtra inſtructione, defectuum correctione, & animarum conſolatione. Salutetur virgo Maria &c. In ſancto euangelio hodierno Chriſtus oſtendit nobis tria multum neceſſaria ad ſaluationem noſtram, ſcilicet,

Primum eſt cognitio de veritate diuinali.
Secundum dilectio de charitate integrali.
Tertium operatio de pietate fraternali.

Sine his tribus nullus poteſt ſaluari, & de quolibet iſtorum dicit them. Hoc fac & viues æternaliter in paradiſo. Dico primo quòd Chriſtus oſtendit q̃ habeamus in hac vita cognitionem de veritate diuinali, vt cognoſcamus deum ſine errore & falſa opinione, quia alias homo quando vadit in alium mundum, non cognoſcitur à deo. Amen

dico vobis nescio vos, scilicet notitia approbationis. Mat. 25. Et dicent, O domine ego sum religiosus, ego clericus vel laicus de tali ciuitate. Amen dico vobis quia nescio vos &c. Et cõcordat apostolus di. Omnis qui ignorat ignorabitur. 1. ad Corinth. 14. Quia ergo ista cognitio de veritate est, ita necessaria nobis ad sciendum in hoc mundo, ideo Christus eam nobis ostendit in principio euangelij di. Beati oculi qui vidẽt quæ vos videtis, Matthæus addit, & beatæ aures quæ audiunt quæ vos auditis, Mat. 13. Dico vobis quòd multi prophetæ & reges. Matthæus addit, & iusti voluerunt videre quæ vos videtis, & audire quæ vos auditis, & non audierunt, imo cum illo desiderio decesserunt. Non credatis, ꝙ loqueretur solum de visione corporali, quia Iudæi etiam videbant præsentiam Christi corporalem, tamen non erant probati seu beati. Sed apostoli & discipuli Christi erant beati, qui extra videbant præsentiam Christi corporalem, & intus oculis animæ videbant Christi diuinitatem, & ista visio faciebat eos beatos. Idem de auditu, quia etiam Iudæi audiebant verba eius corporaliter, sed non obedientialiter vt apostoli &c. Dico enim vobis quòd multi prophetæ, vt Moyses, Esaias, Hieremias, & multi reges, vt Dauid &c. Quia ex quo deus pater promisit filium suum incarnandum, & beati patres ita ardenter desiderabant eum videre & audire, quòd moriebantur desiderio dicentes, O quale tempus erit illud, quando deus incarnatus ibit per terram, & prædicabit illa secreta cælestia. Dicebat Thobias de se, Beatus ero si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndum claritatem Hierusalem. Thob. 13. Alij, secundum quod tangit Amb. dicebant, quando veniet? quando nascetur? quando apparebit? putasne videbo? putasne durabo? putasne hic me inueniet illa natiuitas? O si oculi mei videbunt quod credo in scripturis dei. Sed apostoli videbãt eũ, stabant cum eo, comedebant & bibebant cũ eo, & ambulabãt cũ eo. Ideo dicebat eis, Beati oculi qui vidẽt quæ vos videtis &c. qui videbãt eũ nõ solum oculis corporis, sed etiam animæ. ſ. credendo, etiam obediendo, & audiebant eum non solum auribus corporalibus, sed etiam animæ. Si bene attendistis, Christus ponit duos modos cognitionis de veritate diuinali. Primo. ſ. videndo. Secundo. ſ. audiendo, quia aliter non potest haberi. Ideo ad cognoscendũ deũ summe sunt necessarij visus & auditus. Ex visu enim sine audientia naturali ratione possumus scire illa quæ pertinent ad vnitatem dei. Hoc etiã philosophi ostenderunt, clare dicẽtes ꝙ est vnus deus, vnus princeps, vna prima causa, & vnus primus motor. Hoc etiã quilibet intellectu vigẽs potest videre, & scire, quia sicut ille qui intrat palatiũ optime ordinatũ & gubernatũ, quãtuncũque sit rudis, statim cognoscit sine hoc ꝙ dicatur sibi ꝙ magnus dñs & potẽs est qui illud palatium fecit, ordinauit, gubernat, & regit. Ita de palatio huius mundi, & eius ordinatione, & gubernatione potes cogitare

& videre, quòd magnus dominus & potens est qui ipsum fecit, quia nihil fit à seipso, & ille est deus. Isto modo antiqui, qui nondum habebãt libros, magistros, nec prędicatores, cognoscebant deum videndo mundum &c. Istam deductionem fecit apostolus dicens, Inuisibilia dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles. ad Ro. 1. Inuisibilia dei sunt attributa diuina. s. æternitas, omnipotentia, sapientia, excellentia, & huiusmodi, quæ pertinent ad vnitatem essentiæ. Item ex visu scitur & cognoscitur quòd quilibet dominus sapiens & potens, bonus, & iustus, dat retributionem suis seruitoribus, bonos remunerando, & malos puniendo. Hoc igitur intellectu naturali possumus cognoscere, quod persona quæ viuit & seruat dei præcepta, à deo habebit remunerationem, quæ autem male viuit à deo habebit punitionem. Isti duo articuli, scilicet quòd deus est omnium creator, secundo quod est bonorum & malorum retributor, fuerunt semper necessarij ad credendum expressè, vt dicunt sancti doctores, quia ad oculum possunt videri rationabiles. Autoritas. Sine fide impossibile est quenquam placere deo. Credere enim oportet accedentem ad deum, quia est, & quòd inquirentibus se remunerator sit. ad Heb. 11. Secundo ex auditu cognoscuntur secreta mysteria fidei catholice, quia ad ea non sufficit visus corporalis, nec intellectualis. Ideo philosophi nescierunt ea, quia nec oculis, nec argumentis, nec rationibus possunt cognosci nec compræhendi. Modo ex quo Christus nobis eam reuelauit, facimus rationes & argumenta de trinitate, de incarnatione, de morte & passione, de sacramento altaris. Sed nisi deus reuelasset, modicum valerent argumenta, & rationes, quia hæc mysteria non ex visu nec argumentis habentur, sed ex sola audientia. Verbi gratia. Quilibet Christianus tenet istam veritatem in corde suo, quòd Christus deus est tres personæ, pater & filius, & spiritussanctus. Ista veritas non per oculos, nec per odoratum, nec per nares, nec per tactum intrauit, sed per aures, quia audiuistis prædicari illud. Tres sunt qui testimonium dant in cælo, pater, verbum, & spiritussanctus, & hi tres vnum sunt. 1. Ioan. 5. Dic similitudinẽ de vno sole. Item idem dicẽdũ est de incarnatione filij dei, quã quilibet Christianus credit firmiter. Et ꝙ in illa humanitate passus est mortuus, & sepultus, & resurrexit tertia die, & ascendit in cælũ, fidẽ tenemus. Nã istæ veritates per audientiã illius verbi, Qui cum in forma dei esset, nõ rapinã arbitratus est esse se æqualẽ deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens &c. humiliauit semetipsum, factus patri obediens vsque ad mortem, mortẽ autem crucis, propter quod deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur &c. ad Phil. 2. intrauerunt

Attributa in diuinis dicuntur dei inuisibilia ab apostolo Paulo.

Duo fidei articuli ab exordio mundi necessarii ad salutem.

in cor. Item de altaris sacramento non sufficit visus, quia non videtur à nobis ibi, nec sufficit gustus siue tactus, sed per auditum illius verbi Christi, Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Io. 6. Illa veritas intrauit in cor nostrum. Caro illa Christi non est mortua, sed viua. Ergo ibi est sanguis, & anima, & diuinitas. Idē etiam potest dici de aliis articulis, & secretis fidei. Ideo apostolus. Fides est ex auditu, auditus autem per verbum Christi. ad Rom. 10. Moraliter habemus hic doctrinam, si ad nostram saluationem tam necessaria est cognitio dei per visum, & auditum, quod peccatum est illorum qui non solum audiunt verbum dei, imo non permittunt quòd aliqui alij audiāt. Nota contra illos qui vadunt tumultuose in circuitu ecclesiæ, respiciendo mulieres, & turbando sermonem. O damnati filij peccati, & damnati patres qui congregauerunt pro talibus. Auisentur patres ne damnentur pro filiis. Notate quomodo fecit dominus Carthusiæ, qui solum dimisit centum florenos filiis, qui renunciauit seculo &c. Dicatur quomodo quæ male fiunt in ecclesia sunt maxima peccata, quia quod alibi posset fieri virtuose, vt vsus matrimonij, ibi esset maximum peccatum, quāto magis illa quæ de se sunt peccata in omni loco, vt qui viderit mulierem ad concupiscendum &c. in ecclesia est maius peccatum, imo sacrilegium. Ideo dicit scriptura, In terra sanctorum, scilicet ecclesia, ad sancta opera dedicata, iniqua gessit, & non videbit gloriam domini. Esa. 26. Ideo præcepit deus antiquitus, dicens, Sabbata mea custodite, & sanctuarium meum metuite. Leuit. 19. Propter hoc in introitu ecclesiæ ponitur aqua benedicta, ne à peccatis compræhendatur homo, & illi intrant ad respiciendum mulieres, ad ridendum, & eas perturbandum. Non sic Dauid, quando intrabat templum domini, dicebat, Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. psa. 5. Dico secundo quòd in sancto euangelio hodierno de ista dominica ostenditur dilectio de charitate integrali. Non sufficit cognitio de veritate diuinali, quæ in intellectu consistit, sed adhuc necessaria est dilectio de charitate integrali, quæ consistit in voluntate, scilicet diligere deum super omnia, & proximum sicut seipsum. Ista est dilectio charitatis integræ. Hoc autem ostenditur cum dicit, Ecce quidam legisperitus surrexit. vsque, Hoc fac & viues. quod est thema, Cum autem Christus diceret apostolis & discipulis. Beati oculi &c. quidam doctor volens tentare Iesum, vt haberet vanam gloriam, cogitans confundere Christum, credens quòd fuisset faber lignarius, & nunquam didicisset, proposuit sibi subtilem quæstionem di. Quid faciendo vitā æternā possidebo, quasi vellet dicere, Vos dicitis q̄ visus & auditus sunt necessarij ad saluationē & nunquid requiritur aliud? Respondit Iesus, In lege quid scriptū est, quomodo legis? Et ille, Diliges

dominum

dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua. Dixitque illi Ieſus, Recte reſpondiſti, hoc fac, & viues. Quatuor modos ponit in dilectione dei, ſcilicet diligere dominum deum ex toto corde, item ex tota anima, item ex omnibus viribus, item ex tota mẽte, quod idem eſt quod ſummè, & ſuper omnia diligere debes deum, ac ſi diceret, tu potes diligere patrem, & matrem, ſororem, & fratrem, ſed magis deum. Tu potes diligere vxorem & filios, ſed plus deum. Ideo Chriſtus, Qui amat patrem & matrem pluſquam me, non eſt me dignus. Et qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. Matth. 10. Amor dei debet eſſe ſicut oleum ſuper aquam in lampade cordis. Amor creaturarum debet eſſe vt aqua frigida ſub oleo amoris dei. Modo ſi aliquis interrogaretur, aut diligat deum ſuper omnia. Reſponderet ꝙ ſic. Sed ad probam, vtrum dicitis verum an falſum? Quia dicit Grego. quòd ſignum dilectionis exhibitio eſt operis. Verbi gratia. Si vos vel filius haberetis aliquam infirmitatem, & velletis curari, & dicitur vobis, vadatis ad talem bonum hominem, qui eſt ad minus ſortilegus vel coniurator. Et deus præcepit vobis, quòd pro nulla re mundi accedatis ad illum, quid facietis? Si vaditis ad eum, patet quòd plus diligitis filiũ quam deum. Item ſi perdidiſtis aliquid, ſic probatur dilectio dei. Si vos reſponderetis, Ego diligo filium meum, ſed magis diligo deum, quia pro filio meo non facerem contra præceptum eius. Item de re perdita. Idem de compatre ſeu amico capto, caueatis quòd pro nullo iuretis falſum, nec etiam pro patre, imo nec pro perſona propria. Item deus præcepit ꝙ feſta colantur & ſanctificentur, dicens, Memento vt diem ſabbati, id eſt quietis ſanctifices. Exod. 20. Eccleſia declarat, quòd feſtum ſanctificare eſt in quolibet feſto audire miſſam, ſermonem, & officia diuina. Nota contra viduas, quæ poſt mortem viri ſunt in domo per annum, ꝙ non vadunt ad eccleſiam. Vidua bene debet abſtinere, ne vadat ad epulas, nec ad nuptias, ſed ire ad eccleſiam debet, alias videtur quaſi viudicta. q. d. quia vos deus interemiſtis virum meum, non intrabo domum veſtram. Dicatur etiam contra illam conſuetudinem, de puellis nouentibus ad eccleſiam, & vultis ꝙ ſint Iudeæ? quia niſi amor & deuotio refrenet mulierem, alias, &c. Quid enim ipſe faciũt in domo cũ ſclauis & ancillis? modo autem habent oportunitatem &c. Ideo ſunt multæ in mundo, quę antequam veniant ad nuptias pepererunt bis vel ter &c. Recordemini de verbo apoſtoli dicẽtis. Patres nolite ad iracundiam, ſcilicet dei prouocare filios veſtros, ſed educate illos in diſciplina & correctione domini. ad Ephe. 6. Diſciplina ſignat miſſam, quę repræſentat Chriſti paſsionem, in qua Chriſtus fuit diſciplinatus. Correctio ſignat prædicationem, per quam peccata corriguntur. De dilectione aũt proximi dicit Ioan. Chariſsimi, non diligamus verbo neque

Eccleſiæ declaratio de ſanctificatiõe ſabbati.

lingua, scilicet tantū, sed opere & veritate. 1. Ioā. 3. Quia sicut quilibet vult bonum pro se, & vitat malum, ita etiam &c. Not. aliquid cōtra deceptiones, quæ fiunt concludendo per illud apostoli, Dum tēpus habemus, operemur bonum ad oēs, maxime autem ad domesticos fidei. ad Gala. 6. Dico tertio ꝙ ostenditur in sancto euangelio operatio de pietate fraternali. Vnde sciendum, ꝙ postquam Christus dixit illi doctori, Recte respondisti. Ille superbiuit, quia talis est conditio vane gloriantium quando laudantur, & volens se ostendere voluit replicare, & dixit Christo, Quis est meus proximus? Notate hic quomodo erat opinio Iudæorum, & etiā forte nunc sunt illius opinionis, quia proximus Iudæi est solum Iudæus, & non alij. Sed Christus probauit sibi oppositum, & fecit sibi concedere ore proprio, ꝙ infidelis, & non Iudæus erat proximus Iudæi, & non solum Iudæus. Quando ille doctor dixit, Quis est meus proximus? suspiciens Iesus in cęlum dixit. Quidam homo descendebat &c. No. parabolam. Desertum est illud in quo Christus fecit quadragesimam, quod Hebraicè dicitur Abdon, quasi sanguinolētum, quia in eo latrones multos homines occidebant. Quis horum trium videtur proximus fuisse illi? Ꝛ respondit doctor ille, Qui fecit misericordiam in illum. Ecce quomodo vicit eum ex ore proprio. No. ꝙ illi sunt proximi, ad quos potest extendi beneficium misericordiæ & pietatis. Beati sunt proximi nostri, quia beneficiū nostrum extenditur ad eos, quia quādo facimus pœnitentiam, ipsi gaudent vltra gaudiū essentiale. Gaudium est angelis dei in cælo super vno peccatore pœnitentiā agente. Luc. 15. Et beneficium eorū extenditur ad nos, ipsi orant pro nobis. Illi etiam de purgatorio sunt proximi nostri, quia beneficium nostrum quod facimus pro eis extenditur ad eos, sed non extenditur ad illos de inferno. Istam regulā dedit Christus. Sic omnis ad quem potest extēdi beneficium misericordiæ & pietatis, actiue vel passiue dicitur noster proximus. Ecce qualiter Christus dicit eum. Hic dico ego ꝙ ostēditur operatio de pietate fraternali. Quādo Christus voluit respondere doctori quærenti, Quis est meus proximus? Christus suspexit in cælum, ad denotandum secreta, quæ tanguntur in respōsione Christi, quia dixit, Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericō &c. Iste homo est ille qui de hac vita scilicet corporali ad mortē transit, & incidit inter latrones. Quia in morte cuiuslibet hominis veniunt latrones, id est dæmones inferni. Virgo autē Maria obtinuit pro gratia singulari, ne venirēt in morte sua. Quod autem veniant dæmones in morte autoritas. Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua. Et in tempore consummationis effundent virtutē. Eccle. 39. Item alia autoritas Dauid, Inhabitabunt. s. dæmones in camera absconditi, quia inuisibiles sunt existentibus in camera. ipsi calcaneum meū, id est finē obseruabunt. Et spoliauerunt eum. quia pē

Loc' probās dæmones nobis insidiari in mortis agone.

mortem

mortem dimittuntur omnia bona tẽporalia. Semiuiuo relicto, quia in morte perdit homo vitam corporalem, & solum restat vita animæ in purgatorio torquendæ. Quid ergo est a nobis faciendum? profecto deberemus cauere ne simus crudeles, vt sacerdos & leuita Iudæi, sed simus vt Samaritanus misericordes, qui in illum fecit opera pietatis. Primo cum vino lauit eius vulnera. Ecce oratio, quam nos misericorditer debemus facere pro animabus purgatorij, oratio enim vt vinum calefacit in dei amore, & facit plorare oculos. Secundo Samaritanus infudit oleum. Ecce eleemosynæ, quę sunt opus misericordię, per oleum significate. Tertio posuit eum super iumẽtum. Ecce afflictio corporalis. Iumentum est corpus. Ideo quando vos ieiunatis, vel portatis cilicium, vel peregrinationẽ facitis, anima patris vel matris portatur in iumento corporis vestri. Quarto dedit duos denarios, scilicet auri, stabulario. Ecce sacrificium missæ, in qua sunt multæ dualitates. Prima dualitas est panis & vini. Secunda dei & hominis in Christo. Tertia quia missa est sacrificium & sacramentum. Quarta quia missa est oblatio & oratio. Quinta quia missa offertur pro viuis & defunctis. Sed auisetur hic de missis sancti Amatoris. Deo gratias.

De eadem dominica. xiij. Sermo ij.

EGo cũ rediero reddam tibi. Luc. 10. Ab isto themate ego recipio motiuum prædicandi de retributione quam deus facit bonis personis & bonis quæ fecerũt, & malis ex malis operibus. Materia erit bona & vtilis, quia quando homo scit retributionẽ, citius inclinatur ad faciẽdum bona, & qñ scit punitionem, refrenatur a malis. Salutetur virgo Maria. Hoc verbũ est dñi nostri Iesu Christi, cuilibet personæ humanæ dicẽtis, Ego cum rediero reddam tibi. Pro declaratione huius verbi & materię prædicandæ introductione sciendũ, ꝙ in sacra scriptura tam in veteri testamento quam in nouo leguntur duo aduentus Christi generales ad istũ mundũ. Primus est de misericordia copiosa. Secũdus est de iustitia rigorosa. Primus fuit qñ venit in hũc mundũ natus de Maria virgine, verus deus & verus homo, & ostendit se gentibus cũ magna humilitate, & venit ad dandũ redemptionẽ, & gratiã ad vitandum peccata, & operandũ meritoriè, ꝙa licet antequã Christus veniret, aliquę personæ, sed paucæ vitassent peccata, & fecissent bona opera, vt Iudei in terra promissiõis, quia tunc solũ ibi cognoscebatur deus. Dauid, Notus in Iudæa deus, in Israel magnũ nomen eius. ps. 75. Ideo venit ad dandũ redemptionẽ generalem omnibus, quia non solũ illi qui ignorabãt deũ, ibant ad infernum, sed etiã boni. Ideo ad oẽs liberandũ, & prouidendũ per sancta sacramenta, ne damnarẽtur, venit Christus. Nam cũ essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes. At vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui

ſub lege erant redimeret.ad Gal.4.Ideo dicit ipſemet,Ego veni vt vitam habeá, & abundantius habeant,Ioan.10. No.abundãtius.ſ.quam in veteri teſtamẽto.Secundus aduentus erit de iuſtitia rigoroſa,& iſte erit in fine mundi, quãdo ſecundum rigorem iuſtitiæ dabit vnicuique quod meretur,quia bonis dabit gloriã æternam,& malis pœnam æternam. Et de hoc aduẽtu dicit ipſe in themate,Ego cum rediero reddam tibi.q.d. Iam non dabo tibi retributionem ſecundum bona quæ facis, nec punitionem de malis, ſed cum rediero in ſecũdo aduentu reddam tibi. A more veſtri quæſiui quot retributiones facit deus de bonis & de malis quæ facimus. Et inueni tres.

Prima datur in hac vita temporali.
Secunda in morte corporali.
Tertia in iudicio generali.

Et de tertia loquitur thema principaliter. Dico primo ꝙ deus in hac vita iam dat retributionẽ de bonis & malis quæ facimus. Quia illis qui tenent bonam vitam deus dat retributionẽ,quia experimentaliter videtur quod bona vita & ſancta ſecum portat delectationes,& dulcedines,cordis quietem,& lętitiã mentis. Ecce qualiter deus dat bonis iam in hac vita retributionẽ aliquam,ſed nõ plenam & perfectã,quia illam dabit in gloria. Per oppoſitum,mala vita iam ſecum portat in hac vita punitionẽ aliqualem,quia licet mali & peccatores ad extra rideant,& lætentur, & tripudient,tamen ad intra amari ſunt & triſtes in anima, quia vermis conſcientiæ ſemper remurmurat & remordet. Sicut enim ſanitas corporis ſecum portat lætitiam,& conſolationem, ira ſanitas animæ. Quando autẽ quatuor qualitates corporis, ſcilicet caliditas,& frigiditas, humiditas & ſiccitas,ſunt in debita cõuenientia & proportione,homo eſt ſanus & lætus. Per oppoſitum quando in qualitatibus & complexionibus eſt inordinatio,tunc ſequuntur infirmitates,dolores,febres,& homo eſt triſtis,nec delectatur in aliquo propter corporis infirmitatem. Ita de anima eſt, in qua ſunt quatuor qualitates, & cõplexiones,ſcilicet quatuor virtutes morales, ſcilicet prudentia,quę ordinat animam ne diaboli tentationibus, corporis inclinationibus, mundi occaſionibus conſentiat,& anima peccet contra deum. Alia virtus eſt iuſtitia,quę ordinat circa proximũ ne ipſum quouis modo ledat ſed reddere facit vnicuique quod ſuum eſt. Iſta eſt iuſtitia. Bern. Iuſtitia eſt virtus,cuique quod ſuum eſt tribuens. Item tertia eſt temperantia, quæ ordinat in diuitiis,honoribus,& proſperitatibus,ne homo faciat exceſſum. Item quarta virtus eſt fortitudo, hominem perficiens ne in aduerſitatibus deſiſtat a bonis operibus. Quando iſtæ qualitates ſiue virtutes ſunt bene ordinatæ & proportionatæ, anima eſt ſana & læta. Item conſequenter,quãdo intellectus eſt clarus per fidem,& voluntas ardens per deuotionem, memoria recordatur de beneficiis acceptis.&

Quatuor qualitates primæ, in quarũ proportione ſanitas cõſiſtit corporis, & ſimiliter animæ.

ſenſualitas

ſenſualitas eſt ſubiecta rationi rectè & voluntati, tũc anima eſt ſana & leta. Nihil dulcius quã reſpicere in mandatis Dei. ſ. ea ſeruando. Eccle. 23. Per oppoſitum infirmitas animæ importat triſtitiã, quãdo prædictæ virtutes & complexiones animæ ſunt inordinate, tunc enim non cuſtodit ſe à diaboli tentationibus, imo conſentit ſibi, nec à carnis inclinationibus, imo ſequitur eas, nec à mundi occaſionibus, imo placent. Quando intellectus non eſt clarus in fide, ſed dubitat in fide, voluntas eſt inordinata per malas voluntates, odia, & rancores. Memoria non recordatur de diuinis beneficiis, ſed de iniuriis. Senſualitas eſt negligens in execurione bonorum operum, licet vos rideatis extra, anima triſtatur, & dolet intra, & plorat. Augu. Iuſsiſti domine, & ita eſt, vt omnis animus inordinatus pœna ſit ſibi. Sed illi qui tenent bonã vitam & ſanctam, & ſunt ordinati in anima, tantam habent letitiam & cordis dulcedinẽ, ꝙ nõ poſſet lingua explicari. Patet ergo ꝙ bona vita & mala iam in hoc mũdo ſecũ portãt aliquã retributionẽ. Si vultis hoc clarius videre, declaret per ſingula peccata mortalia, & per virtutes oppoſitas. Verbi gratia. Nã peccatũ ſuperbie dat amaritudinẽ & humilitas dulcedinẽ. Igitur ſecũ portãt retributionẽ. Quid eſt ſuperbia, niſi deſideriũ & cupiditas honoris? Videtur ſuperbo ꝙ omnes deſpiciãt eum. Primo vxor, ſecundo filij, & alij, quia nõ videtur ſibi ꝙ faciant ei tantam reuerentiam quantã debẽt. Ecce dolor. Idẽ quando intrat, vel quãdo per platea tranſit, ſi nõ omnes ſurgunt. Ecce dolor, videtur ſibi ꝙ deſpiciant eum. Sed humiles, licet fiant eis honores magni, nõ curant, neq; inflantur, imo dicit humilis. Non nobis domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam, viuit quiete. Patet ergo quod dixi. Itẽ dicit ſuperbus, talis iam eſt vicarius vel baliuus iuratus &c. & ego nõ. Humilis autẽ regratiatur Deo ꝙ nõ habet illud onus regiminis. Ideo dicit ſuperbis Chriſtus, Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Mat. 11. Item auarus de omnibus habet dolorem, quando enim auarus eſt in menſa, & videt vxorem, & filios, & familiã, bene comedentes, dicit, O miſer, ego ſum iam deſtructus. Idem de vino. Et intantũ dolet, quòd nõ habet delectationem cibi nec potus. Item quando videt ſaccũ farino diminutũ, dicit, O miſer perditus ſum ego. Quãdo dormit, ſomniat latrones: ſi ſentit mures, credit ꝙ ſint latrones: ſi eſt bonũ tempus, triſtatur, quia non eſt charistia. Ecce quomodo ſecum ducit punitionẽ. Perſona autẽ liberalis letatur & gaudet quando videt vxorẽ, & filios, & familiã bene comedentes, dicens, Comedamus, quia Deus prouidebit nobis, ſi nos ſeruemus præcepta ſua. Et ita comedunt, & cenãt ordinate, & cũ letitia, confidentes de Deo, dicẽdo, Domine ego laborabo in officio meo bene & legaliter, de reſiduo vos prouidebitis nobis. Ideo Dauid in Pſal. Exurgat Deus. dicit, Iuſti. id eſt, liberales epulentur, & exultẽt in conſpectu Dei, & letentur in letitia. Item peccatũ luxuriæ magnã pœnam ſecũ du-

cit, quoniam philocaptus de aliqua domicella, vidua, moniali, vel maritata, vadit de die & de nocte cum armis, & cum magnis periculis, non potest comedere nec dormire, sed facit sicut stultus. Et si consequitur intentum suum statim dicit, non sum contentus, sed cum alia haberem maiorem delectationē, vel seruabo alium modū, vt magis delectetur: quia dicit philosophus quòd cōcupiscētia carnalis infinita est, & nō habet terminum, sed quanto plus vsitatur, tanto plus crescit. Et vultis cognoscere istum dolorem, quia est de luxurioso sicut de febricitante sitibundo cui datur potus cum pluma &c. sic etiam de febre luxuriæ, quia habitat in ossibus, & neruis, & venis. Persona autem casta si sit in matrimonio, contentatur de societate sua, siue sit iuuenis, siue antiqua, alba, vel bruna. Dicit vir, Sufficit mihi mulier mea, & vxor casta contenta est de viro suo. Alij autem qui non sunt de matrimonio, ita parum loquuntur de illa materia, nec curam, ac si nihil esset, & viuunt leti & quieti. Ideo Dauid in psalmo. lxxvj. Voce mea renuit consolari anima mea, scilicet in bonis carnalibus, ergo &c. In quibus autē delectatur, ostendit dicens, Memor fui Dei, & delectatus sum &c. Idem de peccato inuidiæ, quid est inuidia, nisi dolor & tristitia de bono alterius? quia quando videt quòd alius plus honoratur, vel ditatur, vel est in officio regine, in amore principis, tristatur summè, & frangitur per cor. Persona autem charitatiua habet tantam cordis dulcedinem, & quando videt alium in honore &c. letatur dicens, Domine conseruetis eum in bonis, sed domine recordemini de me, quia ego sum creatura vestra sicut ille. Et ex ista charitate dominus sibi prouidebit abundāter. Ideo dicit apostolus, Fructus spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, & castitas &c. ad Gall. 5. Gula etiam secum trahit dolorem corporis, quia communiter gulosi sunt potatores, & habent oculos rubeos & tremunt. Quando autem vinum est bene limphatum, membra ipsum refutant, & remanet in stomacho, & digeritur. Sunt etiam guttosi, podagrici &c. Item gulosus semper famescit ante comestionem, & etiam dum comedit, quia videtur sibi quòd nihil sufficit ei. Post comestionem etiam famescit, quia habet saccum, id est, ventrem magne capacitatis. Persona vero temperata & abstinens comedit illud quo indiget, & sapit sibi, & non vltra. Somnus sanitatis in homine parco dormiet vsque mane, & anima illius cum ipso delectabitur. Eccles. xxxj. Ira etiam secum portat dolorem, quando iracundus tristatur de aliqua iniuria, & est cum desiderio vindicte, semper est cum dolore cordis, cogitans circa vindictas, dicendo, tu facies sic &c. Postquam recepit vindictam, timet amicos illius &c. si capitur, suspenditur, si fugit, perdit bona sua. Persona autem pacifica dicit. Vos mihi iniuriam feciſtis ore, ego possem me vindicare de vobis, sed nol

volo

volo, quia Deus non vult quòd in domo ſua aliquis recipiat vindictam. Ideo ego parco vobis, vt Deus parcat mihi peccata mea. Ideo dicit Chriſtus, In patientia veſtra poſsidebitis animas veſtras. Luce viceſimoprimo. Idem de peccato acidie. Acidioſus autem in omnibus attediatur, in nullo inuenit ſaporem, ſicut ferrum rubiginatur, quando non eſt in vſu; ita acidioſus. Dic contra mulieres dicentes, Ego portaui tantum. Modo per virginem Mariam ego nolo facere coquinam, habeat ancillas. Solutio, & vos mifera quid facietis? ſi eritis ocioſa, etiam eritis luxurioſa. Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volatum. Iob. v. Patet regula quòd vita bona & mala iam in hac vita portant ſecum aliqualem retributionem. De hoc authoritas, Nonne ſi bene egeris, recipies? Sin autem male, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit? Geneſ. quarto. Nota in foribus, id eſt, ſentimentis, & in potentiis animæ, vbi ſcilicet ſunt dolores. Dico ſecundo quòd Deus dat aliam retributionem in morte corporali, quãdo anima recedit à corpore, & iſta retributio eſt maior quã prima. Dicit beatus Auguſt. in lib. de cura pro mortuis habenda, quòd anima recedit à corpore in aliquo illorũ trium graduum. Quia vel eſt totaliter perfecta, & bona, vel totaliter imperfecta & impœnitens, vel medio modo ſe habẽs inter bonam & malã. De primo quando perſona tenuit vitam bonam, & diligenter vitauit peccata, vel ſi peccauit, fecit cõdignam penitentiam, & bona hora rediit ad Deum conterendo de peccatis, proponẽdo citius mori quàm ad peccata redire. Fecit magnas orationes, & corporis afflictiones, intantum quòd ſi in ſtatera diuine iuſtitiæ ex vna parte ponerentur mala & peccata quæ fecit, & in alia bona, bona incomparabiliter excederent, & ſuper excreſcerent. Quando tales moriuntur, ſtatim euolant ſine purgatorio ad paradiſum, quia iam in hoc mundo tranſiuerunt, & ſuſtinuerunt purgatorium. Nonne videtur vobis purgatorium eſſe, ieiunare in pane & aqua, portare cilicium, dormire in terra, & ſic de aliis? Ideo ſtatim euolant. Auctoritas. Cum dederit dilectis ſuis i. perſonis ſanctis, ſomnũ ſcilicet mortis, ecce hæreditas domini filij, merces fructus ventris. Sicut ſagitte in manu potentis, ita filij excuſſorum. Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis &c. Pſal. cxxvj. Not. filij merces, id eſt, merces filij; quia pater aliud ſalarium dat filio, & aliud ſeruo & captiuo, quia filio dat ſuam hæreditatem. Ita Chriſtus pater noſter nobis filiis ſuis dat gloriam paradiſi, quæ eſt ſua hæreditas, quia illa eſt merces filij. Si dicatur, Et quis dat tantum ſalarium? Reſpondit, fructus ventris, ſcilicet virginis Mariæ, qui eſt Chriſtus Ieſus, quia per ſuam paſsionem & morem &c. Alij per oppoſitum ſunt ita de mala vita & reprobata, quòd ſciunt ſe viuere in peccatis mortalibus, nec pœnitent,

tent, imo continue agunt peccata, & semper vellent viuere, vt semper possent peccare, vt dicit Greg. Non confitentur, nisi forte ex verecundia, nec communicant in paschate, vt tenentur. Nolunt parcere inimicis, nec restituere, sed dicunt, ponā in testamento &c. Tales quando moriuntur quo vadunt? Accidit eis vt falconi, habenti lapidem ligatum ad pedes, qui licet vellet in altum volare ex inclinatione naturali, trahitur tamen pondere lapidis &c. Ita de anima, quæ naturaliter vellet in altum volare, sed onus peccatorum, quod sibi tu imposuisti, trahit eam subito ad infernum. De quibus dicit scriptura, Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Iob. 21. Ecce retributio huius gradus, qui est secundus. Tertius gradus consistit in medio, scilicet de personis perfectis in vita, nec omnino reprobatis, sed penitent de peccatis, non tamen tantum quantum Maria Magdalena, sed si vera contritio est, non est sine gratia, confitentur semel in anno, & cōmunicant, seruant penitentiam à confessore iniunctam, sed nihil addunt, seruant præcepta Dei, & ieiunia ecclesiæ, quando tales moriuntur, non vadunt ad infernum, nec subito euolāt ad paradisum, quia nullum mulum impunitum, sed vadunt purgari ad purgatorium, & ibi habēt retributionem grauissimarum penarū, omnes pœnas huius mundi excedentium, & ibi habent complere tempus à Deo determinatum, nisi ab amicis iuuentur, quia in tantum possent iuuari suffragiis, quòd c. anni minuerentur in decem vel tres annos &c. Not. hic contra hæredes, & testamentarios, nolentes testamentū complere, & cōtra mulieres nolentes ire ad cemiteria, vel ecclesias, in quibus filij vel viri sunt sepulti Ibi enim efficacius cum lachrymis orarēt pro eis quam alibi. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur. ij. Mach. xij. Ista est ratio, vt dicit August. quare in monumentis fiunt imagines, & ponuntur vexilla, vt illa videntes parentes & amici moueantur ad orandum pro illis. Caueant tamen ne intentione vanitatis ponantur, quia tunc esset peccatum. Ideo monumentum dicitur quasi monens mentem. Ecce qualiter secunda retributio fit in morte corporali. Dico tertio ꝙ Deus dat aliam retributionem in iudicio generali, & ista est maior aliis. Ratio, quia fit in anima & corpore. Modo autem solum animæ habent gloriam in paradiso, vel pœnam in inferno, & corpora nihil sentiunt. Animæ beatorū, Petri & Pauli, & aliorum sanctorum, sunt in cælo in gloria paradisi, corpora autem adhuc sunt in terra, & nihil sentiunt de illa gloria. Item anima Iude & Macometi, & aliorū damnatorum, sunt in penis inferni, corpora autem eorum sunt in terris incinerata, & nihil sentiunt de illa pœna adhuc. Sed quare prius animæ habēt gloriam vel pœnam quam corpora? Ratio est, quia in bonis operibus quæ fecimus, seu malis, animæ prius operantur, & habent suum meritum, vel demeritum prius. Verbi gratia. Si homo

vult

vult facere aliquod benum opus meritorium, prius anima operatur cogitando,deliberando,& ordinando,prius lucratur ſuum meritum. In executione autem operis corpus iungitur, & iuuat animam, faciendo opus quod anima ordinauit,vt orationes, vel eleemoſynas, peregrinationes &c. Ideo anima prius habet ſuam retributionem.Spiritus.i.anima,quidem promptus eſt, caro autem infirma.Mat. 26. Idem de malis operibus,quãdo aliquis vult facere aliquod malum, homicidium, vel furtum,luxuriã,vel adulterium,anima prius tractat cogitando,deliberando,& ordinando.Ideo per prius anima habet ſuum peccatum,deinde in executione corpus concurrit &c.Ideo in die iudicij corpora recipient retributionem gloriæ vel pœnæ,ſecundum opera quæ fecerunt. quando quælibet anima,virtute dei aſſumet ſuum proprium corpus. Ideo apoſtolus, Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. Ratio vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſsit, ſiue bonum ſiue malum.ij. ad Corin.v. De iſta vltima retributione loquitur thema. Ego cum rediero reddam tibi.

De eadem dominica xiij.poſt feſtum trinitatis.

Sermo tertius.

Concluſit ſcriptura omnia ſub peccato.Gal.3. Iſtud verbum in ſancta theologia eſt multũ difficile,& ſubtile ad intelligendũ. Ideo modo id volo vobis declarare,& habebimus ſpeculationes intellectuales, & inſtructiones morales. Sed prius ſalutetur virgo Maria &c. Pro huius verbi declaratione ſciendum,ꝙ in ſumma omnia bona opera ſpiritualia & perſonalia,quæ habemus à Deo in hoc mundo exiſtunt,ſunt tria principalia.

Primo corpus materiale.
Secundo anima rationalis.
Tertio vita temporalis.

Licet autem habeamus alia bona,vt diuitias,honores,officia,& huiuſmodi, tamen ſunt bona accidentalia, & non perſonalia, nec eſſentialia. Sed corpus,anima,& vita,ſunt bona perſonalia & eſſentialia.Corpus eſt primum quod formatur a deo in vtero matris, & vix eſt tam magnum vt auellana, & iam habet omnia membra, & lineamenta. Ratio,quia prius fabricatur domus quam inhabitetur. Ita corpus humanum eſt vt domus terreſtris, & anima ſeu ſpiritus eſt inhabitator. De iſta domo apoſtolus.Scimus enim quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quòd ædificationem ex deo habemus,domum non manufactam,ſed æternam in cælis. 2.ad Corinth.5. Deinde creatur anima,non de materia præexiſtenti,ſed de nihilo,quia hoc eſt creare,& creando infunditur,& infundendo cratur,ad habitandum in dumo corporis. Secundo,ex corpore & anima ſimul coniunctis

ſequitur

sequitur vita temporalis, & homo viuit per annum vel v, vel x. vel xx. vel plures annos, secundum quòd deus dat tempus. Ecce omnia bona personalia. De istis auctoritas. Formauit deus hominem de limo terræ, quantum ad corpus, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, quantum ad animam, & factus est homo in animam viuentem. Genes. 2. Nota formauit deus, non dicit creauit, quia corpus de præiacenti materia fuit formatum, & inspirauit in faciem eius &c. quia licet tota anima sit in toto corpore, & tota in qualibet parte, secundum August. tamen opera animæ plus apparet in capite, in quinque sensibus, quàm in aliis partibus corporis. Modo dico secundum scripturam, quòd omnia ista bona personalia veniunt ad malam conclusionem ex peccato, propter hoc dicit thema, Concluſit scriptura, id est concludendo dixit, omnia scilicet bona personalia concludens esse mala conclusione sub peccato, id est, propter peccatum. Patet thema, Dico primo quòd primum bonum quod habemus, est corpus materiale cum suis membris & officiis, & istud venit ad malam conclusionem scilicet mortis, Nec vnquam intrauit aliquis in hunc mundum, qui ab ista conditione fuerit exemptus, scilicet de morte corporali, non Christus, nec virgo Maria mater sua, de quibus magis videretur. Recte iste mundus est vt carcer mortis. Sicut isti prælati & domini tenent iam vnum carcerem, de quo dicitur, quòd si aliqui eo intrant, non exeunt, nisi per mortem. Ita est de hoc mundo, quotquot intrant, non exeunt nisi per mortem. Et sicut ille qui intrat carcerem, dum capitur plorat, dicens, O miser &c. Ita quando intramus in hũc mundum, omnes intramus plorando. Et si sciremus loqui, & essemus interrogati, responderemus, Ploramus quia intramus carcerem &c. Ideo Eccles. 41. Noli metuere iudicium mortis, memento quæ ante te fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi. Hoc iudicium a domino omni carni. Nota, noli metuere iudicium mortis. Dicit philosophus in politicis, quòd differentia est inter timorem & dolorem, quia timor non habet obiectum præsens, sed est futurum contingens, & potest euenire vel non. Isto modo marinarij timent periculum maris, quia possunt submergi vel non, & homicida captus timet furcam, in qua potest suspendi vel non. Sed dolor habet obiectum præsens, quia dolor est de malo præsenti, & ineuitabili. Sicut ille qui ducitur ad furcam vt suspendatur, ille non dicitur timere, sed dolere, quia iam habet obiectum præsens ineuitabile. Modo certum & clarum est, quòd iudicium mortis est ita ineuitabile, quòd non potest mutari, & sententia est iam data. Et hoc iudicium a domino omni carni. Et iam fit executio, quia currendo vadimus ad mortem, tempus ducit nos. Non enim habemus rationem timendi, sed dolendi. Sicut decapitandus, quia iam tenet caput ad gladium, non timet, sed dolet. Idem de nobis. Propter hoc dicit,

Noli

Noli metuere iudicium mortis, ſed ſupple dole, quia iam malum mortis præſens eſt. Ideo apoſtolus, Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori ad Hebræ.9. Patet ergo mala concluſio corporis materialis. Dicunt logici, quòd concluſio ſemper infertur ex aliquo antecedente, ſiue ex præmiſsis. Modo videamus, vnde, vel quomodo iſta concluſio, mors corporalis ſequitur. Dico primo quod enthimematice ſequitur, ſcilicet ex vno antecedente, quia Adam peccauit, ergo homo moritur, bona conſequentia eſt. Autoritas. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit. ad Roma.5. Hic aliquis poſſet arguere dupliciter. Primo per hoc quod dicit, Per vnum hominem peccatum &c. Contra diceret aliquis, Imo ex duobus hominibus peccatum in hunc mũdum intrauit, quia per Adam & Euam, quia primo peccauit Eua, ergo non ex vno antecedente, ſed ex duobus ſequitur mors. Reſpõſio. Dico quod quando apoſtolus dicit per vnum hominem &c. apoſtolus loquitur proprie & ſubtiliter, quia licet duo peccauerint. ſcilicet Adam & Eua, tamen mors non venit in nobis niſi per peccatum Adæ. Dicit, ſcilicet Thom. in prima ſecundæ, quòd ſi ſola Eua peccaſſet, & non Adam, ſola Eua portaſſet pœnam ſuam, & non Adam neque nos. Et ſi Adam peccaſſet ſolus, & non Eua, Adam & omnes nos fuiſſemus puniti, ſicut nũc ſumus. Ratio, quia pater eſt Principium actiuum generationis filiorum. Et ſicut humanitas venit ex patre inſtrumentaliter, ita etiam peccatum, quia ſoli homini præcepit deus ne comederet de ligno &c, Ex omni ligno paradiſi comedes, de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. In quacunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Gen.2. Sed argumentum eſt cum dicitur, ita in omnes homines mors pertrãſit. Cõtra, quia dicit ſcriptura, quòd filius non portabit iniquitatẽ patris, ſed anima quæ peccauerit ipſa morietur. Ezech.18. Quare ergo nos ex peccato Adæ patris noſtri ſumus puniti, & morimur? cum non conſenſi erimus peccato, quia nondum eramus nati? Item quòd filij non puniantur ex peccato patris, nec in corpore nec in anima, patet, quia non occiduntur filij pro parentibus. Deutero.24. Non occidentur patres pro filiis, nec filij, pro patribus, ſed vnuſquiſque pro ſuo peccato morietur. Vnde eſt ergo q̃ filij Adæ moriuntur ex peccato patris, in anima per peccatum originale, & in corpore per mortem corporalem? Pro reſponſione huius ſciendum, quòd & homo & omne animal compoſitum ex quatuor qualitatibus cõtrariis naturaliter eſt corruptibile & mortale, ac ſi haberet homo in ventre quatuor ſerpentes adinuicem bellantes, & retorquentes ſe, talis homo non poſſet diu viuere. Ita de nobis, quilibet noſtrum habet intra ſe quatuor qualitates contrarias, ſcilicet calorem, frigiditatem, humiditatem, ſiccitatẽ, quaſi ſerpentes bellantes. Hoc maxi

me

me ſentitur in pueris paruis. Ergo naturaliter homo eſt corruptibilis & mortalis. Modo certum eſt, quòd Adam & Eua etiã erant compoſiti ex his quatuor qualitatibus cõtrariis. Sed ex ſingulari priuilegio, quod doctores vocant iuſtitiã originalem, in Adam & Eua: ille quatuor qualitates erant in tanta æquiparantia, proportione & cõcordantia, quòd Adam & Eua poterant nõ mori. Hoc idem priuilegiũ habuiſſent etiã & filij, ſi ipſi nõ peccaſſent. Sed propter peccatũ deus abſtulit illud priuilegium, quaſi vellet dicere, Non volo ſtatim occidere, ſed aufero vobis iuſtitiã originalẽ, & dimitto vos principiis naturæ, & nos nondũ eramus, nec habuimus poſſeſsionẽ illius iuſtitiæ originalis, nihilominus nobis abſtulit. Si, ſcilicet antequam Adam peccaſſet, genuiſſet filios, illi nõ fuiſſent mortui, imo habuiſſent priuilegiũ patris. Nota ad hoc ſimilitudinem de rege, qui fecit de ruſtico militem, qui factus miles, fecit regi proditionem, & pius rex non vult ipſum occidere, ſed ipſe abſtulit ſibi, & poſteris ſuis priuilegiũ militare, qui poſt generat filios, qui non ſunt milites ſed ruſtici. O diceretis vos, filij ſunt puniti nõ niſi priuatiue vel pœna dãni, quia niſi pater peccaſſet, habuiſſent priuilegium militare, ſed non ſunt puniti pœna poſitiua vel ſenſus, ſed ſi ante proditionem eos genuiſſet, tunc non fuiſſent puniti illi filij. Ita de nobis. Adam & Eua ipſi ex conditione & principiis naturæ ruſtici erant, ſed deus dederat eis priuilegium militare, ſcilicet illius originalis iuſtitiæ. Sed Adam peccauit, & fecit proditionẽ &c. propter hoc deus abſtulit eis priuilegiũ &c. Qui poſt genuerũt filios, ſed filiis nullã pœnam poſitiuam intulit, quia recte & proprie loquendo mors non eſt nobis punitio, ſed naturalis conditio, ſed indirecte eſt punitio & pœna priuatiua ſiue damni, quia ſi Adam non peccaſſet, nos etiam habuiſſemus illud priuilegium. Patet ergo quomodo mors corporalis venit ex vno antecedente. Sed quia Adam peccauit, nos morimur. De iſta quæſtione autoritas in pſal. 88. Viam fecit ſemiteiræ ſuæ, & non pepercit a morte animarum eorum, & iumenta eorum in morte concluſit, quia concluſit omnia, ſcilicet corpora ſub peccato. Nota, Viam fecit ſemite. Differentia eſt inter viam & ſemitam. Via enim eſt lata, multi vadunt per illam. Semita autem ſtricta, & pauci tranſeunt. Sic rigor diuinæ iuſtitiæ antiquitus erat vt ſemita, quia mors fuit in punitionem Adæ & Euæ, ſed poſt facta eſt via lata, quia omnes comprehendit, nec aliquis a morte eximitur. Ecce quare dicit, Viam fecit ſemite iræ ſuæ, & non pepercit a morte animarum eorum, quantum ad peccatum originale, in quo creatura concipitur & naſcitur, & niſi per baptiſmum purificetur, nunquam intrabit paradiſum. Ratio, quia ſi nobilis miles vel baro proditor genuerit filios, ſemper dicentur filij proditoris, nec vult rex eos in ſuo palatio. Ex iſta ratione deus non vult filios Adæ in ſuo palatio cæli. Si dicatur, Quid

ergo

ergo erit de nobis? quia nos ſumus filij Adæ. Dico quòd non eſt verum, licet fuerimus filij Adæ ante baptiſmum, tamen in baptiſmo facti ſumus filij dei. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Ioan. 1. Rom. 8. Spiritus. ſ. ſanctus, teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd filij dei ſumus. Ioan. videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij dei nominemur, & ſimus. 1. Ioan. 3. Iudei & Agareni adhuc ſunt filij Adæ. Ideo &c. Propter hoc quando anima pueri non baptizati petit ingreſſum paradiſi, dicit Chriſtus, Nolo filios proditoris, Si vellet dicere, Ego domine non demerui quia nunquam peccaui. Et Chriſtus, Ego non dabo tibi pœnam, ſed nolo te in regno meo, quia nolo filios proditoris. Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum dei &c. Iob. 3. Et iumenta eorum, ſcilicet corpora in morte concluſit. Ideo dicit thema. Concluſit ſcriptura &c. Logici de concluſione extrahunt correlarium. Correlarium ergo quod ad iſtam concluſionem ſequitur eſt iſtud. Quia ex quo ad iſtam concluſionem mortis habemus venire, quòd non curemus de deliciis corporis, nec deſideremus mundana, quia cito dimittenda ſunt, ideo deſpicienda. Sicut ille qui ducitur ad furcam, omnia deſpicit, licet ſit diues, quando cogitat ſe ſtatim moriturum. Idem debemus facere. Secundum bonum perſonale quod in hoc mundo habemus, eſt anima rationalis, quæ eſt principium formale, quæ dat eſſe corpori, & habet malam concluſionem, ſcilicet infernum. Si volumus loqui de tempore antiquo, ante filij dei aduentum, patet quòd vltra quinque milia annorum omnes animæ tam bonorum quam malorum, iuſtorum & iniuſtorum, concludebantur in inferno. Dauid, Quis eſt homo qui viuet, & non videbit mortem? eruet animam ſuam de manu inferi? quaſi dicat nullus, licet in diuerſis inferni locis concluderentur. Modo autẽ propter Chriſti aduentũ multi ab inferno liberati ſunt. Sicut illi de perfecta vita cito euolant, mediocres vero concluduntur in inferno purgandorum. Sed impœnitentes concluduntur in inferno damnatorum. Sed quæritur iſta mala concluſio vnde ſequitur, & ex quibus præmiſsis? Dico quòd ex duabus præmiſsis ſequitur per formam ſyllogiſticam. Prima, ſcilicet ex peccato mortali, ſecunda ex impœnitentia finali. Ex his duabus præmiſsis ſequitur iſta concluſio, Ergo in inferno damnaberis. Quia ſic arguendo, Homo peccauit mortaliter, ergo damnabitur, non valet talis conſequentia, quia poteſt de peccato pœnitere, & pœnitentiam facere, & tunc non damnabitur, ſed valet ſic arguendo: Iſte homo peccauit mortaliter, ſed erit impœnitens finaliter, tunc ſequitur concluſio, ergo damnabitur æternaliter. Et poteſt dicere anima damnata, Concluſit dominus vias meas lapidibus quadris, ſemitas meas ſubuertit. Threnor. 3. Nota cum dicitur, Concluſit dominus vias meas lapidibus quadris. Non

dixit rotundis, quia paries de lapidibus rotundis sine bitumine vel calce, statim diruitur. Ita omnes aliæ pœnæ transeunt, sed paries de lapidibus quadris, & politis, firmus est & stabilis, & signat pœnam inferni de lapidibus quadris, id est insolubilibus, quia nunquam finietur illa pœna. Ideo dicit, Conclusit &c. Nota vias meas. Quatuor sunt viæ generales, quibus homo potest exire de peccatis, & de mala vita, scilicet,

Mundicia baptismalis.
Obedientia generalis.
Pœnitentia sacramentalis.
Patientia martyrialis.

Omnes istæ viæ sunt clausæ animæ dãnatæ, quia nullo modo potest de pœnis exire. Ideo di. Cõclusit dñs &c. Secundo dicit, semitas meas subuertit, & non dicit cõclusit, sed subuertit. Semitæ autem quæ sunt strictæ viæ, signant pœnitentias quas in hoc mundo facimus pro peccatis. Prima semita est contritio, quæ stringit cor, & oculi distillant lachrymas ex dolore peccatorũ. Hæc semitã non est concluſa illis de inferno, sed circundata, quia etiã ipsi habẽt dolorẽ de peccatis & plorãt, Ibi erit fletus & stridor dentium. Mat. 22. Sed non est contritio, quia non pro peccatis, sed propter pœnam quam sustinent circundata est. Secunda est confessio. Semita est multum stricta, sic dicere vni homini sua peccata horribilia, quasi diffamando se, durum est, & sic semita stricta est, sed oportet per istam transire. Et damnati confitentur peccata sua illi malo prælato, sed nihil valet illa confessio, quia semita est subuersa. Quando superbus videt beatum Paulum, confitetur peccata sua, & percutit se dicens, O miser, & quid valuit mihi superbia? si fuissem humiliatus vt ille, etiam fuissem saluatus. Idem dicit auarus, quando videt sanctum Matthæum conuersum, confitetur peccata sua. Idem de luxurioso, quando videt Magdalenam. Item disciplinæ & afflictiones corporis sunt semitæ, & hæc sunt in infetno, sed nihil valent, quia submersæ sunt. Item ieiuuia etiam sunt semitæ, damnati ieiunant, sed inutiliter. Nota de diuite epulone. Luc. 16. M. & cccc. xxviij. anni sunt, quòd petiuit, & quotidie petit gurtam aquæ, quam nondum obtinuit, nec vnquam obtinebit. Idem de aliis asperitatibus, sed nihil eis valent, quia subuertit dominus semitas eius. Patet ergo quo modo illa mala conclusio infernalis sequitur ex duabus præmissis. Ex ista conclusione infertur correlarium morale, ꝙ nulla peccata mortalia, quãtumcumque grauia, possunt nos ducere ad infernũ sine impœnitẽtia finali. Ergo faciamus pœnitentiã iuxta consilium Christi, Pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnũ cælorũ. Mat. 4. Ecce quare dicit the. Conclusit scriptura, id est concludendo dixit omnia sub peccato, id est propter peccatum in inferno. Tertium bonum personale, quod habemus in hoc

in hoc mundo, est vita temporalis. Magnum bonum est, quia per ipsam possumus operari meritorie vel demeritorie ex libero arbitrio, sed etiam venit ad malam conclusionem, scilicet ad iudicium diuinale, in quo oportet nos personaliter comparere, & de omnibus quæ fecimus in hac vita rationem & strictissimum compütum reddere, scilicet de omnibus cogitationibus, quas nunquam habuimus, de omnibus locutionibus, operationibus, aspectibus, & passibus quos fecisti, de omnibus bolis panis quos comedisti, de taceis vini quas bibisti. De hoc ipse dicit Dauid in persona Christi, Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Nota cum accepero tempus. Christus nobis mutuauit tempus vitę temporalis, non tamen dat, quia suum est, sed mutuat tibi x. annos illi, xx. mihi, xxx. & illi l. Et propterea vide quomodo illud exponis, quia ideo mutuauit vt lucrum faciamus ex eo, & Christus expectat, & quando vider quòd tempus male expenditur per te vel per illum, aufert tibi tempus per mortem corporalem. Et si male & ocioporis quos tibi mutuaui. Bernardus, Omne tempus tibi impensum à te exigetur, qualiter sit expensum. O stricta conclusio. Nota de illo iuuene dissoluto, cui videbatur quòd erat in iudicio dei, & dicebatur sibi, Redde rationem &c. Canus effectus est. Ecce quare dicit, Cum accepero tempus, ego iustitias, non solum iniustitias iudicabo. Concordat beatus Ioan. di. Iurauit per viuentem in secula seculorum, quia tempus non erit amplius. Apoc. 10. dicit, Iustitias iudicabo. O domine, & nunquid sufficeret iudicare iniustitias, sed quòd etiam iustitias iudicabitis? Nota iustitias iudicabit. Et hoc rationabiliter. Nam aliqua sunt bona opera de genere, sed quia non fiunt in gratia, vel quia fiunt propter vanā gloriā, vel propter hypocrisim, vel quia facientes bona opera habēt in faciendo aliquā sinistrā intentionē, ideo ista opera iudicabit dñs. Alius intellectus est, Ego iustitias iudicabo, qñ bona opera fiunt negligenter, quia nō fiunt cū illo feruore spiritus, & diligētia debita iudicātur à dño. Verbi gratia, Religiosus qui seruat ordinē suum, regulam, & constitutiones, iustitias facit. Sed nisi seruet eum cum illo ardore & deuotione, rigore & obedientia debita, hoc iudicabit dominus. Idē de clericis officiū suū dicentibus, qui iustitiā faciunt, sed si dicunt matutinas negligenter, istam negligentiā iudicabit dñs. Idē de secularibus entibus ad missam in diebus dnicis & festiuis prout tenētur qui opus iustum faciunt. Sed si veniunt tarde, vel recedunt nimis cito, vel loquūtur de feriis &c. dum dicitur officiū, vel respiciunt mulieres, vel biberunt ante, ista iudicabit dominus. Idē de mulieribus in ecclesia loquentibus, quid facit domus &c. & catus vester, vel disputatis de vestibus & ornamentis, ista iudicabit dominus. Idē de confessione, quā deberetis facere in principio quadragesimæ, vt haberetis partem

in bonis ecclesiæ, & vos differtis vsque ad vltimum diem. Idem de communione in paschate, & aliqui male parati communicant. Ista iudicabit dominus. Qualiter quilibet vestrum pararet domum suam, si papa vel rex haberet intrare? Ecce quare dicit, Ego iustitias iudicabo, nō solum iniustitias. Modo videamus vnde sequitur ista conclusio, non enthimematice vt prima, nec syllogistice vt secunda, sed per inductionem sic dicendo, Ille currit, & ille, & sic de singulis, ergo omnis homo currit, Bona est ergo conclusio inductiue. Ita dicet Christus in iudicio, Tu peccasti contra decem præcepta mea, & in septem peccatis capitalibus, per quinque sensus corporis, & operibus misericordiæ, & in hoc & in hoc. Modo ergo redde rationem villicationis tuæ, Cuncta quæ fiunt supple ab hominibus, adducet deus in iudicium, pro omni errato siue bonum siue malum sit. Eccl. vlt. Ideo dicit thema, conclusit scriptura, id est concludendo dixit, Omnia sup. opera vitæ temporalis, sub peccato, id est per peccatum in iudicio diuino. De conclusione ista dicit deus pater filio, Fac conclusionem, quoniam terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena iniquitate, Ezech. 7. Duas rationes assignat deus pater, cum dicit, Fac conclusionem &c. quoniam terra. i. mundus, plena est iudicio sanguinum. In scriptura sanguis in plurali signat peccata. Vnde Dauid petens veniam de peccatis dicebat, Libera me de sanguinibus. i. peccatis. Mundus plenus est iudicio sanguinum. i. peccatorum, quia hodie peccata reputantur virtutes. Verbi gratia, de illo magno peccato eundo ad diuinos, sortilegos &c. & quando reprehenduntur dicunt, Et debeo sic permittere ꝙ filius meus moriatur &c. recurro ad illos, qui possunt me iuuare, Ecce quomodo iudicant hoc peccatum faciendum contra expressum præceptum. Idem iurando falsè, vt iuuent amicum captum &c. Et quando à confessoribus reprehenduntur, dicunt, O domine, proximo damnum &c. Proh dolor, dicunt contra dei præceptum. Idem de vindicta. Quare non debeo me vindicare? naturale est, quia etiam formica vindicat se, brutis non est peccatum, quia non habent rationem refrenantem, quia sicut ille qui equitat sine freno, excusatur si non potest equum retinere, non tamen excusatur ille qui equitat cum freno. Idem de peccato luxuriæ dicunt, Deus dedit mihi talem complexionem, ita quòd de peccato suo accusant deum, qui nullo modo est causa peccati, & sic de aliis peccatis, quia omnia colorant aliquo colore, dicentes bonum malum, malum bonum. Item idem dicunt de vsura, quæ est mala, & dicunt quòd est de interesse. Dicatur contra hoc. Item quòd simplex fornicatio non est peccatum, ecce iudicium sanguinum. Ve qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Esa. 5. Secunda ratio tangitur ibi, & ciuitas plena iniquitate. Ciuitas, id. est ecclesia plena

simon

ſimonia, & ſic de aliis. Ideo dicit, Fac concluſionem. Iſta eſt cauſa quare iudicium erit cito. Ex iſta concluſione ſequitur vnum bonum correlarium, ſcilicet ꝙ ſi volumus bene euadere de iudicio diuino, ꝙ hic faciamus iudicium de nobiſmetipſis. Dominus Ieſus Chriſtus dedit vnum mirabile priuilegium Chriſtianis, tale, ſi aliquis rex daret ſimile ſuis vaſallis, reputaretur ſtultus, quia quemlibet veſtrum fecit iudicem in ſua cauſa, ita ꝙ ſi quilibet facit iudicium de ſe, Chriſtus non iudicabit eum in ſuo iudicio. Ecce clauſula huius priuilegij, Si noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur a domino. 1. ad Cor. 11. Paulus fiſtic notarius huius. Si ergo vultis vti priuilegio iſto, faciatis iudicium de peccatis veſtris, quia tu bene ſcis in quo peccaſti. Si corde, fac iudicium per contritionem, ſi ore, per orationem, ſi oculis, per lachrymationem, ſi auribus, audiendo miſſam & prædicationē, & ſic de aliis. Quando anima venit ad iudicium, & accuſatur a dæmonibus dicentibus, Domine, fac iuſtitiam &c. Dicit Chriſtus animæ, Audis quanta aduerſum te teſtificantur, vel dicunt teſtimonia &c. Dicit anima, Domine, verum eſt ꝙ ego feci iſta, nec poſſum negare &c. Sed domine requiro vos, vt ſeruetis mihi priuilegium quod dediſtis naturæ humanæ, quia feci iudicium & iuſtitiam de corde, ore &c. Ideo non tradas me calumniantibus me, & Chriſtus eſt cōtentus. Aug. Ceſſat enim diuina vindicta, ſi præcedat humana iuſtitia. Tunc Chriſtus data repulſa dæmonibus, dicit animæ, Veni, intra in gaudium domini tui. Patet ſtultitia illorum, qui nolunt vti iſto priuilegio, imo ſperant iudicium dei. Stultus eſſet homicida, ſi rex diceret ſibi, fac iudicium de te, & ego non ſuſpendam te, & ipſe nollet, ſperans ꝙ rex faciet. Patet quare dicit thema, Cōcluſit ſcriptura omnia ſub peccato.

Dominica xiiij. poſt Trinitatem Sermo j.

NOnne decem mundati ſunt? Luc. 17. Pro intellectu literali huius verbi dicatur hiſtoria breuiter huius euangelij, & quomodo vnus de mundatis rediit ad Chriſtum, ſibi ſuppliciter regratiando. Cui dixit Chriſtus verbū propoſitum, Nonne decem mundati ſunt? Patet thema literaliter. Salutetur virgo Maria. Modo volēs applicare hoc thema ſecretis diuinis ſubtiliter & intricate inuenio in ſacra ſcriptura ꝙ deus ordinauit tria, per quæ homines mundantur a peccatis, & diguificantur ad vitam æternam, & quodlibet conſiſtit in numero denario, & ſunt iſta tria. Pura innocentia. Firma obedientia. Digna pœnitentia. Et de quolibet poteſt dicere, Nonne decem mundati ſunt, ſcilicet actibus vel operibus mundati? Imo quia per innocentiam, vel obedientiam, vel pœnitentiam. Dico primo ꝙ ad purificationē animarum, & dignificationem ad vitam æternam, deus ordinauit innocentiam baptiſmalem, quando creatura ſiue parua ſiue magna baptizatur, ſi habet cum

originali peccato peccata actualia, ibi purificatur ab omnibus peccatis, non solum originali, sed etiam a mortalibus & venialibus, etiam si haberet omnia peccata quæ fuerunt, & possunt fieri, nisi ficte accederet. De hoc vide beatum Tho. iij. part. q. lxix. arti. j. & ij. a pœna & culpa. Et in iiij. distin. iiij. lta q. si moreretur statim euolaret, vt anima virginis, licet non in tanta gloria. Similiter puer, qui solum habuit peccatum, vel crimen originale, quod non est factum a creatura, sed receptum. Sicut de imagine quæ portatur ad templum, & cadit in luto &c. Sic anima hominis est imago dei. Ad imaginem quippe dei factus est homo. Gen. 9. Sed cadit in generatione carnali in lutum, quia quando creatur in vtero, tunc i. lam maculam recipit. Ideo non potest intrare templum dei vel paradisum, nisi quis lauetur in aqua baptismi. Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Ioan. 3. Nota renatus, id est iterato natus de vtero ecclesiæ, quæ virgo concepit, & virgo parit filios dei. Dedit eis potestatem filios dei fieri &c. Ioan. 1. Ideo si creatura moritur ante baptismum, dicatur quid dicitur in porta paradisi &c. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciēs &c. Apoc. ap. 21. Sed in baptismo mundatur, nec est aliqua alia aqua illius maculæ deletiua, quia nec tota aqua maris sufficeret ad mundandum de vno veniali. De isto auto. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamēris vestris. Eze. 36. No. ab omnibus inquinamentis, tam originali, quam venjali, seu mortali. Ista est pura innocentia. Et forma baptismi consistit in numero denario, scilicet in decem dictionibus siue verbis, quæ continent decem dictiones, quæ hæc est. Not. hic formam per decem dictiones, Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & ideo dicitur, Nonne decem, scilicet dictionibus mundati sunt? Auisentur clerici & laici, qui in periculo baptizant, ne aliquid mutent, addant, seu minuant, quia si sic, nihil facerent. De hoc vide bea. Tho. iij. part. q. lx. arti. viij. Nota hic de magistro in theologia, a verula baptizato. Not. contra errorem dicentium, q. pueri ex dolore matris habeant pœnam. Item dic quomodo hæc dictio innocentia in signum prædictorum habet decem literas. Dico secundo &c. firma obedientia. Pueris sufficit pura innocencia, sed de magnis, ex quo habent discretionē, & vsum liberi arbitrij, vult deus firmam obedientiam, q. homo seruiat sibi de intellectu, memoria, & voluntate, & ore per orationem, & toto corde faciendo eius voluntatem. Quilibet dominus requirit aliquod seruitium a suis subditis, alias non daret eis prouisionem. Modo dominus deus qui est rex regum, & dominus dominantium, dat nobis bladum in cāpis, vinum in vineis, oleum, lanam, aquam in fontibus, & promisit salarium gloria. Ideo dignum est vt seruiamus sibi & faciamus eius voluntatem, dicente Christo.

de Christo, Qui facit voluntatē patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Matth. 7. Ista obedientia etiam consistit in numero denario, scilicet in obseruantia decem præceptorum. Primum præceptum respicit cor, quòd simus deo fideles, ne cum eius inimicis habeamus colloquium, scilicet cum diabolis & diuinis &c. debet dicere bonus Christianus, Domine, nihil volo, nec sanitatem, nec proles, nec diuitias, nisi a vobis. Secundum respicit os, vt cum honore & reuerentia loquamur de deo, quemadmodum de rege vel milite. Ideo non debemus iurare, nec renegare &c. vt faciunt multi miseri. Ideo veniunt tempestates, fames, sterilitates, & cætera huiusmodi. Tertium respicit opus, & dirigit nos in opere, vt scilicet de septem diebus hebdomadæ recipiamus sex pro nobis, & debemus tibi septimum, scilicet dominicam, in qua non debemus facere aliquod opus seruile, sed audire missam completam. Vult enim deus vt Christianus requiescat illa die ad repræsentandum quietem resurrectionis Christi, in qua quieuit a laboribus, vt patet de consecra. distinct. iij. Pronunciandum. Omnem diem dominicam ob reuerentiam resurrectionis domini nostri Iesu Christi de vespera vsque ad vesperam præcipimus obseruari &c. Ecce ista tria præcepta ordinant nos erga deum. Alia septem ordinant nos erga proximum. Primi proximi sunt parentes, quos tenemur honorare corde, ore, & opere. Et ad hoc ordinat quartum præceptum, scilicet honora patrem tuum & c. Quintum ordinat erga inimicos, ne recipiamus vindictam, occidendo aliquem, nisi iudicialiter. Sextum ordinat nos, vt sciamus custodire corpora nostra a luto luxuriæ. Vir cum vxore non facit luxuriam, seruatis seruandis, sed aliter quomodocunque fiat luxuria est peccatum. Ideo sicut vultis habere vestes mundas a luto, ita etiam corpora a luxuriæ luto &c. Septimum ordinat nos in ordine ad proximum, in hoc, vt quilibet contentetur do parte sua. Quilibet paterfamilias vult, ꝙ sui sint contenti de parte per eum eis assignata. Ita etiam vult deus, ꝙ quilibet contentetur de parte sua, quia deus diuisit, tibi dedit parum, illi multum &c. Octauum præceptum est ꝙ nullus diffamet alium, sed ꝙ custodiat famam alterius. Nonum, ꝙ non debemus appetere vxorem, filiam, vel ancillam alterius, quia deus non vult solum corpus mundum, sed etiam animam. Modo sicut tactu rei immundæ maculatur corpus, ita concupiscentia corrumpit animam. Decimum præceptum est, quòd non debemus concupiscere bona alterius. Omne malum mundi venit ex cupiditate, quare contendunt reges, milites, clerici, nisi ex cupiditate? vnus dicit, meum erit, alius dicit oppositum. Ecce decem præcepta. Nullus peccat mortaliter, nisi faciat contra præceptum dei. Augustinus dicit in libro contra Faustum, Peccatum est dictum, vel factum, aut concupitum contra legem æternam. Et sic peccatum mortale est contra præceptum dei. Ex

solis venialibus nullus damnatur. Ideo nihil faciatis cõtra præceptum dei, etiam si lucrari posſetis totum mundum, quia parum lucratur qui perdit animam, teste Christo, qui ait, Quid prodest homini si mũdum vniuersum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Matth. 16. Ista est firma obedientia. Et hoc nomen obedientia habet decem literas, sicut innocentia, quia sicut forma baptismi in quo datur innocentia, consistit in decem dictionibus, ita obedientia in decem præceptis, ergo si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Mat. 19. Nota ℣ in lege Moysi erant tria genera præceptorum. Quædam erant cerimonialia, quæ ordinabant creaturam erga deum, vt faceret talia sacrificia de obseruantia sabbati, & circuncisionis, & huiusmodi. Quædam erant iudicialia, quæ ordinabant hominem erga proximum, vt qui furabatur ouem, redderet quatuor, qui bouem, quinque, qui amputabat pugnum, quòd perderet pugnum, oculum pro oculo, & huiusmodi. Alia erant moralia, scilicet ista decem. De omnibus istis præceptis modo non seruantur nisi moralia, alia autem cassa sunt & vana. Hoc significauit deus quando dedit legem, quia ore suo audiente populo toto dedit decem prȩcepta moralia, dicens vt tuba, Non habebis deos alienos, & sic de aliis. Exod. 20. Alia autem prȩcepta cerimonialia & iudicialia, prædicauit Moyses populo. Item decem præcepta moralia scripsit deus digito suo in lapide, alia scripsit Moyses in papyro vel pergameno, ad significandum ℣ alia non semper erant duratura. Ideo dixit doctori quærenti, Quid faciendo vitam æternam possidebo? Mat. 19. Respondit Christus, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et ille, Quæ? Tunc Christus dixit sibi, Præcepta moralia, & non cerimonialia, nec iudicialia, di. Non homicidium facies. Non adulterabis. Non facies furtum. Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum & matrem tuam. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Matth. 19. Ideo solum decem præcepta moralia seruantur modo. Dico tertio &c. scilicet digna pœnitentia, & non sunt plures modi mundandi. Bene fuit necessarium vt deus ordinaret ista, quia nos iam ex peccatis perdidimus istam innocentiam, & dimisimus obedientiam, frangendo decem præcepta. Item per innocentiam & obedientiam non possemus saluari, ideo ordinauit dignam pœnitentiam di. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Matth. 4. Dico etiam quòd pœnitentia consistit in numero denario, scilicet in decem operibus pœnitentiæ. Primum est peccatorum cognitio, quia alias non curat de pœnitentia homo. Si vos non cognoscitis morbum seu plagam, non curabitis de medicina. Si ergo in cognitione peccatorum incipit omne bonum, quando deus facit homini illam gratiam, quòd homo cognoscit defectus suos, tunc quandoque recurrit ad pœnitentiam, vt Dauid di. Amplius lauа me domine ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me.

Subdit,

subdit, Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Secundum est cordis contritio. istud secundum etiam est necessarium. Multi cognoscunt peccata sua, sed non contritione, sed cũ delectatione illa cogitant dicendo, Certè ego feci talẽ vindictã, vel luxuriã &c. cum tamen cum dolore deberent dicere, O miser quid erit de me, quia vsurpaui mihi regalia Dei, vel quia cecidi in luto luxuriæ, & sic de aliis. Sic faciebat Ezechias rex di. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Esa. 38. Tertium est emendandi propositum, scilicet quòd homo proponat firmiter quòd velit emendare vitam suam in melius, di. Domine nimis peccaui, ego fui superbus, sed decetero volo humiliari &c. & debet proponere vel citius mori, quam ad peccata redire. Hoc præcepit Christus di. Vade, scilicet de cognitione peccatorum ad contritionem, de contritione ad emendandi propositum, & iam amplius noli peccare. Ioan. 8. Quartum opus pœnitentiæ est oris confessio, quia debemus proiicere extra animam peccatorum immunditias. Si dicatur, O magna verecundia est & dolor. Solutio, verum est, sed aliter nõ potest curari, sicut nec de glandula vel infirmitate, nisi extra eiiciatur radix putredinis. Propter hoc est præceptum dei, vt in quadragesima quilibet confiteatur, etiam pueri debent confiteri, dum habent vsum rationis. Qui abscondit scelera sua non dirigetur. Qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Prouerb. 18. Quintum est corporalis afflictio, quia omnia mala & peccata facimus inclinatione carnis, quia anima de se semper vellet stare in sanctitate. Ideo castigare debemus carnem, quia si habetis filios malos, melius est quòd vos castigetis eos quam sagiones, & lictores in furca. Filius vester est corpus, & ideo illud castigate ciliciis, disciplinis &c. & sic euademus pœnas inferni. August. Carnem vestram domate ieiuniis, & abstinentia, esce & potu, quãtum valetudo permittit. Sextum opus est spiritualis oratio. Quilibet debet tenere certam orationem quolibet mane & sero genibus flexis, & debet se signare, primo signo crucis, quia si vultis intrare cameram papæ vel regis, oportet quòd prius aperiatur ianua, crux Christi clauis est paradisi, & cogitare debetis quòd videatis Christum. Ideo præsentate sibi supplicationem, Pater noster, Credo. Idem virgini Mariæ. Ideo Christus, Oportet semper orare, id est mane & sero. Luc. 18. Septimum est eleemosynarum largitio: nam sicut tu vadis ad ecclesiam vt petas a deo eleemosynam, si es infirmus petis sanitatem, si tristis petis consolationem, si pauper petis prouisionem. Si secũdum facultatem tuam proponas dare tres vel quatuor denarios, vel plus, vel minus, & illos pone in manu tua, sic enim eos secrete poteris dare pauperi, & vitabis vanam gloriam. Ideo Christus, Quod supereſt date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Luc. 11. Octauum est debitorum restitutio. Quilibet respiciat domum,

taxiam, & bursam, si est ibi aliquid de vsura, rapina, furto &c. restituis, quia alias non saluaberis. Sicut pomum corruptū omnia alia corrumpit: ita denarius vel florenus iniuste acquisitus corrumpit alia bona, quia vel vos, vel filij vestri ad paupertatem venietis, reddite debita, cui tributum tributū, cui vectigal vectigal, & nihil debeatis. ad Roma. 13. Nonum est iniuriarum remissio. Si aliquis displicuit vobis, remittatis faciendo sic computum, Domine multas iniurias feci vobis, ideo ne vos recipiatis vindictam de me, sed remittatis mihi, ideo nolo recipere vindictam de inimicis meis, &c. Ideo Christus, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cælestis delicta vestra &c. Matth. 6. Decimum est eucharistie communio. In hoc completur digna pœnitentia. Omnia prædicta opera pœnitētialia essent nihil sine communione. Ideo est præceptum, quòd omnes communicent in paschate, & qui tunc non recipit Christū, nunquàm recipietur a Christo in paradiso, quia virtute illius oportet nos illuc ascendere, quia et quo homo recipit Christū, nunquàm recedit ab eo, nisi expellatur per peccatum. Ideo dicit ipsemet, Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam &c. Ioan. 6. Ista est digna pœnitentia. Et sicut hoc verbum, innocentia, vel obedientia, habet decem literas, ita hoc nomen pœnitentia, quia sicut forma baptismi, in quo datur baptizato innocentia, consistit in decem dictionibus, & obedientia in decem præceptis, ita pœnitentia in decem operibus pœnitentiæ præmissis. Ideo dicit thema. Nonne, id est, imo certe, decem scilicet operibus pœnitentiæ mundati sunt.

De eadem dominica. xiiij. Sermo ij.

Ite ostendite vos sacerdotibus. Habetur verbum istud textualiter Luc. 17. & officiatur in euangelio hodierno. Sermo erit de sancto euangelio. Deo volente habebimus bonas instructiones, speculatiuas, & morales. Salutetur virgo Maria. Sanctum euangelium huius dominice recitat vnum magnum & pulchrum miraculum, qualiter Iesus Christus virtute verbi sui semel curauit decem leprosos, dicite ostendite vos sacerdotibus, qui eius exequentes mandatum curati fuerunt. Istud in summa continetur in euangelio hodierno. Amore istius verbi quatuor in sacra scriptura, tam in veteri quam in nouo testamēto, quot modos tenuit deus ad curandū leprā. Et inueni quòd curauit quintuplicater.

Primo per ablutionem corporalem.
Secundo per tactum manualem.
Tertio per ostensionem visualem.
Quarto per absconsionem sinualem.

Quinto

Quinto per ſeparationem perſonalem.

Iſtos quinque modos ſeruauit deus in lepre curatione. Non ſine magnis ſecretis, ad oſtendendum & figurandum quinque modos quibus animæ curantur a lepra peccatorum mortalium. De tertio modo dicit thema, Ite oſtendite vos &c. Dico primo &c. ſcilicet per ablutionē corporalem. Iſte modus inuenitur. 4. Regum. 5. No. breuiter hiſtoriam de illo nobili viro leproſo, qui venit ad Eliſeum prophetam &c. Cui reſpondit propheta, di. Vade & lauare ſepties in Iordane, & recipiet ſanitatem caro tua, atque mundaberis. & ſequitur, Deſcendit, & lauit ſepties, & mundatus eſt. 4. Reg. v. Ecce vnus modus curandi lepram. Modo intremus ſecreta quæ hic tanguntur. Certū eſt quòd nulla aqua materialis habet talem virtutem curandi lepram, ſed figurabat lauacrum baptiſmi, per quod animæ mundantur, & curāt homines a peccatorum lepra, non ſolum originalis, ſed etiam actualium, vt Iudæi, & infideles, qui non ficte accedunt ad baptiſmū. Ecce quare dicit, Vade, & lauare ſepties &c. Sed eſt hic quæſtio. Quare præcepit vt lauaret ſe in Iordane, cum tamē eſſent alie aque ita bone? Solutio, ſanctus propheta ſciuit ſpiritu prophetico ꝙ filius dei ſecundum humanitatē aſſumptam debuit baptizari in Iordane, & ibi baptiſmū inſtituere, & vim regeneratiuam aquis conferre ad lauandum peccata. Auto. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis. Ezech. 36. Sed eſt hic iterū quæſtio, quam forte iam facit aliquis veſtrū, quare prophetа dixit, Vade, lauare ſepties &c. quare dicit ſepties, cum baptiſmus nō habeat efficaciā niſi ſemel tantū, ſicut ſemel tantū Chriſtus fuit paſſus? Nota, ꝙ nunquàm baptiſmus datur ab vno ſolo, imo ſunt ſemper duo baptizantes, ſcilicet ſacerdos, vel etiā laicus in neceſsitate, & hoc inſtrumentaliter, & Chriſtus deus & homo principaliter, quia quando ſacerdos baptizat corpus aqua materiali, ſimul Chriſtus baptizat animam aqua ſpirituali, ſcilicet gratia ſpirituſſancti. Ideo dicit deus pater Ioāni Baptiſte, Super quē videris ſpiritum ſanctum deſcendentē, & manētem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Ioā. 1. De iſto fonte ſpirituſſancti procedunt ſeptē flumina, quæ in baptiſmo omnia fundūtur ſuper animā, ſcilicet ſpiritus ſapiētiæ, & intellectus, ſpiritus cōſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſciētię, & pietatis, ſpiritus timoris domini. Eſa. 11. Septē enim dona ſpirituſſancti habitualiter dātur animæ in baptiſmo. De hoc lauacro prophetauit Zacharias di. In die illa erit fons patēs domui Dauid, & habitantibus Hieruſalē in ablutionē peccatoris & menſtruate. Zach. 13. Nota in die illa. ſ. Chriſti, in qua ſol iuſtitiæ mundū illuminabit, erit fons patēs domui Dauid. i. Chriſti. Dauid in ſcriptura in multis locis ſumitur pro Chriſto, qui fuit de genere Dauid ſecūdū humanitatē, & habitātibus Hieruſalē. ſ. Iudæis, in ablutionē peccatorum, ſcilicet actualiū peccatorū, & menſtruate. Menſtruū infirmitas eſt, quæ

venit

venit naturaliter, & signat peccatum originale quod naturaliter venit, quia per vitiatum originem naturæ. Auisentur hic illi, qui habent baptizare, tam sacerdotes quam laici, de forma. Auisentur patrini de filiolis, vt curam habeant de eis. Quia sicut pater carnalis tenetur prouidere de cibo corporali, ita patrinus de cibo spirituali, vt sciant se signare, & sciant Credo, Pater noster, Aue Maria, quòd confiteantur, & communicent ad minus in paschate, quòd vadant ad missam, & sermonem, & quantum possunt tenentur patrini corrigere eos de peccatis, & reducere ad bonam vitam, & ad deum, quia sunt eorum filij spirituales, & de eis habent reddere rationem deo. Ideo si ex vestra negligentia damnantur, cum eis etiam ibitis, etiam si aliud peccatũ non haberetis. Istam obligationẽ recipitis in baptismo. Ideo Dauid, Quanta mandauit patribus nostris, scilicet spiritualibus, nota ea facere filiis suis, vt cognoscat generatio altera, scilicet conuersorum, qui sunt alterius generationis. Psalm. 78. Et concordat Esa. di. Pater filiis notam faciet veritatem tuam. Esa. 38. Dico quòd secundus modus est per tactum manualem, Christus enim leprosum manu tangendo curauit. Hoc inuenitur Matth. 8. Postquam autem Christus prædicauerat in quodam monte, cum descendisset de monte, quidam leprosus venit ad eum dicens, Domine si vis, potes me mundare, quasi dicat non dubito de potestate tua, quia potens es, sed solum stat in tua voluntate. Ideo domine si vis, potes me mundare, dicit textus. Et extendens Iesus manum suam tetigit eum dicens, Volo, mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Figurauit in hoc Christus secundum modum, quem ordinauit ad curãdum de peccatis enormibus &c. quæ post baptismum committimus, quæ per baptismum non possunt lauari, sed per tactum. Ecce contritio cordialis. Hic insinuatur, quòd quantumcunque peccata sint grauia & horribilia, tanta est virtus contritionis, quæ si vera sit non est sine gratia, quòd purificat animam ab omnibus culpis mortalibus. Ideo Dauid, Cor contritum & humiliatum deus non despicies. Si dicatur, Vnde hoc, quòd contritio significetur per tactum manus? Respondeo, quòd nisi deus tactu suæ manus misericordiæ tangeret cor peccatoris, nunquàm haberet contritionem. Ista manus misericordiæ dei habet quinque digitos, id est quinque motiua contritionis. Primum motiuũ est cogitatio amissionis gratiæ dei, quia quando peccator cogitat quòd ex suis peccatis perdidit gratiã dei, & est in ira dei: tunc habet motiuum, & rationẽ conterendi. Sicut miles, qui prius erat in gratia regis, sed quia deliquit, perdidit gratiã, & incurrit iram regis, ita ꝙ rex non vult eum videre, mouetur ad contritionẽ offensa cogitatione amissionis gratiæ regis. Cogitate qualis dolor, maximè nõ haberet vnde viueret aliunde. Ita de peccatore &c. nec aliũde potest habere vitã ęternã. Secundũ motiuũ ad contritionẽ est cogitatio amis-

sionis

sionis lucri, quando cogitat peccator q̃ perdidit quicquid lucratus fuerat vnquã per opera meritoria, tunc habet motiuum & rationem cõterẽdi. O qualis dolor. Ac si mercator in manu perderet quicquid lucratus fuerat vnquã toto tempore vitæ suę, quomodo doleret? Plus perdit peccator, sed quando redit ad gratiam per veram pœnitentiam recuperat ista quę fecit in gratia, quia opera bona mortificata, per pœnitentiã veram reuiuiscunt. Cogitate qualis dolor debet esse religioso vel clerico &c. qui propter vnum peccatum perdit quicquid lucratus fuit in quinquaginta vel quadraginta annis &c. Tertiũ, quia perdit hæreditatem paradisi, quæ ad eum pertinebat, qualis dolor esset primogenito regis, si ex culpa sua perderet hæreditatem &c. Idẽ de peccatore. Quartum, quia perdit amicitiam sanctorum angelorũ, & omnium beatorũ. Iam videtis quantũ doletis, quãdo perditis aliquẽ amicum cordialem, quanto magis dolere debetis qñ tãtos perditis? Igitur. Quintum motiuum ad contritionẽ est cogitare, quia es dãnatus sentẽtialiter ad furcam inferni. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Ezech. 18. Sentẽtia est data, sed executio nõ fit statim. Sed cogitate qũo dolet captus, qñ scit q̃ sentẽtia est data vt suspendat̃, etiã si executio nõ fiat illa di. Istis quinque digitis manus misericordię dei tangit cor peccatoris. Ideo propheta in persona peccatoris cõterentis dicit, Abiit amarus in indignatione spiritus mei. Manus enim dñi erat mecum cõfortans me. Ezech. 3. Quia cõtritio non solũ purificat a peccatis, sed etiã confortat per spem. Hic habetis doctrinam, vt bona vel mala pœnalia quæ habetis in hoc mundo, non attribuatis causis secundis, quia manus dei facit omnia. Ideo sancti patres antiquitus omnia retribuebant deo. Verbi gratia. De patriarcha Iacob cum esset puer &c. Dixit pater, Quomodo tam cito inuenire potuisti fili mi? Respondit, non aliam rationem assignando dicens, Quia voluntas dei fuit, vt cito mihi occurreret quod volebam. Gen. 27, idem ab Esau interrogatus de filiis, Quid sibi volunt isti, & si ad te pertinent? Respõdit Iacob, Paruuli sunt, quos donauit mihi deus. Genes. 33. Etiam mala pœnalia sunt deo attribuenda, quia conclusio est omnium theologorum, quòd omnia mala pœnæ facit deus. Ideo Iob postquam perdidit septem filios, & filias, per diabolum, vt dicit textus, & quingenta iuga boum, & tot asinos, ab inimicis de Chaldea accepros. Item septem milia ouium per ignem de cælo &c. totum attribuebat deo di, Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, Iob. 1, cum tamen textus dicat, quòd diabolus & inimici Chaldei fecerunt. Ita debetis vos facere, non attribuere aliquid soli, vel lunę, vel nature, quia non est nisi captiua, id est, ancilla, sicut si rex daret vobis aliquod officium vel castrum, & notarius facit instrumentum, & vos regratiamini calamo vel notario, nonne esset stultitia? De omnibus ergo creatori est regratiandum, non soli, nec lunę, nec planetis:

Malum pœnæ, à Deo est.

planetis: sol, luna, creaturæ sunt irrationales. Ideo creatori est regratiandum, tam de bonis quàm etiam de malis. Magister sententiarum in primo, de potentia dei dicit, Sufficit christiano dicere, omnium operationum & actionum quæ fiunt in hoc mundo causam esse dei voluntatem. Si quæratur, quare eclipsatur sol vel luna? Respondeo quòd ita placet deo. Et sic potest homo respondere ad omnem quæstionem mundi. Tertius modus est per ostensionem visualem. De hoc loquitur thema. Ite ostendite &c. Dicatur hic breuiter historia euangelij. Dum Christus iret prædicando transiens per mediam Samariam & Galileam de ciuitate in ciuitatem, de villa in villam, ostendendo gentibus veritatem fidei, in porta cuiusdam castri occurrerunt ei decem viri leprosi, qui extra morabantur, nec audebant appropinquare, quia est morbus contagiosus, sed steterunt a longe, cogitate quòd flexis genibus stabant, & alta voce dicebant, Iesu præceptor miserere nostri, non dixerunt, domine vel creator, sed præceptor. q.d. sicut precipiendo creasti mundum, ita præcipiendo potes nos curare. Christus vero respiciens eos, dixit thema propositum, Ite ostendite &c. quia sic curabimini, & ipsi recesserunt, & purificati fuerunt. Ecce purificatio lepre per ostentionem visualem. Sed quæratur, quare sic sunt curati. Respõdeo, quòd ad ostendendum tertium modum curandi a lepra peccatorum, scilicet confessionem, quæ est tante virtutis, quòd nisi cor sit actualiter obstinatum, nolens dimittere peccata, nec remittere iniurias, quia in talibus confessio non habet effectum, purificat animam ab omnibus culpis mortalibus, propter hoc dicit, Ostendite vos, non dicit, ostendite caput vel faciem, aut manus, sed ostendite vos, id est, omnes plagas. Recta confessio non est nisi ostensio plagarum lepre, dicendo pater ex quo fui confessus peccaui in hoc &c. de aliis, Pater interrogate me. Pater ego sum persona superba, auara, retinui salaria seruorum, decimas, vel de mortuis &c. Quando dat absolutionem confessor, anima purificatur ab omnibus plagis & maculis. De hoc autoritas clara, Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est deus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. in cano. 1. Ioã. 1. Nota fidelis, complens quod promisit, scilicet purificationem peccatorum per confessionem. Volo vos auisare de vno, quod est, quòd omnia peccata integre debetis confiteri sacerdoti, quia multi damnantur quia faciunt contra hoc verbum, Ite ostendite vos. Aliqui ex ignorantia, aliqui ex verecundia non ostendunt omnia peccata, etiam necessario confitenda sacerdoti. Sacerdotes aliquando nõ audẽt interrogare, quia fuit inuentum quòd vxor dicebat viro, Confessor petit a me talia &c. Confessores nõ audent aliquando interrogare vxores, nisi superficialiter dicẽtes, Seruastis fidem viro, & nihil aliud, cum tamẽ debeant petere a cõfitentibus, etiã diligẽter singula cũ apparet eis insufficientia

Quomodò persona idiota, crasso modo, cõfiteri debet priusquam à docto cõfessore distinctiùs interrogetur de singulis.

ficientia confeſsionis. Caueat tamen confeſſor ne ſit incautus interrogando, & ne oſtendat modum peccandi confitentibus. Item aliquoties peccata ſunt grauia, & contra naturam, quod cælum & terra poſſent ſubmergi. Item dicat cõfeſſor, Dicatis filia, negaſtis debitum viro, quia ſi mulier negat debitum viro, peccat mortaliter, & damnatur. De hoc etiam debet virum interrogare. Dicatur hiſtoria quæ accidit in Valentia, de muliere negãte viro debitum, quæ quolibet die inueniebat excuſationem, propter quod vir vocauit ancillam ſiue captiuam, & decætero abhorruit vxorem, vir damnauit ſe cũ ancilla, & magis vxorem, quæ omnium erat cauſa iſtorum. De hoc dicebat apoſtolus in ſuis ſermonibus, Vxori vir debitum reddat, ſimiliter autem & vxor viro, mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir, ſimiliter autem & vir corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. Nolite fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipſum, ne tentet vos Sathanas propter incontinentiam veſtram. 1. ad Corin. 7. Dicatur etiam contra illos qui ex verecundia non audent oſtendere peccata confeſſori. Quartus modus fuit per abſconſionem ſinualem. De hoc habetur Exod. 4. de Moyſe, qui cum ſemel eſſet coram deo, habuit manum leproſam, & dixit, O domine qualis eſt manus mea? Dixit tibi deus, Abſconde eam in ſinu, & ſic curata fuit. Quare ſic dominus curauit lepram? Solutio, ad oſtendendum quartum modum curãdi peccata, ſcilicet per afflictionem pœnitentialem. Si habetis animam leproſam ex peccatis, per corporis afflictionem poteritis eam curare. Et hoc ſignat manus habens quinque digitos, quibus operamur, qui ſignant quinque opera pœnitentialia. Primum eſt ieiunium, quod comprehendit omnes afflictiones corporales, vt cilicium, diſciplinã &c. Secundum eſt oratio ſpiritualis, quia ſicut os loquitur, ſic cor ſiue ſpũs cogitat, oculi lachrymãtur, & ſic anima purificatur. Tertiũ eſt eleemoſyna fraternalis. ſ. de bono iuſto, ſed de aliis reſtitutio fieri debet. Ideo dicit Chriſtus, Quod ſupereſt. ſ. facta reſtitutione, date eleemoſynã. Et ecce omnia mũda ſunt vobis. Luc. 11. Quartũ eſt remiſſio iniuriarũ. Si vis etiã remittere damnum vel debitum amore dei, benefacis, ſed nõ teneris. Sed remittere odium, & rancorẽ cordis, & propoſitum habeas non nocendi inimicis, etiam ſi poſſes, ſed ſine peccato coram iudice potes dicere tuam cauſam, & exigere debitum &c. Si vis remittere totum, vt deus tibi remittat, eſt magis meriti. Si dimiſeritis hominibus peccata eorum &c. Mat. 6. Quintum eſt communio ſacramentalis &c. Patet quomodo manus ſignat afflictionem pœnitẽtialem. Sed quare per abſcõſionẽ curata fuit? Solutio, ad oſtẽdẽdũ q̃ opera pœnitẽtialia nõ debent fieri publice ad vitãdum vanã gloriã. Et ſi ſint aliqua bona, quæ nõ poſſunt abſcondi, ordinetur intentio ad deum. Dicatur contra illos, qui ſe laudant de bonis operibus, dicẽdo, heri ieiunaui,

naui, vel diſciplinaui &c. Item de illis, qui clamant pauperi, vt videantur dare eleemoſynas. Per hunc enim modum anima non ſolum non curatur, imo fit magis leproſa, ergo attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis &c. Matth. 6. Not. ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus. Aliqua iuſtitia debet fieri coram hominibus, & alia non. De peccatis notoriis iuſtitia debet fieri coram hominibus, de peccatis ſecretis iuſtitia ſecreta, & dimittatur diuino iudicio, quia ipſe condemnabit tales. Sed quando peccata ſunt notoria, & rectores ſuſtinent, nec faciunt iuſtitiam, ira dei eſt ſuper eos, & ſuper communitatem. Verbi gratia. Si aliquis ſecretè inuocat dæmones, cõmunitates vel rectores non habent periculum, ſed quando eſt notorium, quia omnes recurrunt, & proceſsionaliter vadunt gentes ad eum, pro liberatione ab infirmitatibus &c. tũc ita dei eſt ſuper communitatem & rectores. Idem de iurantibus & blaſphemantibus ſecretè. Sed quando publice & notorie deus blaſphematur, & ſuſtinetur, tunc male regitur ciuitas. Idem de operantibus ſecretè in diebus feſtis. Sed quando publice & notorie, corrigendi ſunt publice. Idem de ludo alee ſecreto vel publico dicendum eſt. Si aliquis fecit aliquam inhoneſtatem ſecretè, non debet fieri de iſta publica iuſtitia, ſed quando publicè & notorie habitãt meretrices per vicos, vel per hoſpitia &c. niſi faciatis iuſtitiam, publice habebitis ſuper vos iram dei. Item ſi aliqua mulier in corde ſuo ſit pompoſa, & vana, ſecretè deus condemnabit eam, ſed quando eſt publice ſic vana & pompoſa in ornamentis, in caudis &c. poteſt puniri, ſi lege de ornamentis frangat. Secus eſt ſi peccata ſint notoria. Ecce quomodo intelligitur, Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, quod verum eſt ſi peccata ſint occulta &c. alias periculum imminet his qui non corrigunt. Vnde dicit ſcriptura, Digni ſunt morte, non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, ad Roma. & xvij. quæſt. iiij. Omnes, quia pari pœna puniendi ſunt agẽtes, & conſentientes, caſus eſt deciſus. cap. j. extra de offic. deleg. gloſſ. Aug. Conſentiunt qui poſſunt, & debent corrigere, & non faciunt. xxiij. quæſt. iij. Qui poteſt. Reſiſtere poſſet peruerſis, & non facere, eſt eis conſentire. Quintus modus eſt per ſeparationem perſonalem. Hoc habetur Numeri 12. Moyſes habebat vnam ſororem prophetiſſam, vocatam Mariam. Et quia ſemel murmurauit contra fratrem ſuum Moyſen, ſubito fuit effecta leproſa, pro qua Moyſes orauit dominũ, Domine obſecro ſana eã. Reſpõdit dominus, Separetur ſeptẽ diebus extra caſtra & poſtea reuocabitur. Num. 12. Iſte eſt vltimus modus curandi a lepra peccatorũ, i. per ſeparationẽ, & hoc fit per ingreſſum religiõis. Separare ſe debet religioſus, vel religioſa ab amicis, & parẽtibus. Dicatur contra mulieres, quę in ſuis partibus vocãt moniales, vt ſeruiãt eis, & eti

Qui dicuntur in delicto cõſentire.

in infirmitatibus,& ꝙ dimittant ſeruitium dei, & ſeruiant eis, quod indecens eſt & malum. Itē non debent moniales ad ſe vocare amicos in feſtiuitatibus ſeu conuiuiis. Si vultis eis mittere aliquā eleemoſynam, bene quidē, ſed nō extrahātur religioſe extra monaſteria, quia hoc eſt periculoſum: per hoc enim & deuotionē, & dei ſeruitiū omittunt. Dicatur quomodo ingreſſus religionis habet eandem virtutem, vt baptiſmus, purificandi ab omnibus peccatis. Baptizetur Iudæus, qui haberet omnia peccata, & alius maximus peccator intret religionem, æqualis gratia datur vtrique. Hoc fuit reuelatū cuidam ſancto, vt patet per miraculum ante dictum, confirmatum in decretis per Pelagium papam. Dicatur miraculum de illo ſancto, qui æqualem gratiam vidit deſcendere ſuper vnum nouiter baptizatum, & ſuper intrantem religionem approbatam. Iſtud non eſt ex priuilegio papæ, ſed ex priuilegio Chriſti, vt expreſſè dicit ſanct. Thom. in iiij. ſenten. Et ſecunda ſecundæ. Vide ibi rationes. Nota cum dicit, ſeparetur ſeptē diebus. Per ſeptem dies, ſeptem intelliguntur, in quibus ſtat perfectio religionis, ſcilicet,

Obedientia generalis.
Paupertas apoſtolicalis.
Caſtitas angelicalis.
Deuotio in officio.
In ore ſilentium.
Pœnitentia corporalis.
Et patientia virtualis.

Sine iſtis non poteſt religioſus ſaluari, Vnde dicit ſanct. Tho. in quolibetis, Si ſcirem monaſterium, in quo negligitur cura animarum, non auderem conſulere alicui ꝙ in tali monaſterio eligeret monachatum. Item attendendum eſt ſollicitè, ne in ingreſſu religionis fiat ſimonia, alias anima non purificaretur, imo plus macularetur, & tunc ſic ſeparatus poterit dicere, Aſperges me domine yſopo &c. vel aliter. Iſta ſeparatio eſt recedere à mala ſocietate, quæ eſt occaſio peccandi, iuxta illud, Quæ nocitura tenes, quamuis ſint chara relinque.

De eadem dominica xiiij. Sermo tertius.

QVi Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt. Habetur verbum iſtud ad Gallat. 5. Pro huius verbi declaratione, & materiæ prædicandæ introductione, ſciendum quòd creaturæ dicuntur eſſe Chriſti tripliciter, ſcilicet,

Per creationem vniuerſalem.
Per redemptionem humanam.
Per ſubiectionem ſpecialem.

Quantū ad primū, omnes creaturæ ſunt xp̄i, quia per ipſum oīa creata ſunt & facta. Nā ſicut caſtrū quod propriis expenſis ædificatur, & non alieno fundo, dicitur eſſe illius qui ædificauit, ita etiā totus mūdus xp̄i

est, quia dñs Iesus Christus de suis propriis. s. potētia infinita, & sapientia, sine alieno adiutorio in proprio fundo ædificauerat castrū, vel domū totius mundi, cum omnibus creaturis. Ideo omnia sunt sua. Cuius est cælū, terra, & aliæ creaturæ visibiles & inuisibiles? Respondeo quod omnes sunt Christi. Et isto modo loquitur apostolus dicēs, Locutus est nobis. s. deus pater in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & secula, ad Hebr. 1. ergo omnes creaturæ sunt Christi per creationem vniuersalem &c. Quantum ad secūdum mēbrum. s. sciatis q; per redemptionem humanam omnes creaturæ rationales, cuiuscuis status siue cōditionis sint tam fideles quam infideles, omnes sunt Christi, nō solum per creationem, sed etiam per humanam redemptionem, qui enim propriis pecuniis emit captiuos, illius sunt. Ita Christus de propria moneta bursæ suæ. s. eius corporis sanguine, emit nos, & pro omnibus soluit precium in mēsa cambij. s. in cruce. Ideo omnes sumus sui, licet Iudæi, Agareni, & omnes infideles alij, vt falsi captiui fugiant modo, & latitent per nemora, & cauernas infidelitatis, vnde apostolus dicit, Siue viuimus. s. per fidem & gratiam, domino viuimus, siue morimur. s. per infidelitatem vel peccata, domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur, domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, vt & viuorum & mortuorū dominetur. Ad Rom. 14. Tertio modo dicuntur aliqui ipsius Christi, per subiectionē specialem. Isto modo solū Christiani boni sunt sui per verā credentiā, & deuotā obedientiā ad eius præcepta, qui habet ista duo, ille dicitur esse Christi, & hoc iam denotatur in nomine Christiani. Quare aliqui dicuntur Aragonenses? quia habent subiectionē specialem per credentiā ad regē Aragoniæ, & obedientiam. Quare aliqui dicuntur Castellani? vel Gallici? propter subiectionem specialē ad suum regē. Ita Christiani qui habent veram fidem in corde, & deuotā obedientiā in opere', sunt Christi per specialē subiectionem, & ex hoc nominati sunt Christiani. Act. 11. Paulus & Barnabas in Antiochia annum totum conuersati sunt in ecclesia, & docuerunt turbam multam, ita vt cognominarentur primū Antiochiæ discipuli Christiani. Ecce ante dicebantur discipuli. Et de Christianis loquitur thema. Qui Christi sunt &c. s. per subiectionem specialē, per verā credentiā fidei, & deuotam obedientiā in opere, carnē suam crucifixerūt. Modo videndū est quomodo nos Christiani debemus crucifigere carnē nostrā ad instar xp̄i. Declara per quinq; vulnera siue plagas principales quas xp̄s recepit in cruce. Multas alias plagas recepit in capite propter coronā spinarū, & in toto corpore liuores, quis posset numerare &c. Sed plagæ principales fuerūt quinque, duæ in manibus, & duæ in pedibus, & vna in latere. De quibus prophetauerat Dauid in psal. 21. in persona Christi dicens, Foderunt manus meas, & pedes meos, scilicet ligone clauorum, Christus ergo fuit crucifixus corporaliter, & recepit quinque vulnera realiter. Sic nos Christiani debemus

crucifigi ad instar Christi moraliter, & recipere istas quinque plagas virtualiter, & tunc de nobis dicetur thema. Qui Christi &c.

Primo in manu dextra per misericordiam largiendo.
Secundo in sinistra per iustitiam restituendo.
Tertio in dextro pede per temperantiam abstinendo.
Quarto in sinistro pede per patientiam sustinendo.
Quinto per pœnitentiam in latere continuando.

Quilibet Christianus qui has quinque plagas assumpsit, ad instar Christi crucifixus est, de quibus verificatur thema, Qui Christi sunt &c. Ecce tota materia prædicanda in præsenti summa. Dico primo q; si ad instar Christi volumus crucifigi, debemus primo clauari, crucifigi in manu dextra clauo misericordiæ. Hoc declaratur sic, Facultates siue diuitiæ huius mundi dicuntur manus. Ratio, quia manibus facimus opera principaliter. Ita qui habent magnas diuitias possunt facere multa & magna opera, scilicet magnas domos, castra, vestes &c. Iam dicitur vulgariter de diuite, multa potest facere. Ecce ratio quare dicuntur diuitiæ domini manus. Ideo dicebat Salomon, Pecuniæ obediunt omnia. Eccl. 10. No. obediunt omnia, scilicet corporalia & temporalia. Et sicut habemus duas manus, dexteram & sinistram, ita sunt duæ conditiones facultatum seu diuitiarum. Aliquæ de bono iusto, & iuste, dicuntur dextra manus, aliquæ de malo, quæ dicuntur sinistra. De bono iusto sunt diuitiæ quæ acquiruntur iuste, vt de possessionibus, vel de laboribus in officio suo, vel de redditibus iustis, vel de mercationibus, vel de venditionibus planis, vel de vassallis sine rapina, & sic de aliis. Talis pecunia dicitur manus dextra. De malo & iniusto est pecunia quæ acquiritur iniuste vel per vsuram, siue per rapinam, vel calumniam, vel per retentionem decimarum, & primitiarum, salariorum, vel testamentorum, siue inuentorum, siue per simoniam. Ista est manus sinistra. De istis manibus dicebat Salomon, Leua eius, scilicet mundi, sub capite meo, scilicet despiciendo, & dextra illius amplexabitur me. Cant. 2. In dextra ergo debet fieri vulnus clauo misericordiæ, scilicet eleemosynas largiendo, quia solum de illa, hoc est de bonis iustis, per dexterã significaris, est faciẽda eleemosyna. Et sicut de manu Christi perforata exiuit sanguis, ita de manu diuitis, dextra clauo mĩæ perforata, debet exire eleemosyna ad pauperes, quia de iniustis bonis nõ debet fieri eleemosyna, sed restitutio. Ideo xps, Te. nute facientes eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua. Matt. 6. Propter hoc do vobis hoc cõsiliũ. Qui habet pecuniam de bonis iustis, & etiam de iniustis bonis, debet facere medium in taxia, & ad dexteram ponere illam de bono iusto, & ad sinistram illam de iniusto. Et quando habueritis facere eleemosynam, dabitis de dextra, & si luxamini aliquid iuste, ponetis ibi. Si, quod absit, habetis aliquid forte

de iniustis bonis, debet poni illud in sinistra parte, vt quotiescunque videritis, recordemini de restitutione dicendo, O miser, ista habeo restituere. Idem dico de bursa, quia deus aliquando dabit vobis cor ad faciendum restitutionem. Ecce quare Christus dicit, te faciente eleemosynam &c. Ecce prima plaga, Qui Christi sunt, carnem &c. Dico secũdo quòd ad instar Christi debemus perforari in sinistra secundum q̃ declaraui. Sinistra autem est pecunia iniusta, vel alia res iniustè habita, quæ debet perforari, & clauari clauo iustitiæ, restituendo debita, quia sicut dare eleemosynam est opus misericordiæ, ita etiam in restitutione debita est opus iustitiæ. Ideo vos auari perforate manum vestram, si iustitiam vendidistis, reddatis illos duos vel tres florenos, quos recepistis ab illa vĩdua, seu paupere. Item vos mercatores, si emendo vel vendendo defraudastis aliquem. Item domini temporales, si recepistis aliquid à vassallis per rapinã, vel si retinuistis salarium seruorum, ancillarum, & sic de aliis. Si vultis saluari oportet restituere totum, vel petere veniam. Ideo dicit scriptura. Reddite omnibus debita, & nemini quicquã debeatis, ad Ro. 13. Benedictus est qui cum veritate potest dicere, Licet modicum habeo, tamen totum est meum, & nulli teneor. Sed auiso vos hic, quia non solum est fienda restitutio de hoc quod homo recepit, sed etiam de damno quod intulit. Verbi gratia. Si aliquis falsus notarius amore, seu timore, precio, vel rancore, fecit chartã falsam donationis inter viuos, vel falsum testamẽtum, & huiusmodi, & damnificauit proximum in c. vel. M. florenis, talis tenetur ad totum, & si dixeritis, Nihil recepi. Solutio, non est vis. Idem de falsis testibus. Item si impignoratis vineã, arborẽ, vel agrũ, soluatis totũ lucrũ quod inde habuistis. Itẽ si cõbusistis domũ, triticũ, & huiusmodi, quilibet tenetur insolidũ, nisi alij consentiẽtes velint satisfacere etiã. Proh dolor, quot sunt qui alios dãnificant, vel per suũ loqui, vel per suũ operari, vel per consiliũ, & sic de aliis, & tamen nullam faciunt restitutionem. Tertio crucifigendi sunt pedes. Super hoc sciendum, q̃ pedes quibus gradimur alternati, sunt prosperitas & aduersitas mundanalis. Sic enim ambulamus in hoc mundo, modo per prosperitatem, sanitatem, & abundantiam, modo per aduersitatem. s. infirmitatem, & indigentiã. Nec aliquis potest vno pede ambulare. Non dextro prosperitatis, quia superbiret, nec sinistro aduersitatis, quia desperaret homo. Quid ergo faciet deus? modo dat letitiã, modo tristitiã. Forte fuistis in nuptiis cum leritia per totum diem, & quando in sero redieritis ad domum inuenietis filium vestrum vulneratũ in capite, quia cecidit, modo habetis tristitiam. Item modo habetis infirmitatem, modo sanitatem, modo bonum nuncium, modo malũ. Si semper essemus cũ prosperitate, nõ cognosceremus deũ. Si semper in aduersitate, nõ possemus sustinere. Iõ dicit Salomon. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Pro. 14. In dextro ergo pede

Restitutio ad quam notarii tenentur.

pede prosperitatis assumi debet vulnus clauo temperantiæ, ab illicitis & superfluis abstinendo. Si habetis diuitias, sanitatē, pulchritudinem, & huiusmodi, non debetis male vti. Ex his sunt multi miseri, qui si habent pulchritudinē corporalem, eam expendunt in luxuriis, fortitudinem in homicidiis, diuitias in vanitatibus. Ideo clauo tēperantiæ perforare debetis pedem dextrū. Si habetis pulchritudinē corporis etiam faciatis ꝙ anima sit pulchra. Si fortitudinē, expendatur in penitētia, disciplinis &c. Si diuitias, recipiatis necessitatē &c. Alia detis amore Dei pauperibus, & in pias causas, quia nō sunt expendenda in vanitatibus. Debetis cōputare & dicere, Videre volo quantum habeo ego de redditibus quolibet anno. C. vel. M. floren. & si habuero mille in anno, expendam quingentos in meis necessitatibus, de aliis quingētis emā censualia, & domū pro alio mundo. Emuntur autē dando eleemosynas pauperibus, vel mutuando sine vsura propter Deum. Cogitate ꝙ habetis mori. O miseri quid dicetis Christo, quādo nudi venietis corā eo? Cogitate qualem confusionē & capitulationē faciet vobis, dicēdo, O miser quo modo venis sic, cum habueris tot redditus, & tot bona? quid dices? domine totū expēdi in vanitatibus. Respondit Christus, Ideo vadas ad hospitale miserorum. Ideo clauo temperantiæ perforare se debet homo. Ideo dicit scriptura, Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animā. j. P. ij. Nor. Quō peregrini, & qualiter vadūt per viā induti simpliciter, licet sint milites aut ciues, nō induuntur de auro. Item solū portāt pecunias ad viam necessarias, & quando sunt in hospitio, non curant de magnis delicamentis, vel delectationibus. Itē quotquot sumus in hoc mundo, peregrini sumus. Vbi sunt illi qui erant? modo sunt. M. anni, iam transierunt, & cōpleuerunt suam peregrinationē. Idē de illis qui erāt modo sunt. c. anni, vel cc. Iste mundus nō est nisi via, vnus intrat per portam natiuitatis, alius exit per portā mortis, moritur papa, & venit alius. Idē de rege, cardinalibus, episcopis, & sic de aliis. Non habemus hic manentem ciuitatē, sed futurā inquirimus. ad Heb. 13. Propter hoc rogat nos beatus Petrus, ꝙ viuamus vt peregrini abstinendo. Quarto in pede sinistro scilicet aduersitatis, debemus clauari & perforari clauo patiētiæ. Sicut enim temperantia est necessaria in prosperis, ita patientia in aduersis, equaminiter mala tolerando & sustinendo. Patientia autem est falsa, quæ omnem cibum quantumcunq; amarum facit sapidum. Ista falsa Iob dulcorauit cibum amare persecutionis, qui clauo patientiæ clauatus non murmurauit contra Deum, nec in aliquo peccauit, sed dixit, Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, Sit nomen domini benedictum. Iob. 1. Sic debemus facere nos in nostris aduersitatibus, miseriis, vel infirmitatibus, in perditione filio-

rum vel bonorum, semper dicere debemus, Benedictus Deus, qui a sem per facit pro meliori, licet nos nesciamus. Nota de illo homine deuoto, qui in suis aduersitatibus semper dicebat, Totum est pro meliori & fit, & mulier impatiens indignabatur. Cum autem semel vellet surgere ad matutinas ex deuotione, & inimici insidiarentur ei ad portam, vt eum occiderent, cecidit per scalam, & fregit sibi tibiam. Cum autem mulier reprehenderet eum, quare surrexerat, Respondit, Totum pro meliori factum est. Mane autem sciuit de inimicis suis &c. O dixit ipse, Melius est, quia de fractura tibie curabor, & non si fuissem iugulatus. Ideo cum patientia suscipiende sunt infirmitates. Ideo dicit scriptura, Fratres patientes estote vsque ad aduentum domini. Ecce agricola expectat preciosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & serorinum. Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra, quoniam aduentus domini appropinquabit, & non tardabit. Iacob. 5. Quinto, in latere debemus vulnerari vulnere pœnitentiæ. Pœnitentia dicitur lancea, quia sicut lancea habet duo, scilicet ferrum acutum, & hastam longam, ita pœnitentia habet ferrum acutum contritionis quod vulnerat cor timore pœnarum inferni, secundo est ibi hasta longa spei, quia longam spem debemus habere de Dei misericordia, si homo vult à peccatis abstinere, & pœnitentiam facere. Qui timetis dominum, ecce ferrum acutum, sperate in illum: ecce hastam, & in oblectationem veniet vobis misericordia. Eccle. 2. & de pœ. di. j. nemo. Nemo potest bene agere pœnitentiam, nisi qui sperauerit indulgentiam. Iudas proditor ferro contritionis vulneratus fuit, habens contritionem. Dicit textus, Videns Iudas quòd damnatus esset, pœnitentia ductus &c. Matth. 27. sed non fuit ibi hasta spei, quia desperauit dicendo, O miser, tantum malum feci, non debeo viuere, & suspendit se. O miser, si venisset ad virginem, vt oraret filium suum, vt parceret sibi, adhuc habuisset remissionem &c. Ideo dicit, Qui timetis dominum &c. Hac lancea deber aperiri latus vsque ad cor per amaram contritionem, vt exeat inde sanguis feruentis orationis, vel per disciplinas, & aquas lachrimarum, sicut de latere Christi perforato exiuit sanguis & aqua. Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Ioann. 19. Hic est qui venit per aquam & sanguinem. Non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. 1. Ioan. v. prædicto modo crucifixus erat, qui dicebat Christo, confixus sum cruci. Gal. 2. Item, ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. ad Gall. sexto. Non legitur, quòd apostolus fuerit crucifixus realiter, sed decapitatus, sed erat clauatus in manu dextera clauo misericodiæ, in sinistra clauo iustitiæ.

Dominica

Dominica decimaquinta post Trinitatem. Sermo j.



Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius. Habetur verbum istud textualiter Matt. 6. & recitatum est statim in euangelio hodierno. Noster præsens sermo erit de sancto euangelio huius dominice, & habebimus, si placet Deo, multas bonas doctrinas, & speculationes contẽplatiuas, ad informationẽ animarum, & instructiones morales ad reformationem vitę nostrę. Salutetur virgo Maria &c. Dominus Iesus Christus saluator noster, volens & perficiens saluationẽ omnium animarum nostrarum, nisi per culpam nostrã impediatur, in sancto Euangelio ostendit tria multũ vtilia ad habendã dictã saluationẽ. Primũ est adhærẽtia diuinalis. Secundum est confidentia supernalis. Tertiũ est diligẽtia virtualis, vel spiritualis. In his tribus stat euangelium, & de tertio, scilicet diligentia spirituali, dicit thema, Querite primũ, id est, principaliter. Dico primo ꝙ Christus in euangelio ostendit amorosam inherentiam diuinalem in hoc. s. ꝙ non debemus in corde nostro habere maiorem coniunctionẽ ad bona creata siue creaturas, quã ad Deum, sed super omnia toto corde & tota mẽte adherendũ est Deo. Ratio est. Sicut enim ille qui vult habere aquã puram & clarã recurrit ad fontem, quia postquam aqua trasit alueos, iam nõ est ita clara & pura. Ita si volumus pura bona, & delicias, ad Deum, tanquã ad fontẽ omnium bonorũ, est recurrendum, quia honores, diuitie, seu delicie huius mundi nõ sunt nisi lacus fetentes laboribus, periculis, & miseriis. Ideo Dauid, Mihi autẽ adherere Deo bonũ est. Approximatur homo Deo amando corde, cõtemplando intellectu, loquendo de eo ore. Istam adherentiã diuinã ostendit Christus in principio euangelij, cum dicit, Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget. Aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & Mammone, quasi vellet dicere cõcludendo, ergo elongetis vos à Mammona, & adhereatis Christo. Rectè Christus hic tenet modum logicalem, arguendo in forma syllogistica, scilicet in Ferio, ponens vniuersalem negatiuam, & particularem affirmatiuam, & concludit per particularem negatiuam. Vniuersalis negatiua est ista, Nemo potest duobus dominis seruire. Declaretur. Diceret aliquis, Nonne potest homo seruire papæ & episcopo, regi & primogenito? Imo, quia seruiendo vni seruitur alteri. Gloss. declarat intellectum Christi dicentis, Nemo potest seruire duobus dominis, scilicet inter se cõtrariantibus, & contraria præcipientibus, ita quod duobus dominis contrariis nemo potest bene seruire, & quia papa & episcopus, res & primogenitus, non sunt contrarij, Ideo &c. Declarat Christus dans rationẽ, Aut enim vnũ odio habebit &c. Quæreret modo aliquis, Quomodo poterit quis scire, quòd seruiat aliquis Deo, quia solus Deus scit corda? Dico quòd

vnum ſignum exit extra, ſcilicet verbum per os, vt fumus per fumerarium. Cor, vbi eſt ignis, emittit fumum ad os, quia ex abundantia cordis os loquitur. Mat. 12. Et in hoc cognoſcitur qui ſeruit deo. Vnde & Petro dictum fuit, Tu ex illis es, nam & loquela tua manifeſtum te facit &c. Matth. 26. Dicatur contra illos hic, qui loquuntur contra deum iurando, blaſphemãdo, melius eſſet illis ꝙ eſſent muti. Quibus dicetur in iudicio, De ore tuo te iudico ſerue nequã. Ecce vniuerſalis negatiua, Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, & quomodo intelligitur patuit. Sed minor. ſ. particularis affirmatiua, non exprimitur in textu, ſed innuitur. ſ. ꝙ Deus & diabolus ſint domini, nõ indiget probatione, ſed ꝙ ſint cõtrarij, cito ꝓbabitur. Chriſtus eſt dñs noſter duplici rõne. ſ. creationis & redẽptionis. Creationis, quia ipſe cũ patre & ſpiritu ſancto omnia creauit, ergo eſt dñs. Nã ſi aliquis in ſua poſſeſsione de ſuo proprio edificat domũ, nõne dicitur dñs domus? imo. Ita Chriſtus de ſuo ꝓprio creauit dominũ huius mũdi, ergo dñs eſt, propter hoc dicebat Mardocheus orãs, Dñe deus omnipotẽs, in ditione tua cũcta ſunt poſita, & nõ eſt qui poſsit tue reſiſtere voluntati. Tu feciſti cælũ & terrã, & quicquid cæli ambitu cõtinetur, dñs omnium es. Heſter. xiij. Secundo iure redemptionis. Nam ſi aliquis de ſuis propriis pecuniis emit captiuum, ſeu captiuos, dominus eſt eorũ. Ita Deus, qui licet creauit omnia, diabolus ſibi inſtantiue occupauit multa. Intantũ ꝙ dicebatur ꝓnceps huius mundi. Venit princeps mundi huius. i. diabolus, & in me non habet quicquã, inquit Chriſtus. Ioan. 14. Chriſtus ſuo ſanguine emit nos, non tamen dedit precium tyranno, ſ. diabolo, quia nullum habebat ius, ſed Deo patri. Ergo dominus eſt noſter iure redemptionis. Ideo Dauid in Pſal. Exurgat Deus &c. dicit, Iter facite ei quia aſcendit ſuper occaſum, id eſt, poſsionem. Nam occaſus ſolis ſignat Chriſti paſsionẽ, quia ſicut ſol occidit cum certitudine, ꝙ in craſtinũ orietur: Ita Chriſtus paſſus fuit cum certitudine reſurrectionis. Not. Iter facite, ſcilicet in veſtro corde, & vita, & veniet ad vos ille qui fuit paſſus, quia dominus nomen illi. Diabolus dicitur dominus nõ vere, ſed tyrannice, & homo peccando dat ſe illi, ſicut ſi captiuus fugeret, & daret ſe alteri, ille diceretur dominus eius, non tamen vere, ſed malitioſe. Ideo omnes ſumus empti Chriſti ſanguine, qui in menſa crucis aperuit cophinũ theſauri, in qua cruce paſſus eſt, in capite ſpinis in manibus & pedibus clauis, in latere lancea, & quando homo peccat mortaliter, fugit dominium Chriſti, & ſubiicit ſe diabolo, licet non dicat ore dominum ſuum, tamen oſtendit, propter hoc diabolus dicitur dominus tyrannicus. Ideo dicebat autoritas apoſtoli, Neſcitis quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obedientiam, ſerui eſtis eius cui obediſtis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam? ad Rom. 6. Ecce quomodo intelligitur quòd Chriſtus & diabolus ſunt domini, ſcilicet diuerſimode, ſed ſunt oppoſiti,

quia

quia quicquid placet deo, displicet diabolo. Verbi gratia. Deus præcipit humilitatem, & diabolus continue laborat inducere gentes ad superbiam &c. De hoc vide sanct. Tho. j. parte. q. lxiij. art. ij. Christus vult quòd simus liberi, non nimis nos occupantes de bonis temporalibus, & diabolus inducit ad auaritiam &c. Item Christus vult vt simus casti, vt habeamus illam gloriam paradisi &c. quo non intrant porci, nec inquinati, sed diabolus, vt cadamus cum eo in æternam damnationem, prouocat nos ad luxuriam. Christus vult vt habeamus pacem, & bonam dilectionem adinuicem, & charitatem, & diabolus incitat ad inuidiam, & maliciam, cum felle amaritudinis, vel occasione officiorum, dignitatum, beneficiorum, & huiusmodi. Christus vult & præcipit temperantiam, vt de cibis quos ipse creauit pro nobis recipiamus ad sufficientiam, & non amplius. Sicut nec bestiæ, ex quo biberunt, etiã si papa vel rex iauitaret eas, non plus biberẽt, & diabolus tentat de gula &c. Christus præcipit vt viuamus in pace, parcendo inimicis, quia omnes sumus membra vnius coporis, & si qnandoque dextra percutit sinistram, vel econuerso, non recipiunt vindictam, sed iuuant se mutuo. Ita nos omnes membra corporis ecclesiæ sumus, cuius caput est Christus, sed diabolus prouocat ad iram, & impatientiam, & vindictam. Ita breuiter quicquid placet deo, displicet diabolo, & tractat oppositum de eo vt fiat, imo statim creatus posuit diuisionẽ in cælo. Dicatur quomodo respexit, & sub se vidit omnes creaturas, & solum super se deum, qui voluit æquari, & multi angeli vt adulatores consenserunt sibi, sed Michael, Gabriel, Raphael, & alij boni dixerunt, Ego non consentio. Ecce ibi diuisio, propter quod dixit deus, Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam. Tunc Michael cum aliis expulit eum cum sibi consentientibus de cælo. Auto. Factum est prælium magnum in cælo, Michael & angeli eius præliabant cũ dracone. i. Lucifero, qui cot angelos deuorauit, hoc est, seduxit, & homines deuorat. Apocal. 12. Patent igitur cõtrarietates Christi & diaboli. Ideo Christus, Qui non est mecum, contra me est. Et qui non colligit mecum dispergit. Luc. 11. Et loquitur ad literam de Lucifero. Patet minor, quomodo deus & diabolus sunt domini oppositi. Modo sequitur conclusio: ergo non poteris deo seruire, & Mammonæ. Nota. Mammona significat duo. In lingua enim Syriaca Mammona significat diuitias tẽporales. Secundo significat illum diabolum, qui tentat de auaritia, qui etiã dicitur Mammona. Et secundum hoc conclusio declarabitur dupliciter, quando dicitur, Non potestis deo seruire, & Mammonæ, id est diuitiis. Dicit hic Hiero. q homo potest bene seruire deo, & dominari in diuitiis, sed impossibile est seruire deo & diuitiis. No. differentia est inter dominari diuitiis, & seruire eis, sicut inter dominũ & seruũ, quia dns quiescit, & seruus seruit sibi, & non econuerso, sed laborat seruus. Itẽ quãdo tu la-

boras negotiando per mare, terram &c. & pecunia quiescit in domo, in cista, tunc tu es seruus, & ipsa domina, & nō potes deo seruire & Mammone. Sed dominari pecuniis est eas seruitio bono applicare, quia sicut dominus non permittit quiescere seruū suum, sed dicit, Fac hoc, fac illud. Ita quando homo facit seruire diuitias, subueniendo viduis, orphanis, puellis, captiuis, & pauperibus sine vsura, tūc diuitie sunt ancille, & seruiunt domino, & sic esse dominum diuitiarum bonum est, quia simul potest homo seruire deo, & dominari diuitiis. Ideo dicit Hiero. Qui enim diuitiarum seruus est, diuitias custodit vt seruus, qui autem seruitutis excussit iugum, distribuit eas vt dominus. Secundo Mammona significat illum dæmonē, qui tentat de auaritia. Et quando dicit quòd non possumus seruire deo & Mammone, Est hic speculatio talis. Nos inuenimus in sacra scriptura septē dæmones, qui tentant de septem peccatis mortalibus, & hic solū nominat Christus Mammonam. Primus est Leuiathā, qui tentat de superbia. De quo Iob. 41. Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. Secundus est Asmodeus, qui tentat de luxuria. De quo Thob. 3. Dæmoniū nomine Asmodeus, occiderat eos mox vt ingressi fuissent ad eam, scilicet cōcupiscentiū. Tertius qui tentat de inuidia, dicitur Beelzebub, de quo Luc. 11. In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Hoc dixerūt inuidi. Quartus qui tentat de gula, dicitur Beelphegor, de quo Dauid, Initiati sunt Beelphegor, & comederūt sacrificia mortuorū. Psal. 105. Quintus qui tentat de ira, & facit indurare corda, dicitur Baalberith, de quo Iudic. 11. De fano Baalberith conduxit sibi viros. Sextus qui tentat de acidia, dicitur Astaroth de quo. 1. Reg. 7. Auferte deos alienos de medio vestri, Baalim & Astaroth, & præparate corda vestra domino, & seruite ei soli. Septimus qui tentat de auaritia, dicitur Mammona, & de isto loquitur Christus hodie. Quare Christus in conclusione sui syllogismi non dixit, Non potestis deo seruire & diabolo, sicut dixit, Non potestis deo seruire & Mammone? Respondeo. Licet posset cōcludi quælibet diabolo, tamen Christus restrinxit ad Mammonā. Ratio, quia qui vult eradicare & expellere malam arborē de suo viridario, ad radicē & non ad ramos incipiet. Idem in proposito. Vnde veniūt tot mala, quare nō fit iustitia? quare fiunt tot quæstiones & litigia, nisi ex auaritia? Propter quod apostolus, Radix omniū malorū est cupiditas, quā quidā appetentes errauerūt a fide. 1. ad Ti. 6. Auarus enim vir habet fidem, quia habet cor inuolutum ideo perdit fidem dicendo, Quid scit homo de alia vita? monachi & sacerdotes inueniunt ista, vt dentur eis pecuniæ. Ideo Christus vt bonus hortulanus, volēs malam arborē eradicare, dicit, Non potestis deo seruire & Mammone. Et hoc de primo, & patet adhærētia diuinalis. Secundo quòd debemus habere confidentiam supernalem, scilicet vt nostris necessitatibus cibi, potus, vestitus, & aliis, confidamus de deo

Septem cacodæmones ad 7. capitalia vitia suadentes.

quia si viuimus vt decet, ipse prouidebit nobis de omnibus necessariis. Et hoc probat Christus quinque rationibus, di. Ne solliciti sitis animæ vestre quid manducetis, aut corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quàm esca, & corpus plusquam vestimẽtum? Ecce prima ratio. Declaretur ista ratio per regulam philosophie, & iuristarum. Regula est philosophie commentatoris super. viij. Physicorum, quòd omne agens naturale, quantum dat de forma substantiali, tantum dat de accidentibus, scilicet caliditate, siccitate, & claritate, &c. Item dicunt iuriste, cui conceditur principale, & accessoriũ creditur esse concessum, extra, de regu. iur. lib. vj. Accessorium naturam sequi congruit principali, vt si rex facit gubernatorem, si diceret gubernator regi, ergo deris mihi potestatem citandi homines, & capiendi &c. Non oportet hoc petere, quia ex quo conceditur principale &c. ita deus dat formam principalem, scilicet animam & corpus, quòd cum vna anima facit vnam essentiam, scilicet humanitatem. Qui ergo dat principale, bene dabit accessorium, scilicet necessaria. Ideo dicit, Ne solliciti sitis &c. Secunda ratio, Respicite volatilia cæli, quæ non serunt neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester cælestis pascit ea. Nonne vos magis pluris estis illis? Ecce secunda ratio talis est. Deus prouider auibus &c. ergo prouidebit, per locum a maiori, etiam hominibus, cum homo inter omnes creaturas corporales sit dignissima creaturarum. Vnde bonus Christianus dicere debet, O domine, qui prouidetis animalibus terræ, auibus aëris, & piscibus maris, prouideatis mihi, qui sum ad imaginem & similitudinem vestram. Et merito comparat nos auibus. Nam ipse de mane dicunt officium suum matutinale secundum suum breuiarium, philomena in media nocte, hirundines in aurora, & sic laudant deum. Dan. 3. Benedicite omnes volucres cæli domino, & post volant, inueniunt iam granum præparatum a deo, & sic saturantur. Tu ergo facias sic, lauda deum de mane, vitando tamen multum ne aliquis te perturbet, signando te, & post vola, scilicet laborando in officio tuo, quia hoc significat volatus auis. Iob. 5. Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum, sic deus prouidebit tibi. Ideo dicit Hieronym. Labor exercendus est, sollicitudo tollenda. Tertia ratio, quis autem vestrum cogitans potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum, & de vestimentis quid solliciti estis? ista ratio est subtilis, & declaratur per similitudinem magistrorum domorum, qui secundum altitudinem ædificij faciunt fundamentum, in paruis modicum, in magnis & altis ædificiis magnum faciunt fundamentum, ita quodlibet corpus humanum est ædificium, quasi vna turris, cuius fundamentum est cibus, & potus, vestitus. Cum deus sit magister, qui ædificat istam turrim, scilicet corpus, sine dubio ipse prouidebit de bono fundamento. Labora tu,

& fac

& fac quod in te est, & ipse faciet adhuc plus. Quarta ratio, Considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant, neque nent. Dico vobis, quoniam Salomon in omni gloria sua non coopertus est, sicut vnum ex istis &c. vsque, modice fidei. Ista ratio clara est, quia qui vestit herbas, vestiet nos si in eo cõfidimus. Sed vt lilium, habeamus sex folia, scilicet sex opera misericordiæ, quæ fiunt in vita, quia sepelire post mortẽ sit, scilicet cibare famelicũ, potare sitientẽ, vestire nudum, colligere peregrinum, visitare infirmũ, redimere captiuum. Et habere debemus duo grana, quasi deaurata, vt lilium inter folia. Ista sunt amare deum super omnia, & proximum sicut seipsum. Quinta ratio est, Nolite ergo solliciti esse, dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia gentes, id est, gentiles inquirunt. Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Notate hic pulchrã doctrinam, nam Christus vult vt cõfidamus de eo, vt filij de patre, quia si dicatur puero quinque vel sex annorum, Vnde habebis aliam tunicam, postquàm ista erit corrupta? Respondet, Pater meus curat de hoc, ipse prouidebit. Et si dicatur puero, Et tu quid facies? Respondet puer, Faciam præcepta & mandata sua. Item si quæratur, De quo comedes? Respondet puer, Pater meus & mater mea curant. Talem confidentiam vult Christus quòd nos habeamus de eo, & quòd non habeamus sollicitudinem, sed vult quòd seruemus decem præcepta. Sed modo magis confidimus de vno Iudeo. Probatur. nam si habetis instrumentum, quòd talis Iudæus quolibet anno dabit vobis centũ florenos, cum magna confidentia & securitate estis habendi panem, & vinum, & alia necessaria, & de Christo qui promisit nobis omnia necessaria etiã cum instrumento, notarius fuit Matthæus, si seruamus sua mandata, non confidimus, imo quando dicitur auaris, ne faciant vsuram, dicunt, Debemus tenere os clausum ad ventum, de quo viuemus? Et nunquid confiditis de Christo patre vestro? Idem de clericis facientibus simoniam, recipiunt pro sepultura simoniace pecuniam. Benedictus qui confidit in Christo patre nostro piissimo. in ipsum proiiciamus omnem sollicitudinem nostram. 1. Pet. 5. Omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum, quoniam ipsi est cura de vobis. Proiicitur sollicitudo dicendo, Domine, ego seminabo campum &c. sed si habebo triticum domine, hoc est in vobis. Ego seruabo mãdata vestra, & vos dabitis mihi &c. Idem de vinea, & de omnibus negotiis. Item apostolus, Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestre innotescãt apud deum. Philip. 4. Dico tertio quòd Christus in hoc Euang. ostendit nobis tertiũ necessarium, quod est diligentia virtualis. Hoc dicit the. Quærite primũ regnũ dei, & iustitiã eius & hæc omnia. s. tẽporalia, adiicientur vobis. No. & iustitiã eius. Et dabo declarationẽ huius per autoritatem apostoli di. Non est regnũ dei esc & potus

Septem opera misericordiæ corporalia.

potus,ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto, ad Rom.14. egnum dei in tribus cõſiſtit.ſ.in iuſtitia,ne. ſ.aliquis faciat iniuriam lteri,vt habeat prouiſionem,imo ſi defraudaſti aliquem, vel iniuriam ntuliſti ei,ſatisfacias.Verbi gratia. Si damnificaſti aliquem in manu, ſic de aliis membris principalibus,ne poſsit acquirere prouiſionem, cce iniuſtitia eſt perpetrata, ſed tu debes eidem ſatisfacere, & in hoc uſtitia conſiſtit. Itẽ ſi aliquis tenebitur tibi in certa quantitate, & non oteſt ſoluere,& pro te derinetur captus,melius eſſet vt ſeruiret tibi in liquo,vel vt lucraretur aliquid,quia non eſt iuſtitia vt videtur,ſed cru elitas. Secundo regnum dei in pace conſiſtit, quod innuit apoſtolus um addit.Et pax. & illa pax debet hic incipere, quæ pax debet eſſe in orde,& oſtendit in ore.Hic errant aliqui confeſſores, q̃ aliquis iniu- iatus confitetur,dicentes q̃ illi qui ſunt paſsi iniuriã,debẽt remittere Leſi tene- mur quidẽ ledentibus parcere;or dine iuris ſeruato. otũ &c.hoc non eſt verum,veruntamen odium cordis debet remittere ffenſus, ſed ſi vult,poteſt proſequi ciuiliter vel criminaliter cauſam iam iuridicè, ſed requiritur quòd habeat propoſitum non nocen- i inimico,etiam ſi ipſum inueniret dormiendo,ſine ordine iuris.Item ebet oſtendi pax in ore,ſalutando,loquendo &c. Si dicatur , incipiat oqui &c. dicatur quòd qui incipit loqui , potius videtur lucrari coro- am, quam ille qui reſalutat,quia Iudæo & Agareno ſalutanti loqui- ur homo reſalutando. Tertio regnum cælorum in gaudio conſiſtit, uod notat apoſtolus cum dicit,gaudium,de hoc vide ſanctum Thom. ij.q.xj artic.j.quo quærit,vtrum ad beatitudinem requiritur dele- atio. Et hoc gaudium eſt gaudium de habitatione vitæ beatæ & pa- adiſi , ſiue de viſione beata diuinæ eſſentiæ , nec immerito , quia ibi ſt ſanitas ſine morte , gaudium ſine triſtitia , iuuentus ſine ſenectu- e &c. Sequitur , Et hæc omnia , ſcilicet bona temporalia adiicientur obis. Ergo quærite primum regnum dei,& iuſtitiam eius.

De animabus in purgatorio Sermo ij.

Odie eſt , & cras in clibanum mittitur. Matth. 6. Modo iuxta intellectum quem volo prędicare & pertractare de animabus purgatorij,oportet declarare tres breues propoſitiones. Prima propoſitio eſt talis. Præſens vita tota eſt ſicut vna dies vſualis vel artificialis. Secũda, q̃ de nulla erſona proprie dicitur eſſe nec viuere,niſi ſit in ſtatu gratię diuinalis. ertia,q̃ locus purgatorij eſt ſicut caminus vel furnus,in quo fit panis aterialis. Prima propoſitio declaratur ſic. Vos debetis ſcire, q̃ ſecun- um q̃ ſancta mater eccleſia diuidit diẽ,q̃ diuiditur in ſex horas.ſ.pri- næ,tertiæ,ſextæ,nonæ,veſperarũ,& completorij,ſic etiã vita hominis iuidit in ſex partes. Hora prima hoĩs eſt a natiuitate vſq; ad.x. vel.xij. nnos.Ratio,qa ſicut claritas diei incipit hora primę,ita tũc,hoc eſt.x. el.xij.anno,hõ incipit intelligere & cognoſcere aliqua,nõ tamẽ habet

magnam

magnã claritatẽ scientiæ, quia nec hora primæ sol dat magnã claritatẽ mundo. Hora tertia a xij. vsque ad xx. vel xxv. annos. Ratio, quia sicut hora tertia sol est altior, clarior, & calidior, quàm hora primæ, ita tunc homo habet altitudinem corporalem, & maiorem claritatem intellectus, nisi sit stultus, & etiã caliditatem complexionis. Hora vj. hominis est a xxv. ann. vsque ad xl. annum. Ratio, quia sicut sol in illa hora est in altiori gradu, ita homo tunc est in sua perfectione. Hora nona a xl. ann. vsque ad lv. annum. Ratio, quia sicut sol in illa hora incipit declinare, ita calor naturalis tunc incipit declinare, & etiam fortitudo. Hora vesperarum hominis est a lv. anno vsque ad lxx. annum. Ratio quia illa hora iam sol inclinatur ad occasum, sic & homo ad mortem. Hora completorij hominis est a lxx. anno vel lxxx. vsque ad finem. Et ex ista ratione vita hominis dicitur vna dies, habens istas sex partes prædictas. Aut. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, psal. 94. Hodie, scilicet in tota vita præsenti, quia in alia vita non sunt prædicatores, sed hodie, scilicet in hac vita, & ita exponit apostolus ad Heb. 3. Auditur autem vox dei legendo, vel prædicationes audiẽdo. Patet ergo prima propositio, scilicet quòd tota præsens vita est vt vnus dies vsualis. Secunda propositio dicit, quòd de nulla persona proprie dicitur esse, nisi sit in gratia diuina, quia qui non viuit in gratia, non dicitur viuere. Ratio, quia philosophus dicit, quòd forma est quæ dat esse rei, sicut in homine est materia, scilicet corpus & forma, scilicet anima, quæ dat esse corpori. Idem de esse spirituali, quia licet anima sit forma substantialis corporis, & essentialis, tamẽ ipsa anima habet esse per aliam formã, scilicet per gratiã diuinam, & quandiu est in gratia, viuit, quando autem anima perdit gratiam dei, non habet esse gratiæ. Ideo Hier. Patres nostri peccauerunt, & non sunt, Thre. 5. quia licet habeant esse naturale post peccatũ, tamen nõ habẽt esse spirituale. Sed ille dicitur esse spiritualiter, qui est in gratia, deuotiõe, & dilectione dei. Ideo Christus, Qui habet mãdata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Io. 14. Patet secunda propositio, quòd nulla persona habet esse &c. Tertia ꝓpositio dicit, ꝙ locus purgatorij est sicut furnus, in quo fit panis &c. quia sicut in furno mittitur panis, nõ ad cõburendũ, sed ad coquendũ, & inde extrahitur, & præsentatur pape, prælato, vel etiã regi, & ponitur in mensa sua. Itẽ purgatoriũ est vt clibanus, in quo mittũtur anime, nõ vt fiant carbones, vt ille de inferno, sed vt mũdentur, & purificẽtur, deinde extrahũtur inde ab angelis, & præsentãtur pape Iesu & regi Christo, & ponũtur in mẽsa gloriæ eius. Ideo de purgatorio dicit propheta, Quasi clibanus succensus a coquente. Osee 7. s. post mortẽ. Ideo loquẽs thema de homine dicit, Hodie, id est in hac vita corporali, est. s. in gratia dei, & cras. i. post mortem, in clibanũ mittitur, quia nulla anima intrat purgatoriũ, nisi sit in gratia dei. Nõ loquitur thema de animabus

perfe-

erfectis, quia ille ſtatim euolant ad paradiſum, nec de animabus Chri
ianorum impenitentibus, nec de infidelibus, quia ille nõ ſunt, ſcilicet
n eſſe ſpirituali gratiæ, ideo ſtatim deſcẽdunt ad infernum, ſed loqui-
ur ſolum de illis quæ vadunt ad purgatoriũ. De qualibet tali dicitur,
Hodie eſt, & cras in clibanum mittitur. Patet thema. Modo volens vo-
is declarare ſtatum purgatorij, ſciẽdum eſt quòd purgatorium eſt in
orde terræ. Nam ſicut in corde pomi ſunt domus, ita etiam in corde
erræ ſunt quatuor domus. In inferiori eſt ignis perpetuus. & eſt plena
æmonibus, & ibi ſunt animæ chriſtianorum impenitentium. Alia do-
nus eſt ſuper illam, ſcilicet limbus paruulorũ, in quo nõ eſt ignis, nec
æmones, & eo vadunt pueri nõ baptizati. Tertia domus eſt purgato-
ium, in qua eſt ignis vt flamma clara, ſed non ſunt ibi dæmones. Quar
a domus eſt ſinus patrũ ſanctorum, & illa modo vacat. Modo ergo ha-
eo loqui de purgatorio, quod dicitur clibanus, in quo coquitur panis
nimarũ, qualiter hoc fit, declarat apoſtolus, cui deus oſtẽdit clare cum
dhuc viueret, di. Si quis ſuperedificat ſuper fundamẽtũ hoc aurũ, argẽ
ũ, lapides precioſos, ligna, fenũ, ſtipulã, vniuſcuiuſq; opus manifeſtum
rit. Dies em̃ dñi declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſque
pus quale ſit ignis probabit. Si cuius opus mãſerit, quod ſuperedifica
it, mercedẽ accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe
utẽ ſaluus erit, ſic tamẽ quaſi per ignẽ. 1. Cor. 3. No. ſi quis ſuperedifi-
at ſupra fundamentũ hoc. ſ. fidei ſine errore, dubio, & falſa opinione,
urũ. ſ. charitatis, & argentũ credulitatis, & lapides precioſos. ſ. virtu-
um & meritorũ, ligna, fenũ, & ſtipulam, ſcilicet peccatorũ venialium,
etrimentum patietur. ſ. in purgatorio, ipſe tamẽ ſaluus erit, ſic tamen
uaſi per ignẽ. In dicta autoritate apoſtolus innuit quòd in purgatorio
unt tres partes, & in vna fit ignis de lignis, in alia de feno, & in alia de
aleis. Et ignis de lignis plus durat quam̃ de herba ſiue feno, & plus
e feno quam̃ de palea. Ita in purgatorio aliqui ſtãt diu, aliqui nõ tan-
um, aliqui modicũ. Primi comparantur lignis. Secundi feno. Tertij pa-
eis. De his tribus conditionibus habebo modo loqui.

Primo ligna ſunt imperfectiones pœnitentiales.

Secundo fenum ſunt commiſsiones veniales.

Tertio palee ſunt omiſsiones cerimoniales.

Locus ſcri
pturæ diſ
cutiendus, ex quo
probatur
eſſe purga-
torium.

Et de qualibet di. the. Hodie eſt, & cras &c. Dico primo, quòd ligna
ſunt perſonæ quæ vadunt ex hoc mũdo cũ imperfectione pœnitẽtiali,
quia licet fecerint pœnitentiã de peccatis, quia aliter irent ad infernũ,
nõ tamen tantum quantũ requirunt peccata, quia doctrina eſt canoni
ſtarũ, quòd pro quolibet peccato mortali homo tenetur vij. annis peni
tere in hoc mũdo, aliter reſtat cõplenda pœnitentia in purgatorio. Si
utẽ dicatur, Et nũquid pœnitentiæ ſunt arbitrariæ? Dico quòd in pœ-
nitentia ſunt duo. ſ. qualitas, quòd ſit talis vel talis, & hoc eſt arbitra-
rium.

Quamuis
pœnitẽtiæ
ſint in con
feſſorũ ar-
bitrio quã
tũ ad qua-
litatem, nõ
ſunt tamẽ
quarum
ad quanti-
tatem.

Qua ratione ecclesia taxauerit septem annos cuiuis mortali peccato.

rium. Secundum quãtitas tẽporis est, & hoc nõ est arbitrariũ secundum canones, quia iam quantitas temporis est taxata & limitata. S. septem annorum. Verbi gratia. Si quis furatus fuit, peccauit mortaliter, & sufficit ad damnationẽ, sed non est de maioribus: pro isto oportet facere septem annis pœnitentiã. Et licet cõfessor nõ dicat, iam limitata est in iure. Sed qualitas est in arbitrio cõfessoris, scilicet quòd ieiunet semel in hebdomada, vel in mense. Si vero peccatum mortale sit maius. vt homicidium, vel periurium &c. qualitas pœnitentiæ erit maior. Sed quãtitas temporis erit septem annorum. Ratio, quia in quolibet peccato mortali homo facit iniuriam contra septem dona spiritussancti, propter hoc sancti patres scientes dei voluntatem, in iure ordinauerunt vij. annos de pœnitẽtia. Not. tamen secundum S. Tho. quòd rationabiliter cõfessores iniungunt quandoque minorem pœnitentiã. De hoc vide doct. in iiij. & sic videntur esse arbitrarie vtroque modo &c. De dictis autoritas allegorice, & sunt verba dei patris ad filiũ, Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi, & in septimo egredietur liber gratis. Exod. 21. Nota, Si emeris seruum Hebræum &c. Not. emitur in confessione, vnde emptor est cõfessor, qui tractat cum Christo, qui precio sui sanguinis emit nos. Sex annis seruiet tibi, & in septimo, scilicet completo, egredietur liber. Modo fiat talis deductio. Quotiescunq; recurristi ad diuinos, sortilegos, siue coniuratores, numera, pro qualibet vice penitere debes septem annis, eo quòd cõtra præceptum dei iuisti, & mortaliter peccasti. Item quoties iurasti in vanum, vel falsè renegido, siue blasphemando, licet cõfessus fueris, computa septem annos de pœnitentia pro quolibet. Item quoties fregisti festa, de quolibet opere seruili. Item non audiendo missam, numera pro qualibet vice septem annos. Item quoties despexisti parentes, corde vel opere, numera pro qualibet vice septem annos. Item quotiescunque consensisti in aliquod opus mortale, numera &c. Item quoties fecisti luxuriam, numera pro qualibet vice septem annos. Item pro quolibet furto. Item pro qualibet diffamatione, numera septẽ annos de pœnitẽtia. Forte est aliquis, qui ex suis peccatis obligatur in centũ mille annorũ de pœnitẽtia. O dices tu, Si cõfessor nõ dedit &c. Verũ est, sed iam est taxata. Si dicatur, Ego nõ viuã tantũ. Verũ est. Ideo cõplebitur in purgatorio. O dices, Si purgatoriũ nõ durabit tantum. Solutio. Propter hoc cõgregabit deus pœnam. c. vel mille annorum totam in vna die. O quis poterit sustinere? Sed ecce remedia, quia si vltra pœnitentiã confessoris vis addere, diminuitur tempus in purgatorio. Propter hoc dicit discretus confessor in confessione, Passio domini nostri Iesu Christi &c. & quicquid boni feceris &c. Item si vultis orare, ieiunare, vel portare cilicium &c. Ista opera possunt fieri ita deuotè, q; remitteretur vobis mẽsis, vel annus, vel plus, & tanta poterit esse cõtritio, quòd totũ dimitteretur, dicente

psalmo,

Christo, Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quoniã rogasti me. Mat. 18. Item audiendo missas, sermones, dando eleemosynas, lucrãdo indulgentias. Sic paulatim homo deo obligatur. Ecce quare dicit apostolus, Si quis superædificat supra fundamentum hoc lignum. i. imperfectiones pœnitentiales. Velitis ergo congregare & facere opera pœnitentialia. Et sic euadetis de illo igne, & pœna purgatorij, quæ est ita dura & aspera. Magna fuit pœna. b. Laurẽtij in craticula, & etiam beati Bartholomæi, sed nihil fuerunt respectu pœnæ purgatorij, in tantũ ꝙ momentũ videtur mille anni, & clament animę dicẽtes, Heu mihi quia incolatus meus prolonga. &c. Ideo velitis iuuare animas parentum & amicorum, quia continue petunt di. Domine pone in corde hæredis mei. filij, vel manumissoris, vt compleant testamenta. Modo notate hic quod peccatum est illorum, qui non complent testamenta, & occupant bona eorum, qui eis commiserunt animam, & ipsi nõ curant. Ideo quia animæ non sentiunt adiutoriũ, conqueruntur deo di. Iustitia fiat cõtra illos traditores in mundo. s. filios, hæredes, manumissores &c. Et creditis ꝙ deus sit surdus, ꝙ non audiat? & cæcus quòd non videat. s. istas crudelitates? Ideo dicit Christus, Nunquid deus non faciet vindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, & patientiã habebit in illis? Dico vobis ꝙ cito faciet vindictam. Luc. 18. Quia si videres patrem in igne quem posses iuuare, & non curares, quæ crudelitas esset? maior est ista. Ideo dicit scriptura. 2. Macha. 12. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluãtur. Dico secũdo quòd fœnum seu herba dicuntur personæ, quæ transeunt cum peccatis venialibus. Nota hic differentiam inter peccatum veniale & mortale. Peccatum mortale est quodlibet opus quod fit contra præceptum dei. Venialia peccata sunt excessus vitæ, qui tamen non sunt contra præceptum dei. Verbi gratia. Si vos comeditis nimis excessiue, vel quia frãgitis ieiunium ecclesiæ seu voti, mortaliter peccatis, si cum tali peccato decedetis, ad infernum ibitis. Sed comeditis modicum plus ex bonitate panis, vel bibitis plus, non tamen inebriamini, quia tunc esset mortale, quia sicut scindere manum vel pedem proximo est peccatum mortale; maius est scindere caput animæ. s. intellectum, inebriando se, & efficitur peior quam bestia, quæ onerata scit transire per viam arctam, & ebrius nescit incedere per viam latam. Secus si ex bonitate vini bibit bis vel ter, veniale forte erit. No. de fratre predicatore, bibente de sero nam taceam vini sine aqua, vt posset dormire, & surgere ad matutinas, & post mortem apparuit petens adiutorium. Idem de mulieribus, quæ ornantur, aliquæ peccant mortaliter, aliquæ solum venialiter. Venialiter peccant illæ, quæ solum vt placeant viris, & ne despiciantur ab eis, ornant se aliquantulum, sed illæ peccant mortaliter nonnunquam, quæ ornant se excessiue, ostendentes mammillas homi-

Quid interest veniale & mortale peccatũ interfit.

nibus &c. Iam videtur quòd vultis eas vendere. Item si mulier in vestitu facit excessum, sed non contra deum, & præceptum dei, quia de suis redditibus, vel patrimonio, vel de suo officio, veniale est. Sed quando de vsura, rapina, vel furto, vel de falsis aduocatibus viri, mulier vult habere vestes, tales ad infernum vadunt, quia faciunt etiam damnari viros, quia vt prouideant vanitati vxoris, habent facere vsuram, rapinam &c. quia sunt aliquæ quæ non permittunt viuere viros pacifice, nisi earum vanitati satisfaciant. Item multum ridere veniale, sed quando rident in blasphemiis, vel truffis, de deo & de sanctis, tunc est mortale. Item in locutione, tanta difficultas esset facienda quanta ad aperiendum bursam solutioni, quia semper disputat. Idem deberet esse de verbo, quare loquar. No. dicit Amb. in lib. de paradiso. Peccatum est transgressio diuinæ legis, & cælestium inobedientia mandatorum. Alij autem excessus vitæ sunt commissiones veniales. Ideo dicit apostolus, Si quis superædificat supra fundamentum hoc fœnum, detrimentum patietur &c. Ecce secunda pars purgatorij, in quo comburitur fœnum. Dico tertio, ꝙ paleæ sunt personæ quæ transeunt omissione cerimoniarum, quia sicut palea cito comburitur, sic tales modicum stant in purgatorio, quia per mensem, vel hebdomadã, per diem vel horam, vel transeunt subito vt sagita ex omissionibus cerimoniarum, quæ sunt quando homo facit aliqua bona opera, sed non ita deuote, vt fieri debent. Verbi gratia. Quilibet nostrum tenetur confiteri in quadragesima, & vos venitis ad confessionem impræmeditati, & dicitis confessori, Interrogetis me, quia non recordor de aliquo peccato. Sed si confessor esset astutus, vt peteret de vicino &c. vos diceretis de illo non solum mortalia peccata, sed etiam venialia, sed de vestris non recordamini. Ideo quando homo debet ire ad confessionem, primo debet præmeditari quomodo peccauit, corde cogitando, ore loquendo, oculis aspiciendo, auribus audiendo &c. & vos venitis ad confessionem sicut ad forum. Aliqui confitentur negligenter, quia in principio quadragesimæ esset confitendũ, & ipsi expectant vltimam diem. Sed ex quo confitentur, non est mortale, sed si non cõfiterentur esset mortale. Item communicare debemus in pascha, quod qui non facit, peccat mortaliter, sed qui non bene se præparant, aliquando venialiter peccant. Item presbyteri si non dicunt officiũ, mortale est, si autem dicunt, sed non cum illis cerimoniis, vt tenentur, vel non bene se signando, vel non profunde se inclinando, venialiter peccare possunt. Item si non impletis pœnitentiã iniunctam à confessore, mortaliter peccatis. Propter hoc confessores debent dare pœnitentias tales, & taliter, vt recordentur & impleantur: si autem seruant pœnitentiã sed negligenter & indeuote, nonnunquã venialiter delinquunt, & sic de aliis negligentiis. Nota miraculum de beato Augu. cui

pparuit dæmon, cum esset in studio, qui portabat quendam magnum brum, in quo scribebat peccata & negligentias hominum per a, b, c. interrogatus an esset ibi aliquid de eo, respondit quòd sic. Et Augu. proditor de peccatis ante baptismum factis ego non curo, quia illa emissa sunt post baptismum, non habeo conscientiam de aliquo. adiuratus dæmon, ostendit sibi librum, in quo legit Augustinus, ali die talis anni Augustinus dimisit completorium &c. O dixit dæon, Decepisti me, quia expectabam q̃ ex ista negligentia transires rgatorium. Ideo auisetis vos, & sitis diligentes, quia alias ille totum ribit. Ideo dicit Christus, Cum accepero tẽpus. s. per mortẽ, ego iustis iudicabo. i. opera iusta, psal. 74. sed negligẽter facta. Ideo faciatis cũ diligẽcia, & feruore spiritus. Ecce quare dicit apost. Si quis superdificauerit supra fundamentũ hoc stipulam, quæ significat tertiã parem purgatorij, in qua comburentur omissiones cerimoniales. Ecce uare dicit the. Hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deo gratias.

De eadem dominica xv. Sermo iij.

NOn potestis deo seruire, & Mammonæ. Matth. 6. originaliter, & in euangelio currentis dominicæ recitatiue scribitur verbum istud. Pro impetranda &c. Sed saluetur virgo Maria &c. Istud verbum est domini saluatoris nostri Iesu Christi, dicentis omnibus nobis, Non otestis deo seruire &c. Nota quòd Mammona in scriptura sancta significat diuitias temporales, vult ergo dicere dominus, Non est possibile quòd simul seruiatis deo, & diuitiis temporalibus. Pro declaratione huius verbi sciendum, quòd differentia est inter seruire temporalibus diuitiis, & dominari. Nam sicut homo dicitur dominus, qui habet seruos, & vnum mittit ad vineam, alium ad campum &c. facit eos laborare & seruire, vt lucrentur, sic ille est dominus diuitiarum qui non permittit diuitias quiescere in taxia, sed facit laborare & seruire eas, & partẽ mittit in Barbariã, pro redimẽdis captiuis. tem ad construendum hospitalia, ecclesias, subuenit pauperibus &c. ille est dñs diuitiarũ, qui in operibus misericordiæ facit eas laborare, seruire, & hoc est bonũ & sanctũ, & cõcordat cũ ordinatione diuina, quia quando deus ab initio creauit hominem & mulierẽ, dedit eis dominiũ super omnẽ creaturã di. Dominamini piscibus maris, & volatibus cæli, & vniuersis aiantibus, quæ mouẽtur super terrã. Gen. 1. Aurũ enim & argentum sunt res temporales, ergo bonum est dominari eis. et isto modo sancti patriarchę lucrati sunt paradisum per opera misericordiæ de pecuniis &c. Sed seruire diuitiis est contra naturã, scriptuã & contra deũ & bonã rationẽ, quia dñs debet quiescere, & seruus laborare, & seruire. Oppositum facit qui seruit pecuniis, quia ipse laborat de die & de nocte, per terram & mare, cum periculis, & pecuniæ

quiescunt in taxia siue in domo, vt domini. Hoc dico quòd est contra naturam, scripturam &c. & homo quem deus fecit dominum, ipse facit se seruum, & hoc est malum & peccatū. Propter hoc dicit Christus, Non potestis deo seruire &c. Licet simul positis seruire deo, & dominari diuitiis, non tamen simul potestis seruire deo & diuitiis. Patet the. Ego quæsiui in scriptura, & inueni quòd diuitiæ habent quatuor conditiones malas, propter quod homo non potest seruire deo &c.

Primo diuitiæ huius mundi sunt maculosæ turpiter.
Secundo sunt deceptiuæ fallaciter.
Tertio sunt ociosæ inaniter.
Quarto sunt periculosæ finaliter.

Ideo cauendum est ne seruiamus eis. Ideo dicit Christus, Non potestis &c. Dico primo quòd diuitiæ temporales huius mundi sunt maculosæ turpiter, quia à capite vsque ad pedes, intus & extra, maculant hominem qui eis seruit. Primo maculatur in intellectu, quo deberet cogitare de suo creatore, de anima, de alio mundo, sed qui seruit pecunis, si orat, statim cogitat de negociis, de mercationibus, de feriis &c. Item maculatur in voluntate, quæ debet inflamari, & desiderare, quãdo erit in gloria &c. exire carcerem huius mundi, sed diuitiæ auferunt desiderium paradisi. Dicunt enim nonnulli, quandoque diuites, Domine libenter facerem pactum vobiscum, & non curetis de me, & ego non curabo de vobis. O verbum infidele. Item maculatur in memoria, quia deberet cogitare quantum deus fecit pro nobis. Voluit enim nasci, pati in ligno crucis, & mori, ne aliquis sibi credens & obediens &c. damnaretur. Sed diuitiæ faciunt memorari de mercationibus, castris &c. Maculant os per mendacia, & falsa iuramenta. Item maculant aures, quia plus placet diuiti seruienti diuitiis, audire de mercationibus, quã verba dei, sermones &c. In manibus & pedibus, & in toto corpore, quia plus laborat in pecuniis congregandis, & in pœnitentia &c. Ecce quomodo maculant totum hominem, & hoc prouenit ex propinquitate rerum immundarum, per quas maculantur etiam res mundæ, quia si tela ligni albi approximetur tinctuꝛę, maculatur. De hoc vide sanct. Tho. prima secundę, in materia de macula peccati. Ideo dicit scriptura, Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Eccl. 13. In cuius signum manifestum Aug. quærit in libro de trinitate, de multis, quæ ad oculum videntur, de quibus non potest ratio sufficiens assignari, vt de auro tam mundo, & argento tam claro & albo, & faciunt lineas nigras, & maculant manus computantium &c. De hoc ratio sufficiens non potest assignari, vt dicit August. nisi quia deus dat signum, quòd sunt sicut maculæ animarum. Ideo dicit scriptura, Argentum eorum foris proiicietur, & aurũ eorũ in sterquiliniũ erit, Eze. 7. No. sterquiliniũ cõgestum in domo corrũpit & facit domũ fetidam, sed in campo sicco dispersum facit

facit ipsum fructificare. Ita de moneta in taxia congesta, sed si in terra sicca dispergatur, ipsam faciet fructificare in vitam æternam. Ecce quare dicit, Argentum eorum foris &c. Ex ista ratione deberent multum cauere religiosi, clerici, ne macularentur in manibus congregando pecunias, quia habẽt tractare corpus Christi. Ideo apostolus, Omnia, scilicet quæ sunt tẽporalia & mũdana, arbitror vt stercora, vt Christũ lucri faciam. Phil. 3. Dico secundo ꝙ diuitiæ &c. tres magnas deceptiones faciunt. Prima, nam magna deceptio est recipere apparentiã pro existentia. Sicut, verbi gratia, esset deceptio, recipere somnium pro veritate, vt si famelicus somniaret, ꝙ comedisset splendide, & reciperet per veritatem, deceptus esset, cum nihil haberet in stomacho de illis in somnio visis &c. Isto modo diuitiæ huius mundi decipiunt, quia illi qui credunt se esse diuites, somniant, vt si rusticus somniaret ꝙ esset rex, & mulier ꝙ esset regina, sed quãdo excitatur, inuenit se super paleas &c. Idem de clerico paupere somniante ꝙ est papa, sed quando excitatur, inuenit se solum, ita quòd somnia non sunt nisi apparentia, & quia ea recipit pro existentia decipitur. Ita de diuite dicente, Ego habebo tot milia florenorum, & tot redditus, possessiones &c. sed quando excitatur in morte inuenit se vacuum, sicut qui excitatur à somno, quia vita præsens non est nisi somnium, & quando homo excitatur per mortẽ, inuenit se deceptum. Modo pauper somniat ꝙ sit vel est papa, totum est somniũ. Patet quomodo pecuniæ & honores sunt deceptiui, quia apparentia faciunt recipere pro existentia. Autoritas. Dormierunt somnium suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Psal. lxxv. Qui sunt in alio mundo, cognoscunt ꝙ ista vita non est nisi somnium. Secundus modus decipiendi est recipere imaginem pro re, sicut si alicui homini habenti vxorẽ dilectam depingeretur imago vxoris, & reciperet imaginem pro vxore mortua vel absente. Idem de imagine filij &c. bene esset deceptus. Talem deceptionẽ faciunt diuitiæ huius mundi. Nam verè diuitiæ sunt in cælo, diuitiæ verò huius mundi solum sunt imagines &c. de istis diabolus decipit gentes, quemadmodũ tigris decipitur. Dicunt naturales quòd tigris est serpens velocissimi cursus, & currit plus quam velox equus, & filij sui sunt boni pro tyriaca, & ab ea dicitur tyriaca. Et dicitur quòd qui vult habere filios, facit istam cautelam, habet tria magna specula rotunda, & obseruatis prius filiis eius, quando tigris est absens, recipit filios, & fugit in aliquo bono equo, & quando tigris venit, & non inuenit filios, naturaliter sentit per quã viam vadit homo, & insequitur eum. Tunc homo sciens eam venientem proiicit vnum de speculis, & ipsa videns in speculo imaginẽ suam, credit ibi filios esse dans ei vbera, & postquam cognoscit se deceptam, iterum insequitur fugientem, & ille iterum proiicit secundum, & ita de tertio, & tandem est ille in tuto. Isto modo diabolus decipit

Cur à tygre tyriaca dicatur.

nos, impediens ne possimus attingere ad filios nostros. Nã certum est quòd filij qui moriuntur in statu innocentiæ, recte euolant ad paradisum, & nos debemus currere vt perueniamus ad paradisum, sed diabolus decipit nos cum tribus speculis. Primum speculum est diuitiarum, quia verè diuitiæ sunt in cælo, sed iste diuitiæ huius mundi sunt instabiles, & totæ volubiles vt tigris. Secundum est honorũ, prælationum, officiorum, habere regimen, quæ non sunt nisi imagines, quia veri honores & vera officia in paradiso sunt, & tu recipis imaginem pro re. Tertium est delectationum huius mundi, quæ etiam sunt imagines, quia vere delectationes sunt in cælo, & ista specula retinent nos, ne ad paradisum perueniamus. Ecce quomodo diuitiæ sunt deceptiue. Tertius modus decipiendi est recipere vmbram pro veritate. Recitetur parabola de quodam cane portante frustum carnis in ore, qui cum natando transiret flumen, vidit vmbram carnis, quam volens recipere, apperuit os, & perdidit veram portionem carnis. Idem de diuitiis quas non multum diligatis, quia non sunt nisi vmbra, quia quando moritur dives, nihil de eis secum portat. Modo non cognoscitur quòd sunt sicut vmbra, sed illi de inferno cognoscunt, qui habent tantam indigentiam quòd guttam aquæ non possunt habere, vt patet de diuite epulone &c. Vnde dicunt damnati, Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transierunt omnia illa tanquam vmbra. Sapien. 5. Ideo si habetis pecunias, sitis domini, & non serui, quia iam videtis quomodo sunt deceptiue &c. Dico tertio quod diuitiæ sunt ociosè inaniter, quia nullum fructum faciunt. Vere diuitiæ duos faciunt fructus, scilicet satiant, & faciunt nullo indigere. Ideo in paradiso, vbi sunt vere diuitiæ, ita beati sunt satiati quòd nihil amplius appetunt, vident enim beatissimam Trinitatem virginem Mariam &c. Ideo Dauid, Satiabor cum apparuerit gloria tua, qui tamẽ erat rex gloriosus & ditissimus, qui in morte sua dimisit filio suo Salomoni quam maximas diuitias, qui tum dicebat, Satiabor cum apparuerit &c. quia diuitiæ huius mundi non satiant cor, imo faciunt plus appetere. Ratio, quia fames diuitiarum est in corde, quo non intrat pecunia, sed replent vel satiant bursam vel taxiam, quo intrant. Sicut de esuriente vidente mensam ornatam cibis, & non potest comedere, non solum non satiatur, imo esuries augetur, & appetitus. Idem dicendum est de auaro, & si posset comedere vel bibere aurum, satiatur, sed quia non potest, satiatur bene bursa, & non cor. Dicit clericus, O si haberem beneficium competens, essem contentus, sed quando habet, statim vult maiora &c. Idem de laicis dicentibus, O si ego haberem tot redditus &c. talem possessionem, essem contentus. Ideo dicit scriptura, Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructum, scilicet satiandi non capiet ex eis. Eccles. 5. Secundo diuitiæ huius mundi non auferunt indi-

gentiam,

gentiam, imo augmentant. Nam si habetis campum, indigetis bestiis ad arandum, & aratro, & stabulo &c. Ecce quot indigentiæ. Item si habetis barcham, vel nauem, dicatur quibus indigetis. Item si habetis vineam, & equum, & similia, indigetis multis. Ideo Apocalypsis tertio capite. Dicis quòd dives sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, & miseribilis, & pauper. Item Prouerbiorum 13. cap. Est quasi dives, cum nihil habeat, & est quasi pauper, cum in maxis diuitiis sit. Dico quarto quòd sunt periculose finaliter, scilicet animæ & corpori. Animæ multum periculose sunt, quod patet ex multorum diuitum damnatione. O quot religiosi, quot clerici, quot laici ex eis damnantur, & propter eas, quot religiosi, qui contra votum paupertatis propter diuitias agunt, quot clerici per symoniam beneficia propter auaritiam consequuntur. Item quot per vsuras ditantur. Item fiunt se negotiatores, habentes possessiones &c. cum tamen deberent habere cor liberum ad cogitandum ea quæ dicunt, & legunt. ea quæ legimus debemus cogitare. contra quos dicit apostolus, Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, vt ei placeat cui se probauit. ij. ad Timot. ij. Et proh dolor, nonnulli clerici & religiosi propter auaritiam damnantur. Idem de vobis laicis, quot mendacia: & quot falsa iuramenta fiunt pro diuitiis? Dicatur contra illos, qui faciunt alios iurare, cum miraculo quod recitat Augustinus de illo homine bonæ vitæ, qui fuit condemnatus in dei iudicio, quia fecit iurare vnum pro debito in curia. Cui dixit deus, quòd melius esset perdere bona quam animam illius. Quod multum debent attendere officiales, ne faciant iurare falsa iuramenta, quia non solum damnatur periurans, sed etiam qui iniustè facit alium iurare, non inuoluatis animas cum rebus temporalibus. Propter ista pericula dicit Christus, Amen dico vobis, quia dives difficile intrabit in regnum cælorum. Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quam diuitem in regnum cælorum intrare. Matth. 19. Item sunt periculose corpori vel carni. Nonne quandoque audiuistis quòd duo amici vel socij pro monera contenderunt? Item socius interfecit socium, seruus dominum, vt patet de quodam archiepiscopo de Tharentasia diuite, interfecto a suo sartifero pro sua moneta &c. Ideo dicit scriptura, Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole, diuitiæ conseruate in malum domini sui, Eccles. 5. Ideo si habetis diuitias de bono iusto, laborent & seruiant in operibus misericordiæ. Si de iniustis bonis, seruiant illi restituendo cuius sunt &c. Non faciatis iniustitias, vel vsuram, rapinam &c. vt filiis dimittatis magnas diuitias. Detis eis bonum instrumentum, quia de aliis deus prouidebit eis. Nam ipse parauit dotem pro filiis maritandis &c. Recordemini de verbo Christi, Non potestis deo seruire & Mammone &c. Deo gratias.

De eadem dominica xv. Sermo iiij.

FRatres si spiritu viuimus. Habetur verbum istud originaliter ad Gal. 5. & recitatiue in epistola currentis dominice. In isto sermone ego intendo declarare quot modâ sunt bonæ vitæ, & spiritualis, ad seruiendum Deo in hoc mundo, ad habendū gloriam æternā in alio. Sed primo salutetur virgo Maria. Hoc verbū indiget declaratione, & breuiter veniendo ad materiam prædicandā, sciendū ꝙ omnis vita & opus hominum tota est & venit per substantiā spiritualē, ita ꝙ nec vita hominis nec opus, potest durare sine substantia spirituali. verbi gratia. Vita corporis, & etiā opus eius, nō potest esse sine substantia spirituali. s. anima rationali, quia separata à corpore anima, iam videtis quid est corpus, nisi tūcus putridus, nullū habens sentimentū, quia in oculis non remanet visus, nec in auribꝰ auditus &c. Patet ergo ꝙ vita & operatio corporis tota est ab anima rationali, quia quādiu anima est in corpore, corpus habet visum in oculis, auditū in auribus, & sic de aliis sentimentis: ergo tota vita & operatio corporis est à superbia spirituali. s. ab ipsa anima. De hoc, licet sit verū, tamen auto. Christi di. personis carnalibus, quæ appreciabātur sede corporis pulchritudine, fortitudine, & gratiositate, Spiritus est qui viuificat, caro nō prodest quicquā. Io. 6. quasi dicat, Vnde habetis pulchritudinē, fortitudinē, & gratiositatē, nisi ab anima? caro autē non prodest quicquā. Patet ergo &c. Modo videamus de vita & operatione ipsius animæ, hoc est subtilius. Nam anima licet det vitā corpori, tamen ipsa de se non habet vitam, nec operationem, sed ab alia substantia spirituali maiori, s. à spiritu sancto. Quandiu anima habet spiritum sanctū secum, habet vitā & sentimentū, quia spiritus sanctus dat sibi visum contēplationis, auditū clarū prædicationi, olfactū deuotionis, virtutū, & sanctitatū, personarū sanctarū, in ore verbum confessionis, & orationis, gressus sanctitatis & sentimentū bonæ cōscientiæ, & durationis in bona vita. Si autē anima ex defectu suo, vel diaboli tentatione, vel mundi occasione, vel carnis inclinatione, perdit substantiam spiritualē. s. spiritum sanctū, ita iacet mortua in corpore, vt corpus mortuum in sepulchro. Patet ergo ꝙ tota vita, & operatio animæ est à substantia spirituali. s. à spiritu sancto. Auto. Dauid Psal. 103. Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerē suum reuertētur. Nota auferes quia. s. peccauerunt tibi. Ideo auferes ab eis spiritum sanctum. Sicut in mundo extrahitur bonus liquor de vase inepto, deinde orat di. Emitte spiritum tuū, & creabuntur, & renouabis faciē terræ, quia anima mortua fit viua, inimica fit amica, aliena familiaris, sterilis, fecunda. Patet ergo doctrina, ꝙ omnis vita & operatio, tam corporis quam animæ, est à substantia spirituali. Ideo benedicit thema. Fratres spiritu viuimus. Patet thema. Et ego sum in materia prædicanda. Modo videamus

quot

quot ſunt vitæ ſpirituales, ad ſeruiendum deo in hoc mundo, & ad habendum vitam æternam in alio. Et inueni quod ſunt tres.

Prima eſt vita actiua, & iſta eſt laborioſa.

Secunda eſt vita contemplatiua, & iſta eſt delicioſa.

Tertia eſt vita prælatiua, & iſta eſt periculoſa.

Et quælibet iſtarum eſt a ſubſtantia ſpirituali a ſpiritu ſancto, ergo fratres ſpiritu viuimus. Dico primo quòd prima vita ſpiritualis eſt actiua, & iſta eſt laborioſa, ſicut quando creatura ſe dat laboribus corporalibus, vel ſpiritualibus, ad vtilitatẽ proximi. Et dicitur laborioſa propter grauitatem corporis opera facientis. Ideo apoſtolus, qui laborabat multum legendo, ſtudendo, ambulando, & prædicando pro vtilitate proximi, dicebat, Viuere in carne hic mihi fructus operis eſt, ſcilicet ratione meriti infra. Et hoc cõfidens ſcio, quia manebo & permanebo omnibus vobis ad profectum veſtrũ, & ad gaudium fidei. ad Phil. 1. Iſta eſt vita actiua, qua quis occupatur in operibus miſericordiæ, ad vtilitatem proximi, quæ corpore exercẽtur. Verbi gratia. Primum opus miſericordiæ eſt dare panẽ eſurientibus. Iſtud eſt primũ opus vitæ actiuæ. Et opus miſericordiæ nõ ſolum facit, qui dat panẽ, ſed etiã qui præparat cibum, farinã, vel bladũ &c. omnia iſta ſunt opera corporalia vitæ actiuæ. Etiam qui dat animæ eſurienti cibũ ſpiritualem, ſcilicet ignoranti oſtendit Pater noſter, Aue Ma. Credo, & modũ ſignandi ſe, & ſic de aliis. Tales complent primũ opus vitæ actiuæ. Iſtis dicet Chriſtus in die iudicij, ſedẽs in cathedra iudiciali, Venite benedicti patris mei &c. Eſurini enim, & dediſtis mihi manducare. Matth. 25. & reſpondebunt iuſti di. Domine, quando vidimus te eſurientẽ, & pauimus te? nunquàm te vidimus in mundo. Et Chriſtus reſpõdens dicet illis, Amen dico vobis, quicquid feciſtis vni ex minimis meis, mihi feciſtis. Ideo venite, & dabo vobis panem gloriæ. Secundum opus vitæ actiuæ eſt dare potum ſitibundo, & nõ ſolum ille qui dat vinum vel aquam, & qui accommodat vas, cantharum, vel aliud, ſed etiam ille qui miniſtrat, facit ſecundum opus vitæ actiuæ. Item ille qui ex ſuis monitionibus & verbis inducit peccatorem ad lachrymas cõpunctionis, quæ ſunt potus animæ. Talibus dicet Chriſtus, Venite benedicti &c. & dabo vobis potum in fonte vitæ æternæ, ſitiui enim & dediſtis mihi potum, &c. Matth. 25. Tertium opus eſt recipere peregrinum in domo veſtra, dando ſibi lectum, pellicium &c. Idem de illo, qui recolligit ſpiritum, vel animam vagabundam, totam in negotiis mundi occupatam, quæ recolligitur quando inducit talem perſonam, vt vadat ad miſſam in domo dei, & ad confitendum, & communicandum. Iſtud opus eſt maius. talibus dicet Chriſtus, Venite benedicti &c. ſcilicet in domum meã pulcherrimam. Domine, & quare? Et Chriſtus reſpondet, Hoſpes eram, & collegiſtis me. Quartum opus eſt veſtire nudum, non ſolum ille qui dat tunicam

vel pannum, sed etiam ille qui consulit vel leuat amore Dei sine pecunia, complet opus hoc. Item qui vestit animã nudam, & hoc fit quando homo docet virtutes proximũ. Nam vestes animæ sunt virtutes. Philosophus vocat virtutes habitus. Istis dicet Christus, venite &c. & induam vos vestibus gloriæ, quæ sunt clariores sole, quia nudus eram, & cooperuistis me &c. Quintum opus est visitare infirmũ, non solum qui visitat, sed etiam qui mittit tibi cibaria, vel alia, & qui seruit sibi patienter, vel qui ipsum prouocat ad patientiam. Item etiam qui visitat animam infirmam, & qui licet teneat bonã vitam, tentatur tamen de superbia, auaritia, vel luxuria. Et vos dicitis sibi, Vultis vos tantũ lucrũ, & tanta & tot opera bona, mortificare spiritualiter. Vnde si vultis vos viuere caste, caueatis de occasione, locutionibus, & cogitationibus, & viuetis caste. Item si tentatur de inuidia, oret pro illo cui inuidet. Ista est purgatio inuidiæ. Idem de ira, vt recipiat vindictam, cui dicere debetis q Christus & mater sua remiserunt &c. Talibus dicet Christus, Venite &c. Sextum opus est redimere captiuũ, quod implet non solum ille qui transit in Barbariam, sed ille qui iuuat, dando pecunias &c. & etiam ille qui iuuat captũ, qui nõ potest soluere, vt sunt multi, qui iuuant vel pecunia, vel lingua. Puta, vt si est iurista, vel notarius, omnes tales complent opus istud. Idem de illis, qui redimunt animã de captiuitate diaboli, cathenis peccatorũ ligatam, quæ redimitur prædicationibus, bonis monitionibus. Nam animæ quæ confitentur, & dimittunt peccata, redimuntur. Hac de causa venit Christus in Barbariam huius mũdi, ad redimendũ animas. Ideo dicitur redẽptor, quia precio sui sanguinis eas redemit. Talibus dicetur à Christo, Venite &c. Septimũ & vltimum opus vitæ actiuæ est sepelire mortuos. Istud opus cõplent nõ solum qui faciunt foueã, & etiam qui portant funus, & qui associant, & cooperiunt, sed etiã clerici, qui amore Dei sine pecunia faciunt sepulturam, quia aliàs, Amen dico vobis, receperunt mercedẽ suam. Idem de sepultura animæ. Anima est mortua mũdo, quãdo non curat de mũdo, nec negotiis eius, nec de familiaribus, nõ visitat, nec visitatur, talis sepelienda est in sepultura Christi, scilicet in vulnere lateris, quia per talem mortem talis sepultura acquiritur. Talibus dicet Christus, Venite, & dabo vobis sepulturam in cælo. Ecce opera vitæ actiuæ, propter quod Christus dicet in iudicio, Venite benedi. &c. Dicit hic glosa Petri Rauennatis, vel Petri Damiani, quòd Christus quando erit in cathedra iudicij, solum faciet mentionem de operibus misericordiæ actiuæ. Non dicet tunc Petro, Tu pro honori, & gloria, & amore mei fuisti suspensus in cruce &c. Ideo nec dicet Paulo, Tu fuisti decapitatus, nec Bartholomeo, Tu es excoriatus, nec Laurentio, Tu fuisti positus in craticula &c. Ideo volo tibi dare gloriã, sed solũ faciet mentionẽ de operibus misericordiæ di. Venite benedi. &c. In quo ostẽdit, quantũ sibi placent

opera miſericordiæ. Ecce quid eſt vita actiua laborioſa. Dico ꝙ iſta eſt ſpiritualis. Si dicat, & quō eſt ſpiritualis, cū eius opera ſint corporalia, quia dare cibū eſurienti opus eſt corporale &c. Dico ꝙ quāuis vita actiua corpore exercetur, tamen ſpiritualis dicitur ꝓpter principiū, & mediū, & finē, quia principiū vitæ actiuæ ſpirituale debet eſſe. Quare tu das cibum pauperi, nōne amore Dei? Si dicas ꝙ ſic, & ſic eſt in re, tūc principium illius dationis eſt ſpirituale. Sed ſi dicis, Illa intentione, vt habeas familiaritatē cū illa muliere, & tandē tuā cū eadē explere valeas libidinem, nihil valet illa datio, quia malū habet principiū. Itē tūc habet medium ſpirituale, quādo opus bonū, bonum habēs principiū, cōtinuatur ſpiritualiter, & bene, ſ. propter Dei honorē, alias nihil valet opus, ſ. dū bonū habens principiū malū habet mediū. Bonū enim ex integra cauſa eſt. Itē vita actiua etiā dicitur ſpiritualis propter finē, qui finis debet eſſe vt habeatur gloria ſpiritualis, dicēdo, Audiui ꝙ ex iſtis operibus vos dabitis gloriā veſtrā. Ideo volo ea facere, vt mihi detis &c. propter hoc prædicta vita actiua dicitur ſpiritualis. De hoc figura Ezec. 1. Qui vidit quatuor rotas, quas præcedebat ſpiritus Dei. Dicit textus, Quocunq; ibat ſpiritus, illuc eunte ſpiritu & rote pariter eleuabūtur, ſequētes eū. Spiritus enim vitæ erat in rotis. Operatiōes vitæ actiuæ ſunt rote propter tēporis volubilitatē. ſ. hyemis, & veris, eſtatis & autūni, in quibus rotatur & voluitur tota vita noſtra. In his enim fiunt oīa opera miſericordiæ, quia in alio mūdo nō eſt mutatio tēporis, nec ſunt ibi rote, ideſt operationes vitæ. ſ. actiuæ, nō oportet ibi dare cibū eſurienti, qa nullus eſurit, & ſic de aliis operibus miſericordiæ, ſed tātū in hac vita ſunt rote operationū mīæ. Rotas iſtas vocat volubiles. Ezec. 16. Et dicūtur ſpirituales, qa quocunq; ibat ſpiritus. Ecce principiū, ſ. intentio ſpiritualis propter Deū, & nō propter aliud, illuc eunte ſpiritu & rote pariter eleuabātur, ſequētes eū. Ecce mediū. Spiritus enim vite erat in rotis. Ecce finis. Ideo dicit the. Si ſpiritu viuimus. Secunda eſt vita contēplatiua, & iſta eſt delicioſa, & ſicut vita actiua cōſiſtit in opibus corporis, ita vita contēplatiua cōſiſtit in operibus aīæ. Ideo delectabiliter fiunt propter animæ agilitatē. Itē vita cōtēplatiua ſequit vitā actiuā, licet de cōtēplatiua ſit melior. A ſimili patet de corpore hominis, & anima hoīs, prius corpus formāt in vtero, & cōſequēter formato corpore Deus creat animam. bonū eſt corpus, ſed melior eſt anima. Ita de duabus vitis. Actiua vita eſt prima, & bona eſt. Sed melior eſt vita cōtemplatiua, quæ fit per animā, ſicut anima eſt melior corpore. De hoc dicit apoſtolus, Nō prius quod ſpirituale eſt, ſed quod aīale, deinde qđ ſpirituale eſt. 1. Cor. xv. quia vita actiua debet eſſe prior. Nam debes ſeruire in hoſpitali aliquo infirmis, & quādo ibi eris probatus in patientia, diligentia, & humilitate, & ſpiritualitate, tūc poteris recipere vitā contēplatiuā, alias nonnunquā magnum periculū eſt. Item quanto plus humiliatur homo

in vita

in vita actiua, tanto efficitur perfectior in vita contemplatiua. Ideo dicit, Non prius quod spirituale, scilicet vita cõtemplatiua, sed quod animale, id est, vita actiua. Notate hic vnam pulchrã hiſtoriã ad propoſitũ, quæ ſcribitur Geneſ. 29. De iſto ſancto patriarcha Iacob, qui quærebat ſibi vxorem, quia nondum erat cõſuetudo ſeruare virginitatem. Nam illa beata vxor Maria incepit &c. quærebat eam de bona generatione, & venit ad domum Labam conſanguinei ſui, qui habebat duas filias, maior vocabatur Lya, quæ erat lippa oculis, & turpis, minor vocabatur Rachel, quę erat pulchrior, quam videns Iacob dixit, O ſi poſſem habere iſtam in vxorẽ, quia ſicut erat pulchrior corpore, ſic etiã anima, quia erat multũ deuota. Iacob in illius domo habitãte, benedictio dei fuit in domo illa, quia quandiu aliqua bona perſona in aliqua bona domo moratur, tandiu benedictio dei eſt ibi. Ideo dixit Laban ad Iacob, Experimẽto didici, quòd benedixit mihi deus propter te. Ideo vis manere mecum? Reſpondit Iacob, Placet mihi vt ſeruiam tibi pro Rachel filia tua minore ſeptem annis vt des mihi in vxorem. Reſpõdit Laban, Melius eſt vt tibi eam dem quàm viro alteri. Mane apud me. Seruiuit igitur Iacob pro Rachel ſeptem annis, & videbantur ipſi pauci dies præ amoris magnitudine. No. de magnis nuptiis factis, & tota die nuptiarum Rachel erat vt noua ſponſa, ſed in ſero Laban poſuit Lyam in lecto ſine lumine, & abſcondit Rachel in alia camera, Quo comperto, Iacob in mane reputauit ſe valde deceptum, neque mirum. Qui dixit Laban, Quid eſt quod facere voluiſti? Nõne pro Rachel ſeruiui tibi, quare Lyam ſuppoſuiſti mihi? Reſpondit Laban, Non eſt in loco noſtro conſuetudo, vt iuniores ante tradamus ad nuptias. Ideo iſta eſt veſtra vxor. Sed ſi vis ſeruire aliis ſeptem annis, dabo tibi Rachel, & placuit Iacob. Si dicatur, Et quomodo potuit habere duas ſorores in vxores? Reſpondeo, quòd nondum erat data lex Moyſi prohibitiua illius, quia in lege naturæ ſolum filia prohibebatur patri, & mater filio. Geneſ. 2. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ &c. Matth. 19. No. quomodo Iacob completis aliis ſeptem annis duxit Rachel in vxorem, & amorem ſequentis prætulit priori. Videns autem dominus quòd deſpiceret Lyam, aperuit vuluam eius ſorore ſterili permanente. Dicit hic Gregor. & alij doctores, quòd iſtæ duæ ſorores ſignant iſtas duas vitas. Lya lippa oculis ſignat vitam actiuam, in qua eſt multa lippitudo, ſcilicet diſplicentia, triſtitia, impatientia, tedium, ſeruiendo infirmis, & ſic de aliis, nec poteſt vitæ actiuæ intendens orare libere. Sed iſta lippitudo leuiter mundatur, tergendo oculos in confeſsione. Ideo dicit quòd lippa erat Lya, id eſt, vita actiua, tamen eſt fœcunda, quia generat multos filios, ſcilicet meritorum ex operibus vitæ actiuæ. Rachel decora ſignat vitam contemplatiuam, pulchram, ſine lippitudine, quia ſine tedio contemplatiua

Gradus coniugij in lege naturæ prohibiti.

De vita actiua & contemplatiua.

contemplatiua persona contemplatur opera creationis dicendo, O quale est posse dei, quia magistri fabricando domũ vel arcam, indigent fundamento & materialibus, & sic de aliis, & deus sine his ædificauit domũ huius mundi, & cælos &c. Ideo Rachel interpretatur videns principium. s. opera creationis contemplando. Item cõtemplatiua persona contemplatur opera gubernationis, & prouisionis, qualiter deus prouidet omnibus creaturis &c. Item contemplatur finem mundi, diem iudicij, opera redemptionis, paradisum, infernum purgatorium. Item contemplatur orando, legendo, audiendo sermones, missas. Ecce Rachel. i. vita contemplatiua, ista est melior. Nota q̃ melioritas meriti stat in maioritate charitatis dei. Ideo Seraphini qui interpretãtur in charitate ardentes, sunt superiores in paradiso, sed non habent proles. i. tot merita accidentalia, sicut habet vita actiua. Quòd autem vita contemplatiua sit melior actiua, patet autoritate Christi. Maria Magdalena elegit vitam contemplatiuã, & beata Martha vitã actiuã. Quare quando Christus veniebat ad domũ suam, licet esset nobilis domina præcingebatur, & parabit &c. Magdalena sedens ad pedes Christi contẽplando audiebat verba Christi. Et Martha dicit Christo, Domine nõ est tibi cure, q̃ soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi vt me adiuuet. Et respondit illi Iesus, Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Ecce lippitudinem. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Lu. 10. Ecce sententia Christi, quomodo vita contemplatiua est melior. Sed primo oportet facere matrimonium cum Lya, idest vita Christiana. Primo exercitare se in operibus misericordiæ quæ sunt septem, significate per septem annos seruitutis Iacob. Tertia vita est prælatiua, & ista est periculosa. Ista est vita prælatorum, & ista est aliis prædictis melior. Ratio, quia includit vitam actiuam & contemplatiuam. Quid vult dicere vita prælatiua, nisi q̃ prẽlatus sit perfectus in vita actiua, & contẽplatiua? alias non esset bonus prælatus. Ideo vita prẽlatiua est melior, sicut bonum est corpus, melior anima, sed multo melius corpus & anima simul coniuncta. Ideo dicit scriptura, Formauit deus hominẽ de limo terræ, ecce corpus bonũ. Et inspirauit in faciem eius spiraculũ vitæ. Ecce anima melior. Et factus est homo in animam viuentem. Ecce coniunctio corporis, & animæ. Genes. 2. Sic vita prælatiua comprehendit vitam actiuã, & contemplatiuã. Dicit Greg. in pastorali, Sit rector actione præcipuus, præ cunctis cõtemplatione suspensus, interiorum curam, exteriorũ occupationem non relinquens. Nota cum dicit, Sit rector actione præcipuus &c. Non oportet episcopũ dare cibum pauperi, sic quòd ipsemet præparet seu ministret, sed prẽcipuum vitæ actiuæ est prædicare, quia prædicator complet omnia opera misericordiæ, inducendo alios vt dent panẽ esurienti, potũ sitienti, & sic de aliis. Sicut de rege dicente thesaurario, quòd faciat eleemosynam tali pauperi,

pauperi, vel tali viduæ, ſiue captiuo. Quis facit illam eleemoſynã, nõne rex principaliter? imo, ſic prædicator principaliter cõplet opera miſericordie vitæ actiuæ, quãdo dicit, & inducit gẽtes ad opera miſericordiæ corporalia, & ſpiritualia. Quãdo prædicat, dat cibũ animabus eſuriẽtibus, & quãdo prouocat ad cõtritionẽ, dat potũ, & veſtit. quãdo ex prædicatione ſua ſuperbus depoſita ſuperbia induitur veſte humilitatis, auarus liberalitatis, luxurioſus caſtitatis &c. Recolligit peregrinos, ſicut ego vos, modo viſitat infirmos. i. tentatos, & viſitat mortuos propter peccatũ. Ecce quare dicit, Sit rector actiõe precipuus. Nõ oportet quod ipſemet ſit coquinarius, ſed prædicet, ꝙ in ſignũ huius, quãdo epiſcopus cõſecratur, ponitur liber euangeliorũ in dorſo eius, & vnus tenet librũ cõtinue ſuper eum dum cõſecratur, & dicitur ſibi, Vade & prædica, quia ad hoc ſpecialiter es electus, & modo quis prælatus prędicat? patet quòd valde pauci ſunt. Itẽ, Sit rector pre cũctis cõtẽplatione ſuſpẽſus, & hoc in ſacrificio miſſe. De quo dicit. ſ. Tho. quòd eſt precipua cõtemplatio. Ideo epiſcopi debẽt quotidie, vel ſaltem frequenter celebrare. Omnis nãq; põtifex ab hominibus aſſumptus, pro hominibus cõſtituitur in his quæ ſunt ad deũ, vt offerat dona. ſ. orationum, & ſacrificia pro peccatis. ad Heb. 5. De quibus Dauid, Et ſacrificẽt ſacrificiũ laudis. Ecce miſſa. & annunciẽt opera eius in exultatione. pſal. 106. Talis prẹlatus poteſt dicere, Volũtarie ſacrificabo tibi, ecce miſſa. & cõfitebor nomini tuo domine, ecce prædicatio. Iſta eſt vita prælatiua. Sed dico quòd eſt periculoſa. Tria magna periculꝛa habet, quæ poſſunt intelligi per ſimilitudinẽ amphore vitree, exiſtẽtis ſuper columna in platea, cõtra quam oẽs homines proiicerẽt lapides. Secũdo quòd oẽs aues cæli cõtra eã pugnarent. Tertio quòd maxima tẽpeſtas ſuper eã de cẹlo deſcẽderet. In quo periculo eſſet talis amphora. Dico quòd non poſſet ſtare. Talis eſt vita prælatorũ. Quilibet prælatus eſt altus, ſuper colũnã dignitatis cõſtitutus, cõtra quos proiiciũtur lapides, maxime ſi ſunt boni, quia alias nullus dicit ſibi aliquid, vel pauci. Sed ſi prælatus vult ire humiliter, & ſimpliciter, ſine multis ſcutiferis, ſtatim oẽs dicunt, O de iſto hypocrita, qũo vadit &c. Ita etiã fuit de illo primo prælato Ieſu Chriſto, qui reprehẽdebatur de diſcipulis, & doctrina noua quã prædicabat, vt patet Io. 18. Ideo poteſt dicere prælatus, Poſuit me dominus ſicut ſignũ ad ſagittã. Thren. 3. Secũdo oẽs aues cæli impugnãtes volitãt cõtra prælatũ. i. dæmones ad tentandũ, quia ſi vos habetis vnũ dæmonẽ cõtra vos, prælatus habet mille cõtra ſe, quia ſicut in bello illi qui volũt habere victoriã, inuadũt maxime vexillũ, quo ad terrã proſtrato, oẽs ſunt perditi, & fugiũt, ſic prælati portãt vexillã. Ideo cõtra eos maxime dæmones inſtant &c. Tertio quia maxima inquiſitio & diſtrictio iudicij venit ſuper eos. Quando prælatus moritur, ſtatim venit ad iudiciũ, ſuper quẽ deſcendit tẽpeſtas quæſtionũ qualis intrauit, qũo vixit,

vixit, quot ex eius negligẽtia sunt dãnati, quare sustinebat peccata no toria, licet de se esset sanctus, si tamẽ in suo officio fuit negligẽs, ex pec catis aliorũ damnabitur, quia nõ adhibuit diligẽtiã in corrigẽdo. Ideo dicit scriptura, iudicium durissimum his qui præsunt fiet. Sap. 6. Ecce quomodo vita prælatiua est periculosa. Ideo dicit Augusti. Præpositus quanto in loco superiori, tanto in periculo maiori versatur. Bona est vita actiua, melior contemplatiua, sed optima vita prælatiua, & quælibet est spiritualis. Ideo dicit thema, Si Spiritu vivimus, vel in vita actiua, vel etiam contemplatiua, vel etiam prælatiua &c.

De eadem dominica xv. post Trinita. Sermo v.

Ministerium tuum imple. 2. ad Tim. 4. Istud verbũ dicitur cuilibet christiano. Ministeriũ quod debemus deo, implere debemus, si volumus habere salarium paradisi. Et vt simus voluntarij, sciendum quòd inter omnia officia, gradus, seu dignitates huius mundi, magis excellentius est seruitium dei. Vnde nec prælatio ecclesiastica, nec dominium tẽporale sunt aliquid in comparatione seruitij dei. Si dicatur, Papa vel rex est seruitor dei. Respõsio, quòd papa vel rex maiorẽ excellentiã seu dignitatem recipit, quia est seruitor dei, quam quia est papa vel rex. Ratio, nam quælibet creatura cõstituta inter maiorem, vel superiorem, & minorẽ, vel inferiorem, maiorem dignitatem seu excellentiam recipit ex subiectione superioris, quàm ex dominio quod habet respectu inferioris. Declaratur primo in elemẽtis. Aqua enim est media inter aërem & terram, a terra recipit immunditiã, lutum &c. ab aëre, cui subiicitur, recipit purificationem & claritatem, igitur &c. Secundo probatur in metallis. Argentum enim est medium inter aurum & plumbum, quia respectu auri habet subiectionem, quia valet minus: respectu plumbi, dominationem, quia valet plus: maiorem excellentiã & valorem ex subiectione recipit ab auro. ideo citius deauratur, quàm ex dominio seu valore respectu plumbi, igitur. Idem patet in hominibus, primo in prælatis, qui si habẽt magistrum bonum, & spiritualem, perfectum, & virtuosum, & vasallos vitiosos, a magistro recipiant bonas doctrinas, a vasallis autem tristitias, displicentias, appellationes, & similia. No. quid est dicere esse papam? Solutio, habere curã omniũ gẽtium, in quibus est multa solicitudo &c. Et quid est dicere esse seruum dei? Habere lætitias, cõsolationes, & contemplationes spirituales. Item quid est dicere esse imperatorem? Solutio, esse dominũ bonorũ, & malorum, cum periculo, sed seruum dei esse est habere letitias &c. vt supra. Ideo dico quòd maius officium huius mundi est esse seruum dei, vt patet ex dicta ratione, quæ dat scientiam. Philosophus, Tunc vnumquodq; scire arbitramur, cum causas eius cognoscimus, & quænam illius est causa? Primo Poste. Autoritas, quæ confirmat credentiam

tiam. 1. ad Cor. 4. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpẽ ſatores myſteriorũ dei. Et nõne Petrus erat papa, & omnes alij apoſtoli erãt epiſcopi, & legati Chriſti a latere? imo. quare ergo non dixit, ſic nos exiſtimet homo vt epiſcopos &c. quia plus appreciabatur ſe de ſeruitio Chriſti. Itẽ alia autoritas, Miniſtri Chriſti ſunt, & ego. 2. ad Cor. 11. Item alia. 2. ad Cor. 3. Si miniſtratio damnationis in gloria eſt, multomagis abundat miniſterium iuſtitiæ, i. iuſte ſeruiẽdi deo, Vt poſsimus acquirere ſalarium paradiſi, dicit the. propoſitũ, Miniſteriũ tuum imple, Diceret aliquis, frater, bene videtur eſſe magnũ, eſſe ſeruitorem dei, ſed videamus quomodo poſſemus implere dei ſeruitiũ. Ego amore veſtri quæſiui, & inueni. viij. virtutes, in quadã autoritate beati Petri dicẽtis, Vos autẽ curã omnẽ ſubinferentes, miniſtrate in fide veſtra virtutẽ, in virtute autẽ ſcientiã, in ſcientia abſtinẽtiã, in abſtinẽtia patientiam, in patiẽtia pietatẽ, in pietate autẽ fraternitatis amorẽ, in amore autẽ fraternitatis charitatẽ, & ſubditur, Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in regnũ domini, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. 2. Pet. 1. c. Si iſtas virtutes habemus in noſtro ſeruitio, abundanter miniſtrabitur nobis introitus &c. Ideo dicit the. Miniſteriũ tuũ imple. Dico primo ꝙ in ſeruitio dei debemus miniſtrare fidẽ, hic ponit fundamentum, nam fides ſancta chriſtiana eſt fundamentũ totius boni. Ideo qui vult edificare, primo curat ponere bonum fundamentũ, vt edificiũ non tremat, alias deſtruitur, ita fundamentũ chriſtiani firmũ eſt fides. De iſto fundamento dicit ſcriptura, Fundamentũ aliud nemo poteſt ponere, præter illud quod eſt poſitũ, quod eſt Chriſtus Ieſus. Gl. j. fides Ieſu Chriſti. 1. ad Cor. 3. Ideo auiſetis vos, ſicut illi, qui ſunt obſeſsi ab inimicis, qui ſepe viſitãt fundamẽta, ne fiãt cauationes in fundamẽto, quia ibi eſt periculũ, nã ſi diruatur feneſtra, ſeu vna turris, non eſt tã magnũ periculũ, quàm ſi fundamẽtũ diruitur, quia totũ edificiũ cadit. Ita modo qñ magis inſtat finis mũdi, diabolus fodit fundamẽtũ. i. fidẽ, dicendo, qũo tu potes credere hoc vel hoc &c. Ecce cum pala tẽtationis fodit fundamẽtũ. Ideo do vobis optimũ cõſiliũ, vt ſepe viſitetis iſtud fundamentũ, ad minus bis in die, de mane & ſero dicẽdo, Credo in deũ &c. flexis genibus cũ proteſtatione, ſicut miles faciẽs homagiũ regi, dans ſibi fidem. Si neſcitis, addiſcatis &c. Sic recognoſcitur fundamẽtũ fidei, an diabolus foderit cũ pala tẽtationis, alias ſi omnia bona mũdi feceritis, niſi habeatis fundamentũ fidei, factũ nihil valeret. ad Heb. 11. Sine fide impoſsibile eſt placere deo &c. ergo miniſteriũ tuũ imple. ſ. fidei. Dico ſecũdo ꝙ ſecũda virtus miniſtrãda dicitur virtus, cũ dicit, Miniſtrate in fide veſtra virtutẽ, i. opera virtuoſa, quia hic virtus ſumitur ꝑ quolibet actu virtuoſo, iſta ſunt miniſtrãda, quia licet haberetis fidẽ veram, non ſufficeret ad ſaluationẽ, imo oportet ſimul cũ fide habere opera virtuoſa. Ratio, quia nullus rex eſſet cõtẽtus de fide ſuorũ vaſallorũ ſine obedientia.

Miniſtrationes quibus Deo inſeruitur.

dientia. Nam si diceretur regi, nos reputamus & credimus vos verum regem esse, tamen nihil præcipiatis nobis, quia nihil faceremus, esset hoc bonum. Ita Christiano, qui crederet Christum verum regem & dominum, sed nihil vult seruare de suis præceptis. Item præcepit humilitatem, & nos sumus superbi, & sic de aliis septem peccatis. Ideo licet habere tis tantam fidem, quantam habuit beatus Petrus, vel Paulus, nisi haberetis vitam virtuosam, non saluaret vos. Ideo dicit, Ministrate in fide vestra virtutē. i. bonā vitā, & bona opera. Ideo dicit scriptura, Quid proderit fratres mei, si fidē quis dicat se habere, opera autem non habeat, nunquid fides poterit saluare eū? Si autem frater & soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis, ite in pace, calefaciamini, & saturamini, non dederitis autem eis quę necessaria sunt corpori, quid proderit? Sic & fides, si non habeat opera, mortua est. Iac. 2. Nam bona opera & virtutes debent correspondere credulitati. Verbi gratia. Vos creditis q̄ tres personæ, pater, & filius, & spiritussanctus sint vnus deus. Huic credulitati correspondetur, q̄ anima, corpus vestrū, & vita, ista tria cōcordant operando bona opera. Sic ostenditur extra credulitas, quæ est intra. Item creditis q̄ Christus humiliauit se tantum, ad recipiendum vestram humanitatem, cum miseriis &c. ergo ostendatis opera, quantumcumq; sitis alti, & elenati in dignitate, & dominio, officio, scientia &c. humilietis vos &c. Item creditis quòd Christus elegit virginem in matrem, cum tamen de alia potuisset nasci &c. nec sciuit experimentaliter quid esset illa carnalis delectatio, ostendatis opere igitur vos, & amore sui castè viuatis, quilibet in suo statu &c. Item creditis quòd vixit pauper, in tantum quòd dicitur Mar. 11. Circunspectis omnibus &c. Dicit glo. &c. Si aliquis ipsum inuitaret. Luc. 6. apostoli fricabant spicas, vel ibant Bethaniā &c. Item de nocte ibat ad dormiendum in desertum, si nō haberet alium locum. Ista credulitas ostenditur opere, non habendo auaritiam, non faciendo vsuras, furta, nec recipiendo bona aliena. Item creditis quòd Christus fuit passus iniurias, derisiones, & tandem mortem, & noluit recipere vindictam, nec permisit parrem recipere. Item credulitas opere ostenditur virtute patientiæ, remittendo iniurias inimicis &c. Item creditis quòd fuit mortuus & tertia die resurrexit. Ita si estis mortui à peccato mortali, tertio die. s. contritionis, confessionis, & satisfactionis, potestis sucitari. Item creditis q̄ Christus in die ascensionis ascendit in cælum, hæc credentia ostenditur opere, quando nos in dominicis, & festis ascendimus contemplando, orando, audiendo missam cōpletam cū silentio, nō cogitando, nec loquēdo de aliqua re temporali, sed cogitādo vt habeatis ascendere per bonā vitā &c. Itē creditis q̄ xp̄s est in hostia consecrata, hæc credētia ostēditur deuotè cōmunicādo in paschate, iuxta præceptū, & intra annū secundū bonū consiliū. Ecce quare dicit,

Miniſtrate in fide veſtra virtutē &c. Ecce quid dicit Chriſtus, Quid vocatis me domine dñe, & non facitis quæ dico? Lu. 6. quia non omnis qui dicit mihi dñe dñe, intrabit in regnū cælorū, ſed qui facit voluntatē patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnū cælorū. Mat. 7. Patet neceſsitas bonorū operū. Ideo dicit the. Miniſteriū tuū imple. Tertio dicit, Miniſtrate in virtute veſtra ſcientiam quæ ſumitur hic pro diſcretione, & nō prout ſcientia eſt vna de ſeptē liberalibus artibus, ſed pro diſcretione. ſ. ꝙ opera virtutū fiant diſcretè, & cū debitis circunſtātiis. Prouer. 9. Sciētia ſanctorū prudētia, quia alias ſi aliquis indiſcretè facit bona opera. ſ. de genere bonorū, punietur ex eis. Quicquid boni cū diſcretione feceris, virtus eſt. Virtus enim indiſcreta pro vitio reputatur. Dicatur hic miraculū, quod legitur in vita beati Dominici patris noſtri, cui de nocte oranti, apparuit diabolus tripudians, & cantās coram eo, dicēs, magis & minus, & adiuratus à beato Dominico, ſuper hoc reſpondit, ꝙ quicquid ipſi fratres lucrantur, faciendo plus quā poſſunt, & deſtruendo ſe, amittunt & damnantur, vel minus faciendo quam tenentur, amittunt, ſed dixit diabolus ꝙ ſatisfaciendo deſtruit eos. Propter quod b. Dominicus admonuit fratres. De hoc ad Eph. 5. Nemo vnquā odio habuit carnē ſuā, ſed nutrit & fouet eā, ſicut & Chriſtus eccleſiam. Sed ſicut miles diligit equum, cum quo habet militare, & victoriū obtinere, ita nos cū corpore. Ideo conſeruandum eſt, ſed non debemus dare ſibi tantū de annona vt recalcitret. Ideo diſcretè eſt gubernādum, iſta eſt ſcientia. Quilibet ſcit ſuus aſinus quantum poteſt portare, & de nau quātum portare poteſt &c. ita de aſino corporis, ſeu naui. Et ſicut marinarij in periculo proiiciūt onus, ita debet facere perſona diſcreta in infirmitatibus, deponendo onus pœnitētię, quod poſt recōualeſcentiam eſt reaſſumendum. Sed multi non faciunt. Propter quod dicit ſcriptura, Propter ea ductus eſt captiuus populus meus, quia nō habuit ſciētiā. Eſa. 5. Quarto dicit, Miniſtrate in ſciētia abſtinētiā. Perſonæ quæ habēt magnā ſcientiā acquiſitā, debēt abſtinere à tribus. ſ. ꝙ nō extollāt ſe nimis, & ꝙ nō decipiāt proximū, & ꝙ nō dimittāt deū, quia vt dicit apoſt. 1. ad Cor. 8. Sciētia inflat, di, Omnes ſunt beſtiæ, niſi ego. Ex iſto peccato ceciderūt quāplures de ordine Cherubin, qui interpretatur plenitudo ſcientiæ, & effecti ſunt diaboli. Qui de angelis fecit diabolos, quid faciet de hominibus præſumptuoſis &c. Ideo apoſt. 1. ad Cor. 8. Si quis ſe exiſtimat aliquid ſcire, nondū cognouit quomodo oporteat eū ſcire. Hoc ſciebat Socrates philoſophus magnus magiſter Platonis, qui interrogatus qd ſciebat, reſpōdit, Hoc tantū ſcio, quod neſcio. Itē tales ſciēres nō dñt decipere, nec defraudare ꝓximū. Nolite, inquit apoſt. fraudari inuicē. 1. ad Cor. 7. Tertio caueāt tales ne obliuiſcāt deū. qa hodie ſiue inter religioſos, ſiue inter clericos, ſiue laicos, qñ maiorē habēt ſciam, tāto habēt peiorē cōſcientiā, cū tñ plus deberēt deū timere, quia habent

habent maiorē notitiā. Ideo apoſt. Chariſsimi, obſecro vos tanquā aduenas & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſideriis, quę militant aduerſus animā, conuerſationē veſtram inter gentes habentes bonam. 1. Pet. 2. Quinto miniſtrate in abſtinentia & patientia. Ratio, quia abſtinētia, & ieiunium & alia, dāt choleram vel melācholiam, ſed cibus & potus dant lætitiā. Multi ſunt cū quibus nō poteſt homo pacifice loqui, quando ſunt ieiuni. Ideo neceſſaria eſt patiētia, ne meritum abſtinētiæ perdatur. Dicatur cōtra impatientes, quibus eſſet melius ne abſtinerēt, quia vnica impatiētia perdunt totum theſaurum meritoriū. Sicut qui poneret ignem in camera, vbi haberet oīa bona cōgregata, ita de igne iræ ſeu impatientia &c. Ideo apoſt. ad Heb. 10. Patientia vobis eſt neceſſaria, vt voluntatem dei facientes reportetis promiſsionem. Sexto miniſtrate in patiētia pietatē. ſ. ad proximum. Si habetis bona tēporalia, vel ſpiritualia, ſubueniatis indigētibus, ſi habetis panem, detis eſurienti, vinū ſitienti, veſtes nudo, & nunquam deficiet vobis. Multi decipiūtur di. Si ego darē, deficeret mihi &c. Dico tibi quòd nunquam perſona miſericors deficiet in bonis, imo deus multiplicabit triticum in horreo, farinam in ſacco, panem in copbino, vinū in cellario, pecunias in burſa &c. Item de bonis ſpiritualibus, debetis prouidere animæ de cibo ſpirituali. Poſtquam laboraſtis ſex diebus, in dominica quieſcatis audiendo miſſam, ſermones &c. ſed hodie eccleſia non eſt niſi forum. Contra hoc recipitur aqua benedicta in introitu eccleſiæ, & fit ſignum crucis in fronte, vt intellectus non cogitet niſi de deo, & in ore, vt non loquatur niſi de deo, & iuxta cor, vt non cogitet mala. De iſta pietate dicit apoſtolus, Exerce teipſum ad pietatē. Nam corporalis exercitatio, vt ieiunia, & alia ad modicum vtilis eſt. Pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſsionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ. 1. ad Tim. 4. Septimo miniſtrate in pietate fraternitatis amorem, ne ſcilicet ſint inter vos odia, rancores, malitiæ &c. Sed ſicut fratres eiuſdem patris & matris diligunt ſe, ita nos Chriſtiani immediatè ſumus filij eiuſdem patris. ſ. Chriſti, & matris. ſ. eccleſiæ, ſemine verbi dei in vtero fonris baptiſmi geniti. Ideo debemus nos diligere ad inuicem, & iniurias remittere. Ideo Chriſtus. Omnes fratres eſtis. Et patrē nolite vocare vobis ſuper terrā. Vnus enim eſt pater veſter qui in cælis eſt. Mat. 23. Octauo miniſtrate in fraternitatis amore charitatē. Maior autē horū eſt charitas. 1. ad Cor. 13. Charitas ſumitur hic pro amore dei. ſ. vt quicquid facimus, faciamus amore dei. Si diligimus parentes, & amicos, ſuper omnes eū diligamus. Dicatur hic miraculum de illo heremita, qui cupiebat ſcire fines hominum. ſ. quomodo animæ ibant in alio mundo. Et venit lupus, ſibi quaſi innuēs vt eū ſequeretur, & ſecutus eſt lupū vſq; ad introitū cuiuſdā ciuitatis. Qui recedēte lupo intrauit ciuitatē, & vidit gētes triſtes pro quodā ſancto hoīe, vt dicebatur in extre-

mis laborante. Qui iuit illuc, & in circuitu illius infirmi erant multæ sanctæ personæ lugentes &c. Et post pauca ductus heremita, vidit vnũ magnum dæmonem, cum magna multitudine dæmonum cameram intrantem. Cui dicebant dæmones, Recipe illam animam quia nostra est. Respondit non audeo ad eam appropinquare, quia ibi sunt multæ personæ in circuitu eius. Ad quem dixit deus, Diabole recipe animam eius, quia nunquam quieui in anima sua, quia nihil fecit amore mei, sed pro vana gloria, vt laudaretur, & honoraretur, & subito à diabolo fuit suffocata, & multum planctus &c. Quod videns heremita, dixit intra se, Modo cognosco finem hominum. Non est totum aurum quod lucet, propter hoc custodiam me &c. Et dum recederet à dicta domo, & transiret per plateam, inuenit ibi vnum pauperem iacentem, qui laborabat in extremis, qui deridebatur, & iudicabatur à transeuntibus, Vnus dicebat ebrius est &c. Heremita vidit cælum apertum super morientem, & Michaelem cum multis descendentem ad eum & inuitantem animam, quia cum nollet statim exire, deus misit Dauid, vt pulsaret cytharam & psalterium, vt anima exiret, & sic factum est. Quo mortuo, curatus noluit ei tradere ecclesiasticam sepulturam &c. O dixit heremita, Modo cognosco fines hominum. Notate hic de illo qui sanctus reputabatur, sed quia non habebat charitatem, ideo periit. Deus soluit ei in hoc mundo de honore, & magna sepultura, pro bonis factis de genere. Pauper autem ex peccatis pro purgatorio habuit, vt sic despectiue moreretur, vt anima haberet gloriã. Ideo attendatis, ne in operibus bonis sit vermis vanæ gloriæ. Propter hoc dicit apostolus, Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis, ad Collo. 3. Ecce quare dicit, Ministerium tuum imple, quia abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum &c.

Dominica xvj. post trinitatem, Sermo j.

DEus visitauit plebem suam. Habetur verbum istud originaliter Luc. 7. & officiatur in euangelio hodierno. Sermo noster erit de sancto euangelio, quod continet vnum magnum miraculum quod Christus fecit de suscitatione illius iuuenis &c. Et vt det deus virtutem & efficaciam suis sanctis verbis, & dicantur ad dei laudem, & honorem, & audiantur: saluetur virgo Maria. In præsenti sermone volo tenere modum iuristarum, qui primo ponunt casum, & post captando mouent quæstiones. Ita faciam, Casus legis Christi est miraculum sancti euangelij hodierni. Nota historiam. Modo super isto casu legis euangelicæ mouendæ sunt quæstiones spirituales. Prima quæstio, Quare Christus voluit istum mortuum suscitare publicè & notoriè. Ratio huius quæstionis est, quia legitur Mat. 9. quod quando Christus suscitauit puellã filiã principis, noluit q̃ aliquis esset præsens, paucis exceptis,

ceptis, scilicet patre cū matre, Petro, Iacobo, & Ioanne, & secretè ipsam suscitauit. Quare &c. Ratio, quia puellam inuenit secrete mortuam in camera, ideo secrete ipsam suscitauit. Sed istum iuuenem inuenit publice & notorie mortuum, ideo publice & notorie suscitauit eum, in quo innuitur ꝙ peccatori secreto, qui habet filiam, id est animam mortuam secrete in camera corporis, sufficit talis secreta pœnitētia, si vult a Christo suscitari a morte culpæ ad vitam gratię. Sed peccatori publico, & notorio, si vult a Christo suscitari, notoria pœnitētia est sibi necessaria, & publica. Verbi gratia, de quolibet statu. Primo de religioso, qui a parte extra videtur bonus & deuotus, sed forte secrete est proprietarius, vel nihil seruat de regula, talis habet filiam, id est animam mortuam secrete in camera corporis. Tali sufficit vt secretè cōteratur, & doleat de peccato, & proponat nō redire, & vt confiteatur &c. Idem de clerico. Item sunt alij superbi intus in corde, sed nihil ostendunt extra, tales habēt filiam mortuam in camera, quibus sufficit secreta pœnitentia. Idem de aliis peccatis. Ex ista ratione Christus suscitauit secrete puellam mortuam. De hoc Hier. Threno. 3. Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se. No. sedebit, scilicet cessando a peccatis, solitarius, id est secrete, quia leuauit se super se, scilicet secrete peccando, & nō super alios, ad extra publicādo. Ideo Christus loquēs secretis peccatoribus dicit, Attendite ne iustitiā vestram. i. pœnitētiam, faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Mat. 6. Sed istū iuuenem inuenit Christus mortuum publice & notorie extra ciuitatē. Ideo publice & notorie ipsum suscitauit. In quo innuitur ꝙ peccatori publico & notorio nō sufficit secreta pœnitētia, sed publica est sibi necessaria, & notoria, vt ædificet quos scandalizauit. Verbi gratia de superbis, qui non solum secrete, sed extra faciūt vanitatē in ornatu, tam homines quam mulieres. Non opus est follo suspendere cymbala collo. Et oēs scandalizantur de vanitate illorū. Talibus non sufficit secrete conteri & confiteri, sed oportet extra humiliari, vt oēs qui fuerant scandalizati, ædificentur, & laudent deum. Idem de notorio vsurario, qui mutuat x. pro xij. per mensem, vel emit pro parata pecunia minoris, vel vendit pluris propter dilationē solutionis. Talibus nō sufficit secrete confiteri. Idem de notorio raptore, vel latrone, vel damnificatore, vel malo aduocato seu iudice &c. Idem de notorio cōcubinario, ecclesiastico, vel laico, non sufficit promittere confessori secrete ꝙ non redibit ad peccatum, sed oportet reddere vt oēs sciant pœnitētiam. Idem de notorio inuido, qui palam aliū diffamauit, talem oportet notoriè reuocare, etiam si sit verum ꝙ dixit, sed erat secretum. Idem de notorio iracundo, qui notoriè alteri inimicatur, hunc oportet facere notorie pacem &c. De hoc auctoritas Eccl. 20. Quod bonum est correpto manifestare pœnitētiam, sic enim effugies voluntariū peccatum. Ergo Christus, Sic luceat lux vestra

coram hominibus, vt vi. opera. &c. Mat. 5. Secūda quæstio. Quare Christus tetigit loculum, & illi qui portabāt steterunt, quia sine hoc ipsum potuisset suscitare. Respōsio. Quatuor portatores portant peccatorem in loculo corporis, ad sepulchrū damnationis, de quo Christus Luc. 16. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Quos oportet stare, si peccator vult de morte culpæ ad vitam gratiæ suscitari. Duo portatores a parte ante sunt longa cōsuetudo, & mala societas. Secūdo duo portatores a parte posteriori sunt falsa spes de lōga vita, & vana cōfidentia de misericordia. Isti quatuor infinitos mortuos. i. peccatores, portant ad sepulchrū inferni. Primus portator dicit cōsuetudo. Verbi gra. Quando confessor, vel aliquis alius reprehendit aliquē, quia iurat, statim respondet, quia cōsuetudo est. Dicito quomodo leges hominū siue dominorum abrogantur per cōtrariam consuetudinē, sed non lex dei dicentis, Nō assumes nomen dñi dei tui in vanum. Nec enim habebit insontem. i. impunitum eum, qui assumpserit nomē dñi dei sui frustra. Exo. 20. Sed potestis per aduerbiū affirmare. Idē dicunt mercatores, barbitonsores, sutores &c. qñ in diebus dñicis, & festis frangūt festa, faciēdo ferias & forum &c. cōsuetudo est. Hæc cōsuetudo nō valet cōtra legem dei dicentis, Memento vt diem sabbati sanctifices. Exo. 20. Item qñ reprehenduntur, quare recurrūt ad diuinos, dicūt, Est consuetudo. Est excusatio contra legē dei dicentis, Nō habebis deos alienos corā me. Exo. 20. Item qñ reprehenduntur de vindicta, quam nullus debet recipere, dicunt, cōsuetudo est. Sed nō valet illa cōsuetudo cōtra legē dei dicentis, Mihi vindictā, & ego retribuam, dicit dñs. ad Ro. 12. & Deu. 32. Mea est vltio, & ego retribuam. Item, Non occides. Exo. 20. Idem de diuitibus, qui mutuant ad vsurā, qui qñ reprehenduntur, dicunt, cōsuetudo est, & ecclesia permittit. Non est verū q̄ ecclesia approbet, vel permittat vsuram. Nec valet cōsuetudo contra legē dei dicētis, Non feneraberis fratri tuo ad vsurā, nec fruges &c. Deut. 23. Item de furtis fructuū consuetudo nō valet cōtra legem dei, Non furaberis. Exod. 20. Secundus portator est mala societas. O quot dānantur, qui irēt ad paradisum, nisi propter malam societatē impedirent, quot viri sunt, qui despectis vxoribus societatē cum inhonestis quærūt personis. Itē quot viri saluarentur, qui damnantur ex mala societate vxoris, quæ habet malā linguam. Idem de mulieribus, quæ despectis viris peccant cū aliis &c. Ideo recede a mala societate. Poe. Quæ nocitura tenes, quāuis sint chara relinque. Tertius portator est mala spes de longa vita, sed vbi est charta? Vnde quādo iuuenis inducitur ad pœnitentiā, respondet, Quando ero senex, tūc faciam pœnitentiam. Ecce falsa spes de vita. Item sanus dicit, Quando ero infirmus. Alius dicit, cras. Alius, anno sequenti. alius in sequenti quadragesima, & interim venit mors. Ideo dicit scriptura, Non tardes cōuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim

veniet

veniet ira illius,& in tẽpore vindicte diſperdet te. Eccl.5. Quartus portator eſt vana cõfidentia de miſericordia dei, dicẽdo, Parcet mihi deus, ſicut pepercit latroni,& Mariæ Magda. Dic quomodo deus eſt ſummè miſericors pœnitẽtibus,ſed eſt ſummè rigoroſus impœnitentibus. Pœnitentibus deus reuocat illam ſententiam, Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Ezech.18. Sed ſi totus mundus,& etiam virgo Maria ſupplicarent ſibi pro vno impœnitenti,non remitteret. Ideo dicit ſcriptura, De propiciatu peccatorum noli eſſe ſine metu,neque adiicias peccatum ſuper peccatum,& ne dicas, Miſeratio domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur: Miſericordia enim & ira ab illo cito proximant, & in peccatores reſpicit ira illius. Eccle.5. Ecce quare Chriſtus tetigit ad innuendũ ꝙ quando vult ſuſcitare peccatorem,tangit ipſum per tribulationes,& tunc iſti quatuor portatores ſtant & dimittunt eum. Ideo Iob.19. Miſeremini mei,miſeremini mei,ſaltem vos amici mei,quia ma. domini tetigit me. Tertia quæſtio ſuper hoc,quod dicit Chriſtus, Adoleſcens tibi dico,ſu. Quæritur cũ quo Chriſtus tunc loquebatur,quia non videtur ꝙ loqueretur corpori mortuo, quia nullum ſentimentum habebat,imo videretur ſtultitia,loqui mortuo corpori. Reſpondeo, ꝙ tunc Chriſtus loquebatur animæ in inferno exiſtenti. Cogitate quomodo ad Chriſti clamorem anima exiuit ſubito de inferno,nec dæmones ipſam potuerunt retinere,ex quo vocabatur a deo,& ſtatim venit ad corpus. Habemus hic inſtructionem de generali reſurrectione in die iudicij, quomodo ad clamorem illius vocis, Surgite mortui,venite ad iudicium,omnes animę mortuorum,tam de inferno,quam de purgatorio, quam etiam de paradiſo,quælibet redibit ad ſuum corpus a deo præparatũ, & quælibet cognoſcet ſuum corpus, ſicut mane quilibet cognoſcit ſuam veſtem. De hoc Chriſtus, Nolite mirari hoc,quia omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filij dei,& qui audierint viuent. Ioan.5. Non mirabatur Iob, qui dicebat, Scio quòd redemptor meus viuit, & in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo deum. Iob.19. Quarta quæſtio ſuper thema, cum dicit, Deus viſitauit plebem ſuam. Quæritur,quæ viſitatio eſt iſta? Reſpondeo ꝙ in ſacra ſcriptura inueniuntur tres viſitationes dei, erga populum ſiue plebem ſuam.

Prima viſitatio eſt de miſericordia copioſa.
Secunda viſitatio eſt de gratia abundanti.
Tertia eſt de iuſtitia rigoroſa.

Prima viſitatio eſt de miſericordia copioſa. Hec fuit quando voluit incarnari & naſci.& ire per mundũ predicãdo. Hęc viſitatio fuit ad inſtar boni medici,qui poſtquam ſtuduit in ſtudio,venit practicare, & infirmos viſitare,ordinando medicinas virtutum,& ſacramentorum cõtra

infirmitates peccatorū. Ideo Aug. Magnus de cælo ad nos venit medicus, quia magnus per totū mundū iacebat egrotus. De ista visione prophetia Lu. j. Visitauit nos oriens ex alto &c. De ista dicit thema in propria forma, Deus visitauit plebem suam. Secunda visitatio est de gratia abundanti. Et hæc est præsens quotidie quādo descendit in hostia consecratam, & tamen nō recedit de cælo, sicut nec radius solis, qui visitat & intrat plura foramina, seu plures fenestras, & tamen non recedit de cælo, sic Christus vt amicus noster visitat nos in hoc sacramēto. De ista visitatione Dauid, Memento mei dñe in beneplacito populi tui. visita nos in salutari tuo, id est in sacramēto altaris, quod est nostra salus. Sicut ergo Christus venit de tam longinquo pro nobis ad ecclesiam, sic nos amore sui debemus venire ad missam in die festo, iuxta illud Dauid, Populus eius, & oues pascue eius, intra. por. eius in confes. &c. De ista potest dici, Deus visitauit plebem &c. Tertia visitatio erit in die iudicij, per iustitiam rigorosam, ad instar regis seu domini rigorosi, qui venit visitare suos vasallos bonos & malos cum gladio in manu, ad puniendum malos, qui faciunt contra suas leges, & ad præmiandum bonos. De ista visitatione prophetauit Esa. Ecce dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ cōtra eum, & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet vltra interfectos suos. In die illa visitabit dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti. Esa. 26. & 27. Not. sex clausulas in dicta autoritate. Prima clausula tangitur cum dicitur, Egredietur dominus de loco suo, scilicet de cælo empyreo in hoc ℣ dicitur, egredietur dominus, ostendit suam potestatem & rigorem. In primo aduentu non venit vt dominus, sed vt seruus & minister. In secundo aduentu, scilicet in sacramento altaris, venit vt socius. Sed in tertio, scilicet ad iudicium, veniet vt dominus rigorosus, in tantum ℣ totus mundus timebit tremēdo. Dic similitudinem de arbore plena auiculis cantantibus, quæ quando vident falconem venientem, riment &c. Ideo ecclesia in persona cuiuslibet Christiani orando dicit, Libera me domine de morte æterna &c. De isto aduentu Luc. 21. Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cū potestate magna. Secunda clausula tangitur cum dicitur, Vt visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum. Ecce quare veniet. Et nota ℣ magnus rex non venit solus ad visitandum, præmiandum, & puniendum, sic nec Christus veniet solus, imo veniet cū omnibus sanctis & angelis. Nam illa die nulla creatura rationalis nec intellectualis remanebit in cælo. Esa. 3. Stat ad iudicandum dominus, & stat ad iudicandos populos. Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui, & principibus eius. Seniores dicūtur sancti, ad denotandum meritum, & sapientiam, quibus acquisiuerant paradisum, quia in antiquis est sapientia. Et quia ipsi sciuerunt media habendi paradisum, ideo dicuntur senes. Principes dic

pes dicuntur angeli. Dic practice quomodo veniet. Primo præmittet angelos, & ipse cum matre veniet, & post sequentur sancti. Tertia clausula tangitur cum dicitur, In die illa visitabit dominus in gladio suo. Gladius est verbum Christi. De quo Io. Apoc. 1. De ore eius gladius acutus ex vtraque parte exibat. & ad Heb. 4. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus. Quarta clausula tangitur, cum dicitur, duro, quantum ad malos, quibus dicet, Discedite à me maledicti &c. Matt. 25. Quinta clausula tangitur ibi, & grandi, quantum ad bonos quos faciet ascendere di. Venite benedicti &c. Sexta tãgitur ibi, & forti, & hoc quantũ ad durationẽ gloriæ bonorũ, & pœnæ damnatorum, quæ æternaliter durabunt. De ista possumus dicere, Deus visitauit &c.

De eadem dominica. Sermo ij.

Misericordia motus est super eam. Luc. 7. Pro breui declaratione huius verbi, & introductione materiæ prædicande, sciendum ꝙ inter omnes virtutes, & opera meritoria est vna virtus singularis, per quam homo efficitur similis Deo, & ista virtus est misericordia. Licet enim ex qualibet virtute homo efficiatur Deo similis, proprius tamen virtute misericordiæ. Ratio, vna persona dicitur similis alteri, quando in facie assimilatur illi, non tamen dicitur similis illi, si secundũ manus ei assimiletur, vel secundũ pedes, sed in facie, quæ est pars altior & nobilior hominis. Modo videamus de operibus Dei erga nos, Quod est altius & nobilius? Dico ꝙ misericordia. Nullum opus dei in hoc mundo est nobis manifestius. Quanta fuit Dei misericordia, ꝙ dimisit palatium cæli, & voluit in hũc mundũ venire? Quãta misericordia velle indui sacco humanitatis passibilis, corruptibilis, & mortalis, totũ venit ex misericordia erga nos, voluit pati, ne sibi credentes & obedientes patiantur in furca inferni. Itẽ quolibet die dat nobis suum corpus in hostia consecrata, & sanguinẽ &c. Quanta est eius misericordia, cum quolibet die offendatur à nobis, & tamen sustinet nos, sperãs nostrã correctionem. Ecce facies Dei. s. misericordia, quæ aliis operibus suis altius ostẽditur nobis. Miserationes enim eius super omnia opera eius, ergo altior operibus eius, & ergo similitudo creaturæ ad Deũ proprie debet sumi secundum misericordiã, quasi secundũ faciẽ. Iustitia dicitur dorsum, quæ in iudicio ostenditur. Ideo Christus dicit, Estote misericordes sicut pater vester misericors est. Lu. 6. Vbi ponitur similitudo. Et ideo sicut thema ad literã intelligitur de Christo, de quo quãdo vidit illã viduã, dicitur ꝙ misericordia motus est &c. ita de hoĩe misericordiæ ad pauperes, potest dici, misericordia motus est &c. Patet the. De istã virtute misericordiæ volo modo prædicare, & ostendam in quo statu simus similes Christo, hic per gratiam, & in futuro per gloriã. Dicunt docto-

res theologi, quòd misericordia corporalis consistit in septem operibus, & etiam misericordia spiritualis in septē, & sic essent quatuordecim. Sed nunc volo cōprehendere in quatuor, ne sim nimis prolixus.

Primum dare libere.
Secundum mutuare pure.
Tertium restituere plene.
Quartum seruire prompte.

In his quatuor stat tota misericordia. Primum opus misericordiæ corporalis & spiritualis est dare libere, scilicet de bonis temporalibus seu spiritualibus, quę deus tibi cōmisit, vt des libere indigēti, quia ideo tibi dedit deus, vt des & cōmunices libere. Ratio. Nā omnes creaturæ hoc ostēdūt, quia quælibet creatura dat libere, & cōmunicat quod deus sibi dedit. Patet primo in sole, cui cōmisit deus claritatē, virtutē calefactiuam, & fructificatiuā, omnia ista libere cōicat, propter quod sibi deus cōseruat prædicta. Idē de luna & stellis. Nam de illa modica claritate, quā habēt, etiā nobis partē cōicāt. Idē de elemēto ignis, qui seruit nobis ad calefaciendū, illuminādū, & coquēdū. Itē idē de cādela, quæ multis dat lumē, & nō minuitur. Itē idē patet de aēre, qui dat se nobis vt respiremus, alias moreremur, eo ꝙ tātus est calor cordis. Item dat nobis nubes, pluuiā &c. Itē dat nobis aquā ad lauandū, aqua dat nobis pisces. Itē terra plātas, fructus dat, & herbas, & animalia. Patet ergo ꝙ omnes creaturæ dant nobis libere, qa deus dedit eis. Modo audi auare, si creaturæ irrationales sunt ita liberales, nōne tu qui habes intellectū, & rationem, & expectas retributionē, & resurrectionē, deberes libere dare? Vnde de his quæ deus tibi dedit, si habes vicinū, pauperē, viduā, vel pupillū, da eis libere, & deus cōseruabit tibi omnia bona tua, & nūquā eris pauper. Idē de bonis spiritualibus. Si habes magnā sciētiam, da doctrinā ignorāti. Si habes aliquē in domo, qui nesciat se signare, nec Pater noster &c. instrue eū. Si habes magnā discretionē, cōsiliū da illi qui nescit quid facit. Da correctionem deficiēti in aliquo, sed bono & dulci modo, ne indignetur. Itē da consolationē tristi, & orationē mortuo, nā hoc magna pœnitētia est. Idē de aliis operibus pœnitētię pro mortuis, ecce quid est dare libere. Auto. Oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi domini Iesu, quoniā ipse dixit, Beatius est magis dare quam accipere. Act. 20. Ratio, quare beatius est dare quā accipere, qa accipere obligat hominē, dare vero ponit hominē ad retributionē sperādam. Si deus vobis magna bona tēporalia, vel spiritualia dat, obligat vos, & de omnibus teneminī sibi dare cōputū quomodo administratis, quare flere deberet homo, cui deus dat magnā prosperitatē. Sed dare importat retributionē, qa si das amore dei, nō solū ille cui das, sed etiā deus obligatur tibi voluntarie ad retribuēdū. Ideo apostolus, Vnusquisq; prout destinauit in corde suo, nō ex tristitia aut necessitate. Hilarē enim da-

torem

orem diligit deus. Potẽs eſt autẽ deus omnẽ gratiã abundare facere in vobis, vt in omnibus ſemp omnẽ ſufficiẽtiã habẽtes, abũdetis in omne opus bonũ, ſicut ſcriptũ eſt, Diſperſit, dedit pauperibus &c. 2. ad Cor. 9. Ecce primũ opus miſericordię, alias qñ homo nõ vult dare libere, deus aufert quicquid homo habet per ignẽ, vel aquã, ſiue per irã domini, vel alio modo. Itẽ eccleſiaſtici debẽt dare libere de gratiis eccleſiaſticis, eis gratis collocatis, ſi habẽt magnã ſciẽtiã vt prædicẽt, aliter deus aufert ꝑ eis ſciẽtiã intãtũ, ꝙ qñ habẽt prędicare, indigẽt vno mẽſe ad ſtudendum. Ideo dare debetis libere, & nõ debetis prędicare pro pecuniis, nec vana gloria &c. ſed pro honore dei, & ſaluatiõe animarũ. Idẽ de ſacramentis eccleſiæ. ſ. cõfeſsiõe. Dicãt cõtra illos, qui libẽter audiũt diuites, ſed pauperibus dicũt, habeo facere aliud. Idẽ de aliis ſacramẽtis. Secundum opus miſericordię eſt mutuare pure. Aliquoties homo nõ vult dare, ſed mutuare, quod etiã eſt opus miſericordiæ, & aliquoties eſt maior miſericordia mutuare quã dare. Declaretur. Quia plus facit ille qui mutuat. x. florenos pauperi laboratori, cũ quibus faciet ſua negotia, vt viuat ipſe, & vxor, & filij, quã ille qui ſibi dat. xviij. denarios &c. qa ille ſolũ dat pro vna die vitã etiã miſerabilẽ, & qui mutuat, vt dictũ eſt, dat ſibi vitã per annũ. Sed opus vt mutuet ꝓximo pure. ſ. ſine vſura, & mutuans nõ debet inuoluere vermẽ vſuræ dicẽdo, Ego mutuabo. x. florenos, ſed qñ veniet notarius, dicetis ꝙ mutuaui. xij. & ita ſcribẽt in inſtrumẽto. Iſtud nõ eſt miſericordia, ſed crudelitas. De iſto mutuo auto. Iocũdus homo, qui miſereẽ, & cõmodat, & diſpo. ſermones ſuos in iudi. quia inęter. nõ cõ. Pſal. cxi. No. diſpoſuit ſermones ſuos in iudicio, in quo ſibi dicẽt a Chriſto. Videamus quid feciſti ꝓ me. Ecce quid ego feci ꝓte. O in quãto erit periculo qui nõ poterit oſtẽdere aliquod opus. Sed ille qui mutuauit pauperibus amore Chriſti, reſpõdebit, Ecce dñe, ego mutuaui &c. Chriſtus eſt cõtẽtus. Ideo dicit, inæternũ nõ cõmouebitur. Sed iſtud opus miſericordiæ corrũpit verme vſure, mutuando. x. ꝓ. xij. ꝓ ſecuritate accipiẽdo pignus. ſ. cãpũ, & fructus, vel beſtias, quæ ſeruiũt ſibi. Hoc enim vſura eſt. Itẽ emendo ꝓpter ſolutionis anticipationẽ minoris, vel pluris vẽdendo ꝓpter ſolutionis dilationẽ, vſura eſt & damnatio. Si di. quis, Nonne de pecuniis aut bonis meis potero recipere lucrũ aliquod? Dicẽdum quòd nõ, quia dominus pecuniæ nõ vult. Non eſtis vos dominus, ſed diſpẽſator. Ideo caueatis ne cõtra volũtatẽ domini miniſtretis ſuas pecunias. Si dicatis, Nunquid habebo aliquam commoditatẽ? &c. Dico, Imo, quia centuplũ accipietis in hoc mundo, & vitam æternam poſsidebitis in alio, ſi amore dei mutuatis, & nunquid eritis pauperes? Dauid, Iunior fui, etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Tota die miſeretur, & commodat, & ſemen illius in benedictione erit. Tertium opus eſt reſtituere plene, ſcilicet reſtituere illud quod retinetis: & timetis

quòd

q̄ non sit vestrū, & licet sit opus iustitiæ, tamen fundatur in misericordia. Primo si tenetis aliquid de mortuis, restituatis. Dicatur cōtra testamentarios seu hæredes, occupantes bona defunctorum, illud quod habetur. xiij. q. ij. Qui oblatiōes defunctorū aut negant ecclesiis, aut difficulter reddunt, tanquā egentiū necatores excōmunicentur. Item. xij. q. ij. Qui abstulerit, est magna crudelitas, ac si patrem videres in igne, & posses eum iuuare, & non iuuares, quanta crudelitas? Et maior est crudelitas erga animas in purgatorio existentes, cum ille ignis sit maioris actiuitatis, & ibi cōburuntur animæ patris seu matris, & tu non vis iuuare retinēdo bona. Ideo auisetis vos. Secundo restituatis, si debetis aliquid ecclesię, vt si retinuistis decimas, seu primitias, seu alia bona ecclesiæ, restituatis. xvj. q. j. Decime ex debito requirūtur, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt, inquit Augu. Tertio restituatis, si retinuistis salarium seruorum, ancillarū, vel laborantium in campis, vineis, seu aliis locis vestris, alias ira Dei est continue super domū vestrā. Propter hoc dicebat Thob. filio suo, Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, statim mercedē ei restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat. Thob. 4. & Leuitic. 19. Opus mercenarij tui non maneat apud te vsque mane. Eccles. 34. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. Per oppositum, si seruiuistis alicui in domo, campo, seu vinea, & feciſtis debiliter dictam, in solutione debetis dicere, Non debetis mihi dare tantū, quia dormiui. Item si recepistis aliquid mutuo, restituatis, etiā si nō sit instrumentū confectum de illa obligatione, vel creditor fuerit obligatus. Itē si habetis aliquid de vsura, vel furto, reddere debetis. Hæc dicit script. Reddite omnibus debita, cui tributū tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem. s. prælato, timorē. s. reuerētialē, cauete à sentēria excōmunicationis, cui honorem, vt filij parentibus, honorē, quos si offendistis, petatis veniā. Nemini quicquā debeatis, nisi vt inuicem diligatis. ad Roma. 13. Nota, nemini quicquam &c. Patet hic stultitia eorum, qui in vita sua nolunt viuere sine debito. Sunt multi, qui debent vel de vsuris, vel alias, & quando à confessore dicitur q̄ satisfaciant, dicunt, Ego in testamento meo omnia ordinabo. Vultis cognoscere istam stultitiā? Fides Christiana habet clare, q̄ qui moritur in peccato mortali damnatur. Quando ergo dicitur, Ego dimittam in testamēto, & vos in vita vestra, non vultis satisfacere in toto, seu parte, voluntatem habetis non restituendi, ergo in peccato mortali decedetis, igitur ad infernum ibitis. Si hæres satisfacit, liberat animam suam de inferno, sed non tuam, quare ergo in vita tua non satisfacis? Gregor. ad magnam iustitiam dei omnipotentis pertinet, vt in alia vita non careat supplicio, qui in hac vita noluit carere peccato. Secunda stultitia: quia credunt quòd hæredes post mortem eorum satisfaciant: tamen videmus quòd nihil fit. Ideo benedictus

est

ſt ille, qui in vita ſua ſatisfecit & dicit filio, Non oportet te aliquid atisfacere. Ecce quare dicit, nemini &c. Benedictus ille, qui poteſt dicere parum habeo, ſed totum eſt meum &c. Item non ſolum furta ſunt eſtituenda & reddenda, ſed debitū etiā cordis & operis. Debitum cordis eſt diligere. Chariſsimi, ſi deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere 1. Ioan. 4. Si iſtud debitum abſtuliſti alicui ex odio &c. edde ei. &c. Debitum oris eſt ſalutare & loqui. Ad loquendum requiritur imaginatio, & os formans verba, & requiritur viſus, ſcilicet illius ui homo loquitur, & auditus, ergo requiritur etiam vnio corporis & nimæ in vna eſſentia, quæ locutio diſcretè nō poteſt fieri niſi per perſonam viuā. Hoc legitur in hiſtoria beati Petri de illo Symone Mago, ui dixit ſe hominem ſuſcitaſſe, quia mouit caput, & dixit b. Petrus, i vere ſurrexit loquatur, alias ſciatis fantaſma diabolicū eſſe, & nō pouit loqui. Patet ergo ꝙ locutio diſcreta eſt ſignū certū reſurrectionis. deo Chriſtus voluit, ꝙ ille iuuenis loqueretur diſcrete in ſignum &c. ui erat mortuus &c. Modo declaretur moraliter. Inuenio ꝙ in multis t oppoſitum, vt latius inuenies ſermone ſequenti. Item qualitercūque liquid abſtuliſti, facto vel cōſenſu, & oportet reddere &c. Idem de notariis, quando recipiunt teſtamēta. Dicit infirmus, Volo dimittere tali eccleſię, vel ſic &c. & nō curetis, dicit notarius, quia clerici nimis habēt. Oportet illud dammū ſatisfacere, ſi vultis ſaluari, alias &c. Idem de falſis inſtrumētis. Idem de illis qui falſè teſtificātur, & alias perdit, oportet reſtituere reuocando. Item ſi per veſtrum male loqui abſtuliſtis famam &c. oportet reſtituere reuocādo, etiam ſi ſit verū & ſecretū. Iſtud non ſolum eſt iuſtitia, ſed miſericordia. Epiloga, quia mortui habebūt ſuum, & eccleſia, & ſic de aliis. Mat. 18. Redde ꝙ debes. Quarto ſeruire prompte eſt opus miſericordię. Sani poſſunt ſeruire infirmis, & iuuare in neceſsitatibus, exēplo Chriſti, qui voluit humiliari ad ſeruiendum nobis. Ideo dicit, Filius hominis nō venit miniſtrari. i. vt ſibi ſeruiatur, ſed miniſtrare. Mat. 20. Quale ſeruitiū fecit in nocte paſsionis, quia lauit pedes apoſtolorū? Itē in vita ſeruiendū virgini matri, & Ioſph. Ita debemus nos facere ad inuicem ex charitate. Vos in libertatem vocati eſtis fratres, tamen ne libertatē in occaſionē detis carnis, ſed per charitatem ſpiritus ſeruite inuicē. ad Gal. 5. Vultis ſcire quod meritum eſt? dicatur hic miraculū, quod legitur in vita ſancti Iacobi, de ſociis peregrinis euntibus ad. ſ. Iacob. & nolentibus remanere, cum ſocio infirmo, tandē remāſit vnus. Et ſocio mortuo in die ſancti Iacobi, dum alter vellet ire ad ſanctū Iacobū, apparuit ſibi miles &c. & duxit eum ad ſanctū Iacobū, di. ꝙ diceret ſociis ꝙ nullam indulgentiam fuerant lucrati, ſed quòd totam indulgentiam ipſe, qui ſeruiuit ſocio, lucratus fuerat. Ex iſto miraculo patet quantum placet Deo ſeruire infirmis. quando dulciter fit ſeruitium. Ergo vos in libertatem &c. Deo gratias.

De eadem

De eadem dominica xvj. Sermo tertius, notabilis multum.



Vi erat mortuus cœpit loqui. Verbũ istud habetur textualiter, Lu. 7. Recitatiue autẽ &c. Vt deus det virtutem & efficaciã suis verbis, quæ nunc volo deuotioni vestræ prædicare, salutetur virgo Maria. Istud verbũ loquitur de homine quodam mortuo, quẽ Christus suscitauit, de quo dicit the. Qui erat mortuus &c. Pro intellectu literali huius verbi, antequã veniã ad intellectũ moralem, sciẽdum quòd signũ certũ resurrectionis alicuius mortui est loqui discrete, quia nec spiritus malignus ingressus in corpore mortui, posset discrete loqui. Ideo signũ certũ & euidẽs quod aliquis resuscitatus est, est quãdo loquitur discrete. quod nõ potest fieri nisi anima sit rationalis, & sit corpori vnita. Ratio, quia tot requirũtur ad loquendũ discrete, requiruntur enim xij. s. sex mẽbra corporalia, & sex potẽtiæ animæ. Mẽbra corporalia que requirũtur, sunt illa, de quibus dicit Logicus, Instrumẽta quibus vox formatur sunt ista, labia, dentes, lingua, palatũ, guttur, & pulmo. Sex potẽtiæ animæ sunt, Intellectus qui ordinat verba. Volũtas quæ mouet mẽbra ad loquendũ, vt dominus mouet seruos ad operandũ. Memoria cõcurrens, & memorãs de quibus est loquendum. Imaginatio formãs verba, & requiritur visus. s. illius cui homo loquitur, & auditus, ergo requiritur etiam vnio corporis & animæ in vna essentia, quia locutio discreta nõ potest fieri nisi per personam viuam. Hoc legitur in historia b. Petri, de illo Symone Mago, qui dixit se hominẽ suscitasse, quia mouit caput. Et dixit. b. Petrus. Si vere surrexit, Ideo loquatur, alias sciatis fantasma diabolicum esse, & non potuit loqui. Patet ergo quòd locutio discreta est signũ certe resurrectionis. Ideo Christus voluit quòd ille iuuenis loqueretur discrete in signum &c. qui erat mortuus &c. Modo declarando moraliter inuenio quòd persona dicitur mortua ex peccato mortali. Dicitur mortale, quia occidit animam. Peccatum enim est cum consummatum fuerit generat mortem. Iaco. 1. Et signum certum resurrectionis, in quo de se vel de alio poterit cognoscere, si de morte resurrexit quis ad vitam gratiæ, est locutio discreta, & requiruntur quatuor locutiones. scilicet,

Loqui sibiipsi dolorose.
Loqui sacerdoti verecunde.
Loqui proximo veraciter.
Loqui deo reuerenter.

Ista quatuor parlamenta sunt necessaria, & potest homo de tali dicere, Qui erat mor. &c. Dico primo &c. scilicet per contritionem, quia contritio non est nisi quædam locutio reprehensiua suiipsius de his, quæ male fecit homo, di. O miser, quid feci? verbi gratia. Si aliqua persona fuit multum vana & pomposa &c. quando deus per contritionem

nem tangit cor, loquitur intra se di. O miser, quid feciſti? quid tibi profuit tanta vanitas? totum tranſiuit, & ego ſum pœnis inferni obligatus. O miſer, quid erit de me? Idem de auaro, qui obliuiſcitur theſauros paradiſi pro iſtis corruptibilibus &c. Idem de luxurioſo, qui viuit vt porcus in luto luxuriæ, qui dicit, O miſer, & vbi ſunt ille delectationes quæ mihi tanti conſtant? Patet ergo quòd vera contritio eſt parlamentum animæ reprehendentis ſe amare. Ideo cognoſcere poteſt quilibet veſtrum ſi haberis contritionem vel non. De iſto parlamento ille ſanctus homo Iob 10. Tedet animam meam vitæ mee, ſcilicet in peccatis. Remedium ergo ſubditur, Dimittam aduerſum me eloquium meum, & quomodo loquar in amaritudine animæ mee? Et loquitur Iob in perſona conterentis. Vultis ergo intelligere clarius, dicatur parabola de quodam mercatore prædiuite vnicum filium habente, cui filio dare volebat vxorem, & non inueniebat. Quia licet eſſet diues, nihil ſciebat facere, in omnibus erat inexpertus. Quia pater tantum diligebat eum, quòd noluit, vt iret vt alij mercatores, vltra mare &c. Propter quod pater miſit filium ad quandam fœminam cum magna quantitate monete, vt emeret bona, & fieret fama quòd ſciret aliquid facere. Dicatur quomodo emit lapides vitreos pro lapidibus precioſis, quos emit pro xxx. milibus florenis, & non valebant triginta denarios. Idem de ſcutellis, emit de auricalco, credens quòd eſſent de auro, & oculos cancrorum, credens quòd eſſent perle, & reputauit ſe beatum, credens multum lucrari. Qui dum rediret de via, obuiauit cuidam amico ſuo, qui interrogatus, vnde veniret, dixit quòd de tali fœmina, de qua emerat precioſa iocalia, & oſtendit illa amico. Qui ſtatim cognoſcens illa, dixit ſibi, Iſta nihil valent. O vos eſtis perditus & confuſus, ſemper erit fama quòd eſtis beſtia &c, Tunc ille cognoſcens deceptionem, & ſuam indiſcretionē, cœpit flere amariſsime, quaſi deſperādo, ſed ille amicus eōſolabatur eū dicendo, Nō curetis, quia pater veſter eſt diues &c. ſub iſta ſpe ille conſolabatur. Ecce hic oſtēditur proprie quid eſt cōtritio. Iſte ſtultus mercator eſt homo, vel mulier, qui quādo facit peccatū, credit ſe inueniſſe margaritas, & aurum &c. nō eſt niſi lutū. Auarus credit ſe inueniſſe aurū, & totū eſt lutū, vanitas &c. Luxurioſus quādo videt mulieres albas vel formoſas, credit ſe inueniſſe margaritas, & non ſunt niſi ſterquiliniū. Sed quādo amicus, ſcilicet angelus bonus vel prædicator dat vobis intelligere quod emiſiſis, ſcilicet lutum & ſimum &c. tunc mercator, ſcilicet ſpiritus, redit ad ſe, & inueniens ſe deceptum, incipit flere di. O miſer, quid emiſti. & deſperaret, niſi quia pater, ſcilicet deus eſt diues, & ſub iſta ſpe trāſit. Diues eſt in omnes qui inuocāt illum. ad Ro. 10. Iudas habuit diſplicētiā, ſed non ſperauit in diuitiis patris. Patet ergo quomodo contritio eſt

incip

increpatio ſuiipſius. Ideo Dauid, Filij hominũ vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatẽ, & quæritis mendaciũ? pſal. 4. Nota, filios homi nũ vocat nos, quia nos moraliter loquẽdo ſumus beſtiæ, & filij homi-nũ, & nõ homines: quia homo eſt animal rationale. Homines & rõne vtentes fuerũt aliqui patres, qui in baptiſmo nos genuerũt, quia ante quàm feciſſent aliquid querebãt ratione an erat bonũ, & nõ cõtra deũ, ſed nos, proh dolor, vt beſtiæ, ſecundũ ſenſualitatẽ & deſideriũ guber-namus frequẽter nos. Ideo dicit, filij hominũ, quaſi beſtiæ. ſ. eũtes &c. quia ſi homo beſtialis habet opportunitatẽ faciẽdi peccatũ. ſ. vindictã, luxuriã, vel aliud, nõ reſpicit ſi eſt ſecundum deũ vel contra. Ideo Salo-mon, Dixi in corde meo de filiis hominũ, vt ꝓbaret eos deus, & oſtẽde-ret ſimiles etiã beſtiis. Eccle. 3. Et declarat Dauid tres beſtialitates di. Vſq; quo graui corde. Ecce auaritia, quia diuitie nõ ſunt lapides p̃cioſi, ſed lapides animã onerãtes, & faciũt deſcẽdere eã ad infernũ. Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno. Secũda tangitur ibi, vt quid diligi-tis vanitatẽ. ſ. in ornamẽtis, & quæritis mẽdacium. ſ. in luxuria, que vnũ oſtẽdit extra. ſ. delectationẽ, & aliud tenet intus. ſ. corruptionẽ & feto-rem. Eſt enim quaſi pulchrũ monumentũ extra pictum, & intra plenũ immũdicia & fetore &c. Ita pulcher homo, vel pulchra mulier, ſunt vt monumentũ, quia intra nihil eſt niſi corruptio, tripa de porco &c. Ecce primũ parlamentũ. Ideo quilibet viſitet ſua peccata, malã vitã, tempus perditũ, & reprehẽdat ſe amare, & de eo dicetur, Qui erat mortuus &c. Secundũ eſt loqui presbytero vel ſacerdoti verecũde. Ecce hic cõfeſsio, quæ eſt neceſſaria poſt contritionẽ. Ratio, quia qñ aliqua perſona ha-bet aliquã plagã mortalem in ſuo corpore, nõ ſufficit illã reſpicere & videre, ſed debet oſtendere eã medico. Idem in cõtritione reſpiciũtur & vidẽtur plage peccatorũ, ſed nõ ſufficit, ſed oportet oſtendere medi-co, ſcilicet cõfeſſori di. pater gentes putãt me ſanum &c. Sed pater ecce plagas meas. Ego ſum vanus, auarus &c. Ideo Chriſtus Lucæ 18. Dixit decem viris leproſis, Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Modo poterimus hic reſpondere duabus quæſtionibus quas vos communiter facitis. O domine mi, quare dicitis quòd homo confiteatur ſacerdotibus. Nun-quid valet tantum confiteri vni probo viro, vel mulieri deuote? Maxi-me, quia Iacob. 5. dicitur, Confitemini alterutrũ peccata veſtra, & ora-te pro inuicem, vt ſaluemini. In iſta autoritate fundant ſuum argu-mentum. Quare ergo nos tantum reſtringitis? vos ſolum vultis ſcire peccata noſtra? Reſpondeo, quòd duplex eſt cõfeſsio. Prima propter im petrationem orationis. Secunda propter impetrationem abſolutionis. Prima cõfeſsio poteſt fieri cuilibet perſonæ, & deuoto homini, vel etiã mulieri põt homo dicere ſua peccata, ego ſum vanus, vel auarus. Ideo rogo vos oretis pro me, vt deus det mihi humilitatem, vel liberalita-tem, ſeu caſtitatem &c. Iſtam confeſsionem facit ſacerdos laicis, & non

debet

debet dicere, absoluatis me, sed oretis pro me, nec debet petere pœnitentiam pro peccatis &c. Et de ista loquitur beatus Iacobus, cũ dicit, Confitemini &c. Patet, quia sequitur, & orate pro inuicem vt saluemini, ibidem &c. Secunda confessio est sacramentalis, in qua datur absolutio & remissio peccatorũ. Ista non potest fieri nisi sacerdotibus. Ratio, ecce rex tenet vnum gubernatorem, sed est malus homo, ribaldus, & sceleratissimus est. Et vos commisistis furtum vel homicidium, & timetis aduentum regis. Ad quẽ recurritis ad petendũ remissionẽ de crimine vestro, ad aliquẽ sanctum hominẽ, vel ad gubernatorem? Nullus sanctus homo potest vobis remittere peccata, quia non habet potestatẽ regis. O diceretis vos, Gubernator est malus homo, quantumcũque sit malus, potestatẽ habet regiam remittendi &c. Ita confessores seu clerici gubernatores sunt regis Christi, & Christus dedit eis potestatẽ absoluendi, & non aliis. Quorũ remiseritis peccata remittuntur eis. Io. 20. hoc solũ fuit dictũ clericis. Si ergo vultis remissionem peccatorum, oportet ire ad clericos, si orationem vultis, potestis ire ad alios. Et si rex vellet dicere, Quare iuisti ad gubernatorem, nunquid ipsum malũ hominẽ esse sciuisti? &c. Respõdeo, Domine ideo, quia vos eum sustinetis. Idem de clericis, Et quando anima alicuius bene confessi venit ad iudicium coram Christo, & dæmon accusat, & requirit vt damnetur, quia fecit hoc peccatũ &c. & hoc & Christus licet sciat, tamen interrogat iustum & impium. Quid dicis anima ad hoc? Domine verum est, quia illa feci, nec possum negare, sed domine habui remissionẽ à vestro gubernatore, seu locũ tenente, & ostendit chartã quam portat in fronte, quia licet in confessione non detur character indelebilis, datur tamẽ quidã ornatus. Secunda quæstio. Dicunt aliqui, maxime Valdẽses, absoluere & remittere peccata est soluere ligatũ, quia quot peccata habet homo, tot cathenis ligatur anima. Si ergo sacerdos sit ligatus peccatis, forte plus quã ille qui confitetur, quomodo poterit ligatus soluere ligatũ? Istæ rationes sunt hæreticorum, ad recipiendũ simplices. Respondeo ꝙ verũ est, ꝙ absolutio est soluere à peccatis, ideo solis sacerdotibus dicit Christus, quæcunque solueritis super terrã, erunt soluta & in cælis &c. Mat. 18. Et si sacerdos esset ligatus in parte per quã habet soluere, s. in lingua, ꝙ esset mutus, concedo vobis ꝙ non posset alium soluere, quia non posset proferre formam absolutionis, sed adhuc si manus, & pedes, & totũ corpus ligatũ sit peccatis, si potest proferre verba absolutionis, soluit, quia illa solutio non fit virtute sacerdotis, sed virtute Christi, cuius est instrumentum. Et habetur clare ex ista autoritate, qñ xps dixit decẽ leprosis. Ite ostẽdite vos sacerdotibus. Isti sacerdotes erãt ribaldi, symoniaci, inuidi &c. cõtra quos xps prædicabat. Potuissent dicere leprosi. Dñe quare mittis nos ad malos homines, & peccatores, quare nõ mittis ad matrẽ vestrã, vel ad Ioannẽ Baptistã, & ad apostolos? Solutio,

quia nō erant sacerdotes. In hoc Christus ostendit, ꝙ solū sacerdotibus est fiēda cōfessio sacramētalis, tū quilibet quantū potest debet eligere bonū cōfessorē, sciētē discernere inter leprā & nō lepram, & qui sciat soluere & ligare. de pœ. di. j. Quē penitet, & dist. vj. c. j. si quis. De isto parlamēto dicit scriptura Iob, 7. Quapropter. s. amore absolutionis habēdæ, & ego nō parcā ori meo. Loquar. s. ore, in tribulatione spiritus mei, confabulabor cū amaritudine animæ meæ. Et hoc dicitur ad differentiā veteris testamēti, in quo nō cōfitebātur peccata ore. Si dicatur, illud tēpus erat bonū. Solutio, ꝙ nō omniquaque, quia nunquā habuerunt remissionē peccatorū vt intrarēt paradisum. Ideo dicit. Loquar. s. dicendo ore peccata mortalia specialiter venialia in genere. In tribulatione spiritus mei, & hoc quantū ad propositū non redeundi ad peccata, de quo debet interrogare cōfessor, & est maxima tribulatio habēdi tale propositū cū omnis homo sit inclinatus ad oppositū. Cōfabulabor. s. de pœnitentia cum confessore, quando dicit confessor, Ego video ꝙ estis totus vanus, & superbus, ideo humiliabitis vos in oratione. Idē de aliis. Auiset se confessor, ne det pœnitentiā vltra voluntatē peccatoris. Ratio, quia si dimitteret pœnitentiā, confessor culpā incurreret. Laboratoribus detur ieiuniū, de quo nō poterunt se excusare. s. vt audiant missam, sint ieiuni in diebus festis. Contra inuidiam detur medicina orandi pro illa persona &c. Ecce quare dicit, Loquar in amaritudine animæ meæ, quia pœnitentia est amaritudo sensualitatis. Tertiū parlamentū est loqui proximo veraciter. Modo addiscatis quomodo est summè cauendū ab omni mendacio, si attenditis ad ea quæ dicā. Cuilibet mēbro corporis deus dedit suū officium, oculis officiū videndi, auribus audiendi &c. Sicut rex dat officia diuersa diuersis in regno suo, ita deus dedit mēbris diuersa officia. Modo si officiū oculi impediretur per albuginē, esset magnus defectus oculi, quia perderet suū officiū. Idem de auribus &c. Modo officium oris est significare cordis intentionem. Philosophus. 1. Periher. Voces sunt notæ. i. signa earum quæ sunt in anima passionū. Quādo ergo homo mētitur, mentiri enim est vnū dicere ore, & aliud habere in corde. Lingua perdit suū officiū. s. significādi ea quæ sunt in corde. Ideo sicut nullus vellet habere maculā in oculo, ita nec debet velle mendaciū in ore. Patet ergo quòd homo debet loqui veraciter. Licet nō oē verū, nec secreta cordis sunt dicēda, quia esset stultitia, nō tamē debemus dicere mendaciū pro quacūque causa cōtra illos, qui dicunt bonū esse mendaciū, quod nulli nocet. Ideo Prou. 8. Veritatem meditabitur guttur meū, & labia mea detestabuntur impium. Guttur enim significat cogitatus cordis. Et labia detestabuntur impium. Hoc tangit mercatores, qui aliquoties emendo & vendendo dicunt multa mendacia, etiam cū iuramentis, in fraudem proximi, hoc etiam tangit tractatores matrimoniorum, qui etiā dicunt multa mendacia, quando homo

homo interrogat, quid est de tali puella &c. dicunt ꝙ omnia & aliqñ nihil scit facere, erit vna vana confusio &c. & non habent conscientiam mentiri, item tractatores pacis dicunt multa mendacia, quod pro nulla causa est dicendum. Dicatur miraculum quod legitur Exo. 1. quomodo Pharaon concepit destruere populum Iudæorũ, & præcepit obstetricibus &c. Cumque repræhenderentur à rege, timentes responderunt, Non sunt Hebreæ sicut Egyptiæ mulieres, ipsæ enim obstetricandi habent scientiã, & antequam veniamus ad eas, pariunt, & texerunt mendacium, & sic euasit populus Israel. Bene ergo fecit deus obstetricibus, & quia timuerunt deũ, ædificauit illis domos. Dicit hic Greg. dans eis multa vt remunerarentur, quia ex mendacio perdiderunt regnum cælorum. Ideo pro toto mundo nõ est dicendũ mẽdacium. Ideo apostolus, Deponentes omnem mendaciũ loquimini veritatẽ vnusquisque cum proximo suo, quoniã sumus inuicẽ membra, ad Ephe. 4. Quartum parlamentũ ex quo homo fuit locutus sibiipsi dolorose, cum confessore verecunde, cũ proximo veraciter, sequitur ꝙ debet loqui cũ deo reuerenter, & hoc fit in oratione. Ratio, quia oratio est vt canale, per quod aquæ gratiarũ veniunt de fonte cæli. Dicatur quomodo de alto fonte, si vultis habere vel recipere aquã ad hortũ vestrum, oportet ponere canale. Idem fons totius boni corporalis, & spiritualis, temporalis, & æternalis, est alte collocatus. s. in cælo. Fons sapiẽtiæ verbum dei in excelsis. Eccl. 1. Hortus noster, in quo venimus, est iste mũdus. Si ergo volumus ꝙ aqua gratiarum. s. pacis, & sanitatis, diuitiarum, & prosperitatis, & benedictionis, veniat ad nos de illo fonte, oportet quod ponamus canale orationis, cuius pes est in ore, & summitas in cælo, cogitando cui homo loquitur, & sic canale est rectum. Ideo Christus, Oportet semper orare, & non deficere, Luc. 18. Nota, semper, id est in omni hora ordinata. Clerici in septem horis canonicis. Laici mane & sero, & sic veniet aqua gratiarum. De hoc figura Nume. 20. quando filij Israel fuerunt in deserto, moriebantur siti, & Moyses & Aaron qui habebant curam & regimen illius populi, orauerunt dicentes, Domine deus audi clamorem populi huius, & aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuentis, vt satiati cesset murmur eorum &c. Quibus respondit deus dicens, Loquimi ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Et ita factum est. Ista petra, cui est loquendum, est Christus, qui totum mundum sustinet. 1. ad Cor. 10. Petra autẽ erat Christus. Si ergo indigetis aquis gratiarum, sanitatis, pacis, remissionis peccatorum &c. loquimini ad petram orando, vt dixit deuote, quia sine dubio dabit vobis necessitatem, non vanitatem. Ecce ergo quatuor parlamenta necessaria illi qui vult in gratia dei post peccatum, de quo potest dici, Qui erat mortuus cepit loqui.

Retributio quã Egyptiæ obstetrices à deo habuerunt propter mendacium.

De eadem dominica xvj. Sermo iiij.

POrtæ ciuitatis ecce defunctus efferebatur. Luc. 7. originaliter, & reciratiue in euangelio currentis dominicæ scribitur verbum istud. Volens impetrare gratiam & benedictionem super nos, in hoc præsenti sermone remedium habeo. s. recurrere ad virginem Mariam. Salutetur ergo &c. Pro intellectu spirituali huius verbi, secundum q̄ modo volo illud pertractare, sciendū q̄ est doctrina cōmunis doctorū in sacra theologia, quia à principio mundi, ex quo Adam peccauit, cælū fuit ita clausum, q̄ nullus quantumcumque sanctus & amicus dei, potuit intrare, vsque ad Christi ascensionem, quia tunc Christus aperuit ianuam cæli, Vnde quando animæ sanctorum antiquorū exibant de corporibus, respiciebant si possent cælū ascendere & intrare, sed non poterant, quia ianua erat clausa. Chry. Erāt prius obstacula quædā & impediméta salutis, quibus obsistētibus animæ defunctorū, introire nō poterāt cælos. Nullāenim aīam, ex quo Adā peccauit, & clausi facti sunt cæli, arbitror ascendisse in cælum. Sed venit Christus, & merito suæ passionis, & virtute resurrectionis, & opere ascensionis, aperuit ianuam. Ideo modo possunt intrare qui volunt. De ista materia autoritas plena secretis. Hæc dicit dominus deus. Porta atrij interioris, quæ respicit ad oriētē, erit clausa sex diebus in quibus opus fit, die autem sabbati aperietur. Ezech. 46. Nota platea interior est gloria paradisi, quæ dicitur platea propter eius magnam latitudinem, quia totus mundus in eius respectu non est nisi punctus. Porta huius est introitus, quæ respicit ad orientē. In oriente enim primo apparet claritas solis. Ita quando anima intrat per portam paradisi, statim videt claritatem solis. s. Christi. De quo dicitur virgini Mariæ, Ex te enim ortus est sol iustitiæ Christus deus noster. Hæc porta clausa erit sex diebus, in quibus operatur. Hic sumuntur dies pro ætatibus mundi, quæ sunt septem. Prima fuit ab Adā vsque ad Noe, Secunda à Noe vsque ad Abraham. Tertia ab Abraham vsque ad Moysen. Quarta à Moyse vsque ad Dauid. Quinta à Dauid vsque ad transmigrationem. Sexta à transmigratione vsque ac Christum. In quibus fit opus, quia tunc illi sancti, qui tunc erant, laborabant in seruitio dei plus quam nos, tamen in fine diei. i. vitæ, non habebant salarium gloriæ, sed pro quiete ibant ad carcerem inferni, ac si vos in sero, quando seruus vester deberet quiescere, mitteretis eū in carcerē. Hæc die sabbati. i. quietis. aperietur. Ista dies fuit in septima ætate, quando xp̄s ascendit. Ideo modo porta est aperta quia cōdignè pœnitentes statim intrat qñ moriuntur. Hoc dicit the. Portę ciuitatis &c. Cōstruitur sic, Defunctus efferebatur portę (datiui casus est) ciuitatis. Patet thema. Occasione huius the. ego quæsiui quot sunt portæ intrandi paradisum, siue cælum, & per gratiam dei inueni. Nehe. 3. per figuram ciuitatis

Probatur sententia Chrysostomi, vsque ad Christi ascensionē non patuisse in cælum aditū.

uitatis Hieruſalem, quę habebat ſex portas, quæ vocabantur his nominibus. Porta fontis, porta ſterquilinij, porta vallis, porta vetus, porta piſcium, porta gregis. Quæ ſignificant ſex portas cæli, quas Chriſtus aperuit ad intrandum gloriam &c. Prima porta ciuitatis Hieruſalem dicebatur porta fontis, hanc ædificauit Sellum princeps. Ratio, quia illo tempore ciuitas Hieruſalem erat ita nobilis, & ad vnam portam ciuitatis erat fons magnus, vt qui veniebãt ab extra, ibi lauarentur a pulueribus, & ſic intrarent ciuitatem mundati. Propter hoc iſta porta dicebatur porta fontis. Hæc figurabat primam portam cæli quam Chriſtus aperuit, quæ dicitur innocentia baptiſmalis, quia tam nobilis eſt illa ciuitas cæleſtis, & nulla anima cum aliqua macula etiam veniali poteſt eo intrare. Ideo quãdo Chriſtus oſtendit illam Ioan. euang. dixit Ioannes, O domine & quis intrabit huc? Reſpondit Chriſtus, Non intrabit in eam aliquid coinquinatum. Apoc. 21. Ideo parauit deus portam fontis, ſcilicet baptiſmalis innocentiæ. Si habetis faciem, vel manus immundas, lauantur ibi. Aliqui habent faciem immundam, ſed habẽt manus mundas, vt pueri, qui opere nõ peccauerunt, ſed originali peccato maculati ſunt, quod non eſt peccatum factum ab eis, ſed receptum, ſicut de imagine cadente in lutum, ſic pueri habent faciem lutoſam ex illa carnali generatione. Ideo ſi tales debent intrare ciuitatem paradiſi per iſtam portam baptiſmi, oportet & lauentur in porta fontis a ſacerdote vel laico in periculo. Auſentur de forma. Si moritur in hoc ſtatu, recte vt anima virginis euolat ad paradiſum ſine purgatorio, & intrat per portam fontis. Alij autem habẽt non ſolum faciem lutoſam ex originali peccato, ſed etiam manus ex peccatis actualibus &c. qui nõ poſſunt purificari niſi per baptiſmum, vt ſunt Iudæi, & alij infideles. Vnde quando tales non ficte accedunt ad baptiſmum, tanta eſt virtus baptiſmi, & ita purificat, & ſi morerentur antequam peccarent, ſtatim euolarent, & intrarent per portam fontis. De iſto fonte Zacha. 13. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hieruſalem, in ablutionem peccatorum. De iſta porta dicebat Iob anagogicè, Petra fundebat mihi riuos olei, quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant mihi cathedram. Iob. 29. Nota ſecreta. Baptiſmus habet fieri per aquam naturalem, dulcem, vel ſalſam de mari, non enim poteſt dari per aquam artificialem, vt roſaceam &c. Cum aqua naturali lauatur corpus baptizati, ſcilicet petra, id eſt Chriſtus. Petra autem erat Chriſtus. 1. ad Corin. 10. ſimul fundit ſeptem riuos olei, ſcilicet ſeptem dona ſpiritus ſancti, quæ ponuntur Eſa. 11. Spiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſciẽtiæ, & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris dñi. Vnde ſpiritus ſanctus dixit Io. Bapt. de Chriſto, vt ipſemet dicit, Qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris ſpiritum ſanctum deſcendentem, & manentem ſuper

Nomina ſex portarum Hieruſalem.

eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto &c. Ioan. 1. Ecce quare dicit, Petra fundebat mihi riuos olei, quando procedebam ad portam ciuitatis. Secundo dicit in platea. s. in ciuitate paradisi, parabant mihi cathedram. s. derelictam a malo angelo, quia quando anima alicuius nouiter baptizati intrat paradisum, statim collocatur in vna illarum cathedrarum. Et de tali potest intelligi thema, Portę ciuitatis &c. Secunda porta dicitur sterquilinij, quia post baptismum facti sumus immundi &c. Si di. aliquis, Ego volo iterum baptizari &c. Dico ꝙ baptismus non habet virtutẽ nisi semel, quia Christus solum semel fuit passus, imo peccaret quis grauiter, si iterum baptizaretur. Baptismus enim est sacramentum irreiterabile, quia imprimit characterem, qui est indelebilis. Et ideo nisi esset alia porta, nos possemus desperare. Ideo est secunda porta figurata per portam Hierusalem, quæ dicitur sterquilinij; quam ædificauit Melchias. Ratio est, quare sic nominatur, ciuitas Hierusalem tunc erat sita in altitudine. s. in quodam pede montis, sed iam non est illa, quia dominus extra portam passus est, & sepulchrum extra erat, & modo est in medio ciuitatis, & ille populus Iudaicus erat immundus, & quando pluebat, oẽs immunditiæ de illa altitudine deducebantur per aquam ad illam portam, ideo dicebatur porta sterquilinij. Et signat secundam portam cæli, quæ dicitur pœnitenria sacramentalis, quæ recte est sicut illa porta ciuitatis Hierusalem, quia oẽs immunditiæ congregantur in conscientia. Iam videtis in domo vbi stamus & comedimus, ꝙ ibi spurcitiæ cõgregantur, sed plures in domo conscientiæ, sed quando venit illa pluuia benedictionis, scilicet lacrymarum pro peccatis, quãdo scilicet cerebrum restringitur vt spongia, & homo vadit ad confessorem, per portam oris vadunt immunditiæ peccatorum, sic ciuitas conscientiæ purgatur, quia sicut pluuia impetuosa ducit secum oẽs immundicias, ita confessio dolorosa facta cũ gemitibus & suspiriis, purificat totam conscientiã, in qua congregantur tot immũdicię. Cogitate si esset aliqua domus, vbi homo comederet &c. & de toto anno nõ mundaretur, quot in illa essent congregate immundiciæ? Modo cogitate quid debet esse de conscientia, quæ solum semel in anno a nobis mundatur. O quot immundiciæ quotidie congregantur, comedendo, bibendo, loquendo, negotiãdo &c. Sunt multi miseri, qui nec semel in anno mundant domum cõscientiæ, quia nõ confitentur, & tales damnationẽ merẽtur, & nõ debent habere ecclesiasticã sepulturam, sed sicut anima est cum dæmonibus in inferno, ita corpus debet esse cũ brutis in campo extra de pœ. & re. Omnis. Ideo dicit scriptura, Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est deus, vt remittat nobis peccata nostra, emundet nos ab omni iniquitate. 1. Ioan. 1. De ista porta Dauid in Psal. Cõfitemini dño. Hæc porta domini, iusti intrabunt in eam. p̃s. 117. Nocum dicit, Confitemini dño. Diceret aliquis, Non dicit, confitemini sacerdoti.

cerdoti. Dico ꝙ confeſsio quæ fit ſacerdoti fit deo, in cuius loco ſtat ſacerdos, intantum ꝙ ſi cõfeſſor per iudicem interrogaretur de peccatis, ſi aliter nõ poteſt euadere, poteſt iurare ꝙ nihil ſit, quia deo fit confeſſio, & nõ ſcit peccata vt homo. Item hæc porta domini. Hic extirpatur error aliquorũ preſumptuoſorũ dicẽtium, ꝙ Chriſtus nõ ordinauit cõfeſsionem, ſed beatus Iacobus quãdo dixit, Confitemini alterutrũ peccata veſtra, & orate pro inuicem, vt ſaluemini. Iaco. 5. Reſponſio, dicere ꝙ Chriſtus nõ ordinauit confeſsionẽ eſt error, quia nõ Petrus, nec alij apoſtoli poſſent ordinare vnum ſacramentũ, ſed Chriſtus proprio ore ordinauit, ſed apoſtoli fuerunt baccalarij, & Chriſti repetitores. Ideo Chriſtus dixit eis, Nolite vocari, nec vocemini magiſtri, quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. Mat. 24. Ideo quãdo apoſtoli loquuntur de aliquo ſacramento, non loquũtur vt ordinatores, ſed vt repetitores. Item iuſti intrabunt in eam. i. per eam, quantuncũque ſunt peccatores, in confeſsione iuſtificantur, & quãdo talis ſic mundatus moritur, poteſt dici, Portæ ciuitatis defunctus efferebatur. Tertia porta dicitur vallis. i. Ioſaphat. Expedit vobis, vt ſit alia porta, quia pauci ſunt qui faciunt condignam pœnitentiã. Ita ꝙ ſi in ſtatera diuinæ iuſtitiæ in vna parte ponerentur omnia peccata, & in alia omnia bona &c. Pauci ſunt religioſi, clerici, vel laici, de quibus nõ plus ponderarẽt mala & peccata quam bona. Ideo tales nõ poſſunt intrare per primã portã, nec ſecundã, ideo aperuit deus tertiã portã, figuratã per portã vallis, quã ædificauit Annom & habitatores Zanoe. Dicat quare illa porta Hieruſalem dicebat porta vallis, qa antiquitus tẽpore gentiliũ erat iuxta illã portã vallis profunda, in qua incendebat ignis, & ibi offerebãt filios idolis per ignẽ. Ideo ab Eſaia & Hieremia dicitur vallis Tophet. i. tribulationis, & a Chriſto vocatur gehenna. Hęc porta figurabat tertiã portam paradiſi. Saſſli ctionem purgatorialẽ, quia ſicut illa vallis erat baſſa, ita purgatorium eſt baſſum, quia circa centrũ terræ, & dicit vallis triſtitię & tribulationis, quia cõcluſio eſt omnium theologorũ, quod minima pœna purgatorij eſt maior quacũque pœna huius mũdi, & quãdo moritur qui condigne nõ ſatisfecit, & in gratia decedit, in purgatorio ſatisfacit, & purgatur, & illi decedenti dicit Chriſtus. Vadat ad portam vallis. i. ad purgatoriũ. Dicatur modus quomodo anima portatur ab angelo bono dicente, Vides quot maculas habes. Dicatur quomodo proiicit animã in purgatoriũ, vel ponit dicens, Tu ſtabis tantũ, niſi iueneris ab amicis &c. Ideo bonũ eſt facere pœnitentiã in hoc mũdo, ne homo habeat tranſire per iſtam portã doloroſam. De iſta porta autoritas allegoricè. Tranſeuntes primã & ſecundam cuſtodiam, venerũt ad portam ferream, quæ ducit ad ciuitatẽ, quæ vltro. i. ſponte aperta eſt eis. Act. 12. Prima & ſecunda cuſtodie ſunt duæ cuſtodie angelorũ bonorũ quas habemus. Prima eſt in hoc mũdo, qñ creatura naſcit, deus mittit angelũ ad cuſtodiã;

Quàm intenſa ſit purgatorij pœna.

ne a diabolo submergatur, & custodit semper. Vnde Dauid, Angelis suis deus mandauit de te, vt custod. te in omnibus viis tuis &c. Psal. 90. Secūda custodia est in fine, quādo homo exit hunc mūdum, in ingressu & exitu deus dat custodiam. Sunt enim in exitu dæmones obseruantes animam, & nisi deus mitteret angelos &c. & propter hoc dicit, Transeuntes primam & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, id est purgatoriū, quia sicut ferrum est durius ligno, ita pœna purgatorij est durior ferro, & pœna purgatorij pœnam istius mūdi excedit, sed consolatio est eis, ꝙ peracta purgatione ad ciuitatem paradisi intrant. Vnde subditur in dicta autoritate, quæ vltro aperta est eis. Ideo quādo moritur, qui non fecit condignam pœnitentiam, potest dici, Porta ciuitatis &c. Quarta dicitur porta vetus, hanc ędificauit Ioiada. Ratio, quia dicit magister historiarū ꝙ erat antiquior aliis, intantū ꝙ ibi ostendebantur ædificia de tēpore Melchisedech, qui obtulit panē & vinū. Figurabat vetus porta contritionē cordialē. Nam cōtritio cordialis ab initio mundi vsque modo fuit bona & virtuosa, quia tanta potest esse contritio de peccatis, ꝙ sine hoc ꝙ transeat secūdam vel tertiā portam, intrabit paradisum per portam veterem, scilicet cōtritionis. Dicatur hic miraculum de pulchra meretrice, veniente ad sermonem, credatis ꝙ non ex deuotione, sed quia ibi erant homines, ideo vt videretur &c. ornauit se, vt homines post sermonem peccarent cum ea, sed deus cogitauerat aliud, & a casu frater prædicabat cōtra vanitatem & ornamētum mulierum, & cōtra immunditiam luxuriæ, & quomodo puniuntur, & illa quæ prius cachinnabatur, incepit flere, & tantus fuit ignis contritionis, ꝙ subito & sine cōfessione fuit mortua &c. Ista intrauit per portam veterem scilicet contritionis. Ideo bonum est prouocare se ad dolorem peccatorum. Per istam portam intrauit Maria Magdalena, quando venit ad pedes Christi &c. Per istam intrant plures. Magnum est affligere corpus ieiuniis & disciplinis &c. Sed super omnia est afflictio cordis per contritionem. De ista porta autoritas. Conuertit me ad portam domus, & ecce aquæ egrediebantur subter limen domus ad orientem. Ezech. 47. Nota, peccando homo auertitur a deo, & conuertitur ad creaturas &c. sed in contritione conuertitur ad deum, & vertit dorsum ad peccata. Ideo dicit, Conuertit me ad portam domus, id est ciuitatis, scilicet contritionis. Subter limen domus. Limen est memoria peccatorum, a quo procedunt aquæ lachrymarum ex contritione, quando religiosus, clericus, vel laicus dicit, O miser quid erit de me &c. & plorat &c. recognoscendo vitam malam quam tenuit. Item dicit ad orientem, id est pœnitentiam dei, significat ꝙ in contritione homo debet habere respectum ad deum, quem homo offendit, non ad periculum, seu honorem, vel famam, sed ad orientem. Quando quis moritur bene contritus, de eo potest dici thema. Portæ ciuitatis &c. Quinta


porta

porta dicitur porta piſcium, hanc ædificauerunt filij Aſnaa, dicitur autē porta piſciū. Ratio, quia per illā intrabāt piſcatores portātes piſces de portu Ioppes, qui nunc dicitur Iaffa. Hæc porta figurabat quintā portā paradiſi. ſ. obedientiā ſupernalem ad dei mandata. Figuratur enim per piſces, quia ſicut piſces delicioſe & leuiter vadunt. Ita obedientes delicioſe & totaliter debent ſe immergere, & cum delectatione & letitia ſeruare mandata dei & eccleſiæ, die dominica audire miſſam cōpletam cum ſilentio &c. Item in quadrageſima cōfiteri, in paſcha cōmunicare, non venire cū triſtitia, ſed cum letitia ſicut ad conuiuiū. Idem de aliis. Ideo Chriſtus, Si vis ad vitam ingredi, ſerua man. Mat. 19. Patet ergo q̄ obedientia eſt porta ad intrandum paradiſum. De iſta porta autoritas, Beatus vir qui implet deſide. ſuum ex ipſis, non confun. cū loque. inimi. ſuis in porta. pſal. 126. No. ex ipſis. ſ. dei mandatis, delectabiliter & non cum faſtidio ea ſeruando. Itē non cōfundetur. ſ. per dānationem æternam. Cū loquetur inimicis ſuis. i. diabolis, in porta. ſ. mortis, dicētibus, Nunquid tu eris dānatus? nunquid tu feciſti hoc & hoc &c. Sexta dicitur porta gregis. Hanc ædificauit Eliaſib ſacerdos magnus, & fratres eius. Dicitur porta gregis. Ratio, quia erat iuxta tēplum, per quam intrabant greges pro ſacrificio faciendo. Figurabat ſextā portam cæli, quæ dicitur patientia martyrialis. Martyres enim recte dicuntur oues, quia ſicut ouis quando ducitur ad locum mortis non clamat, nec ſe defendit, ſic martyres nihil dicebant in quolibet ictu, niſi Ieſus, & licet ſentirent dolores, tamen patienter ſuſtinebant. Ideo de eis cantat eccleſia. Ceduntur gladiis more bibentium, non murmur reſonat, non querimonia, ſed corde tacito mens bene conſcia conſeruat patien tiam. Ecce grex. De iſto dicit Dauid pſal. 44. & recitatur ab apoſtolo, ad Rom. 8. in perſona martyrum, Propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. O quot homines, quot mulieres, o quot pueri, o quot puellæ intrauerunt per illam portam. De iſta porta dicit Ioan. Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine agni, vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent, in ciuitatem, ſcilicet Hieruſalem. Apoc. 22. Nota, in ſanguine agni, non dicit in ſanguine proprio, quia virtute ſanguinis Chriſti quem habebant in memoria quando martyrizabantur, purificabantur. Ideo dicit Beati qui lauant ſtolas ſuas, id eſt opera vitæ in ſanguine Chriſti, Nota cum dicit, Et per portas intrent in ciuitatem. In aliis dicit per portā in ſingulari, hic vero dicit in plurali per portas, quare hoc? Reſpōdeo, q̄ ad oſtendendum q̄ martyriū nō ſolū eſt ex vna virtute. Aliqui credunt q̄ ſolā ſit martyr qui moritur pro fide Chriſti. Non eſt ita, imo moriēs pro quauis virtute reſiſtēdo peccatis martyr efficitur. Verbi gratia. Ioannes Baptiſta non fuit mortuus ex quæſtione fidei explicitè, ſed ex correctione proximi, tamē martyr eſt. Præpotēs martyr heremiq; cultor,

cãnit ecclesia. Item si mulier resistens ribaldis &c. & occiditur per eos, martyr est cum beata Catharina. Ecce quantũ deberetis vos custodire, imo dico fortius, sed bono modo, tamẽ intelligatis me. Si esset aliquis vir male nutritus, & vellet de corpore vxoris aliquid; quod esset contra deum, & vxor nolens cõsentire interficeretur, martyr efficeretur. Item si aliquis dans bonum consilium pro re publica, occiditur, martyr efficitur. Patet quòd pro omni virtute manutenẽda efficitur martyr quis. Ecce quare dicit, Et per portas intrent in ciuitatẽ. Ideo Christus quando fuit locutus de martyribus, dixit, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, non dixit, propter fidem, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Matth. 5. Patet thema, Porte ciuitatis &c.

Dominica. xvj. post Trinitatem. de epistola. j.

Sermo notabilis quintus.



Lecto genua ad patrem domini nostri Iesu Christi, ad Ephes. 3. Salutetur virgo Maria. Pro declaratione huius verbi, & introductione materiæ deuotæ quam volo prædicare, sciendum quòd Christus dans regulam & doctrinã suis sanctis apostolis, & discipulis, & in persona, quomodo est orandũ, ostendit quòd in nostris orationibus dirigamus verba ad deum patrem. Non credatis tamen quòd hoc fiat, quia pater sit maior filio &c. in potentia, vel sapientia, vel voluntate, vel quòd maior sit spiritusancto. Quia sicut est vna deitas, & vna essentia in tribus personis, & etiam est vna potentia, vna sapiẽtia, & vna voluntas. Et omnis oratio quæ fit patri, fit etiam filio, & spirituisancto, quia cum nõ sit nisi vnus deus, adorando patrem, adoratur filius, & spiritussanctus, & ita dicitur in articulo fidei, Credo in spiritumsanctum, dominum, & viuificantem, qui ex patre filioque procedit. Qui cum patre & filio simul adoratur & conglorificatur. Ideo siue faciatis orationem patri siue filio dicendo, Adoramus te Christe, vel spirituisancto dicendo, Veni sancte spiritus &c. Simul fit patri, & filio, & spirituisancto. Quia adoratio, reuerentia, vel honor, quæ vel qui fit vni, fit etiã aliis personis, quia non est nisi vna maiestas, siue deitas. Ideo in orationibus vestris potestis dirigere patri, filio, vel spirituisancto secũdum vestram deuotionem. Sed diceres, Quæ est ergo ratio quòd Christus ostendit dirigere verba patri? Respondeo, quòd inter alias conditiones orationi necessarias vna est confidentia in orante obtinendi quod iuste petit, nõ dubitare si faciat vel non faciat &c. Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui a vento mouetur & circunfertur. Non ergo estimet homo ille quòd accipiat aliquid a domino. Iacob. 1. Ideo oranti est necessaria cõfidentia de diuina bonitate. Non confidatis de operibus vestris bonis, quia illud non debet dici confidentia, sed præsumptio. Sed dicatis, Domine licet sim peccator, tamen confido de vestra bonitate &c. Dico vobis omnia

quæcunque

quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Matth. 11. Modo quomodo poteſt haberi maior confidentia quàm de patre? quia vulgariter dicitur, Qui patrem habet iudicem, obtinebit cauſam. Item ordinauit Chriſtus vt dirigamus verba orationis ad patrem, quia iſtud nomen pater eſt nomẽ confidentie, propter hoc Chriſtus in oratione quam oſtendit apoſtolis, dixit, Sic orabitis, Pater noſter &c. Matth. 6. Quare non oſtendit eis modum orandi dicens, Deus noſter, vel creator noſter, aut rex noſter, ſeu imperator noſter? Ratio, quia iſta nomina ſunt timoris, & terroris, ſed pater dat confidentiam. Ecce ratio quare Chriſtus oſtẽdit dirigere verba patri in oratiõe, licet etiã intelligatur filius & ſpirituſſanctus. Et iuxta iſtã doctrinã orabat Paulus dicẽs, Flecto genua &c. Patet the. Et ſum in materia prędicanda ſuper iſto verbo, Flecto genua. Et nũquid eſt alius modus orãdi? Dico ꝙ ſic. Octo em̃ modos bonos & deuotos orãdi inuenio in ſacra ſcriptura.

Primus eſt eleuando oculos ad cælum ex confidentia.
Secundus deprimendo caput ad terram ex verecundia.
Tertius extendendo manus in altum ex indigentia.
Quartus cruſando vlnas ex conſcientia.
Quintus tundendo pectus ex contritione.
Sextus inclinando corpus ex deuotione.
Septimus flectendo genua ex ſubiectione.
Octauus proſtrando ſe totum ex defectione.

Quilibet iſtorum modorũ habet bonam rationẽ. De ſeptimo loquitur thema, quia iſtum modum maxime ſeruabat apoſtolus. Primus modus orandi eſt eleuare oculos ad cælũ, quaſi ſuſpirãdo, ſiue quis oret vocaliter, ſiue mentaliter. Ratio huius orationis eſt propter cõfidentiã, quia de cælo habemus omnia bona, quia iſte mũdus nõ eſt niſi fornax miſeriarũ, & tribulationũ, a quo nõ habemus niſi malũ, vt illi tres pueri de quibus habetur in Dañ. 3. cap. & a cęlo habuerũt bona. Ita & nos. Ex iſta cõfidentia eleuamus oculos quaſi dicẽtes, Tu domine ſcis qñõ ſumus in miſeriis &c. Domine ante te omne deſideriũ meũ, & gemitus meus a te nõ eſt abſcõditus. Pſal. 37. Et iſte modus eſt ita naturalis ꝙ etiã beſtiæ ſeruãt iſtũ modũ in neceſsitate poſitę. Legit̃ em̃ Iohel. 1. de fame magna & ſiccitate, qa nec inueniebaṫ herba nec aqua; ꝓpter quã animalia congregata vlulando leuauerũt oculos ad cælũ, licet neſciebãt quid facie-bãt. Beſtiæ agri quaſi area ſitiẽs imbrẽ ſuſpexerũt ad te, quoniã exiccati ſunt fontes aquarum, & ignis deuorauit ſpecioſa deſerti. Iohel. 1. Item Pſal. 146. dicit Dauid, Qui dat iumẽtis eſcã ipſorũ, & pullis coruorũ inuocãtibus eũ. i. rogãtibus eum. Prima pœna & prima pluma quã habẽt pulli coruorũ eſt quaſi alba, & coruus zelotypus de coruo ſuſpicatur ꝙ nõ ſunt filij ſui, & nõ dat eis paſtũ, nec permittit ꝙ mater det, quaſi dicat. Nunquid filiis alienis prouidebo ego? Sed qñ penne & plume mutantur,

tantur, & efficiuntur nigre, tunc nutrit pullos illos. Sed tunc quæritur, De quo viuunt interim? Dicit glos. quòd deus mittit rorem de cælo, quando ipsi inuocant sibilando. Quanto ergo magis nos, qui sumus rationales, & cognoscimus creatorem nostrum in nostris necessitatibus, tribulationibus, & periculis, debemus ad eum recurrere, quasi diceremus, Domine derelictus sum ab amicis, & ab omni humano suffragio. Autoritas de hoc. 2. Paralip. 20. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solũ habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Ideo orando oculos nostros ad deum leuemus. Istum modum tenuit Dauid, qui de se dicit, Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. Sicut oculi ancille in manibus domine suæ, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri. Psal. 122. Auisentur hic mulieres si volunt tenere bonum modum orandi, ne ostendant aliam faciem, scilicet depictam, sed illam, quam a deo receperunt &c. Dicatur contra vitium mulierum fuco vtentiũ. Lauent eam vt virgo Maria cũ aqua distillata, scilicet lachrymarũ, ad quam spiritussanctus dicit, Quam pulchra es amica mea, quàm pulchra es. Oculi tui columbarum. Canti. 4. Ideo hodie in mundo sunt tot mulieres tribulate, & variis infirmitatibus grauate, quæ quando orant non exaudiuntur, istis vanitatibus impedientibus orationis exauditionem. Hieron. Deus nõ libenter aspicit vultus quos ipse non fecit. Ideo auisetis vos vt in vestris necessitatibus positis secure recurrere ad deum, sicut ista sancta mulier, cõtra quam fuerat data sententia &c. quæ flens suspexit in cælum, erat enim cor eius fiduciam habens in domino. Daniel. 13. Secundus modus orandi est per oppositum, deprimendo caput ad terram. Iste procedit ex verecundia. Quilibet vestrum scit & credit quòd deus videt & scit omnia peccata hominum, quantumcunque secrete fuerint facta, quæ & si homines possunt latere, non tamen deum. Quando ergo homo orat, & recordatur peccata sua, deprimit caput quasi dicat, O miser quomodo respiciam &c. Istum modum ostendunt nobis pueri, quia si pater, mater, vel magister redarguit eos de aliquo minus benefacto, quando cogitant tunc intra se dicunt. O pater vel mater vidit quòd ego feci hoc &c. ex verecundia inclinant caput, non audent eleuare caput, & est bonum signum in pueris. Ita de nobis, quando venimus coram patre & magistro nostro deo, & matre virgine Maria in oratione, cogitando quod sciunt omnia per nos malefacta, deprimamus caput suspirando, & plorando, & iste modus orandi optimus est. Istum modum tenuit ille sanctus homo Esdras dicens, Deus meus confundor, & erubesco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicate sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque ad cælum, primi Esdræ nono. Nota differentiam inter iniquitates & delicta, licet vulgariter pro eodem

dem ſumantur, tamen proprie loquendo & ſtricte, differunt, quia iniquitates propriè loquendo ſunt defectus facti de directo contra proximum. Sed delicta ſunt peccata facta directè cõtra deũ. Verbi gratia. Si vos vaditis in hortum, vineam vel campũ, recipiendo fructus &c. contra voluntatẽ domini ſui, iſtud eſt iniquitas, id eſt non æquitas. Sed quando vaditis ad diuinos &c. pro ſanitate, vel pro filiis, vel ad inueniendum perditum, hoc dicitur delictũ, quod aſcendit vſque ad cælum, quia tangit deum de directo. Item ſi loquendo cum aliquo homine dicitis mendacium, vel diffamãdo aliquẽ, hoc eſt iniquitas. Sed iurare, blaſphemare, eſt delictum. Item ſi ſeruitis vel laboratis in poſſeſsione alicuius dñi, & defraudatis eũ in ſeruitio, hoc dicitur iniquitas, ſed qñ non facitis ſeruitiũ deo debitũ, ſicut eſt in dominica audire miſſam &c. eſt delictũ &c. Tertius modus eſt extendendo manus in altum, ſicut fit cõmuniter in eleuatione corporis Chriſti. Iſte modus prouenit ex indigentia. Attendatis quanta ſit indigẽtia humana, plus omnibus animalibus indigentes ſumus, tam in corporalibus quam ſpiritualibus. Primo in corporalibus cogitate quãtum tardatur creatura, hoc eſt homo, antequam poſsit ire, & cum inſtrumentis oſtenditur ſibi modus ambulandi, & vnus capreolus vel pullus perdicis adhuc habẽs teſtam de ouo in capite currit. Item animalia iam naſcuntur cum veſte ſua, vt agnus, canis, vulpes, & ſic de aliis, pro hyeme & eſtate, ſed nos nec cũ lana, nec cum pelle, imo ſi volumus nos induere, oportet deprædari ouem, & recipere lanam, & parare. Primo lauãdo, filando, texendo, quaſſare in molendino, colorare, ſuere, ſuſpendere &c. quot labores? Idem de cibis. Animalia non ſeminant, nec colligunt, nec faciunt prouiſionem. Nos vero ſi volumus viuere, oportet habere campos, vineas, beſtias, arare, ſeminare, metere, portare ad horreum, triturare, pinſere &c. Item animalia non faciunt domos, iam inueniunt domicilia ſua, ſed nos oportet emere fundum, ponere fundamenta, habere lapides, calcem, portas, feneſtras &c. Item animalia habent arma ſua, catus vngulas, & leo, bos cornua, & ceruus etiam, lepus tibias ad fugiendum, arma ſunt defenſiua, cyrogrillus iam habet ſua caſtra & ſpelũcas &c. Sed nos oportet perquirere ferrum, poſt liquefacere, deinde malleare, deinde cultellos fabricare &c. Patet ergo indigentia humana in corporalibus. Idem in ſpiritualibus in anima, dicit Philoſophus, ꝙ intellectus hominis eſt a principio tanquam tabula raſa, in qua nihil eſt depictum, ſed ſicut pergamenum album. Animalia in prima die habent totam ſcientiam & induſtriam, ſtatim quãdo eſt natus capreolus, catulus, agnellus, iam ſcit vbi inuenit vbera, & quis oſtendit ſibi quòd ibi ſit ſuum nutrimentum? Et puer etiam, qui habet vbera ad duos digitos diſtãria, morietur fame, niſi a matre ponantur in ore eius. Item pullo apponatur lapis pretioſus, & panis, ſciet eligere & comedere de pane, & non

de

de perla. Iam habent ſuam ſcientiã. Sed ſi puero detur cãdela ardẽs, tan̄ git digito, ſi pruna, mittet in os. Ecce defectus. Itẽ agnus vel capreolus inter centum oues cognoſcet matrem ſuam in balatu, ſed non ſic pueri &c. Idem dicit Ambro. in hexamerõ, quòd perdices furãtur ſibi oua adinuicem, ſed quando pulli ſunt nati, in voce cognoſcunt matrẽ ſuam &c. & puer vnius anni non cognoſcit parentes. Item agnus vel capreolus ſi vident lupum, ſtatim fugiũt, iam ſciũt quod eſt eis inimicus. Item pullus quãdo videt miluũ. Sed ſi lupus venerit ad puerũ, reſpiciet eum, nec timebit eum. Item animalia ſciunt ſuas medicinas, licet nõ ſtuduerunt in monte Peſſulano, vt patet de muſtella contra venenum ſerpentis, & de ceruo. Et nos niſi ſtudeamus in medicina, neſcimus quid ſit bonum ſeu malum. Patet ergo noſtra magna indigentia tam in corpore quàm in anima. Ideo Dauid in pſal. 78. Cito anticipent nos miſericordiæ tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis, ſcilicet plus quàm beſtiæ. Ex iſta ratione, quia indigemus bonis ſpiritualibus, extẽdimus dexteram, & quia indigemus bonis corporalibus, extendimus ſiniſtram, quaſi dicendo deo. O mi domine detis mihi. Leuemus corda noſtra cum manibus ad dominum in cælos. Threno. 3. Iſtum modũ oſtendunt nobis pauperes, nam ſi in hac villa modo ab aliquo diuite fieret ordinatio, & publicaretur quod daret duos florenos de feneſtra ſua omni venienti. O quot venirent extendendo manus, dicẽdo, Domine detis mihi. Ita Chriſtus diues, quia domini eſt terra. m. cccc. & xxviij. anni ſunt quaſi, quòd fecit vnam ordinationem dicens, Petite & accipietis, omnis qui petit accipit. Lu. 6. Ideo orando extendimus manus quaſi dicamus, O domine ſum pauper, detis mihi. Auiſentur hic homines, qui iuxta illud apoſtoli, Volo viros orare in omni loco, leuãtes puras manus ſine ira. i. appetitu vindictæ, & diſceptatione, id eſt placitando, cõtendendo, ſeu accuſando. 1. Timo. 2. Nota puras manus, ſcilicet a luto vſuræ, Abacuc 2. Vt ei qui multiplicat nõ ſua. Vſque quo, & aggrauat contra ſe denſum lutum &c. A ſimo luxuriæ. ad Phil. 3. Omnia arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucri faciam. A ſanguine. Eſa. 1. Cum extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos a vobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Multi enim extendunt manus in oratione in vanum. Ratio, quia non habent manus mundas. Quia ſicut vos non daretis eleemoſynam pauperi, immundiſsimas manus habenti, ſic nec deus. Quartus modus eſt cruſando vlnas, & procedit ex conſcientia, quando homo cogitat dicens, O miſer de meis peccatis iam factus eſt proceſſus in curia iuſtitiæ dei, & ſentẽtia data. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Eze. 18. Ideo recurrit homo ad crucẽ. q. d. Verũ eſt quòd multa peccata feci, ſed domine filius veſter fuit ſuſpenſus in cruce, ne aliquis ſibi credens & obediens ſuſpendatur in furca inferni. Iſte modus oſtenditur nobis a ſententiatis

tis ad mortē de aliquo crimine, quando eis datur ſentētia a iudice vel principe, ſententiatus facit tunc iſtum geſtum, cruſando vlnas. Non eſt contentus extendere manus dicens, O domine parcatis mihi, ego promitto vobis quòd decætero ero correctus. Bonus modus eſt. q.d. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra. &c. ad Gal. vl. Quintus modus eſt tundendo pectus iunctis digitis. Iſte modus procedit ex contritione. Ratio, quia corde procedūt omnia bona vel mala que facimus, quia ſi aliquis faciat aliquod bonum, nō tamen ex corde, ſed vi, non habet meritum. Idem de malo, vt ſi aliquis ponit gladium in manu mea, dicēs, per corpus &c. vos percutietis iſtum, & violenter manum meam mouerit percutiendo proximum, ſibi imputabitur. Autoritas. De corde exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, & blaſphemiæ. Hæc ſunt quæ coinquinant hominem. Mat. 15. Ideo percutitur cor quaſi radix, quia ſi in veſtro viridario habetis arborem malam, infructiferā, eradicabitis eam, & non ſinetis creſcere, quia iterū poſſet pullulare. Iſta mala arbor eſt peccatū, cuius radix eſt cor, rami ſunt ſenſus. Ideo percutitur cor tanquam radix, non oculus, nec auris, quia rami ſunt, ſed cor, q.d. Iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Matth. 3. De iſto bono modo dicam vobis miraculum quod a Chriſto reciratur. Luc. 17. de quodam homine malæ vitæ, & peccatore publico, qui ſemel voluit orare, & aſcendit in templum, & conſiderans peccata ſua, non audebat templo appropinquare, nec audebat ex verecundia peccatorum oculos ad cælum eleuare, ſed percutiebat pectus ſuum dicēs, Deus propitius eſto mihi peccatori. Dicatur neſciēs aliam orationem. De iſto dicit Chriſtus, Amen dico vobis, quia deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam &c. Lucæ 18. Sextus modus eſt inclinando corpus ex deuotione vſque ad genua. Ratio, quia vera deuotio non eſt niſi delicamentum animæ, quia ſicut ſuperbus ſtat erectus, & perſona humilis & deuota inclinatur ex temeritate animæ. Ideo in perſona deuota loquens Chriſtus ſanctis angelis dicit, Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo, Canti. 2. Anima enim deuota eſt vt mulier generoſa, quæ hinc inde ſuſtentatur. Sic anima eſt, oſtendens ſuum delicamentum, & inclinatur &c. Iſtum modum ſeruant deuoti, clerici, religioſi, quia quando dicunt, Gloria patri, ad vltimum verſum pſalmorum, ſemper inclinant ſe, & quando tranſeunt coram altari. Sed iam non curant iſtas inclinationes aliqui, ſed bene inclinant mulieribus, & dominabus, ſed deo quaſi nihil. Iſte modus eſt ita deuotus, quòd plus ſeruatur in miſſa quàm alij modi. Quinquies enim inclinatur ſacerdos in miſſa.

Primo dicta confeſsione accedens ad altare, quando dicit, Aufer a nobis domine cunctas &c.

Secundo

Secundo post ablutionem digitorum, quando dicit, In spiritu humilitatis, & animo contrito suscipiamur domine a te &c.

Tertio postquam dixit, Sanctus, incipit canonem dicens, Te igitur clementissime pater &c.

Quarto post corporis eleuationem, quando dicit, Supplices te rogamus omnipotens deus &c.

Quinto postquam sacerdos dixit, Ite missa est, vel benedicamus domino, vel requiescant in pace, quando dicit, Placeat tibi sancta Trinitas &c. Patet ergo quòd iste modus est valde deuotus, quia ita seruatur in ecclesia, & etiam ecclesia orat pro eis in quadam collecta di. Inclinantes se domine maiestati tuæ propitius intende. Septimus modus orandi est flectendo genua, & iste venit ex subiectione. Istum modum tenebat apostolus. Ideo dicitur in themate, Flecto genua &c. Ratio, quia sicut Christus cum patre, & filio, & spiritusancto est creator animarum, & formator corporum, ita etiam est dominus. Et sicut creauit, ita conseruat in esse, & occidit, dans bonis gloriam, & malis pœnam. Ergo quia est dominus corporis & animæ, sibi flectenda sunt duo genua, dextrum in signum quod est dominus animæ, & sinistrum, quia est dominus corporis. Si autem fiat reuerentia regi, vel alicui domino temporali, sibi est flectendum genu sinistrum solum, quia solum est dominus corporis, & non habet dominium in animam. Prælato vero spirituali dextrum genu flectendum est, quia habet dominiũ super animam, absoluendo, dispensando &c. Confessori duo genua, quia tenet locum dei. Item quando petitis benedictionem ab aliquo sacerdote. Viuo ego, dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, ad Roma. 14. Ideo dicit, Flecto genua. Non dicit, genu. Ideo patet hic quod peccatum est illorum qui in eleuatione corporis Christi non flectunt duo genua, quasi non credant Christum dominum animæ & corporis, nec amouent caputium. Item quãdo in sero pulsatur Aue Maria, nonnulli paruam vel nullam exhibent reuerentiam. Item quando dicitur, Qui propter nos homines, & propter nostram salutẽ descendit de cælis, & incarnatus est de spiritusancto ex Maria virgine, & homo factus est, crucifixus &c. debent duo genua flectere. Dicatur miraculum quod accidit Romæ in ecclesia dum eleuaretur corpus Christi. Quidam iuuenis ita fortiter ligatus erat, quòd non potuit flectere genua, subito venit diabolus in forma visibili, dans sibi alapam, dicens, O proditor christiane, pro quibus tantum fecit Christus. Si Christus fecisset centesimam partem pro nobis, eorum quæ fecit pro vobis, nocte & die seruiuissemus sibi genibus flexis, & subito interfecit eũ. Cogitate quid sit de illa anima. Octauus modus est prosternendo se totum vsque ad terram, & iste modus procedit ex defectione. Istum modum seruat ecclesia solum in hebdomada sancta, quando

In eleuatione corporis Christi vtrũq; genu à fidelibus flectendũ est, vt eũ dominũ esse corporis & animæ profiteamur.

quando leguntur paſsiones Et quãdo dicitur, Emiſit ſpiritum, proſternimus nos. Ratio, quia in nocte paſsionis in oratione ſe proſtrauit. Iſte modus ſignat noſtram defectionem, innuens q̃ ad terram oportet nos redire, & quaſi homo iã ſe reputans moriturum proſternitur. Iſte modus mouet cor ad præparandum ſe. Sicut ſententiatus quando ducitur ad furcam, parcit, & petit vt ſibi parcatur, remittit, & confitetur. Ita debemus nos facere, quia iam vadimus ad mortem. Ideo nõ ſolum ſemel in anno, ſed ſepe confiteri, & communicare debemus. parcere inimicis, & reſtituere. Ideo Dauid de iſto modo dicit, Venite adoremus, & procidamus ante deum, ploremus coram domino qui fecit nos, quia ipſe eſt dominus deus noſter &c. pſal. 94. Si dicatur ab aliquo, De iſtis modis quem ſeruabo? Reſpondeo quòd ſecundum quod ſpiritusſanctus mouet vos, ſeruetis illum modum deuote continuando.

De eadem dominica decimaſexta poſt feſtum Trinitatis

Sermo vj.

OBſecro vos ne deficiatis in tribulationibus, ad Ephe. 3. Sermo noſter erit quomodo debemus ſuſtinere tribulationes & aduerſitates. Nam dicit Greg. quòd magna imperfectio eſt velle habere bona & proſperitates, & neſcire vel nolle ſuſtinere mala & aduerſitates. Sicut enim habemus duo brachia ad amplexandum proſperitates, ita ad ſuſtinendum aduerſitates. Sed primo ſalutetur virgo Maria Secundum quòd experientia vſualis declarat de quolibet die, vitã præſens eſt plena laboribus, aduerſitatibus, & tribulationibus, intantum quòd poſt vnam conſolationem plures ſequuntur tribulationes, talis eſt conditio huius mundi. Et poteſt declarari per regulam philoſophi: di. Omne medium participat naturam extremorum. Declaratur in quatuor elementis, de quibus duo ſunt in medio. ſ. aër & aqua. Aër recipit ab igne caliditatem, & ab aqua humiditatem, ideo eſt calidus & humidus. Patet quomodo medium participat naturam extremorum. Item aqua participat cum aëre ſuperius in humiditate, cũ terra inferius in frigiditate. Ideo aqua eſt humida & frigida. Idem patet de animalibus. Nã ſi equus ſit inter magnam niuem, & magnum ignem, ex vno latere participabit cum niue in frigiditate, ex alio cum igne in caliditate. Idem patet in hominibus de villis quæ ſunt in finibus regnorũ, quia participant cum vtroque idiomate. Ideo loquuntur mixto modo. Patet regula philoſophiæ. Modo videamus præſens vita vbi conſiſtit. Dico quòd eſt in medio inter paradiſum, qui eſt ſuperius, & infernum qui eſt inferius in centro terræ, & ſunt contraria in omnibus, quia conditio paradiſi eſt gaudere, lætari, & de nullo triſtari &c. Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum. Gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor

& gemitus. Esaie 35. Conditio vero damnatorum in inferno est dolere, tristari, laborare in penis continuis, & de nullo consolari, imo quicquid fit pro eis, vertitur eis in luctum & tristitiam, quoniam sciunt quia nihil prodest eis. Si fiat oratio pro patre vel matre, & si est in inferno, & tu nescis, tristatur, quia nihil sibi prodest. Item propter inuidiam de amicis qui saluantur, dolent. Item si damnantur, quia eorum pœna augmentatur, Sicut quando igni adduntur ligna, ignis augmentatur. Vnde damnati plangendo dicunt, Defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster. Cecidit corona capitis nostri, Ve nobis, quia peccauimus. Propterea mestum factum est in dolore cor nostrum. Thren. 5. Modo audite rationem ex quo nos sumus in medio. Nam superius est paradisus, vbi est summum gaudium, & inferius infernus, vbi est summa tribulatio & tristitia. Et quia ex regula nos participamus naturam extremorum, habemus hic aliqua gaudia comedendo, bibendo, delectando &c. & habemus etiã tribulationes, aduersitates, quia infernus est nobis propinquus, plus abundant tribulationes. Gaudia enim huius mundi sunt guttæ, quæ distillant de fauo spirtussancti, qui distillat in te vnam guttam, in alio aliam &c. Ideo Boetius, qui licet fuisset philosophus, fecit libros Theologiæ dicens, Omnis dulcedo felicitatis humanæ multis amaritudinibus est respersa, id est inuoluta. Et ita abundant tribulationes. Vnde apostolus exhortans nos dicit, Obsecro vos &c, imo patienter sustineatis, non dimittendo amorem dei, nec perdere deuotionem debetis, nec bonam vitam. Patet thema. Inuenio in sacra scriptura tres rationes maxime, quare non debemus deficere, sed patienter sustinere tribulationes & aduersitates, quia per tribulationes huius mundi

Homo depuratur à magnis defectibus.
Homo præseruatur à multis offensionibus.
Homo augmentatur multum in gratiis & meritis.

Ex his tribus non debemus deficere in tribulationibus, sed patienter sustinere. Ideo apost. in the. Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus. Dico primo ꝙ homo per tribulationes & aduersitates huius mũdi purificatur à magnis defectibus, quia de peccatis præteritis, de quibus nullus potest se excusare, tribulationibus, infirmitatibus, & aduersitatibus, si patiẽter recipiantur non murmurando contra deum, nec indignando, sed dicendo, Domine, ex quo vobis placet, faciatis de creatura vestra sicut vobis placuerit, purificatur. Dico quòd tunc homo depuratur, & purificatur anima de peccatis & defectibus. Ratio, Quando peccator confitetur confessori omnia peccata sua, nullum abscondendo, & in fine dat sibi pœnitentiam, si peccator humiliter recipit, & seruat illam pœnitentiam, anima depuratur, & deus sibi remittit peccatum.

catum. Hæc est fides nostra certissima. Fiat ergo ratio. Si pœnitentia data à simplici confessore & peccatore purificat animam, si illam seruatis humiliter, quanto ergo magis purificatur ex pœnitentia data à papa Iesu, vt sunt tribulationes, & aduersitates, quia omne malum pene est à deo. Creditis vos quòd Christus delectetur quando estis in lecto infirmus, vel quando aliquam aduersitatem habetis? profecto vt sic sibi non placet, sed sicut placet confessori, quando peccator seruat pœnitentiam per eum iniunctam, non quòd illa pœna placeat confessori, sed inquantum ex illa remittuntur sibi peccata. Ita placet Christo propter peccatorum & pœnarũ remissionem, quando nos patienter sustinemus pœnitentiam per eum nobis iniunctam, scilicet tribulationes. Nam vobis dedit febres, illi dolorem capitis, alteri dolorem stomachi, torsiones &c. cholicam passionem, perditiones filiorum, vel bonorum temporalium, lapides, siccitates, mortalitates, & sic de aliis. Omnia ista sunt pœnitentiæ à Papa Iesu iniunctæ. Si ergo seruando pœnitentiam simplicis confessoris homo deputatur, quanto magis ex pœnitentia papæ Iesu? Imo pro nostra consolatione dicam plus. Quando vaditis fodere, lauare, secare ligna, & ad similia, totũ hoc est pœnitentia. Postquã enim Adã peccauit, deus in forma alicuius honestæ personæ venit ad Adã, vt audiret eius cõfessionẽ, & Euæ, & absconderunt se, quẽadmodũ aliqui absondunt sua peccata, sed tandẽ audiuit, quibus auditis, Adæ iniunxit pœnitẽtiã di. Maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cũctis diebus vitę tuę. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Gen. 4. Euæ autẽ iniunxit pnãm di. Multiplicabo erũnas tuas. In dolore paries filios tuos. Et sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. ibi. Ex quo patet ꝙ omnes tribulationes huius mundi penitentię sunt datæ à papa Iesu. Aut. Benedictum enim nomẽ tuũ deus patrũ nostrorũ, qui cũ iratus fueris misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimitteshis qui inuocant te. Thob. 3. Nota, secreta. Primũ cũ dicit patrum nostrorũ. Patres nostri sunt patriarchæ, prophetę, apostoli, & martyres &c. qui nos in fide genuerunt, & illi semper habuerũt tribulationes, intantum ꝙ dicit vnus de maioribus eorum, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Act. 14. Item Dauid, Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos dominus. psal. 33. Mirum est quòd curabant infirmos &c. & seipsos curare non poterant. Paulus suscitabat mortuos, & non poterat sanare se à dolore lateris. Quando ergo dicit, Deus patrum nostrorum, reducit nobis ad memoriam exempla tribulationum sanctorum. Secundum secretum tangitur cum dicitur, Cum iratus fueris, scilicet secundum iudicium hominum, quando venit siccitas, mortalitas, grando, terremotus, & huiusmodi, dicitur est ira.

tus. & dicit, misericordiam facies, & certe ita est, quia sicut medicus qñ aperit vel penetrat vulnus, vel scindit membrum putridũ, videtur esse iratus contra infirmum dans ei dolorẽ, cũ tamen faciat misericordiam, quia pro sanitate corporis. Ita de tribulationibus huius mundi videtur nobis ꝙ deus sit iratus, cũ tamẽ faciat misericordiã, vt sanet à plagis peccatorũ. Ideo dicit, Cũ iratus fueris misericordiã facies. Et cõcordat Abac. 3. Cũ iratus fueris mĩæ recordaberis. Et declarat cũ sequitur. Et in tẽpore tribulationis peccata dimittis. Sed quibus? Respõdet, His qui inuocant te. Nõ credatis ꝙ oĩbus qui habent tribulationes remittantur peccata, quia illi qui impatienter recipiunt, vel murmurando cõtra deũ dicentes, Ego ieiuno, vel vado ad missam, & similia, ecce deus dat mihi aduersitates, & non tali &c. Talis non solũ non purificatur, imo magis deturpatur. Sed quãdo patienter recipiunt, di. Dñe, mala quę patimur, peccata nostra meruerunt, & quia ego faciebã paucã pœnitẽtiã, vel nullã, vos dñe dedistis mihi istã, talis purificatur. Ideo dicit, His qui inuocãt. i. intus vocãt te. Patet ergo ratione & autoritate, quòd ex tribulationibus purificamur &c. De ista materia audiatis pulchrũ verbũ Gregorii cũ tribus similitudinibus. Quod fornax auro, quod lima ferro, quod flagellũ grano, hoc facit tribulatio viro iusto. De primo quãdo argentarius liquefacit aurũ, & bullit, videtur habere dolorẽ aurũ, tamẽ purificatur. Itẽ quãdo hõ habet febrẽ, tunc est in fornace, & videtur bullire, sed si habet patientiã, aurũ. i. anima, purificatur à mixtura falsi metalli peccatorum. De secundo qñ ferrũ limatur, clamat, ac si patiatur, tũ purificatur à rubigine, & remanet lucidũ. Ita in doloribus homo clamat. Itẽ mulier cũ parit, dicit multa, O maledicta Eua. Et decetero nõ accedã ad virũ &c. lima doloris tenet vos. Idẽ de dolore dẽtiũ, tũc ferrũ limatur, quia omnes sumus rubiginati peccatis. Ideo quãdo limatur homo in doloribus, non debet dicere mala verba, quia peccatum est, sed clamare potest homo, quia dolor mitigatur. De tertio, quòd flagellum grano, quando laborator flagellat bladũ, videtur eius inimicus, tamen hoc facit vt granũ purificetur à paleis. Idem de nobis. Cogitate ꝙ iste mundus sit area, nos vero blada. Flagella sunt tribulationes, tẽpestates lapidũ, fulgurũ, mortalitatũ, siccitatũ, & similiũ. Ideo fiunt processiones &c. & videtur quòd deus sit iratus, sed hoc facit ad purificandũ nos à paleis vanitatũ &c. Igitur dulciter & patienter sunt tribulationes suscipiẽdæ, quia sicut seruãdo pœnitẽtiã confessoris patiẽter purificatur cõfessus, sed nõ si seruat eã cũ ira & impatiẽter di. Maledictus sit cõfessor, quia talem pœnitentiam mihi dedit, quia sic homo non purificatur, sic homo purificatur à peccatis, si aduersitates sustinetis patienter & gratãter. Si tũ dicatur. Talis pnĩa dat mihi magnũ tædiũ, tñ ex quo cõfessor iniũxit mihi, seruabo eã propter remissionẽ peccatorũ meorũ, tunc est bona. Ita de xp̃ianis, qui in tribulationibus patientes sunt & grati &c.

Ideo

Ideo dicit apostolus, Obsecro vos &c. Dico secundo &c. Prima ratio dicit ꝙ homo purificatur a peccatis præteritis, & ista dicit ꝙ homo præseruatur a peccatis futuris, scilicet ne fiãt. Et ecce quomodo. Quot sunt qui ex tribulatione tẽporali retinentur ne peccent? Erit enim aliquis qui eundo ad lupanar vulneratur in capite a tegula &c. & peccatũ non fit. Itẽ de multis in lecto iacentib⁹. Quot mulieres essent vanæ & pompose, & deus dat eis plagam aliquam, vel infirmitatẽ, & viuunt bene & honeste. Verbi gratia de Magdalena, & Martha sororibus simul nutritis, & pulcherrimis, quæ post mortẽ parentum remanserunt equaliter dominę. Quæ fuit causa ꝙ Magdalena fuit ita peccatrix, ꝙ perdidit nomen? Martha vero fuit semper virgo? Gratia dei & tribulatio. Nam dicit Ambro. ꝙ Martha fuit illa mulier, quæ duodecim annis habuit fluxum sanguinis, intantum ꝙ fuit facta macilenta, sine colore fecebat. Quando Magdalena cecidit in peccatũ, Martha cecidit in infirmitatẽ, quia alias fuisset vt Magdalena. Quando Mag. fuit curata in anima, & etiam Martha in corpore. Patet ergo ꝙ tribulationes præseruãt a peccatis futuris. Quot mulieres sunt caste ex tribulatione? vel quia habẽt lipitudinem in oculo, vel est gibbosa, vel curua, tũc nullus curat de ea. O benedicta infirmitas, quæ facit seruare castitatem. Et quot homines infirmi orant deum vt sanentur? Sed quia deus scit ꝙ essent ribaldi, nõ exaudiuntur. Ideo Dauid de se, & de peccatore dicit, Tribulatio & angustia inuenerunt me, quasi perquirant hominẽ. Ideo mandata tua meditatio mea est, scilicet ad seruandũ. Patet ergo recte, quia sicut frenum vel chamus refrenat & retinet equum, quia si ille qui equitat nõ teneret frenum in manu, non posset equum regere. Ideo tribulationes frenum sunt, equi enim sunt corpora nostra, seu inordinati motus & tentationes, sed tribulatio refrenat ea, tũc enim homo recurrit ad orationes, & ad personas deuotas, exemplũ de beata Petronila filia beati Petri febricitante. Ideo dicit scriptura allegoricè, Nolite timere, vt enim probaret vos venit deus, scilicet tribulãdo, & vt terror illius esset in vobis, & nõ peccaretis. Exo. 20. Ergo non debetis deficere in tribulationibus, sed patienter sustinere. Dico tertio ꝙ homo per tribulationes augmentatur in meritis & gratiis. Nota similitudinẽ de illis qui faciunt caldaria, quia de vno frusto ferri faciunt vnũ caldarium magnum, scilicet percutiendo cũ martello, & hoc verũ est si sit ignitum, quia si esset frigidum, citius frangeretur. Malleationes sunt tribulationes. Si amore dei, deuotione, & patientia igniti, patienter sustinuerint tribulationes, augmentabunt eos in sanctitate & meritis. Patet in Iob, qui fuit malleatus. Item vna die perdidit septem milia oues ab igne cæli, quingenta patia boum, quingentos asinos, tria milia camelorum, septem filios, & tres filias. O quot ibi fuere flagellationes, & aduersitates. Item vxor eiecit eum de domo. Item eodem die fuit percussus in corpore, &

Beste Ambro. Martha fuit illa quam Christus a fluxu sanguinis sanauit.

in sterquilinio positus. Sed erat ferrum ignitum in deuotione. Dicit textus q̄ in omnibus his non peccauit Iob, neque stultum quid contra deū locutus est, sed dicebat, Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abstulit &c. Iob. 1. & fuit augmētatus in tanta sanctitate, q̄ multum notabiliter fuit in maiori sanctitate quam ante. Sed si fuisset ferrum frigidum per impatientiam dicendo, Maledictus qui me fecit, non solum perdidisset bona, sed etiam animam. Ideo apostolus de se & aliis dicebat, Gloriamur in tribulationibus, scientes q̄ tribulatio patientiam operatur ad Ro. 5. Not. gloriamur. Non solum supportamus patienter, sed gloriamur. Quod in tribulationibus sit gloriandum, potest declarari per parabolam de duobus pauperibus obligaris domino in magna quantitate, sub pœna mortis. Certa die vocati nihil soluerunt, quia nihil habebant. Quibus dominus pius compatiens secrete & sigillatim massas auri inuolutas pannis rudibus proiecit in captiuitatē, vni fregit caput, qui iratus se volens vindicare, remisit massam. Alteri fregit brachium. Sed postquam fuit dies, recognouit & inuenit massam, & gloriabatur di. Deo gratias, non curo de fractione brachij, ex quo habeo vnde soluam dño &c. Iste euasit, & alius fuit suspensus. Ita quilibet nostrū obligat deo pro quolibet peccato mortali, magno vel paruo, septem annis de pœnitētia, quia peccat contra septē dona spiritus sancti. Iam est tēpus taxatum in iure. Sed qualitas pœnitētiæ est arbitraria. De hoc tamen superius in quodā sermone latius inuenies. Modo pro quolibet peccato mortali computa septem annos de pœnitentia, forte est hic aliquis qui obligatur deo in decem milibus annorū de pœnitentia. Et remediū est lucrari indulgentias, facere pœnitētiam, quot dies lucrantur, tot resecantur, & si in hoc mundo non cōpletur pœnitentia, in purgatorio cōplebitur. Sed qui in hoc mundo non vult incipere, nec pœnitere, nec satisfacere, in inferno patietur, sed nō valebit aliquid sibi. Ideo pius dominus mittit massam auri, vel globum, scilicet tribulationē coopertam, sed intus est thesaurus. Ideo attendatis q̄ nō proiiciatis foras per impatientiā, murmurando vel blasphemando, sed debetis dicere, deo gratias, dicendo, Non possum soluere debitū, quia domine ego valde modicum solui. Sed modo cito possum soluere. Ideo Iac. Omne gaudium, scilicet in corpore & in anima existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, scientes quia probatio fidei vestræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet. Iaco. 1.

Est quidē pœnitētia arbitraria quantū ad qualitatē, nō autem quantū ad quātitatē, seu diuturnitatem.

De eadem dominica. Sermo vij.

LAtitudo, longitudo, sublimitas, & profundum, ad Ephe. 3. Iam videtis quod istud verbū indiget magna declaratione. Sed saluetur virgo Ma. Et vt intelligatis quomodo signat res altas & vtiles ad nostram salutem, sciendum est q̄ apostolus inter alias

alias orationes deuotas, quas faciebat Christianis, ista erat præcipua, dicens ꝙ deus daret Christianis latitudinem. Hoc patet in epistola cũ dicit. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, vt possitis comprehendere cũ omnibus sanctis quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. Et quia talis apostolus & tantus, de quo creditur ꝙ sit de maioribus sanctis paradisi, petebat istas quatuor dimensiones quantitatiuas, potestis scire, ꝙ significant res vtiles.

Nam latitudo est beneuolentia, vel dilectio generalis.

Longitudo est perseuerantia, vel duratio temporalis.

Sublimitas est sapientia, vel intentio supernalis.

Profundum est pœnitentia, vel humiliatio virtualis.

Ecce latitudo &c. De istis quatuor volo modo loqui, audite. Dico primo ꝙ apostolus orat petens ꝙ nos Christiani habeamus latitudinem cordis, scilicet beneuolentiam, & dilectionem generalem. Tam generalis debet esse ista dilectio, ꝙ in corde Christiani debent recipi omnes gentes per dilectionem, & nõ debemus dicere, Ego diligo omnes, sed non talem, qui interfecit patrem meum &c. vel furatus est mihi hoc, vel diffamauit me, tales non habent cor latum, sed angustum. Vultis quòd dicam vobis vnum mirabile? Latius debet esse cor Christiani quam cælum vel terra in beneuolentia. Diceres, Quomodo possibile esset? Dico quòd est possibile, quod declaro sic. Cælum empyreum licet sit immensurabile, tamen non potest retinere, nec recipere nisi bonas personas & sanctas, non enim recipit infideles, nec malos Christianos, sed latius debet esse cor Christiani, quia ibi non solum bonæ personæ, sed etiam malæ, & non solũ Christiani, sed etiã infideles, vt Iudæi, & Agareni, debent recipi in dilectione. Christiani boni debent diligi, vt conseruentur in fide catholica, vt saluentur, mali autem vt ad veram pœnitentiam reducantur. Iudæi vero amando & desiderando diligi debent, vt illuminentur ad veritatẽ fidei. Idem de aliis infidelibus. Patet ergo ꝙ cor Christiani debet esse latius cælo. Itẽ cor Christiani etiam debet esse latius quam terra, quia cor Christiani debet cõtinere per dilectionem generalem & viuos, & mortuos, de paradiso, & purgatorio, & de Inferno. De paradiso, laudando deũ de eorum saluatione, de purgatorio, orando pro eorũ liberatione, de inferno, nõ rogando pro eis, quia esset contra deũ, nec desiderando pro eis paradisum, sed diligẽdo in eis imaginem dei, ad quam facti sunt, non diligendo eorum maliciam, sed quasi compatiendo imagini dei, vt sic, ꝙ ita crucietur: sicut esset compatiẽdum imagini Christi, si proiceretur in ignẽ. Ecce quid est latitudo. Et Christianus, qui habet istam latitudinẽ, potest dicere cũ Dauid, Ambulabam in latitu. quia mãdata tua exquisiui. ps. 118. No. ambulabã, aliqui habent cor ita angustum & captiuum, ꝙ nõ diligunt nisi se ex quo ipsi habent sufficientiam, nõ curant de aliis, etiam si habent affines &c.

Alij modicum plus,quia diligũt ſe,& vxorẽ,& filios,& alios amicos,& ex quo eorum domus habet prouiſionẽ de pane,vino,& de aliis,qui voluerit moriatur fame, nõ curant. Alij diligũt ſe,& oẽs de vicinia villa, ſed non extraneos. Alij diligunt ſolum amicos,ſed nõ inimicos. Tales habent cor anguſtum,& nõ poſſunt dicere, Ambulabam in altitudine, ſed in reſtrictione. Item quia mandata tua exquiſiui. Præceptum dei eſt habere iſtam latitudinẽ cordis,dicit enim, Audiſtis quia dictũ eſt antiquis, Diliges proximũ tuum,& odio habebis inimicũ tuum. Ego autem dico vobis,diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderũt vos. Et ſequitur,Si enim diligitis eos qui vos diligũt, quam mercedem habebitis? nam & publicani hoc faciũt. Mat.5. Etiam beſtiæ diligũt benefactores ſuos. Ecce quare dicit, Ambulabam &c. Et dicit, Omnis conſummationis,id eſt perfectionis vidi finem,latum mandatum tuum nimis, qui in non habet finem. Pſal.118. Nota omnis cõſummationis,omnis ſtatus ſeu conditio huius mundi finem habebit. Verbi gratia. Dominium temporale,vt eſſe regem &c. finem habet per mortẽ. Item prelationes, vt eſſe papam &c. finem habet. Religio,clericatus finem habet per mortem. Matrimoniũ etiam finem habet per mortẽ, in tantum ꝙ ſi moriatur hodie vir vel vxor,& in craſtinũ reſuſcitaretur,poſſet ducere aliam vxorem,vel ipſa alium virũ. Item reuerentiæ & aliæ honores finem habent per mortẽ,ſed mandatum de dilectione proximi nõ habet finem, imo in morte augmẽtatur, quia beati plus diligũt ſe & nos plus quam nos. Qui habet iſtam latitudinem cordis,poteſt dicere, Eduxit me in latitudinẽ,quia prius habebam cor anguſtum, ſaluum me fecit,quoniam voluit me. Pſal.17. Dico ſecundo ꝙ longitudo eſt perſeuerantia,vel duratio tẽporalis,ſcilicet ꝙ in bona vita,deuotione,pœnitẽtia,perſeueretis hodie & cras &c. plus & plus. Nullus dicat,ego ſeruiam deo per annum,vel per duos annos,ſed vſque ad mortem ſeruire deo in bona vita debemus. Ratio theologicalis,quia ſeruitiũ debet eſſe ſecundũ ſalariũ quod homo petit. Si vos petitis magnum ſalarium,magnum ſeruitium tenemini facere. Hoc em̃ ratio dictat,& equitas. Modo videamus quod ſalariũ promiſit Chriſtus ſuis ſeruitoribus. Dico ꝙ gloriã paradiſi,quę non datur ad annum vel duos annos,ſed quandiu deus erit deus, id eſt fine fine. Ideo ex quo ipſe dat ſalariũ,quod durat quãdiu ipſe eſt,& ipſe ſemper erit deus,vos tenemini ei exhibere ſeruitiũ quandiu fueritis in mundo. Nullus dicat, Ex quo ſeruiui Chriſto.x.annis vel.xx.modo volo quieſcere,quia non haberes ſalarium, ſed continua de die in diem, de anno in annum. De iſta longitudine dicit Dauid, Domum tuam, id eſt perſonam deuotam,quæ eſt domus dei,decet ſanctitudo domine,in longitudinem dierum. Pſalm.92. Aliter homo non haberet ſalarium. Nam ſi aliquis in magna ſanctitate ſeruiuit deo centum annis, & per horam ante mortem dimiſit ſeruitium dei, peccando mortaliter, quia

Matrimonij vinculum ita per mortẽ ſoluitur, vt vir non teneatur vxori reſuſcitatæ nec cõtra quo ad vinculum.

aliter

aliter non dimittitur, damnatur, quia non cõtinuauit. Aliqui ex ignorantia faciunt hic quæstionẽ di. Mirabile est hoc, quod ego seruirẽ deo per centũ annos, & per horam dimitterem seruitiũ ex aliquo peccato mortali, quòd propter hoc perdam totum seruitiũ quod feci. Nam reputaretur rex crudelis, si militẽ qui ei seruiuit. x. annis, per vnam displiccntiam priuaret salario totius sui seruitij, nisi esset crimen lęsæ maiestatis &c. Cum ergo deus sit summe bonus & misericors, ergo non videtur ꝙ propter vnum peccatum quis debet damnari. Respondeo, ista similitudo de seruitio regis nõ est ad propositum, quia seruitium quod facit miles regi, & opus, & labor, & seruitium, totum est militis, & rex nihil facit in illo seruitio. Ideo per vnam displicentiã miles non debet perdere salariũ, alias crudelis esset rex. Sed in seruitio quod homo facit deo, ieiunando, & seruando bonã vitam &c. labor, opus &c. hoc totum est dei, quia homo de se nihil posset, & maiorem gratiã facit deus homini in hoc, quàm homo deo. Dicatur hic parabola de mercatore, qui commisit capsulam pretiosissimã vni, vt portaret vsque ad portam domus, qui attediatus, quãdo fuit iuxta domum, in quendam torrẽtem proiecit fardellum. Quo facto, iuit ad petendum salariũ, nunquid merebatur salarium? Patet ꝙ non, imo meruit magis furcam. Sed diceret quis, Videtur ꝙ meruit tale, quia portauit capsulam &c. Solutio. Non portauit vsque ad portam, sed proiecit, & fures tulerunt illud. Ideo &c. Idem est in proposito. Seruitiũ dei nihil aliud est, quàm portare fardellum. Verbi gratia. Quãdo religiosus intrat ordinẽ, recipit onus fardelli a mercatore Christo portandũ vsque ad portã paradisi, quæ est mors. Si antequã sit ad portam, proiicit fardellum per vitã malam, nõ solum nõ meretur salariũ, sed & pœnã. Idem de clerico & laico. Ecce quomodo decipiũtur illi qui dicunt, Videtur crudelitas ꝙ totum seruitiũ centum annorũ &c. perdatur, quia proiecisti fardellum tibi commissum a Christo mercatore, & ideo dixit Christus, Esto fidelis, scilicet custodiẽdo fardellum vsq; ad mortẽ, & dabo tibi coronã vitæ. Apoc. 2. O quantum laboraret aliquis, si sciret ꝙ ex suo labore posset acquirere coronam regis Aragonie, vel papatus &c. & mulieres coronã regine, cũ tamen non sunt alicuius reparationis, respectu corone gloriæ. Ecce quid vult dicere lõgitudo. Ideo Dauid in persona Christi, Longitudine dierum replebo eum, & ostendã illi salutare meum. Psal. 90. Dico tertio ꝙ sublimitas, sapientia, vel intentio est supernalis, scilicet ꝙ in omnibus operibus nostris habeamus intentionẽ sublimẽ ad deum. Verbi gratia, Si ieiunatis, vt bonã habeatis intentionẽ, sed si facit quis vt dicatur deuotus &c. intentionẽ habet bassam & peruersam. Idem de oratione, & de aliis operibus pœnitentiæ dicendũ est. Sed si habet intentionẽ aliã, dicendo, Ego ieiuno, & facio talem pœnitentiã, vt in iudicio diuino recipiatur mihi in computũ de peccatis meis &c. Item do eleemosynã, vt

quando anima mea ad portam paradisi veniat, eleemosyna detur sibi. Item quare dicis missam &c. Item quare ponis filiū vel filiā in religione, & sic de aliis. Nā sicut in floreno magis respicitur pondus quàm color, vel sonus, ita antequam posītis intrare bursam paradisi, respicitur pondus intētionis. Nam quæ facta sunt propter vanā gloriā, nihil ponderant, quia ventus est. Itē nec pro diuitiis seu honoribus, quia vanitates sunt. Eccl. 1. Vanitas vanitatū, & omnia vanitas. Sed pondus est, quādo fiunt bona opera pro honore dei, & saluatione animarū. Autoritas. In sublimitate æternū gloriæ pondus operatur in nobis, nō contēplantibus nobis quæ videntur. Quæ enim videntur, tēporalia sunt, quæ autem nō videntur, æterna sunt. 2. ad Corinth. 4. Ergo teneamus consiliū apostoli dicentis, Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriā dei facite. 1. ad Corinth. 10. Dicatur exemplū de vitis patrū, de illo sancto homine, qui quando volebat facere aliquod opus, stabat modicū cogitādo intra se. De hoc interrogatus quare staret. respōdit, Quia scio ꝙ bona opera nihil valent de se nisi bona intētione fiāt. Ideo antequā facio opus bonū, ordino intentionē meam. Sicut balistarius antequā mittat sagittā, aduertit signū. Cogitare ideo debes, quare vis ire ad ecclēsiā, & si ideo vadis vt videas mulierē &c. Melius esset nō ire. Si intentio sit, vt laudes deum, & impleas præceptū de missa audienda, tunc vade, quia intentio est bona. Item cogita & cōsidera, quare das eleemosynam, & si ideo das vt dicaris misericors, melius esset non dare &c. Idem de oratione. Idem de missa. Nā si principaliter dicat propter pecunias, melius esset nō dicere. Patet igitur, ꝙ propter prauitatē & nō aduertentiā intētionis multa bona opera perduntur. Quērit sanctus Tho. in quotlibet. Si religiosus vel sacerdos prędicat pro vana gloria, & post pœnitet, an ex illa pœnitētia lucretur coronā, & meritū, vel laureolam, quæ habuisset si sancta intentione prædicasset? Dicit ꝙ non, quia nunquā illa fuit lucratus, quia fuerunt opera mortua, quæ per sequentē pœnitentiā non viuificātur, licet peccatū sibi remittatur ex illa pœnitentia. Ideo attendatis ꝙ semper in operibus vestris dirigatis intentionē ad deum. De ista sublimitate intentionis dicebat deus Iob, Si habes brachiū sicut deus, & simili voce tonas, circunda tibi decorē, & in sublime erigere, & esto glorioſus. Iob. 40. Nota hic quæ requirūtur in prædicatore euāgelij. Primo, si prō quia, si habes brachiū sicut deus, scilicet ad faciendū bona opera. Secundo, & simili voce tonas, id est prædicas, & hoc quantū ad doctrinam prædicandam, non poētarū &c. sed euangelij. Tertio, circundat tibi decorem, quantū ad honestatē vitæ, & bone fame. Quarto, in sublime erigere, quantū ad intentionē, scilicet pro honore dei, & saluatione animarum, non pro vana gloria &c. quid sequitur? Esto glorioſus, quia sic prædicando gloriam prædicator meretur, & glorificabitur. Dico quarto quòd profundum est humiliatio

seu

ſeu ſubiectio virtualis, de qua Iudith. 8. Humiliemus illi animas noſtras, & in ſpiritu contrito & humiliato ſeruientes illi. Nota quatuor conſideranda, ex quibus cauſatur profunda humiliatio pœnitentiæ, & iſta quatuor ſunt,

Primo perditio cæleſtis gloriæ.
Secundo acquiſitio infernalis pœnæ.
Tertio dolor diuinæ eſſentiæ.
Quarto afflictio carnis proprie.

Ideo Dauid, Dixit dominus, ex Baſan conuertam, conuertam in profundum maris. Pſal. 67. Baſan ſecũdum Hebraicam interpretationem, idem eſt quod confuſio, & ſignat vitam hominis, vel mulieris inordinatam, qui viuunt vt beſtiæ ſecundum ſenſualitatem, quando volunt comedere, bibere, facere luxuriam, vel vindictam, neſcientes ſe in ſuis operibus & affectibus gubernare ſecundum rectam rationem, & diuinam legem, qui neſciunt ſe refrænare, tales non habent certam horam orandi, ſed aliquoties orant, aliquoties non. Item ſacerdotes nonnulli inordinatè viuunt, non ſeruantes ordinem in celebrando, vel dicendo horas, aliquando dicunt matutinas de mane, aliquãdo de ſero, aliquoties primam poſt prandium, confuſio eſt & inordinatio. Item mulieres quando depingunt ſe, dicunt Aue Maria &c. Dicatur quomodo pœnitentia debet dici deuote genibus flexis, cogitando q̃ videtis Chriſtum iratũ &c. Sed aliqui quando induunt ſe &c. inordinate eam dicunt. Sed ex Baſan, dixit dominus, conuertam peccatorem ad bonam vitam, conuertam in profundum maris, ſcilicet pœnitentiæ & amaritudinis. Et hoc fit quando peccator pœnitens dixit, O miſer quot peccata feci &c. & poteſt dicere, Profundum abyſsi penetraui. Eccl. 24. Abyſsi, ſcilicet pœnitentiæ humilis, quia pœnitẽtia ſuperborum nihil valet. Si vos ieiunatis, diaboli nunquàm comedunt. Si vigilatis, diaboli nunquàm dormiunt. Si vos diſciplinatis, plus diaboli diſciplinantur, quãuis contra eorum voluntatem, quia pœna eorum incomparabiliter maior eſt, quàm diſciplina vel pœnitentia pœnitẽtium hic in iſta vita. Vnde diaboli in nullo ſuperantur, niſi humilitate, quia ipſi non poſſunt humiliari. Ideo nihil valet eorum pœnitentia. Ideo quanto pœnitens facit maiorem pœnitentiam, tanto plus debet humiliare ſe. Vnde Dauid in Pſal. 33. Humiliabam in ieiunio animam meam &c. Patet igitur quare dixit apoſtolus, Latitudo, longitudo &c. Deo gratias.

De eadem dominica. xvj. poſt feſtum Trinitatis. Sermo octauus.

Accepit & tetigit loculum. Luc. 7. Pro declaratione thematis, & ſermonis introductione, notandum quòd theologicalis concluſio eſt, quòd poſtquam peccator commiſit peccatum ſuum, licet actus & operatio peccati tranſeat, remanet tamen

tamen macula quædam animæ, & immundicia, turpior & fœtidior omnibus corporalibus immũdiciis huius mundi. Verbi gratia. Quando vir luxuriosus commisit immundiciam suam delectatione & complacentia cum muliere luxuriosa, quid remanet de tota complacentia? nunquid totum transit, & nihil remanet nisi macula, quæ est fœtidior omnibus immundiciis huius mundi, & nunquam recedit, vsque ad displicentiam sufficientem & condignam de peccato perpetrato? Hanc conclusionem probat doctor sanctus in. j. ij. quæst. lxxxvj. in. j. & ij. articulis. In primo ostendit quid sit macula peccati, dicens, quòd sicut in corporalibus macula dicitur, quando aliquod corpus nitidum perdit suum nitorem ex contactu alterius corporis, ita oportet dici in spiritualibus. Habet autem anima duplicem nitorem. Vnum ex refulgentia luminis naturalis, scilicet rationis, per quod dirigitur in actibus suis. Alium ex refulgentia luminis diuini, scilicet sapientiæ & gratiæ, per quæ perficitur ad bene & decenter operandum. Est autem quidam tactus animæ, quando inhæret aliquibus rebus per amorem, qui autem peccat, inhæret aliquibus rebus per amorem contra lumen rationis, & diuine legis, & ex hoc prouenit macula peccati. Quod autem remaneat ista macula post peccatum, probat in secundo articulo dicens, quòd dum cessat actus peccati, per quod homo discedit a lumine rationis, & diuine legis, non statim redit homo ad illud lumen in quo prius fuerat, sed requiritur aliquis motus voluntatis contrarius primo motui, sicut aliquis distans ab aliquo per aliquem motum, non statim cessante motu fit propinquus, sed oportet quòd appropinquet, rediens per modum contrarium. Et si ita obiicitur, Hoc modo se habet macula ad peccatum, sicut vmbra in camera ad clausionem fenestre, sed cessante clausione fenestre, non remanet vmbra in camera, ergo cessante actu peccati, non remanet macula in anima. Respondet doctor sanctus, quod non est omnino simile, quia aër semper est in equali habitudine ad recipiendum lumen, ideo statim transit vmbra. Sed remoto actu peccati, non remanet anima in eadem habitudine ad deum, & ideo non est similis ratio. Et sic patet quod post peccatum remanet peccati macula. Et confirmatur per illud quod habetur Iosue vigesimo secundo. An parum vobis est, quod peccastis in Beelphegor, & vsque in præsentem diem macula huius sceleris in vobis permanet? Si autem quæras vbi sit hæc macula, quia non videtur nec apparet in quo sit, Responsio, quod est in loculo conscientiæ, quia sicut mortuus statim ponitur in feretro, in loculo, quia horrendum esset videre hominem mortuum, etiam cum quis peccauit mortaliter, mortuus est. Peccatum enim cum consummatum fuerit, generat mortem, inquit Iacobus, primo capite, & reddit peccatorem in anima turpiorem, & fœtidiorem cunctis cadaueribus mortuorum, & simi-

Quo pacto macula peccati anima inficitur.

ſimilem diabolo in macula peccati, & ſimilem horrorem cauſat de diabolo & peccatore damnato, quia ſimile eſt videre dæmonem in figura dæmonis, & peccatorem ſaltem obſtinatum & damnatum cum macula peccati. Ideo hæc macula abſconditur in loculo conſcientiæ, nec inde recedit quouſque deus accedit ad peccatorē, per gratiā preuenientē, & tangit loculū conſcientiæ per contritionē & diſplicētiā cōdignā & ſufficientē, de tali acceſſu & tactu dicit the. Acceſsit & tetigit loculum. Notandum eſt ꝙ triplex inuenitur in ſacra ſcriptura tactus xp̄i.

Primus omnino corporalis in quo tangens & tactum eſt corpus.

Secundus omnino ſpiritualis, in quo tangens & tactum eſt omnino ſpiritus.

Tertius partim ſpiritualis, & partim corporalis, in quo tangens eſt ſpiritus, & tactum eſt corpus.

Primus eſt omnino corporalis. Vnde ſciēdū eſt ꝙ iſte fuit in miraculis Chriſti, qñ tangendo ſanabat oēs infirmitates, vt patet in multis locis ſcripturarū & euangeliorū, & principaliter in prēſenti euangelio. No. hiſtoriā. Vnde de iſto tactu dicitur Luc. 6. Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & ſanabat oēs. Nota, virtus. Duplex enim erat virtus in Chriſto. Vna diuina, per quā erat omnipotēs, ſicut pater, & ſpiritus ſanctus, & hac virtute principaliter faciebat miracula, & ſanabat oēs infirmitates. Vnde p̄s, Qui ſanat oēs infirmitates tuas. Et ideo in omnibus infirmitatibus noſtris debemus ad eum principaliter recurrere, quia eſt ſummus medicus, vt det ſanitatē, ſi ſit vtilis pro ſalute animæ noſtræ. Alia eſt virtus in Chriſto humana, & miniſterialis, & meritoria, quia pœne, labores, & merita Chriſti deſeruiebant nobis: his enim nobis meruit, ſicut caput membris: & hæc erant excellentiſsima in Chriſto: & excellentiora in beata virgine, quam in cæteris ſanctis aliis, a Chriſto: & excellentia in cęteris ſanctis. Et ideo ad ipſos recurrere debemus in infirmitatibus noſtris, & prius in ſpiritualibus quam in corporalibus, quia ſpirituales infirmitates maiores ſunt. Venerunt enim primitus infirmitates corporales propter ſpirituales. Et frequenter ſi aliquid patimur, corporaliter peccata noſtra meruerunt, & ideo debemus nos primo deprecari deum, vt ſanet has infirmitates ſpirituales ad tactum abſolutionis ſacerdotis, & debemus facere quod in nobis eſt. Et tunc ceſſante cauſa, ceſſabit effectus. Nam vt habetur Matth. 6. Quotquot tangebant eum, ſalui fiebant. Si dicas, non poſſum corporaliter tangere Chriſtum, Reſponſio, quia licet non poſsis eum tangere in propria perſona, potes tamē tangere eius ſacramēta, in quibus reliquit virtutē ſanandi omnes infirmitates, nō ſolū ſpirituales, ſed etiā corporales, & ideo ſi es infirmus, veni ad cōfeſsionē, ſi ponderoſus, vade ad confirmationē, & hoc tantum ſemel, & cōfirmaberis, non tantum ſpiritualiter, ſed corporaliter. Ecce quomodo Chriſtus tangebat omnes,

Duplex virtus in Chriſto reſpectu miraculorū.

omnes,& quomodo tangit nos tactu corporali. Secundus tactus eſt omnino ſpiritualis, quia deus qui tangit eſt ſubſtantia ſpiritualis,& conſcientia noſtra quæ tangitur eſt ſpiritualis, quare debetis ſcire quòd tunc conſcientia noſtra tangitur a deo, quando immittit nobis remorſum conſcientiæ,& cognitionem peccatorum, cum peccator redit ad ſe,& cogitat ſuum ſtatum ſuperbũ & pompoſum quem ducit, & quomodo per ſuperbiam rebellis fuit,& inobediens deo, & ſuperioribus, & cogitat vlterius lites,& iniurias,& diffamationes,& blaſphemationes nominis domini & ſanctorũ, quas ore miſero protulit, & vlterius procedens cogitat furta, vſuras,& fraudes, comeſſationes, ebrietates, & luxurias, in quibus vixit,& finaliter tẽpus dolenter conſiderat, quod per acidiam ſuam perdidit,& breuiter ſummariè cogitat quòd nihil boni fecit,& cogitat exinde & conſequenter, quòd ſi in tali ſtatu decedat, damnatus erit in anima,& conſequenter poſt diem iudicij in corpore & anima. Hæc omnia bene cogitans & reuoluens intra ſe exclamat di. O miſer quid facis,& quid cogitas, quare non auiſas te vt te emendes? alias tu perditus es. O qualis ſtimulus, O qualis punctura ſpinarum. Antea punctura nõ ita cõturbabat eũ, ſicut iſta. Quod patet per experientiã in lachrymis, Nunquã punctura calcaris fecit ita cito currere equũ, ſicut aliquãdo iſta pũctura peccatorem facit cito relinquere peccatũ. De quo habemus exẽplũ Act. 9. de beato Paulo, qui pluſquã cæteri Iudæi erat feruẽs in perſecutionẽ chriſtianorũ. Sed ſubito circũfulſit eũ lux de cælo,& cecidit in terrã,& ſtatim cõtinue habuit cognitionẽ magnitudinis ſui peccati. Et taliter fuit tactus. ſ. ſtimulo remorſus conſcientiæ, quòd ſtetit tribus diebus,& tribus noctibus, non manducans neq; bibens, ſed inceſſabiliter plorãs, gemens,& orans deum vt ſibi parceret,& indulgeret ſibi peccata, licet iam peperciſſet. Et quid ſignificabat illa lux corporalis, quæ circũfulſit eum? profecto ſignificabat lumen ſpirituale inſpirationis diuinæ, quæ taliter remordit eum, & punxit, vt ſtatim curreret a profundo inferni vſq; ad tertiũ cælum, in quod fuit raptus,& de ſtatu peccati ad ſtatũ gratiæ,& de eſſe multum longe & diſtante a deo ad eſſe multum prope ad deum. Ecce mirabilis punctura,& valde pungens aculeus. De quo ibidem dicitur, Durum eſt tibi contra ſtimulũ recalcitrare. Et nota bene durũ. Nam vt ait doctor ſanctus. Hic inſtinctus quãdoq; nõ pertingit ad finẽ ſuum, non ex defectu ſui, ſed ex obſtinatione peccatoris, qui rebellis eſt, & inobediens, qui propter quãcunque inſpirationẽ, quam immittit ei deus, non vult dimittere peccata ſua, & aliquoties aliqui pluries punguntur, qui tamen inſtinctum dei & ſpiritusſancti non ſequuntur, quod eſt magnum ſignum reprobationis. Et tales grauius peccant quàm alij qui non habent tales inſpirationes, vel non tot,& ideo grauius puniuntur, quia ſi peccant qui faciunt aliquod bonum cum remorſu conſcientiæ errantis

a fort

a fortiori, illi peccant faciendo aliquod malum cum remorsu conscien tiæ non errantis. De istis dicitur, Dura ceruice, & incircuncisi cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto resistitis. Act. 7. Ecce quare dicit, Durum. Verum hic instinctus quandoque pertingit ad finẽ suum, scilicet iustificationis, vt in illis qui emendantur & obediunt inspirationi diuinæ, & tactui diuino, de quo tacta scribitur. 1. Reg. 10. Abiit cũ Dauid pars exercitus, quorum deus tetigerat corda. Dauid interpretatur manu fortis, per quem intelligo hũc stimulum, qui est ita fortis, quòd conuerti facit peccatorem, quod est difficilius quam cælum & terram creare, vt dicit beatus August. de quo vide S. Tho. 1. ij. q. cxiij. de iustificatione impij. Et hoc stimulo pungũtur & procedunt peccatores quando conuertuntur. Et ideo de quolibet tali conuerso & cæteris potest dici thema. S. Accessit, & tetigit loculum. Tertius tactus est, quando deus, qui substantia spiritualis est, tangit nos per afflictionem corporalem. Videns enim deus quòd conuerti nolumus, nec per inspirationes, nec per promissiones, nec per minas, nec per exempla, finaliter ad modum boni patris post multas minas flagellat nos virgis aduersitatum, guerrarum, famis, & mortalitatis, quæ omnia mala proueniunt a deo principaliter, quia, vt habetur in Amos 3. Non est malum in ciuitate, scilicet mundi, & corporale & pene, quod dominus non fecerit. Si enim habetis guerram, & aduersarij depredantur equos vestros, hoc malum facit dominus principaliter, sed instrumẽtaliter aduersarij vestri illud faciunt. Et si inferat, Ergo non peccant, quia executor diuinæ iustitiæ iudicis non peccat, quia executor est iustitiæ. Responsio quòd peccant, & non est simile de tali executore iustitiæ, quia talis non peccat, quia est ei iniunctum a iudice. Deus autem non iniunxit istis vt facerent, licet dederit sententiam quòd illi paterentur, & est simile. Si iudex dedisset sententiam contra aliquem latronem, qui esset adhuc in nemore, & aliqui causa venandi, vel consimili, post sententiam latam transirent per nemus, & reperirẽt latronem in habitu mercatoris, qui cogitantes quòd habeat pecunias, occiderent eum, nihil scientes de sententia iudicis, nunquid illi eum interficientes homicidæ sunt? Certe sic. Sic a simili est propositio. Item dicendum est consimiliter, si perdis aliquid, Manus domini tetigit me. Iob 19. Nota enim, quòd hæc manus habet quinque digitos. Primus vocatur pollex, qui virtute est super omnes alios digitos, per quem intelligo potentiam diuinam. De qua Iob 19. Non est qui de manu tua possit eruere. Nota quòd legitur de quadam ciuitate obsessa, quæ in necessitate quadam extrema constituta misit ad quendam ducem, vt eis subueniret. Tũc ille dux remisit nuncios di. Est ne inquit ciuitas vestra superius cooperta, vt ira dei super eam descendere nequeat? quod si ita est, veniam & defendam vos, si non, tunc peccata vestra cõtra iram dei ego defendere non

nō audeo. Secundus digitus eſt iudex, per quem intelligo diſcretionem dei in punitione noſtra, quia nunquā punitur nos vltra condignum, quod debet nos extrahere a murmure cōtra deum. Terrius digitus eſt medius, per quem intelligo benignitatem diuinam, quia per hanc aduerſitatem reconciliamur deo, ſi patienter toleremus, de quo pſal. Fiat manus tua vt ſaluet me, quoniam mandata tua ele. concupiui ſalutare tuū domine, & lex tua meditatio mea eſt. Erraui ſicut ouis quæ periit, quære ſeruum tuum domine, quia mandata tua non ſum oblitus. pſal. 118. Quartus digitus eſt medicus, quia per hāc aduerſitatem habemus medicinā non ſolum curatiuā peccati, ſed & præſeruatiuam. Iob 15. Increpationem domini nō reprobes, quia ipſe vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius ſanabunt. In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum. Quintus digitus eſt auricularis, per quem intelligo exauditionem orationum. Vnde pſal. Oculi omnium in te ſperant domine, & tu das eſcam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuā, & imples omne animal benedictione. pſal. 144. Et de talibus perſonis noſtrum poteſt dici thema, videlicet, Acceſſit & tetigit loculum. Deo gratias.

Dominica xvij poſt Trinitatem. Sermo j.

OMnis qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur. Verbum iſtud habetur textualiter Lucæ 14. & recitatiue in euangelio hodierno. Sermo noſter in præſenti erit de ſancto euangelio hodierno huius dominice, & habebimus multas bonas doctrinas intellectuales, & inſtructiones multas morales. Sed prius ſalutetur beatiſsima virgo Maria &c. & reſumatur thema, Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur &c. In ſancto euangelio hodierno huius dominicæ habemus quatuor doctrinas a Chriſto, ad informationem & ordinationem totius vitæ noſtræ. Vita enim noſtra debet eſſe ordinata quadrupliciter.

Primo erga ſe.
Secundo erga pauperes.
Tertio erga inimicos.
Quarto ergo amicos.

Ita quatuor oſtendit Chriſtus. Primo quod ſimus ordinati, quo ad noſmetipſos, per virtutem temperantiæ. Secundo quo ad proximos noſtros per virtutem miſericordiæ. Tertio quo ad inimicos noſtros per virtutem benevolentiæ. Quarto quo ad inimicos noſtros per virtutem modeſtiæ, ſcilicet in bonis & ordinatis moribus, verbis, & ſic de omnibus aliis, non ſuperbiendo in conuerſatione: & de iſto loquitur propoſitum thema, Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur. Dico primo quod ſimus ordinati, quo ad noſmetipſos, per virtutem temperantiæ. Tunc enim homo eſt ordi-

natus

natus in vita ſua, quando in cibo & potu ſcit tenere temperantiam, quando recipit ſolum neceſsitatem ad ſuſtinendum corpus, vitans ſuperfluitates & exceſſus, in hoc ſtat virtus temperantiæ. Modo audite iſtam virtutem quomodo Chriſtus oſtendit eam, ſed ſecretè in principio euangelij, Cum intraſſet Ieſus &c. vſque ad, obſeruabant eum. *Iſta verba indigent declaratione.* Sciendum quòd Chriſtus in hac vita huius mundi ſeruauit magnam paupertatem, ad oſtendendum quòd homo non debet ſe nimis dare in iſtis mundanis rebus, quia hodie vel cras ſunt relinquendæ, & intantum voluit eſſe pauper, quòd non habuit domum, cameram, neque cellam. Ideo quando inuitabatur ad prandium cum diſcipulis, recipiebat pro ſuſtentatione naturæ neceſsitatē, ſine qua natura humana non poſſet viuere. Recipiebat temporalia, ſed bene ſoluebat in orationibus, & communibus inſtructionibus. Ideo dicit apoſtolus in perſona ſua, & aliorum apoſtolorum, Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, non magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus &c. 1. Cor. 9. Ideo & dominus ordinauit his, qui euangelium annunciant, & de euangelio viuere. Et iſtum modum Chriſtus ſeruauit. Ideo Iudæi inimici Chriſti & maximè phariſei, qui erant maiores, & doctores ipſius legis, qui inuidebant Chriſto de honore, miraculis, & ſequela ſua, propter quod tenuerunt conſilium, vt in aliquo poſſent eū confundere, & reprehendere, vt diffamarent eum. Ideo dixit vnus magnus princeps phariſeorum, Iā ſcitis quomodo ipſe recipit cōuiuiū. Ideo inuitabo eū & dabo ſibi multas eſcas, *& de multis vinis &c.* & diſſoluet ſe in verbis, & ſic cognoſcetur quis eſt, quia communiter quando homo bibit bis vel ter, homo diſcōponit ſe loquēdo indiſcretè per tranſuerſum &c. ante prandium vero homo eſt totus compoſitus, & loquitur homo diſcretè, & credebant q; Chriſtus diſcomponeret ſe. Ecce quale conſiliū, & qua ratione inuitabat eum ille princeps phariſeorum. Sed ecce quid prophetauerat Salomon, Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conciliū, contra dominū. Pro. 21. Tripliciter bellabant Iudæi contra Chriſtū vt confunderent eū. Primo per ſapientiā. Illi doctores ſuperbi & inflati veniebāt ad ſermones ſuos, dicendo, Iſte homo, qui nunquā habuit magiſtrū, nec fuit in ſtudio, vult prædicare, impoſsibile eſt quin dicat multos errores, & ſtultitias, & obſeruabant eum. Ideo Salomon dixit, Non eſt ſapientia contra dñm, quia ipſe eſt fons ſapientiæ. Secundo per diſputationes, quia faciebant ſibi quæſtiones de theologia ſubtiles, quas ipſi neſciebant determinare, di. Videamus iſte faber lignarius quid dicit ad iſtā &c. Ideo Salomon dixit, Non eſt prudentia. ſ. diſputandi contra dñm. Tertio Iudæi bellabant contra Chriſtū inuitando. Cū enim illis primis duobus modis non poterant contra eum, tenuerunt conſilium vt inuitarent eum &c. Sed dicit Salomon, Non eſt conſilium contra dominum. Modo intelligitis princi-

pium euangelij. Postquã Christus prædicauerat in die sabbati, ille princeps phariseorũ accessit ad eum, & inuitauit eum di. Magister ex quo dedistis nobis bonũ prandium spirituale, placeat vobis mecũ recipere prãdium corporale. Et Christus acceptauit. Dicatur quomodo cum magno honore fuit ductus ad domum, vbi erãt mensæ paratę. Et Christus benedixit di. Oculi omnium &c. No. cum dicit, manducare panẽ. Quæstio. Non dabat ille princeps nisi panem in conuiuio? Respondeo ꝙ in scriptura panis recipitur pro omni prouisione & esca. Vnde legitur. 4. Reg. 6. de militibus, qui venerunt ad regnum Israel, de quibus dixit propheta regi, Pone panem & aquam coram eis, vt comedãt & bibant, & vadant ad dominum suum. Et sequitur, Appositáque est eis ciborum magna præparatio, & comederunt, & biberunt. Ita etiam hic ille princeps præparauit multas escas triplici ratione. Primo propter festum, quia dies sabbati. Secũdo quia ipse erat magnus princeps. Tertio, quia ipse inuitauerat multos phariseos & doctores, vt in aliquo possent eum confundere. Item alia expositio. Cum intrasset Iesus in domum cuiusdam principis phariseorum sabbato manducare panem. Nõ dicit euãgelium ꝙ ille inuitasset eum ad manducandum panem, sed cũ intrasset Iesus &c. quia talem modum tenebat Christus, ꝙ plus manducabat de pane quam de aliis. Dicatur practica quomodo ponebantur coram eo diuersi fructus, & dabantur diuersa vina &c. & ipsi obseruabant eum si comederet de omnibus &c. sed ipse comedebat compositè & sobriè. Ité forte proponebant diuersa verba, & truffas, & risus, sed ipse fons virtutum fuit adeò compositus, & tam temperatus, ꝙ non poterant ipsum in aliquo confundere vel reprehendere. Hic dico ego ꝙ docet nos exemplo virtutem temperantiæ, sicut iam verbo prædicauerat eam dicens, Attendite vobis ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Luc. 21. Nota, attendite vobis, quantum ad corpora, quæ destruuntur nisi teneat homo temperantiam. Quot homines sunt qui habent morbum caducum ex superfluitate cibi & potus, quia sicut quando olla bullit, ascendit humiditas, ita de stomacho ascendit gutta, & cadit illa gutta super cor &c. Quot homines ex vino habent oculos lippos, os rubicundum &c. & perdunt visum, & debilitantur in membris. Nam vinum est ita amicabile naturæ, quòd omnia membra quærunt illud, & prodest homini & eius membris temperatè sumptum, & lymphatum. Quot homines perdunt bonum colorem faciei ex vino, & videntur quasi semimortui, habent anhelitum fetidum, perdunt dentes, habent dolorem ex humiditate vini, patiuntur in stomacho, quod est ex superfluitate, superfluitas cibi non potest decoqui, ideo sunt multi leprosi. Sed qui tenet temperantiam, habet bonum caput, intellectum clarum, bonos oculos, bonum colorem, bona membra, longæ vitæ est, & poterit diu seruire deo. Ecce quare dicit, Attendite vobis

ne

ne grauentur corda vestra, scilicet per intemperantiam. De omnibus istis autoritas, Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam. Eccesiast. 37. Nota, auidus, Nam prima digestio debet esse in ore, secunda in stomacho. Sunt enim aliquæ bestiæ, quæ ruminant, & si esca non fit bene in ore masticata, non potest coqui in stomacho. Item non effundas te super omnem escam. Ratio, quia non omnes sunt vnius digestionis, sicut non omnes sunt vnius decoctionis in olla &c. In multis enim escis erit infirmitas, quia grauant stomachum. Propter crapulam multi obierunt. Dicunt medici ꝙ plures interficit gula quam gladius, licet multi moriantur in præliis. Sed qui abstinens est adiiciet vitam. Eccleſiast. 37. Dicatur de magno Alexandro, quando vidit Bragmannas antiquissimos, interrogabat qualem vitam seruabant, & quam medicinam, vt tantum viuerent. Responderunt ꝙ temperantiam. solum semel in die comedebant, & de vno cibo solum. Ecce quare dicit, Attendite vobis. Quantum ad corda dicit, ne grauentur corda vestra, id est animæ. Hoc maxime intelligunt clerici, religiosi, & personæ deuotæ, quando multum comedunt, vel nimis cenant, non possunt ita surgere, & dormitant in matutinis seu orationibus suis. Ecce quomodo grauantur, id est, deprimitur anima. Vnde sciendum quòd deus ordinauit hominem medium inter angelos & bestias. Angeli sunt spirituales, homo vero vtrunque, bestiæ sunt substantiæ corporales, homo vero vtrãq; naturã in se habet. Et si homo viuit spiritualiter secundũ animã, est similis angelis. Sed si homo viuit secundũ sensualitatẽ, & secundũ corpus, bestiis similis factus est, secundũ illud psal. Homo cũ in honore esset, non intellexit, cõparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Dico enim ꝙ homo ex peccato superbiæ, auaritiæ, luxuriæ, iræ & accidiæ, efficitur similis iumentis. Sed ex peccato gulæ efficitur minus quã bestia, quia bestia transibit cum onere per viam strictam, petrosam &c. & homo ebrius non potest se portare per viam latam & planam, imo cespitabit & corruet &c. Itẽ asinus vel equus, ex quo biberunt aquam etiam turbidam, si post per papam vel regem inuitarentur, non biberent, & tu, si inuitat te aliquis, bibis, &c. ideo plus quã bestia es gulosus. Ecce Christus verbo & exemplo ostendit nobis virtutem temperantiæ. Dico secundo &c. Ex quo visum est quomodo nos habere debemus erga nosipsos, videndũ est quomodo erga pauperes nos habere debemus per virtutẽ misericordiæ. s. subueniendo eis de bonis tẽporalibus, & spiritualibus. Hoc ostẽdit ibi, Et ecce homo quidã hydropicus. vsq; dimisit. Pro huius intellectu sciendum est ꝙ doctores & pharisei erant in quodam errore & falsa opinione, dicendo quòd die sabbati nullum erat opus faciendum, medicinam infirmis non dare, ita ꝙ non deberet eis dari purgatio, nec syrupus, nec fieri vulneris apertura, vel simi-

lia, dicentes quòd festum frangebatur. Sed hoc est error, quia festum solum frangitur ex operibus corporalibus & seruilibus, vt fodere, secare ligna, suere, nere, & similia, aperire operatoria, ambulare per viã &c. Nam his operibus frangitur festũ. Deus dedit nobis sex dies, & retinuit sibi vnum. Ideo nolite tangere partem suam. Non facietis mercimonia, vel cõtractus in diebus festis. Propter fractionẽ festi veniũt siccitates, fames, mortalitates, tẽpestates &c. homo vult lucrari & perdit magis. Vult enim deus ℣ sicut ipse quieuit in die resurrectionis gloriosus, ita & nos quiescamus. de cõse. dist. iij. in prin. Omnẽ diẽ dñicum ob reuerentiã resurrectionis dñi de vespera vsque ad vesperã præcipimus celebrandũ. Et xp̃ianus qui non seruat festa, videtur ℣ nõ credat xp̃i resurrectionẽ. Possumus enim facere opera necessaria pro infirmis cõtra illorũ errorẽ. Videntes ergo Iudæi emuli xp̃i ℣ nec in conuiuio poterant eũ reprehendere in aliquo, ordinauerunt vt hydropicus quidam poneretur corã xp̃o, qui non audebat petere sanitatẽ, quia culpassent eũ de sabbati fractione. Sed respiciebat xp̃m. q. d. Dñe ante te omne desiderium meum &c. licet ore non audeã dicere propter istos proditores, qui interficerent me. Nota misericordiã xp̃i. Cũ ille hydropicus non auderet appropinquare ad Christũ, neque petere eleemosynã sanitatis, propter inimicos Christi circunstãtes, xp̃s benigne surrexit de mensa, portans eleemosynã sanitatis qua indigebat. Licet in mensa manens solo nutu potuisset ipsum sanare, tamen voluit surgere, & ire ad ipsum, & tangere, dans nobis exẽplum misericordię. Et pharisei intra se dicebãt, Nunc potest accusari, quia fregit festũ. O stulti, dico enim ℣ hic Christus ostẽdit virtutẽ misericordiæ, & quomodo erga pauperes debemus nos habere dando & mittendo eleemosynam. Dicatur contra illos qui habent aurẽ surdã corã pauperibus, vosmet vel per alios mittatis eleemosynam, & sic filij nutrientur ad opera misericordiæ. Ideo dicit qũo potueris, ita esto misericors, si multum tibi fuerit abundanter tribue, si autẽ exiguũ libenter impertiri stude. Tho. 4. Dico tertio ℣ ostẽdit qũo debemus nos habere ad inimicos per virtutẽ beneuolentiæ, cum dicit, Et respondens Iesus dixit ad legisperitos. vsque respõdere illi. Ex quo curauit hydropicum, dedit ei eleemosynam corporalem, & dedit eis eleemosynam instructionis spiritualis. Mat. 5. Audistis quia dictum est antiquis, Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos &c. Ecce beneuolentia quam eis ostendit, dans nobis exemplum quomodo ad inimicos nostros nos habere debemus exemplo suo. Dico quarto quòd ostendit quomodo cum amicis sit conuersandum per virtutem modestiæ, non superbiendo &c. hoc ostendit cũ dicebat ad inuitatos &c. In historia euangelij mystice loquitur Christus de nuptiis quas deus pater fecit filio, spõsa est natura humana, quia

Locus in quo canonico vbi recipitur declaratio dicti dominicæ.

quia ſicut vir & vxor non ſunt duo, Mat. 19. ita diuinitas Chriſti & humanitas faciunt vnã perſonam. De his nuptiis habetur Mat. 22. Simile eſt regnum cælorũ homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo &c. Inuitati ſunt oẽs Chriſtiani per apoſtolos, martyres, & confeſſores, ideo lauetis manus, ſed attẽdatis ne velitis tenere primum locum. Primatum vult, qui ſe ingerit, quando vacat aliquod beneficium vel officium, dicendo, Verè ego ero papa, & de epiſcopatu &c. De qualibet cura animarũ iam vos vultis eſſe in primo loco ſuperius. Quando veniet dominus, & videbit vos qui nõ eſtis digni, nec ſcitis regere domum veſtrã, dicet, Ribalde, porce, luxurioſe, & quid facis tu hic guloſe, & pompoſe &c. Sed ſimplici religioſo, vel clerico, qui fugiunt, & vadunt ſimpliciter, dicet, O fili mi, & quid facis tu hic? aſcende, & ſic ſuperius collocabit eum. Omnis enim qui ſe exaltat, humiliabitur &c. Idem in dominio ſeculari, vel regimine cõmunitatum, volunt nonnulli habere primatum dicendo, Ego ero iuratus baliuus &c. quia omnis qui ſe exaltat in regimine ſe ingerendo, humiliabitur in iudicio deſcendendo &c. ſed qui fugiunt humiliando ſe, exaltãtur. Auto. Dñs mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit, dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & ſubleuat. 1. Reg. 11. Item alia, Ne glorioſus appareas coram rege, & in loco magiſtrorum ne ſteteris. Melius eſt enim vt dicatur tibi, Aſcende huc, quam vt humilieris coram principe. Prouerb. 25.

De eadem dominica, ſcilicet. xvij. poſt feſtum Trinita. Ser. ij.

VAde recumbe in nouiſsimo loco. Luc. 14. Volo nunc prædicare de conditionibus animarũ &c. quia ſtultus eſt qui ſcit quid eſt de eis in alio mundo, ſi non emendat vitam ſuam. Salutetur virgo Maria &c. Secũdum ꝙ clare inuenitur in ſcriptura diuina, & declarat manifeſte experientia, vita iſta nõ eſt niſi via, in qua continuè ambulamus ad aliam vitam, intantũ ꝙ ſtatim quãdo puer naſcitur, in illo puncto incipit viam ambulandi, licet ſtet in lecto iuxta matrem. Nos oẽs continuè ambulamus, ſiue comedamus, bibamus, & dormiamus &c. Hoc poteris videre per ſimilitudinẽ de naui eunte per fluuium, in qua illi qui ſunt intus, ſiue comedant, ſiue bibant, ſemper progrediuntur. Ita preſens vita coeperturarum, ſcilicet religioſorũ, clericorum, & laicorũ, vadit per fluuium temporis ſubitum, pluſquam ſagitta vel auis, quæ ad motum ſolis mouetur. Quantum creditis quòd ſol ambulauerit ex quo incepi prædicare &c. tandiu ambulamus ad mortem, comedendo, ſtando, & ſedendo. Ideo dicit ſcriptura, Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur &c. 2. Reg. 14. Clare ergo poteſtis videre ꝙ præſens vita eſt via. Et quo ducit nos? Dico ꝙ non vadimus omnes ad vnum locum. Quatuor enim ſunt loca in alio mundo, & omnes vadimus ad aliquem illorum.

Primus est locus damnatorum intolerabilis.
Secundus puerorum irreuocabilis.
Tertius tribulatorum remediabilis.
Quartus beatorum inæstimabilis.

De vltimo dicit thema, Vade & recumbe in nouissimo &c. Dico primo &c. Iste locus est infernus, qui est in corde terræ, sicut sunt de⁊ muncule in corde pomi. Scitis qui vadunt ad istum locum? religiosi, clerici, & laici, qui tenēt malam vitam, & viuunt in peccatis, & nolunt corrigere se. Sciunt de certo, & cognoscunt peccatum in quo viuunt, & nolunt se corrigere secundum regulam, quia licet totum habeant in scriptis, magis tamen sequuntur proprios sensus, quam diuinam admonitionem, magis suam sensualitatem, quam diuinam voluntatem, magis suam inclinationem, quam diuinam ordinationem. Tales quando moriuntur, ad istum locum vadunt condemnatorum, vbi sunt tormenta intolerabilia. Ideo dicit scriptura, præcipiens prædicatori vt denunciet & prædicet de istis tormentis, dicens, Testetur illis ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Luc. 16. Nota cum dicit, locum tormentorum in plurali, & non in singulari, ⁊ secundum quod sunt diuersa peccata, ita sunt diuersa tormenta eis correspondentia. Aliqui enim peccant, & maxime per superbiam, ornando se, & parando, vanæ superbiendo, vt possint ascendere in dominio, regimine &c. Huic peccato correspondet vnum tormentum, scilicet ⁊ conculcantur a diabolis, quia tantum quantum in hoc mundo voluerunt esse super alio, tantum in inferno sunt sub pedibus dæmonum, sicut vuæ in torculari calcantur, & quilibet diabolus ponderat plusquam turris, & tunc voluissent fuisse humiles. Ideo dicebat Christus, Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Matth. 11. Alij peccant maximè per auaritiam, in vsuris, furtis, rapinis, retinendo bona defunctorum, salarium seruorum, decimas & primitias &c. Huic peccato correspondet tormentum de caldariis plenis auro & argento liquefactis, & ibi cruciantur, nec possunt mori. Ideo Christus auisando nos dixit, Attendite vobis, & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex his, quæ possidet. Luc. 12. Alij viuunt in luxuria, vt porci, non sunt contenti de vxoribus &c. Religiosi, & clerici inhonesti, & alij, qui non sunt in matrimonio, faciendo corruptiones & vilissima peccata &c. Correspondet huic peccato vnum tormentum, quia ad similitudinem cyrogrilli ponuntur in veru, nec possunt mori. Ideo dicit scriptura, Abstineatis vos a fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant deum. 1. ad Thessal. 4. Ideo refrenare debemus corpus freno pœnitentiæ. Alij viuunt in peccato inuidiæ, maxime, scilicet pro regimine, vel inuident famæ alterius, vel honori, seu diuitiis.

Inuidia

Inuidia enim non est nisi venenum interficiens animam, de isto prodeunt diffamationes, male loquele. Ideo tormentum correspondens huic peccato est, quòd mordentur a serpentibus, & viperis, & inflantur eorum corpora veneno, nec possunt mori. Ideo dicit scriptura, Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias. & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes rationabiles, & sine dolo, lac concupiscite charitatis, scilicet vt in eo crescatis &c. 1. Pet. 2. Alij viuunt gulose; non seruant ieiunia ecclesiæ, sciunt in ieiunio audire missam. Tormentum correspondens est esurire & sitire, quia non obtinebunt guttam aquæ sed plumbum liquefactum &c. Ideo Christus dicit, Attendite vobis ne forte grauentur corda vestra. Luc. 21. Alij viuunt in peccato ire cum desiderio vindicte, nolunt parcere si in aliquo fuerunt iniuriati, factum est irremissibile, vel si parcunt, nolunt loqui nec salutare, signum est quòd adhuc retinent odium. Tormentum istorum est furca magna ferrea, in qua suspendun tur, & ignis inferius, & rependuntur vices, ex quo per ignem ire peccastis, ideo per ignem puniemini, & quia in gutture non loquendo peccauerunt, ideo in gutture cum ignito ferro punientur. Ideo Christus dixit, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cælestis delicta vestra. Matth. 6. Alij viuunt in peccato accidiæ, permittunt perdere tempus quod deus dedit nobis ad pœnitentiam, non ad congregandum pecunias, nec facere magnas domos, nisi ad necessitatem, quia principaliter laborare in pœnitentia debemus, sed sunt multi qui non curant confiteri in quadragesima, nec communicant in paschate, nec sciunt audire missam in dominica, nisi loquendo &c. Tormentum est quod semper verberantur a dæmonibus, nec permittunt eos quiescere. Ideo Christus, Dico vobis ℣ nisi pœnitentiã habueritis, omnes simul peribitis. Luc. 13. Patet quare dicit, Testetur illis, supple prædicator, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. In istum locum iuit Iudas. Actu. 1. Præuaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum. Nota, præuaricatus, id est fregit. Fregit enim legem naturæ, scripturæ, & gratiæ. Legem naturæ, quia natura dictitat ℣ si homo recipit dona & gratias ab aliquo, quod homo sibi seruiat & retribuat. Iudas enim accepit gratias a Christo, quia pepercit sibi mortem patris, & luxuriam matris, quam duxerat in vxorem, & dicitur de eodem, Remisit sibi homicidium filij regis, dederat sibi potestatem faciendi miracula &c. fecit eum discipulum suum, apostolum, & procuratorem, & prodidit eum. Secundo fregit legem scripturæ, quæ tota ordinatur erga Messiam, vt honoretur &c. Item fregit vendendo Messiam pretio vnius asini triginta denariorum. Tertio fregit legem gratiæ, quæ dicit ℣ de peccatis faciat homo pœnitẽtiam, sed ipse desperauit. Ideo dicit, præuaricatus est Iudas &c. Bonum erat ei si natus non

fuisset homo ille. Matth. 26. Dico secundo &c. Iste locus est altior loco damnatorũ. Illuc vadunt animæ puerorũ sine baptismo decedentium, ibi non est ignis, nec dæmones sunt, nec tormẽta, sed sunt ibi tenebræ, scilicet carentia claritatis, gratiæ, & gloriæ. Illuc enim vadũt filij Christianorum, & aliorũ infidelium, qui non habent nisi originale peccatũ, quia paruuli infidelium, qui actualiter nõ peccauerunt, non habent nisi peccatum originale, vt filij Christianorũ ante baptismum. Et quia non sunt mundi, deus nõ vult eos recipere in paradiso. Et quia ipsi nõ peccauerunt peccato personali, non dat eis pœnam inferni, sed mittit eos ad illum locum, peccato originali debitũ irreuocabiliter. Vultis intellige re rationẽ, & scietis quid est peccatũ originale? Iam scitis quãdo in aliqua villa sunt aliqui leprosi, eiiciuntur de villa, & separantur, non ex peccato aliquo ipsorũ, quia fortè erãt bonæ vitæ, sed ex illa infirmitate, nec datur eis aliqua pœna seu modestia. Imo fiunt eis eleemosynæ, sed ꝙ sint separati. Et ita ordinauit deus, Nume. 5. Locutus est dominus ad Moysen dicens, Præcipe filiis Israel, vt eiiciant de castris omnem leprosum. Idẽ in proposito, peccatũ originale non est factum a creatura, imo displicet sibi sicut leproso illa infirmitas, sed venit ex corruptione, scilicet illius carnalis generationis, quia si aliter deus crearet hominẽ, sicut formauit Adam & Euam, sine illa carnali generatione nõ haberet peccatũ originale. Sed ex illa vili generatione anima efficitur leprosa. Ideo deus nõ vult eam habere in paradiso, sicut nec vos leprosos vultis habere in villa, in societate vestra. Ideo separantur in illo loco, qui dicitur limbus puerorũ, quia originale peccatũ est tam fortis lepra, ꝙ nõ potest curari nisi balneo baptismi, quod Christus ordinauit. Ideo anima ante baptismum est ita turpis, ꝙ nõ posses sustinere eius aspectum. Sed post est ita pulchra, ꝙ si posseris eam videre, nolletis comedere nec bibere &c. Ideo dicit Iob. 14. Quis potest facere mũdum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Auisentur hic mulieres quando sunt grauidæ, quia si debet esse masculus, in quadragesima die habet animam. Si fœmina, duplicantur dies, quia est frigidioris complexionis, ne tripudient, nec equitent. Item viri auisentur ne malè tractent vxores suas. Dicatur quando animæ talium sine baptismo decedentium vadunt ad portam paradisi, petentes ibi recipi, dicẽtes se non peccasse &c. Dicit eis Christus, Respicias te quomodo es leprosus &c. remittit eum ad socios suos. Et si omnia bona mundi fierent pro illis, non possent reuocari ab illo loco. De illo loco deus facit quæstionem Iob. di. Si nosti omnia, iudica mihi, in qua via habitet lux, & tenebrarũ quis locus sit. Iob. 38. Iob nescitit respondere, sed Christus declarauit quòd via lucis est baptismus, per ipsum enim vadimus ad lumen gloriæ. Et tenebrarum locus est limbus puerorum. Non credatis quòd habeant tenebras omnimodas. Imo habent intellectum clarum, & di-

Quoto die à conceptione anima ratiõalis infundatur.

putant

putant &c. Sed non habent lumen dei nec gloriæ. Modo cogitate quod peccatum est illorum, ex cuius vel quorum culpa tales pueri moriuntur sine baptismo. Et in iudicio petent iustitiam à Christo de patre, vel matre, vel matrina, seu sacerdote, si nō dicit bene formā, vel de illis qui secretè occidunt, ne peccatū diuulgetur, & de illis qui consentiunt. Auisetis vos, quia de maximis peccatis mundi est occidere corpus & animam. De isto loco dicit Christus cuilibet puero illorū allegoricè, Ecce inquit, est locus apud me, & videbis posteriora mea, faciē autē meam videre non poteris. Exod. 33. Nota, videbis posteriora &c. In Christo primum est diuinitas, posterius humanitas. Dicit ergo ꝙ videbit posteriora. s. corpus cum suis membris in iudicio, faciem autem meā, id est diuinitatem videre non poteris. Dico tertio ꝙ est alius locus tribulatorum remediabilis, s. purgatorium. In isto est ignis. s. flāma pura, quæ dei voluntate durat & durabit vsque ad iudicium, & post nō erit purgatorium, & cruciat animas, & est quasi puteus, sed latus & profundus, & animæ stant intus, aliquæ intra ignem, à cingulo, & inferius. Anima enim omnia membra habet, sed illa membra sunt spiritualia, sed corpus carnalia membra habet. Ad istum locum vadunt personæ quæ licet peccauerunt, tamen de bona hora conuertuntur ad deū &c. seruant dei mandata & ecclesiæ, tales sunt in gratia. Sed quia communiter pœnitentia, quæ datur à confessoribus non est tanta quantam peccata requirunt, tamen habet virtutem quando seruatur liberandi à pœnis inferni. Ideo in purgatorio complent residuum. Dicatur practica quomodo anima portatur à bono angelo, & confortatur ab eo. De isto loco dicit Iob, Habet argentum venarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur. Iob. 28. Nullus intrat purgatorium, nisi sit aurum vel argentum, aurum, scilicet per charitatem, argentum per claritatem fidei, sine dubio, sine errore, & falsa opinione, & per soni claritatem scilicet dicendo Credo in deum, quolibet die mane & sero cum protestatione. Multi sumunt argentum, sed non sonant dicendo, Credo in deum &c. Ideo dicit, Habet argentum, scilicet fidei, venarū suarū principia. Christus est principium. Ioan. 8. Ego sum principium qui & loquor vobis. Venæ sunt apostoli, & per istas venas fides venit ad vos, Auro, id est Christiano, quia in purgatorio nō intrat Christianus qui habet claritatem & gratiam dei, locus in quo cōflatur. i. purificatur. Pro isto loco ecclesia petit pro defunctis, Dona eis requiem, & locum indulgentiæ. s. purgatorij. Et dicitur locus indulgentiæ propter suffragia, quia intātum posset quis iuuari suffragiis, ꝙ mox liberaretur. Dico quarto ꝙ locus beatorum est inæstimabilis. s. cælum empyreum. Et de isto dicit the. Vade scilicet in hac vita taliter, vt possis quiescere in nouissimo loco. Scitis qui vadunt ad istum locum? illę personæ sanctæ, & perfectæ, quæ licet peccauerunt, faciunt tamen tantam

pœnitentiam,& habent tantam contritionē de peccatis,& propositum non redeundi ad peccata,ꝙ citius vellent mori,quàm recidiuare vellēt in peccatum,& confitentur sepissime, & cōmunicant cum magno feruore charitatis,ieiunant non solum ieiunia ecclesiæ, portant cilicium, plangunt se intantum,ꝙ maius est bonū quàm malū quod fecerūt. Tales habent hic purgatoriū. Nunquid vobis videtur purgatoriū, portare cilicium?Idem est dicendum de aliis. Ideo quando moriuntur tales, statim euolant ad paradisum,& ab angelis portātur in cælum,vt sponsa ducitur ad ecclesiam,qui eleuāt animā, quemadmodum cantatur de beata Maria Magdalena.Et ergo multū prodest hic facere pœnitentiā. De hoc Dauid fecit vnum Psalmū in persona animæ sanctę dicens,Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascue ibi me collocauit. No.dominus regit me,ad seruandum bonam vitam, & mādata sua. Et si aliquando peccaui,feci tantam pœnitentiā ꝙ nihil mihi deerit. Dico vobis ꝙ omnes labores pœnitentiales deberent esse vobis dulcissimi, vt possetis illam gloriā acquirere,de qua dicūt sancti, Vidimus terram valde opulentam & vberem,nolite negligere,nolite cessare. Eamus vt possideamus eam,nullus erit labor. Intrabimus ad securos in regionē latissimam,tradetque vobis dominus locū,in quo nullius rei est penuria.Iudi.18.No.vidimus,scilicet per scripturā,& per sanctā contemplationem,terrā,scilicet beatorū,valde opulentā,vbi non erit penuria alicuius rei,nullus erit ibi senex,nec infirmus,nec habēs dolorē, sed gaudium consolationis.Ergo vade & recumbe &c.Deo gratias.

De eadem dominica.xvij.post Trinitatem. Sermo iij.

Ascende superius, & tunc erit tibi gloria. Istud verbū habetur textualiter Luc.14. Pro declaratione huius verbi, & introductione materiæ prædicāde in presenti,sciendū secūdū ꝙ clare inuenitur in scriptura diuina , magna differētia est inter principiū hominis & finē, quia principiū hominis est in hoc mūdo,& finis in cælo. Principiū enim est in vtero mulieris. Nā qñ cōceptū & formatū est corpus, & mēbra in vtero,anima in illo creatur,& incipit viuere homo,& post nascitur &c. Sed finis est in cælo. Non creauit nos deus ad diu habitandū in hac vita,vt patet,sed ad consequendum gloriā paradisi. Ideo dicit scriptura, Non habemus hic manentē ciuitatem,sed futurā inquirimus. ad Heb. vlti. Nota,non habemus hic manentē ciuitatē,vel villam,vel castrū &c. Ecce diuersitas inter principiū & finem hominis est.Non est sic de animalibus & auibus,quia sicut habent principiū in hoc mundo,ita etiam & finem,quando enim moriuntur,totū resoluitur in quatuor elementa. Et ecce signū huius quod dominus dedit nobis. Omnia animalia respiciunt ad terrā,& vadunt curua,quasi vellent dicere, si scirent loqui, Nos nihil habemus in cælo, sed in terra. Nos vero solum cum plantis

tangimus

tangimus terram, oſtendentes quòd in terra habemus initium. Sed ſumus erecti, & ad cælum reſpicientes quaſi ad domum noſtram. Et licet corpora incinerentur, tamen in iudicio reſurgent, & ſimul cum animabus aſcẽdent in cælum. Autoritas. Noſtra cõuerſatio in cælis eſt, quantum ad animam, vnde & ſaluatorẽ expectamus dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratũ corpori claritatis ſuæ, ad Philip. 3. Patet differẽtia inter principiũ & finem hominis. Ideo dicit thema, Aſcende ſuperius, & erit tibi gloria, primo quantum ad animã, & poſt iudicium ſimul in anima & in corpore. Patet thema. Modo diceret aliquis veſtrũ, Ego bene libẽter vellem aſcendere, quia licet habeamus hic principium conceptionis, formationis, & creationis, & nutritionis, tamen bene video quod nõ poſſum hic remanere, & vellem aſcendere, ſed per quam ſcalam poſſumus aſcendere neſcio, ſed opto ſcire. Propter hoc volo vobis modo oſtendere ſcalam, & recipiam fundamẽtum a quadam reuelatione facta Iacob, qui quadam nocte vidit ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen eius tangebat cælum, & angelos quoque dei aſcendentes & deſcendentes per eam, & dominum innixum ſcale. Geneſ. 28. Iſta ſcala eſt bona vita, quia ſi ad cælum volumus aſcendere, per iſtam nos oportet tranſire, quia in paradiſo nullus intrat ratione generis, prælationis, dominij temporalis, nec diuitiarum, nec ſcientiæ. Nota cum dicit, Stantem ſuper terram, quia bona vita hic habet ſuum principiũ, quod eſt recedere a peccatis, a mala ſocietate, & facere pœnitẽtiam, confiteri, ſatisfacere, parcere inimicis &c. Cacumen eius tangens cælum, quia bona vita hic incepta, & continuata, ducit ad cælum. Angelos quoque aſcendentes, quia per ſcalam bonæ vitæ aliqui aſcẽdunt, & aliqui deſcendunt. Aſcendunt illi qui incipiunt bonam vitam, & cõtinuant eam de bono in melius. Sed deſcendunt qui incipiunt cum magno feruore, ſed paulatim refrigerantur, vt aqua calida remota ab igne frigeſcit, & reuertuntur tales ad priſtinum ſtatum, vel efficiuntur peiores. Ideo Dauid, Aſcendunt vſque ad cælos, ſcilicet illi qui perſeuerant, & deſcendunt vſque ad abyſſos, ſcilicet qui non perſeuerant, anima illorum in malis tabeſcebat. Et dominũ innixum ſcale, quia deus eſt merces & præmium bonorũ operum. Vnde dicit Chriſtus, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiã vos. Matth. 11. Ecce ſcala, aſcende ſuperius. Declaraui vobis duo. Primo rationem quam habemus aſcendere in cælum, quia ibi eſt finis noſter. Secundo ſcalam, per quam habemus aſcendere. modo oportet ſcire gradus per quos habemus tranſire. Pro quo notandum quòd ſeptem ſunt gradus in quibus ſtat bona vita.

Primus credentia articulorum duodecim.
Secundus reuerentia diuinorum.
Tertius beneuolentia proximorum.

Quartus

Quartus regentia membrorum.
Quintus diligentia agendorum.
Sextus prudentia dicendorum.
Septimus custodientia internorum.

Primus ergo est credentia articulorū, scilicet ꝙ homo habeat credentiam fidei firmā sine errore, dubitatione, & falsa opinione, dicēs, Licet non habeam rationē de hoc naturalē, nec intellectu possim cōprehendere, tamē quia vos domine, qui nō potestis mentiri, nec decipere, nec decipi, dixistis hoc ore vestro, & dimisistis in scriptis per quatuor euangelistas, & determinat idem ecclesia, ideo credo domine. Ecce fides necessaria. Ratio. In omni vita primū quod est homini necessariū, est scire terminū quo vadit. Cum ergo nos in hoc mundo simus viatores, & terminus ad quem sit deus in cælo, oportet vt a nobis sciatur. Modo nulla alia res in hoc mundo dat nobis cognitionē de deo, nisi fides. Cum ergo dicit the. Ascende, & quo ascendam? superius, scilicet ad deum in cælo. & quis & qualis est deus? dicit fides ꝙ vnus est substātia, & trinus in personis. Item declarat fides, ꝙ de illis tribus personis nō pater, nec spiritussanctus, sed filius factus est homo, conceptus, & natus de virgine. Fides tenet ꝙ est indutus de scarlata rubea, propter passionē & sanguinis effusionem, & quòd voluit suspendi in ligno crucis, ne aliquis sibi credens & obediens suspendatur in furca inferni. Item dicit fides quòd surrexit die tertia, indutus mantello gloriæ &c. Item quòd modo est super omnes cælos regnans, & super omnem creaturam. Item est indutus de albo, quolibet die in hostia consecrata. Ecce quomodo fides declarat quis & qualis est deus. Oportet ergo habere credentiam articulorum ad cognoscendum deum. Ideo apostolus, Credere enim oportet accedentem ad deum, quia est, & quòd inquirentibus se remunerator sit, ad Heb. xi. Si ergo vis deum cognoscere per fidem, oportet te scire Credo in deum, in quo continentur articuli fidei, & dicere quolibet mane & sero cum protestatione, sicut miles qui facit regi homagium. Ideo Dauid, Credidi, scilicet corde, propter quòd locutus sum in ore, ego autem humiliatus sum nimis in corpore. Ecce primum gradum. Secundus est reuerētia diuinorum. Ex quo habemus credentiam articulorum, requiritur quòd etiam habeamus reuerentiā diuinorum. Ratio naturalis, motus reuerentialis ad aliquem est secūdum credentiam, æstimationē, & excellentiā quā habes de illo. Si veniat inter nos miles, facitis sibi magnā reuerentiā, sed maiorē duci, & multo maiorē regi. Itē magnā reuerentiā facitis episcopo, maiorē cardinali, sed multo maiorē papæ. Patet ergo ratio. Si ergo per primum nos credimus ꝙ deus sit infinitæ excellentiæ, & dignitatis, requiritur ꝙ secūdum illam credentiā seu æstimationē faciamus sibi reuerentiā. De hoc dicā vnum miraculum de biblia, de vno cæco a natiuitate, quem Christus curauit,

dans

dans sibi visum. Cui postquã fuit illuminatus, dixit Christus, Tu credis in filium dei? Respondit ille & dixit, Quis est dñe vt credã in eũ? Dixit ei Iesus, & vidisti eũ, & qui loquitur tecũ ipse est. At ille ait, Credo dñe. Et procidens adorauit eum. Io. 9. Ecce quomodo ex credentia secuta est reuerẽtia. Sic debet esse in nobis si habemus credentiam de deo, portemus & exhibeamus ei reuerentiã tripliciter. s. in corde, in ore & in opere. In corde ei reuerentiã exibere debemus, spẽ nostã in eo ponẽdo, ꝙ si non creditis ipsum in misericordia infinitum, in potentia, & pietate, magnam injuriam sibi faciti s, quãdo in his vestris necessitatibus. s. pro sanitate habenda, vel pro liberis, vel pro re perdita inuenienda, vaditis ad diabolos, diuinos &c. inimicos suos, cũ in necessitatibus ad dominũ sit currẽdũ, quia ipse solus potest dare sanitatẽ filiis. Ergo dicit, Amẽ dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Io. 16. In ore deo reuerentia exhibenda est, reuerenter de deo loquẽdo, quia si creditis ipsum deum & hominẽ dominum nostrum, cum de domino sit loquendum cum reuerentia, etiam de Christo loqui reuerenter debemus. Vnde magnam irreuerentiam sibi faciunt qui per ipsum iurant in vanum, & despiciunt, & blasphemant, & ense linguæ djuidunt &c. In opere deo reuerentia exhibenda est, si creditis ꝙ ipse deus sit omnium prouisor, & tributor, dans nobis prouisionẽ de omnibus, triticum in campis, vinum in vineis &c. conseruans omnia. Ideo merito eidem seruire debetis. Vnde magnam irreuerẽtiam sibi facit qui in dominica non seruit sibi, audiendo missam &c. Memento vt diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septimo autem die sabbatum domini est. Nõ facies in eo omne opus tuum, tu & filius tuus, sed & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena, qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit deus cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit in die septimo ab omni opere. Idcirco benedixit deus diem sabbati, & sanctificauit eum. Exod. 20. Tertius gradus est beneuolẽtia proximorum. Habere enim debemus dilectionẽ, & bonã voluntatẽ adinuicẽ, expellendo odia, rancores, & malitias. Ratio theologalis. Certum est ꝙ nos portamus tantã reuerentiã deo, ꝙ amore sui diligimus & honoramus imagines suas, siue sint de auro, argento, ligno, siue lapide, non ꝙ adoremus imagines, vt res quedam sunt, sicut nec adoramus literas, nec aurum, nec argentum, & sic de aliis, sed honorãtur & diliguntur ratione illius quem repræsentant. Idem de imagine virginis Mariæ, & sanctorum. Modo nulla imago dei est magis propria in mũdo inter creaturas corporales quã homo. Ad imaginẽ quippe dei factus est homo. Gene 9. Si ergo habemus credentiã de deo, & portamus ei reuerentiã, oportet nos habere beneuolentiã ad imaginẽ suã, siue sit de auro, vt sunt personæ charitatiue, siue de argento, per claram scientiã, siue de lapide, per

duram

duram pœnitentiã, siue de ligno, vt sunt personæ mũdanæ, siue de carbone, vt sunt personæ peccatrices, & inimici dei, quia ad imaginẽ dei sunt, sed est denigrata peccatoris imago per malã vitã, tamẽ imago est diligẽda. Auto. Si quis dixerit, Diligo deum, & fratrẽ suũ oderit, mendax est. Qui enim nõ diligit fratrẽ suũ, quem videt, deũ quẽ non videt, qũo potest diligere? 1. Io. 4. Quartus gradus est regentia mẽbrorum. s. regere corpus suũ, quia modicũ esset diligere alios, nisi homo sciret regere seipsum. Quilibet est cõstitutus a deo, quasi rex in terra corporis proprij ad gubernandũ subditos videlicet mẽbra sua. s. oculos ab aspectibus, & sic de aliis. ver. Si bene mẽbra regis es dignus nomine regis. Non est aliquis vestrũ habens animal, asinũ, vel equũ, quin sciat ipsum regere. Iam scit qua hora sibi dat ad bibendum, & quantã annonam daret, & nõ daret amplius. ita debetis facere de corpore vestro, si vero facis oppositũ per intẽperantiã cibi & potus, non bene regis. Itẽ quilibet vult quod animal suũ sit castũ, nec permittit femellã approximare, & tu quare approximas meretricibus? minus te regis quam bestiã. Item quilibet scit quantum potest portare suũ animal, & nõ imponit ei amplius. Idem est faciẽdũ de onere pœnitẽtiæ. Aliqui recipiunt pœnitentiam indiscrete, ideo deficiũt, & est periculũ animæ. Aliqui minus pœnitent deficiẽdo, vel minus faciendo, dicendo, Quare plagas te, quare portas ciliciũ? Item onus debet proportionari secundũ corporis cõplexionem, & secundũ vitã. s. vitã qua secundũ naturã habent viuere. Ideo dicit ecclesia, Deus cui seruire. s. in pœnitẽtia, regnare est. Quintus gradus est diligentia agendorũ. s. quòd in nostris bonis operibus simus diligẽtes. Alia debet esse diligẽtia religiosorũ, & alia clericorũ. Diligentia religiosorũ est, seruãdo nõ solum tria vota quæ sunt obedictia generalis, paupertas apostolicalis, castitas angelicalis, sed etiã ceremonias obseruãdo &c. Diligẽtia clericorũ est in diuino officio in horis dicendis, & sic de aliis, clerici enim nõ debẽt vagari per plateas. Negligẽtia enim ab eisdẽ vitari debet, quia negligẽtia disponit ad casum. Maledictus qui facit opus domini fraudulẽter, seu negligẽter, Hier. 48. Diligẽtia laicorũ in quatuor est. s. de qualibet die, de qualibet septimana, de quolibet mẽse, & de quolibet anno. Quolibet die diligẽtiã habere debent laici, quia debẽt orare de mane & de sero, cogitãdo quòd vident Christum iratũ, quẽ suis precibus placare debent. Diligẽtia cuiuslibet hebdomadæ, in dominica audire missam cõplerã cũ silentio, & orando. Nõ enim in missa debẽt loqui etiã cũ patre nouiter veniẽte. Itẽ diligentia de quolibet mẽse cõsistit in hoc, quod est quolibet mense confiteri, quod licet nõ sit præceptum, est tamen bonũ consiliũ. Dabo rationẽ de camisia &c. De quolibet anno diligentia in hoc consistit, quod est communicare in paschate. Nam sicut ille qui debet prandere cum papa vel rege ornat se vestimentis, & lauat se, ita hi qui communicare debent,

veſtire virtutibus,& lauare ſe debent pœnitentia,& lachrymis cõpunctionis & deuotionis. Nam Chriſtus rex & papa inuitauit nos omnes chriſtianos,vt comedamus cum eo in die paſchæ. Ideo lauetis vos per confeſsioné,& ornetis vos veſtimẽtis virtutũ,& bonæ vitæ. Ecce diligentia. Sit timor domini vobiſcũ,& eũ diligentia cũcta facite. 2. Paral. 19. Sextus gradus eſt prudentia dicendorũ. ſ. ne verba ſint ſcãdaloſa, diffamatoria,iniurioſa,nec minarũ,nec peccatorũ occultorũ reuelatoria, ſed diligere famã proximorũ debemus. Ideo apoſtolus, Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus. ad Col. 4. No. ſale ſit cõditus, quãdo comeditis carnes vel piſces nõ ſalſos,manus veſtra via recta non ducitur,nec vehitur de ſciſſorio ad os,ſed diuertitur ad ſal vel ad ſalinam. Ita debet eſſe de verbis veſtris,quia nunquam verbum debet venire de corde recta via ad os, ſed diuerti debet ad ſal diſcretionis, cogitando. Quod ego volo modo dicere, erit ſcandalum an diffamatorium, an iniurioſum? & ſi ſic,tunc conclude,ergo non dicam. Septimus gradus eſt cuſtodia internorum, ſcilicet cuſtodire cor a malis cogitationibus, deſideriis, & concupiſcentiis. Iſte gradus eſt maioris perfectionis, quia de corde procedunt bona & mala. Augu. Ideo peccatum, quia voluntarium. Ratio, quia ſi ego teneam manum extentam & apertam coram vobis, vos poteritis in ea ponere rem ignitam vel lutum, ſed in poteſtate mea eſt comburi vel non, quia poſſum ſtatim proiicere. Ita imaginatio cordis noſtri aperta eſt angelis bonis & malis,& poſſunt in ea ponere malas imaginationes & cogitationes,vigilando & dormiendo,dicendo. O modo tu poſſes te vindicare de tali vel tali, vel tu poſſes habere delectationem cum tali muliere, quia talis opportunitas &c. ſed in te eſt proiicere vel retinere: & iſte tetinentur quando homo cogitat,& moroſe delectatur, & ſic anima comburitur. Ideo cuſtodiatur cor, Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo vita procedit, quod verum eſt,ſi bene cuſtodiatur,alias ſi male,ſequitur mors. Prouer. 4. Ideo dicit ſcriptura in perſona dei, Præbe cor tuum fili mi mihi,ſcilicet cuſtodiendo a malis cogitationibus, & oculi tui vias meas cuſtodiant &c. Prouerb. 23.

De eadem dominica xvij. Sermo iiij.

IPſe vero apprehẽſum ſanauit eum. Habetur verbũ iſtud originaliter Luc. 14. & recitatiue in eũã. curretis dñicæ. Modo volo vobis prædicare totũ curſum medicinæ, quẽ Chriſtus ſeruat in ſua curatione animarũ. Sed prius ſalutetur virgo Maria. Inuenitur ſatis clare in ſacra ſcriptura,tã in veteri quàm in nouo teſtamẽto,ꝙ xps dicit medicus. Ratio clara eſt euidẽs. Proprie & vere ille appellatur medicus,qui habet duo. ſ. ſcientiã ſpeculatiuã, & curſum medicinę,qui. ſ. ſcit ꝓprietates herbarũ & lapidũ &c. & qũo debẽt applicari infirmitatibus. Secũdo requiritur quòd habeat practicam in opere,

opere, alias non esset medicus, si in altero istorum deficeret. Si enim non habet scientiam, tunc errabit, & multos interficiet. Talis non debet dici medicus, sed merdicus. Per oppositū si habet scientiā tantam vt Galenus, siue Hippocrates, & si nō habet practicam, baccalarius potest dici, sed nō medicus. Oportet enim habere medicū scientiam, & intellectum, & practicā in opere. Quod autē Christus habeat ista duo, nullum vestrum credo in hoc dubitare. Quis enim melius scit proprietates herbarum, lapidum, & cōstellationū quàm ille qui creauit omnia? Not. quòd philosophi nō sciuerunt proprietates omnes de vno folio saluiæ. Sed de scientia dei dicit apostolus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, ad Col. ij. Et sic patet quòd habet theoricam, habet etiam practicam, quia a principio mundi vsque ad nunc semper practicauit. Nunquam aliquis fuit curatus ab aliquo morbo nisi per manus Christi, maxime in anima, intātum quòd Dauid qui fuit vulneratus in corpore, & etiā in anima per peccata, quando fuit curatus, nō regratiabatur medicis, sed deo, faciēs vnum psalmum de hoc di. Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. psal, 102. Ergo magnus practicus est Christus. Si ergo aliquis dicitur medicus, quia habet sciētiam, & practicam, & vtrunque Christus habet, ideo bene potest dici medicus, & ipsemet vocauit se medicū, cum esset inter publicanos & peccatores, & pharisei murmurarent, dixit eis Iesus, Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. Lu. 5. Quia vnus illorum erat infirmus de superbia, alius de auaritia &c. Ideo bonū est quòd medicus sit inter eos. Dicit hic gl. Augu. Magnus ad nos de cælo venit medicus, quia magnus per totū mūdum vbiq; iacebat egrotus. Patet ergo ratione & autoritate quòd Christus dicitur medicus, maximè animarum. Ideo dicit the. Ipse vero, s. Christus apprehensum, s. infirmū in cura sua sanauit eum. Patet the. Cogitaui quomodo possem vobis declarare curā & modum quē Christus seruat in curatione animarū. Et vt intelligatis, declarabo secūdum modū & practicā quam seruant medici in curatione corporum. Et inuenio q; medici secundum artem medicinæ seruāt decem modos. s.

Primo per sudorem.
Secundo per vomitum.
Tertio per dietam.
Quarto per vnctionem.
Quinto per minutionem.
Sexto per cauterium.
Septimo per clisterem.
Octauo per somnum.
Nono per exercitium.
Decimo per potionem.

Omnes

Omnes iſtos decem modos Chriſtus medicus ſeruat in curatione animarum à peccatis. Ideo dicit the. Ipſe vero apꝑ. &c. Dico primo ꝙ ſecũdum artem & curſum medicinæ aliquæ infirmitates ſunt quæ curãtur ex ſudore, quando dicit medicus, cooperiatur & ſudet &c. & ſic mali humores exeunt per poros, & corpus purificatur. Iſto modo Chriſtus curat multas animas infirmas à peccatis, ſudore lachymoſæ contritionis, quando homo ſe rigat cum memoria & recordatione peccatorum, di. O miſer, tali die feci hoc, & tali hoc, & homo lachrymatur, illæ lachrymæ contritionis ſudores ſunt animæ. Iſte ſudor eſt tantæ virtutis, ꝙ vna gutta ſiue lachryma veræ contritionis curat animam ab omnibus culpis mortalibus. Scitis quomodo generantur ſudores iſti? illo modo quo Chriſtus ſudauit in nocte paſsionis, de quo Luc. 22. Factus eſt in agonia, & prolixius orabat, & factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Nota agonia. Non credatis ꝙ in Chriſto fuerit tale bellũ quale eſt in nobis. ſ. contradictionis ſenſualitatis, & ſpiritus vel rationis, quia in Chriſto optime concordabant. Sed bellum Chriſti erat ſenſualitatis circa obiectũ paſsionis, quia ſciebat & videbat coram ſe ꝙ debebat capi, verberari, & tandẽ mori, ſenſualitas videns ꝙ iſta habebat ſuſtinere, reſtrinxit ſe, & ſudauit ſanguineũ ſudorẽ. Iſto modo debent in nobis generari lachrymæ contritionis, quilibet debet videre corã ſe pœnã æternę dãnationis ex peccatis ſibi debitam, cogitando, O miſer quomodo euadam de manibus dæmonũ? quid dicã quando ero in iudicio? quando dicetur tibi, quid feciſti? & non feci niſi peccata. Cogitando ſic, veniet ſudor lachrymarum, qui debet eſſe ſanguineus, tãta eſt illa pœna. Ecce medicina animæ ex ſudore. Ideo dicit the. Ipſe vero apꝑ. &c. Secundus modus eſt per vomitum. Iam ſcitis quando aliquis comedit nimis, & habet ſtomachum conſtipatum, & non poteſt digerere, nec poteſt quiete dormire, ſed anxiatur etiam, ac ſi percepérit potiones venenatas, remedium eſt per vomitum ſuperflua eiicere, antequã veniant ad cor. Iſto modo Chriſtus ordinauit ꝙ per vomitum ſanaretur anima. Confeſsio enim nihil aliud eſt niſi vomitus ciborũ indigeſtibilium, qui ſunt in ſtomacho conſcientiæ. Quot potiones venenatas ſpiritualiter homo ſumit infra annum? Remedium igitur eſt ad pedes confeſſoris vomere. Nã confeſſor tenet caput qñ abſoluit, & poſt homo ſentit ſe leuẽ. Et ſicut vomitus fit cũ labore, maxime qñ homo habet pectus ſtrictũ, ita confeſsio cũ labore fit propter verecundiã diffamationis ſuiipſius. Auto. Si coactus fueris in edendo multũ, ſurge de medio, & vome, & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatẽ. Eccle. 31. Nota, ſi coactus fueris &c. Abſolute nullus cogitur edẽdo, niſi rogando, comedatis, & ſic cogitur comedere vxor à viro, & econuerſo, & amicus ab amico, & ita eſt de peccatis, quia quaſi coactè homo peccat, nõ coactè abſolutè, ſed eſt vna talis coactio, ſcilicet cogas

me, quia placet mihi. Quando dicit aliquis alicui amico, Volo me vindicare de tali iniuria, venias mecũ. & alter nolo. imo venies, & sic vadit. Ecce coactio quæ fit, non est coactio cogens. Item quando aliquis dicit mulieri, faciamus tale peccatum, quia nullus sciet &c. cogis me, ego faciam quia placet mihi. Item quando proxeneta dicit diuiti, Ciuitas indiget pecuniis, ideo si vultis lucrari mutuetis, & habebitis xij. pro. x. propter mutuum, O dicit diues, Vsura esset, Cui alius respondet, Oportet, quia ciuitas indiget &c. Alter placet mihi si cogitis. Item quando iuuenis dicit alteri, Vadamus ad lupanar, vel ad hortum ad furandum fructus. Proh dolor, sic ad peccata coguntur gentes, sed ad illa quæ dei sunt nullus cogitur. Nullus dicit, Vadamus ad missam, sermonem, cõfitendum, communicandum &c. Remedium ergo, Surge de medio. s. recedendo à mala societate. O benedictum vomitum, vbi post dolorosam contritionem sequitur verecunda confessio. Tertius modus est per abstinentiam. Dicit enim medicus febricitanti, Auisetis vos non comedatis carnes, nec fructus, nec bibatis vinum, sed comedatis brodium piscorum &c. & sic natura reformatur. Greg. Dignitas conditionis humanæ per immoderantiam. s. excessum fauciata. i. distemperata, medicinalis parsimoniæ studio. i. dieta reformetur. Isto modo etiam Christus sanat animas, quod contingit quando aliqui volunt abstinere à deliciis carnalibus amore Christi. Christus enim amore nostri amarissimas sustinuit passiones, ideo amore sui & pro saluatione animæ debemus abstinere. Abstinere etiam debemus ab esu carnium certis diebus. Item à cena, à fructibus, & spaciis, à lecto, à camisia, à tripudiis, à vanis ornamentis, à superfluitatibus. Et istam abstinẽtiam amore Christi factam, licet etiam sit parua, ipse reputat magnam. Item abstinere debemus amore Christi ab illo, ad quod homo magis inclinatur, vt à potu ante missam, à ludo &c. Si enim pro sanitate corporis homo facit tantã abstinentiam & dietam, licet homo sit delicatus, nonne multo amplius pro sanitate animæ est aliquid faciendum? Quando aliquis confitetur & habet febrem luxuriæ, etiam in ossibus, vel auaritiæ, inuidiæ, & cõfessor dicit, Abstineatis à carnibus tot diebus, vel à vino, vel ieiunetis, dicunt, O pater, & quid comederem, non possem dormire, & similia. Non excusant se coram medico corporis, sed coram medico animæ, magnus defectus est. Qui enim abstinet amore Christi, ipse remittit peccata. Ideo dicit scriptura, Charissimi obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, qui solum in via recipiunt necessitatem, & non curant de delicamentis, abstinete vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes habentes bonã. 1. Pet. 2. Hic omnes sumus viatores. Domus nostræ sunt in cælo. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Io. 14. ergo refrenare desideria carnis debemus. Quartus modus est per vnctionẽ, quãdo homo est cõstipatus,

ſtipatus vel caro intumeſcit, vel in vulneribus medici vngunt &c. Iſto modo Chriſtus curat. Vnguentum eſt oratio, quia quãtũcumq; ſitis cõſtipati, & inflati per ſuperbiam, vngi poteſtis per deuotam orationem. ſ. genibus flexis, & cogitando quòd videtis Chriſtũ indignatũ &c. Tũc venit terror, & cor mollificatur, & ſic humiliatur. Bern. Oratio vngit. O quot vulnera peccatorũ curantur vnguẽto orationis. Exemplum in euangelio de quodam peccatore vano & põpoſo, contra quẽ deus protulit ſententiã condẽnationis, ſed proſtratus rogauit di. Patientiã habe in me. Et reſpondit ſibi di. Serue nequã omne debitũ dimiſi tibi, quoniã rogaſti me. Mat. 18. Perſona enim deuota in oratione ſemper erit humilis, ſed orationes quas vos facitis nonnunquã non faciunt humiliare cor, quia indeuotè fiunt, induendo vos &c. Mulieres pingendo ſe, nihil vel parũ valet. Quãdo ſupplicatur papæ vel regi humiliter fit ſupplicatio. Vnguentarius facit vnguenta ſuauitatis, & vnctiones cõficiet ſanitatis. Eccl. 38. Quintus modus eſt per minutionẽ, quando. ſ. infirmi habent ſanguinem corruptũ, vel abundant nimis in ſanguine &c. Iſto modo Chriſtus vtitur, & hoc quando diuitibus damna rerũ ordinat, & prouidet. Nã vos diuites qui abundatis in pecuniis, pane, vino &c. niſi faciatis minutionẽ, corrumpemini &c. quia diuitiæ ſunt occaſiones peccatorum, vindictæ, luxuriæ &c. Dicunt diuites, Quid erit mihi expendere. l. florenos, vt habeã iſtam puellã, vel viduam &c. Ideo vt caueãtur peccata, & peccatorum occaſiones, fiat minutio diuitiarũ in redẽptione captiuorum, in puellis maritandis pauperibus. Iſta minutio fit de vena cordis, quia vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Mat. 6. De iſta minutione dicit Chriſtus, Quod ſupereſt date eleemoſynã, & ecce omnia munda ſunt vobis. Luc. 11. Hæc autoritas, & hoc Chriſti verbum deberet ſcribi literis aureis in parietibus diuitum. No. Quod ſupereſt, non dicit expolietis vos in hyeme, & detis pauperi, vel vxorẽ, vel filios, nec ꝙ amoueatis panẽ de ore veſtro, vel vxoris, vel filiorũ, ſed quod ſupereſt recepta neceſsitate detis pauperibus. Precioſæ veſtes nõnunquã corrũpuntur à tineis, & pauperes moriũtur fame & frigore. Et triticũ corrũpitur in horreis diuitũ, & pauperes fame & paupertate affliguntur. Et hoc tãgit maxime eccleſiaſticos, quia laici qui habent hereditare filios, & maritare filias, ſi congregent vel theſaurizent non mirum, quia pueros habent, nec eſt par ratio de eccleſiaſticis perſonis, ſacerdotibus, & ſecularibus. Ratio, ſi aliquis habet domum in loco ſicco, ſi facit ibi ciſternam vbi congregantur aquæ pluuiarum, ſapienter facit, ſed qui habet puteum in domo, ea non eget. Laici ſunt in ſicco, quia non ſemper habent certos redditus, ſed ſicut dat deus in campis, vineis, &c. ſic congregant. Quando non creſcunt, nihil recipiunt. Et ſi deus in iſto anno dat, forte in alio non dabit. Ideo oportet eos congregare pro ſe, vxore, filiis &c. Sed ſacerdos qui habet puteum,

scilicet redditus, quare faceret cisternam in taxia vel bursa? Ecce damnatio vel periculum. Ideo dicit, Quod supersit. Sextus modus est cauterium, quando enim aliquis habet plagam corruptam, oportet cū cauterio, hoc est, cum ferro ignito de ossibus extrahere immundicias. Et ista medicina est valde dolorosa. Isto modo Christus sanat illos qui sunt corrupti. i. inueterati in peccatis siue indurati, nolunt dimittere peccata, & malam vitam, nec confiteri. Si dicatur eis, & quare non emendatis vos? Dicunt, Vadatis, quia ita bene saluabor sicut & vos. Obstinati sunt. Sed Christus cum cauterio. i. tribulatione, frangit sibi tibiam, vel brachium, vel cum igne sancti Antonij, & tunc eum plagat: tales nōnunquam conuertuntur ad deum, & confitentur. Item idem dicendū est de mulieribus, quę nec prędicatores, nec cōfessores volunt dimittere vanitates, quin ostendant mamillas: sed xp̄s cauterio de lepra vel alia infirmitate sanat, & curat eas. Et bona est tribulatio corporis quæ curat animam. Sicut medicus qui scindit carnes extra, vt intus curentur &c. Iob. 5. Beatus homo qui corripitur à domino. Increpationem ergo domini ne reprobes, quia ipse vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius sanabunt. Septimus est clistere, medicina est verecunda, sed dicunt medici q̄ est valde proficua. Ecce remissionem iniuriarum, quando enim mali humores non possunt exire de corpore, datur clistere. Ita qui habet odium, rancorem &c. contra aliquem, & malam materiam, & venenatam in corde tenet, hoc remedio vtatur, quod remedium est recipere clistere. Scitis q̄ clistere fit de multis materialibus, ita clistere remissionis debet fieri de multis materialibus. Dicunt aliqui, O quomodo possem remittere mortem patris, fratris &c. Recipiatis clistere compositum ex materialibus. Primū passionis Christi, qui in maioribus doloribus clamauit, Pater ignosce eis. Videbat enim patrem ad recipiendum vindictam paratum. Secundum de virgine Maria. Ab ista vos mulieres recipiatis materiale, quæ tota desolata, postquam depositum fuit corpus de cruce, & sepultū, rediens Hierusalem, quando crucifixores filij sui videbant eam, dicebant, Ecce ista est mater Iesu crucifixi, salutabat eos dicens, Deus sit vobiscum, quamuis diabolus erat cum eis. Sed mulieres nonnullæ iracundæ & vindicatiuæ non loquuntur sibi, allegantes, quia dixit mihi, tu es loquax &c. Tertium materiale à sanctis martyribus accipiatis. s. à beato Stephano, qui orauit pro lapidantibus se, & pro aliis. Ab his tribus conficiatur clistere, & ponatur in manica memoriæ, & transeat per canale timoris damnationis, & sic exibit materia, medicina est verecunda, sed proficua. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini reseruat iram, & à deo quærit medelam, quasi dicat non potest fieri. In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur. Ipse cum caro sit,

reseruat

reſeruat iram,& propitiationē petit a deo. Quis exorabit pro delictis illius? quaſi dicat nullus. Memento ergo nouiſsimorum,& deſine inimicari. Eccl.28. Octauus eſt per ſomnum. Ratio, Quādo homo vigilat, omnes ſenſus,& viſus,& cæteræ potētiæ animæ laborant,ideo non habent occaſionem curandi,ſed quando infirmus dormit,natura recreatur & ſanatur. De hoc autorit. Chriſtus loquens de morte Lazari dixit, Lazarus amicus noſter dormit,& diſcipuli non de morte,ſed de ſomno intelligentes,reſponderunt, Si dormit,ſaluus erit. Ioan.11. Iſto modo Chriſtus ſanat animas infirmas. Somnus enim animæ eſt ceſſare a negotiis temporalibus,& contemplari de alio mundo,ſcilicet quomodo ſunt animæ in cælo cum angelis in quanta beatitudine & gloria,reſpiciendo cęlum,cogitando pulchritudinem interiorem,cum extra ſit ita pulchrum. Item qualis delectatio debet eſſe videre deum in trinitate, Chriſtum deum & hominē,virginem Mariam, & ſanctos. Iſte eſt ſomnus animæ,& ſic cor inflāmatur in deſiderio paradiſi, & deſpicit mundum. Ideo Dauid, In pace in idipſum dormiam,& requieſcam. Item cogitando infernum, & pœnas damnatorum,purgatorium &c. Item dei prouidentiam circa huius mundi gubernationē. Sed vos laici tot negotia habetis infra hebdomadam, ꝙ non poteritis ſic dormire,tamen in die dominica debetis ſic dormire, ceſſando ab omni negotio tēporali, non ſolum non faciēdo opere,ſed nec etiam loquendo,nec cogitando. Et ſi conterendo ita facitis peccata,quæ infra hebdomadam cōmiſiſtis, remittentur vobis. Hæc dicit dominus deus ſanctus Iſrael,Si reuertamini, & quieſcatis, ſalui eritis. In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. Eſa.30. Not.ſi reuertamini. Infra hebdomadam ſpargitis & diſtrahitis vos,vnus ad campum,alius ad vineam,alius ad forum,ſed in dominica reuertamini,ſcilicet a negotiis,& quieſcatis. Nonus eſt per exercitium. Aliquæ infirmitates ſunt,de quibus dixit medicus, laboretis &c. ſicut de magnis patet dominis,qui tantum ingurgitant ſe,ꝙ impinguantur & infirmātur,quibus dicit medicus,exerceatis vos. Dicatur hiſtoria de quodam pinguiſsimo,capto a Barbaris,& curato a pinguedine hoc modo. Iſto modo deus curat animā per exercitium pœnitentię,ieiunando, portando cilicium,dormiēdo ſuper terrā. Exerce teipſum ad pietatem, nam corporalis exercitatio ad modicū vtilis eſt,pietas autem ad omnia valet. 1.Tim.4. Pietas & miſericordia differūt,quia miſericordia eſt laborare circa vtilitatē proximi,ſed pietas eſt laborare in operibus ſpiritualibus ad vtilitatē & ſaluationē ſui. Corporalis exercitatio circa negotia huius mundi ad modicū vtilis eſt,quia totū remanet quando homo moritur. Dicatur cōtra detractores,quādo vident orantes, Dicunt, Ecce ocioſi ſunt,ſed quando laborant in mundanis,dicunt, Iſte non eſt ocioſus,ſed in ſero mortis apparebit quis fuerit ocioſus. Decimus modus eſt per potionem ſeu purgationem purificantem totum corpus, &

datur cooperta in aliquo vase, vel si sit comestibilis cooperta, vel hostiis, vel similibus. Ita etiam Christus curat animas hoc modo. Nam Christi vltima medicina, & aliis melior est cõmunicare & manducare corpus & sanguinẽ Christi. In hostia enim est caro Christi vera sicut est in cælo, sed cooperta &c. quia esset abominatio comedere carnes humanas, imo si per miraculum videretur ibi aliquid in specie carnis non esset sumenda illa hostia. Ista purgat animam. Ecclesia cantat, Culpat caro, scilicet peccando, purgat caro, scilicet Christi, regnat deus dei caro. Ideo Luc. 19. de Zacheo ipsum recipiente, dicit Christus, Hodie salus huic domui facta est. Ideo quolibet anno in paschate cõmunicate, alias non recipiet vos in cælo. Etiam pueri. xij. annorum, qui habent vsum rationis, communicare debent. Vnde Christus, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem &c. Ioan. 6.

Si per miraculũ caro Christi in hostia appareret visibiliter, talis hostia non esset sumenda.

Dominica xviij. post Trinitatem Sermo. j.

NEmo poterat ei respondere verbum. Habetur verbum istud originaliter Matt. 22. Sermo noster erit de sancto euangelio, si placet deo habebimus multas bonas doctrinas. Salutetur virgo Maria &c. In sancto euangelio fit mentio de tribus magnis disputationibus, quæ fuerunt inter Christum ex vna parte, & Iudæos inimicos Christi ex alia.

Prima de generali resurrectione.
Secunda de generali dilectione.
Tertia de æternali generatione.

Et in qualibet Christus vicit intantum, ꝙ non habebant replicam nec responsionem, imo dicit thema, Nemo poterat &c. Tanta erat Christi sapientia, ꝙ non poterant respondere. Prima disputatio fuit cuiusdam sectæ Iudæorum, scilicet Saducæorũ cum Christo. Saducæi enim falsè iustos se dicebant esse, cũ tamen essent hæretici. Dicebant enim nõ esse resurrectionẽ generalem, sed ꝙ sicut corpus, ita & anima moritur, dicentes homines similes bestiis, ita ꝙ nihil remanet, dicebãt enim non esse angelos in cælis, non intelligentes quid est spiritus, & substantias spirituales nõ esse. Ita asserebant. No. igitur ꝙ corpus totam virtutem habet ab anima, quę habet membra vt corpus, sed nõ videntur a nobis, quia spiritualia sunt, tamen corpus non posset mouere manum nisi intus esset manus animæ, nec oculus videret nisi per oculos animæ, & sic de aliis membris. Clarum enim est quod omnes potentiæ animæ inorganicæ & organicæ fluunt ab anima, sicut a radice fluunt folia, flores, & fructus. Anima humana est perpetua &c. Vnde Christus Iesus, qui est creator corporum & animarum, prædicabat de resurrectione generali, quomodo boni & mali in iudicio resurgent, & quælibet anima assumet suum corpus, etiã si fuerit combustum, vel comestum a bestiis &c. vt simul anima cum corpore habeat gloriam vt in bonis, vel pœnam sicut in

cut in malis. Christus prædicabat istam veritatem. Saducæi autem voluerunt disputare cum Christo. Euangelium hodiernum non dicit nec tangit clare disputationem, sed tangit parum di. Audientes pharisæi q̃ Iesus silentium imposuisset Saduceis. Sed ista disputatio ponitur à duobus euangelistis: Mar. 12. Lu. 20. Ideo bonum erit vt dicam eam vobis. Dicatur quomodo Saducæi venerunt ad Christum dicendo, Vos magister prædicatis resurrectionem, modo respondeatis nobis. Vna puella fuit &c. dicatur quomodo habuit septem viros, vnum post alium. Quæritur in resurrectione cum quo ibit, si cum primo, qui virginitatem ei abstulit, quid facient alij? Si cum omnibus, hoc non videtur verum, quia nunquam fuit q̃ vna mulier haberet simul plures viros, licet diuina dispensatione vnus vir habuerit plures vxores. Ecce rationem illorum, qui arguunt Christo, sed parum valet argumentum. Respondit Christus di. Mar. 12. Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem dei. Cum autem a mortuis resurrexerint, neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli dei in cælis. Not: erratis, nescietes scripturas. In quibus deus reuelauit resurrectionem esse. Secundo & virtutem dei nescitis, qui de hominibus faciet angelos in cõditione, quia sicut angeli non curant de illo actu, nec nubunt, ita nec homines post resurrectionem. Ecce prima disputatio. Sed nota secretum cum dicitur, Erunt sicut angeli dei in cælo. Ly sicut dicit similitudinẽ, quia post resurrectionem homines erũt similes angelis in quatuor, in immortalitate, in spiritualitate, in charitate, & in dignitate. Dico primo q̃ homines erunt similes angelis in immortalitate. Angeli enim non possunt mori. Tot angeli boni hodie sunt, quot remanserũt post casum, nullus est mortuus, nec senescunt, nec infirmantur. Et quia non moriuntur, non est sibi necessaria generatio, sicut in nobis hominibus necessaria est generatio, aliter iam defecisset natura humana. Sed quia post resurrectionem erimus immortales, ideo tunc non erit necessarium matrimonium, nec generatio, quia numerus ordinatus a deo saluandorum, vel damnatorum; non augebitur nec minuetur. Istam rationem tangit Lucas dicens, Filij huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias. Illi vero qui digni habebuntur seculo illo in resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent vxores. Ratio, Neque enim vltra mori poterunt. Lucæ vigesimo capite. Secundo erimus similes angelis in spiritualitate. Diceret aliquis. Prima similitudo de immortalitate bona est, sed non satisfacit. Si angeli enim non habent vxores, nec mirum, quia non sunt carnales, sed de nobis, qui habemus carnem, qua inclinamur, nisi habeamus desiderium completum, non erimus perfecte beati. Respondeo, quòd nos iam habemus carnem & sanguinem inclinantes intantum, quòd nisi persona sit bene spiritualis, & abstinens, non posset caste viuere. Sed post resurrectionem, sicut a carne

Quatuor in quibus post resurrectionem homines erunt angelis similes.

remouebitur mortalitas, ita etiam remouebitur illa inclinatio, & desiderium libidinis, & voluntas, intantum quòd sicut puer vnius anni non concupiscit. Item sicut Adam & Eua in statu innocentiæ, qui nudi stabant in paradiso, non fecerũt, sed postquam peccauerũt, venit concupiscentia, & motus, & tũc cooperuerunt se. Bracæ fuerũt folia de ficu. Ita post resurrectionẽ erimus sine illa cõcupiscentia, sicut angeli. Caro nostra, si fuerimus beati, tunc erit clarior crystallo a sole illuminato. Ideo apostolus, Seminat̃ corpus animale, surget corpus spirituale. 1. Cor. 15. hoc facit virtus dei. Ideo dicit, Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem dei. Tertio erimus similes angelis in charitate. Bonus vir iam diligit vxorem suam, nec despicit ex quo est proba &c. Tales post resurrectionem in paradiso singulariter diligẽt se, regratiando deo, quia sicut fuerunt hic in societate, ita ibi: sed ita parum curabunt de actu carnali, sicut nec Michael, vel Gabriel. Non enim angelus custos curat de muliere sibi cõmissa, quo ad actum illum, licet diligat eam plus quam vir. De ista ratione dicit scriptura, Non erũt in memoria priora. s. opera, & non ascendent ad cor. s. illæ inclinationes, sed gaudebitis, & exultabitis vsque in sempiternum. Esa. 65. Quarta similitudo erit dignitatis, quia erimus equales angelis. s. si fuerimus beati. Angeli sunt diuisi per nouem ordines, & quãdo homo intrat cælũ empyreum, inuenit primam plateam, vbi sunt palatia corporalia. s. de materia cæli, vbi stant angeli in isto ordine, & erunt æquales angelis personæ pœnitentes. Et in secunda platea altiori sunt archangeli, & in ordine isto erunt æquales eis personæ in deuotione ardentes, & sic de aliis. De ista ratione Lucæ 20. Aequales enim angelis sunt, & filij sunt dei. Secunda disputatio fuit alterius secte, scilicet phariseorũ. Phariseus enim idẽ est ꝙ diuisus, quia ab aliis diuidebatur in vestibus, portabãt enim vestes spirituales, vt religiosi portant, in frontibus portabant vnam chartam, in qua erãt scripta. x. præcepta, innuentes ꝙ semper cogitabãt de eis. Sed magis de taberna, coquina &c. Item portabãt quatuor vittas hyacintinas. q. d. ꝙ essent cęlestes, affirmabant etiam multos errores, & valde inimicabantur domino Iesu Christo. Et cum audissent ꝙ Iesus silentium imposuisset Saducæis, venerunt ad Christum, vt disputarent cum eo. O istæ bestiæ quantum iactabãt se, & vnus doctor proposuit quæstionẽ Christo di. Magister, quod est mandatum maximum in lege? In lege enim Moysi sunt multa præcepta & diuersa. Iudæi dicunt esse præcepta affirmatiua legis ccxlviij. Et tot ossa secundũ Physicos sunt in corpore humano, scilicet ccxlviij. præcepta vero negatiua erant ccclxv. sic sunt in summa omnia præcepta ccccccxiij. Sed deus omnia reduxit ad numerum denarium, sicut decem digitis operamur, sic præceptis decem meremur, & doctores quolibet die inter se disputabant quod erat maius præceptum, nec poterant concordare. Ideo venerunt ad Christum

despecti

deſpectiue dicendo, Videamus quis eſt iſte faber lignarius, qui nunquã fuit in ſtudio, & intromittit ſe de prædicatione. Ideo dicũt, Tentemus eum. Magiſter, quod eſt mandatũ maximũ &c. Reſpondit Chriſtus, qui eſt ſapientia æterna, Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximũ & primum mandatũ. Secũdũ autẽ ſimile eſt huic, Diliges proximũ tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis tota lex pendet, & prophete. Dilectio enim dei ſuper omnia iungit creaturã cum creatore, intellectu, memoria, & voluntate. Dilectio proximi iungit proximo. Ideo iſta duo precepta ſufficiunt ad ſaluationẽ. Ideo Chriſtus. In his duobus tota lex pẽdet, & prophete. Sicut enim. ccccc. & xiij. præcepta reduxit ad decẽ, ita decẽ præcepta reduxit ad duo, vt nullus poſsit ex ignorantia excuſari. Et ſicut duabus tibiis ambulamus, ita duobus præceptis charitatis in via dei proficimus. Præceptũ primũ eſt, ſcilicet diliges dominũ deum tuũ &c. & eſt tanquã tibia dextra quidẽ quo præcepto deus diligitur toto corde, id eſt intellectu. Ecce hic fides, quia ſi diligis deũ ex toto corde, eris fidelis, & non ibis ad diuinos &c. quia eſſes proditor, recurrẽdo ad inimicos Chriſti, qui nullius habẽt poſſe &c. Item in tota anima tua, id eſt voluntate, ex hoc cauebis ne inhonores nomẽ ſuum, in vanũ ſumendo, falſe iurando, quod nõ eſt faciendũ, nec pro reſtauratione proprie perſone, nec pro aliquo lucro. Parum lucratur qui perdit animã. Matth. 16. Quid enim prodeſt homini ſi mundũ vniuerſum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentũ patiatur? Item in tota mente tua, id eſt memoria, quãtum ad dominicã ſeruandam. Poſtquam laborauiſti feria ſecunda, tertia, quarta, &c. Memẽto vt diem ſabbati ſanctifices &c. Exod. 20. Secũdum præceptũ de dilectione proximi, tanquã tibia ſiniſtra, Diliges proximũ tuum ſicut teipſum. Si habes filios, & vis honorari ab eis, tu etiã honora parẽtes &c. Item ſicut non velles ꝙ aliquis cum vxore vel filia tua faceret inhoneſtatẽ, ſic etiã noli tangere vxorẽ proximi tui impudice. Itẽ ſicut nolles ꝙ aliquis te occideret, nec tibi iniuriaretur, ita nec occidere debes alium, nec alteri iniuriari. Idem de vxore. Nulla vellet ꝙ alia curaret de viro ſuo, tantũ tenetur vir vxori, ſic ecõuerſo ad equalia inducantur, & ſicut vxor diceretur infidelis viro, cum alio viro luxuriam committens, ita & vir. Item ſicut nolles quòd aliquis furtiue reciperet pecunias tuas, & bona tua, ſiue fructus, ita &c. Item ſicut nolles diffamari, quia fama eſt pretioſa, ſic nec alium diffames. Caue &c. Et nota quòd ſicut omnia præcepta, affirmatiua & negatiua, quæ ordinãt creaturam erga deum, comprehenduntur in iſto, Diliges dominum deum tuum &c. ita omnia quæ ordinant erga proximum comprehenduntur in iſto, Diliges proximum tuum &c. Omnis lex in vno ſermone impletur, Diliges proximum tuum &c. ad Galat. 5. Plenitudo ergo legis eſt dilectio. ad Roma. 13. ibidem, Qui diligit proximũ, legẽ impleuit &c.

Tertia disputatio fuit aliis subtilior, de æterna generatione, quomodo Christus, vt verus deus, æternaliter generatur a patre. Quemadmodum de sole vno videmus & tenemus quòd de se generat radiũ, quem mittit in hunc mundum ad illuminandum, calefaciendũ, & fructificandum, & non recedit ab eo. Ita filius in diuinis splendor patris æternaliter a patre generatur, & tamen a patre non recedit, sed in patre manet sicut verbum in dicente. De quo vide, scilicet Tho. j. parte, quæst. xxvij. de processionibus. Et etiam. j. parte, quæst. xxxiiij. de verbo in diuinis. Et quæst. xlij. arti. v. ad secundũ arti. Et sicut sol sine vxore generat radium de sua substantia, ita deus filium &c. Et sicut sol non est prior suo radio, nec pater filio. De hoc vide, scilicet Tho. j. par. quæst. xxxij. Iudæi autem non credunt Messiam esse filium dei æternum, sed Dauid. Ideo Christus volẽs eis probare diuinitatẽ in Messia, & filiationẽ dei, quando iam non poterãt sibi respõdere, vt victi voluerũt recedere, sed Christus dixit eis, Respondeatis mihi ad vnam quæstionẽ. Quid vobis videtur de Christo, id est, Messia, cuius filius est? Responderũt, Dauid. Christus vero nõ negando quin esset filius Dauid secundũ carnẽ, voluit tamen probare maiorẽ filiationem in hoc dicens, Quomodo ergo Dauid vocat eum in spiritu dominum, dicens, Dixit dominus domino meo, sede &c. Si ergo Dauid vocat eũ dominũ, quomodo filius eius est? quia nullus rex vocat filium suum dominũ. Cum ergo Dauid fuisset rex, & nullũ habuisset dominũ nisi deum, igitur finaliter nemo poterat ei respõdere verbũ, imo dicit textus, Nec ausus fuit quisquã ex illo die eum amplius interrogare. Moraliter hic super thema, Nemo poterat ei respondere verbum. Tria peccata sunt, ex quibus in iudicio, vbi Christus disputabit cum hominibus, nõ poterunt sibi respondere. De ista disputatione autoritas. In diebus illis, & in tẽpore illo, cum cõuertero captiuitatem Iuda & Hierusalẽ, congregabo omnes gentes, & deducã eos in vallem Iosaphat, & disceptabo ibi cũ eis. Iohelis. 3. In ista disputatione tria peccata claudent os, quòd nõ poterunt respõdere. Primũ est maleuolentia in corde. Secundũ obloquẽtia in ore, vel detractio. Tertiũ est negligẽtia vel acidia in opere. De primo sunt illi, qui in hoc mũdo habent malam voluntatẽ adinuicem, & rancorem, & licet timore domini non audeant se tangere, tamẽ tales in iudicio non poterũt respondere argumẽto Christi dicentis, Quare tu odisti illum? Dices, quia interfecit patrem, vel &c. Et Christus, Ego qui sum rex & dominus omniũ, fui captus, ligatus, verberatus, & mortuus. Ecce quot iniurie, & remisi, nec volui ꝙ pater meus reciperet vindictam, vnde ergo habes tu &c. Non poterunt respondere verbum. Item mulieres, quãdo Christus dicet eis, Quare tu non loquebaris cum tali &c. Et Christus dicet, Ecce hic mater mea, quæ locuta est illis qui filium suum interfecerũt. Ideo auisetis vos. Dicatur exemplum de illo rege, qui fecit conuiuiũ nuptiarum &c.

& dixit

& dixit vni, Quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Matth. 22. Et quid respondisset, cũ esset ribaldus & male indutus? Dicunt hic glossæ, quòd amor dei & proximi est vestis nuptialis, qui enim habet claritatem, optime est ornatus, sed odium est vestis lacerata. Ideo auisetis vos. Secundum peccatum est obloquentia in ore, quando homo obloquitur de proximo suo diffamando &c. Dauid, Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum &c. Tertium est negligentia in opere, quia non curatis de operibus ordinatis ad saluationem, sicut de cõfessione fienda, ad minus semel in anno. Item de communione, quæ est opus principale saluationis, quia sine isto nullus potest saluari. Mirabile dicam vobis. Dicit beatus Thomas, in tertia parte theolog. quòd pueri nouiter baptizati non possunt intrare paradisum nisi communicent. Declaretur per simile de corpore humano, vbi sunt multæ partes, tamen vna sola pars, scilicet os, recipit cibum, sed ex quo os est pransum, etiam oculi, aures, manus &c. quia omnes partes & membra sentiunt confortationem. Ita ecclesia Christiana est vnum corpus, & pueri baptizati iam sunt partes huius corporis, cuius os est sacerdos, ideo virtute illius communionis pueri habentur tanquam communicati. Sed de magnis ordinauit ecclesia, vt communicent in paschate. Ratio, quia Christus qui in die veneris sancta intrauit campum, in die resurrectionis vult intrare castrum quod acquisiuit, intantum quòd si sacerdos qui celebrat quolibet die per totum annum, si in paschate non celebrat, peccat mortaliter, nisi excusetur legitime, extra de pe. & re. omnis vtriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerit anima sua, solus peccata saltem semel in anno fideliter confitcatur proprio sacerdoti, & iniunctam sibi pœnitentiam propriis viribus studeat adimplere, suscipiens reuerentur ad minus in pascha eucharistiæ sacramentum &c. Sed laici etiam si intra annum communicauerint, illa die debent parare domum regi venturo. Et honor est Christi, sed vtilitas est nostra. Dicatur quod peccatum est de illis, qui non permitterent regem sed bestias intrare in castro. Idem in proposito. Christus tangit ad portam palatij per clericos & prædicatores, qui vobis dicunt quòd debetis cõmunicare &c. Vos autem permittitis intrare in os gallinas, perdices, & non vultis Christum permittere intrare &c. Ideo Christus non permittet vos intrare paradisum quando pulsabitis. Amen dico vobis nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. Ioan. 6. Ideo quãdo anima dicet, Domine domine aperi. Dicet Christus, Amen dico tibi non intrabis huc. Plus augmentatur quis in sanctitate vitæ, & gratia spirituali digna vna communione, quàm vnius hebdomadæ afflictione in pane & aqua, & plus quàm si qualibet die plagaret se portando cilicium. Exemplum a simili, de onere palearum stante

Cap. omnis vtriusque sexus, etiam sacerdotes quotidie celebrantes, ad cõmunicandum in paschate obligat.

per

per hebdomadam ad solem, & in dominica die approximato igni, quo calore plus calefieret? certum est quòd ignis. Idem in proposito. Nam facere opera pœnitentialia est quasi stare ad solem, sed quãdo homo communicat, approximatur homo igni, qui incẽdit & inflammat animam. Et licet personę mundane propter negotia mundana non in qualibet dominica possint communicare, tamen in pascha non debent communionem dimittere, & qui dimittunt, reprehenduntur a Christo. Vnde Ioan. 1. dicitur, In propria venit, scilicet per cõsecrationem. Quia sicut radius solis intrat per quamlibet feneſtram apertam, ita etiam gratia Christi intrat cor cuiuslibet digne communicantis &c. Et sui eum &c. vsque, filios dei fieri &c.

De eadem dominica. xviij. Sermo ij.

QVid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Matth. 22. Salutetur virgo Maria. Istud verbum habet difficultatem & subtilitatem, & vt vos intelligatis illud, sciẽdum est quòd in sacra scriptura inuenitur tam in veteri quàm in nouo testamẽto in multis locis, quòd Christus dicitur liber vitę. Ratio, quia sicut in libro continetur & repræsentatur scientia, ita in Christo, in quo libro sunt duæ charte diuinitatis & humanitatis, in quibus cõtinetur tota sapiẽtia necessaria huic mundo, hic in præsenti per gratiã, & in alio per gloriã. Ideo dicit scriptura de Christo, In quo sunt omnes thesauri sapiẽtiæ & scientiæ dei absconditi. Colos. 2. Nota, absconditi illis, scilicet qui nolunt ibi legere nec cõtemplari, vt philosophi, qui nescierũt in hoc libro legere, ignorãtes Christi deitatem & humanitatẽ. Secundo illi thesauri sunt abscõditi poẽtis, qui vadunt per imaginationes & fantasias. Tertio infidelibus, qui nolũt ibi legere, nec de eo cogitare. Quarto malis Christianis & mundanis, qui non curant nisi de negotiis huius mundi. Sed personæ deuotę, bonæ vitæ, & deuoti, religiosi, clerici, qui despiciunt mundũ, & ponũt totũ cor suũ in amore Christi, ad ipsum laudandũ, glorificandũ &c. tales legunt ibi. Liber apertus est, qui est liber vitæ. Apocal. 20. In hoc libro semper studebat apostolus, ideo fuit tam magnus doctor & magister in theologia, dicẽs de se, Non iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixũ. 1. Corinth. 2. Quãdo enim anima intrat paradisum, videns istum librũ, in eodẽ legit etiã si nunquã sciuerit literas, & immediate habet plus de scientia quã habuerũt prophetę vel apostoli in hoc mũdo. In isto libro studendũ est qñ laborat homo in studiis, & expẽdit tẽpus. Christus volẽs nos inuocare & inclinare ad studẽdũ & legẽdũ in hoc libro, dicit, Quid vobis videtur de Christo? Acsi ego de aliquo libro optimo dicerẽ vobis, quid vobis videtur de isto libro? quasi dicerẽ, excellẽs est. Et patet the. Modo prędictũ thema possum vobis declarare secũdũ tres generationes, vel tres natiuitates quas inuenio in Christo.

Prima

Prima generatio ſeu natiuitas eſt æterna in ſua deitate
Secunda temporalis in noſtra humanitate.
Tertia ſpiritualis in vera ſanctitate.
Ex prima dicitur filius dei omnipotentis.
Ex ſecunda filius virginis Marię excellentis.
Ex tertia filius perſonę pœnitentis.

Ideo quando dicitur, Quid vobis videtur de Chriſto? poſſumus tripliciter reſpondere. Dico primo ꝙ prima generatio Chriſti ſeu natiuitas eſt ęterna in ſua deitate, quia ęternaliter antequam crearet cęlum, vel terram, elementa ſeu angelos, ſine principio deus pater generauit filium in deitate. ſ. in diſtinctione perſonali, quia alius eſt pater generans, & alius filius genitus: & filius diſtinctus eſt à patre diſtinctione perſonali, ſed non eſt aliud in deitate eſſentiali, quia eadem eſt eſſentia patris & filij. Non ſic eſt in nobis, quia ſicut alius eſt pater in humanis, & generans, & diſtinctus diſtinctione perſonali, ita etiã diſtinctione eſſentiali. Ratio, quia quando pater generat filium, generat ipſum extra ſe perſonaliter, & etiam eſſentialiter, quia eſſentia patris in humanis manet in ipſo patre reſtricta, quia finita eſt, ſed in diuinis non eſt ſic, quia licet deus pater generet filium alium in perſona, non tamen generat ipſum alium in eſſentia, quia non poteſt ipſum generare extra ſuam eſſentiam, quia infinita eſt, & vbique. De quibus vide plenius ſanctum Thomam prima parte. q. xxxix. articu. ij. in corpore ar. De iſta generatione loquebatur Eſaias ſecundum Hierony. dicens, Generationem eius quis enarrabit? Eſa. 53. quaſi dicat nullus. Sed diceret aliquis, Quomodo ergo vos vultis enarrare eam? Reſpondeo, differentia eſt inter narrare, & enarrare. Nam enarrare eſt aliquid ex toto declarare, & hoc eſt impoſsibile. Sed narrare eſt quando aliquid dicitur vel narratur in aliqua ſimilitudine, ſed non ex toto. Et do vobis exemplum in ſole, in quo deus poſuit ſuam ſimilitudinem. Nam in ſole poſuit tabernaculum ſuum, ait Dauid. Vnde ſolide ſua ſubſtantia generat filium, ſcilicet radium, quem mittit in hoc mundo, & tamen non recedit ab eo, ſed deus non eſt minus potens, vt de ſua ſubſtantia generet ſine vxore filium, & mittat in hunc mundum. Iſta ſimilitudine generatio Chriſti poteſt narrari, ſed non enarrari. Et quando quæritur, Quid vobis videtur de Chriſto, cuius filius eſt? Poſſumus reſpondere, Dei patris omnipotentis. De iſta materia dicit propheta Dauid in perſona Chriſti dicentis, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Diceret aliquis, Nunquid vos dicitis quòd iſta generatio fuit æterna, vel ab æterno? & tamen ipſe dicit, ego hodie genui te. Reſpõdeo. Differẽtia eſt inter tẽpus & æternitatẽ, quia tempus diuiditur per partes, nam iam eſt dies propter ſolis præſentiã, & poſtea erit nox propter ſolis abſentiam. Sed illa duratio æternitatis

non

non est nisi vnus dies, quia ibi sol non absconditur, & ideo posset poni ista conclusio mirabiliter, sed vera, quòd nullus sanctus potest stare in paradiso nisi vna die, quia non est nec erit ibi nisi vna dies. De qua dicit Dauid, Melior est dies vna in atriis tuis super milia. Moraliter nota hic in hoc quod dicit Dauid, Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionē tuam terminos terræ, quòd illa sunt verba patris ad filiū. Posset hic quærere aliquis, Si Christus dominus noster est filius dei patris omnipotentis, nunquid tunc ipse debet succedere suo patri? quid ergo primogenitum oportet petere regnum, & dicere, Detis mihi regnum, quia de iure hæreditario ad ipsum pertinet regnum? Hæc responsio huius quæstionis valet ad respondendum vni quæstioni, quam vos facitis de prædestinatiōe. Vos enim dicitis, Si ego sum prædestinatus, quid tunc oportet me petere regnum cælorū, orando, vel pœnitentiam faciendo, & nunquid potest mentiri diuina prædestinatio? Responsio ad hoc, quòd dato quòd deus ostēdisset vobis librū prædestinationis, & vos esse scriptos ibi, adhuc oporteret vos petere regnum dei orando, & bene viuendo, & pœnitentiam faciendo. Greg. Ipsa æterni regni prædestinatio sic est ab omnipotenti deo dispositā, quatenus ad hanc electi ex labore perueniant, vt scilicet postulādo mereantur accipere quod eis omnipotens deus ante secula disposuit donare. Vultis quòd dicam vobis pulchram similitudinem ex textu euangelij? Mat. 25. Simile est regnū cælorum decem virginibus &c. Ille rex inuitauit multas nobiles personas, singulariter. x. domicellas, vt sibi facerent honorem. Dixerunt ergo quinque ex eis. Oportet nos bene præparare &c. quæ ex hoc dicuntur sapientes. Sed dicebant aliæ quinque, Et quid oportet nos præparare, ex quo sumus inuitate &c. quæ ex hoc dicuntur fatue. Sic est de nobis, omnes sumus inuitati ad nuptias paradisi. O quale conuiuium. Luc. 14. Beatus qui manducabit panem in regno dei. Si vna mica posset haberi de illo pane, nunquam aliud homo vellet comedere, nunquam posset homo mori. Nota cum dicitur, decem virginibus. Quare dicit decem? Nonne omnes christiani sunt inuitati? Respondeo, quòd decem significat obseruantiam x. præceptorum. Modo cum tali conditione sumus inuitati, si obseruauerimus x. præcepta. Cum dicitur, virgines, nonne aliæ poterunt intrare? Respondeo, quòd requiritur virginitas animæ, scilicet in fide catholica, ne anima sit corrupta per falsam credentiam, opinionem, errorem, seu dubitationem. Ecce quare dicit, decem virginibus, & quinque ex eis erant prudentes, & quinque fatue. Quia omnia opera facimus cum quinque sensibus corporis, quos aliqui bene gubernant, isti sunt sapiētes, alij autem male, & isti dicūtur stulti. Quilibet enim debet facere cōputū di. Ex quo ego sum inuitatus ad istas cælestes nuptias, ideo parabo me ne vadam cum veste antiqua superbie. Ideo induar veste noua, scilicet humilit

militatis. Idem de veſte lutoſa luxuriæ, quia porci non intrabunt ad illud conuiuium. Idem de veſte nigra, de dolore. ſ. vel inuidia cõtexta dicendum eſt, quæ nõ eſt niſi dolor de bono alterius. Idem de veſte crapuloſa gulæ. Idem de veſte perforata per iram. Idem de veſte plena tineis per acidiam. ſequitur, Et quæ parate erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. ſ. inuitatis. Ideo illi qui dicunt, Si ego ſum prædeſtinatus, vel inuitatus, ſi fuero paratus, vel non paratus, illuc intrabo. falſum dicunt, quia ad hoc quod inuitatus intret ad nuptias regales, præſupponitur quòd ſit homo præparatus. Ita etiã ad hoc quòd prædeſtinatus ſaluetur, requiritur præparatio, ergo eſtote parati, quia qua hora nõ putatis, filius hominis veniet. Lu. 12. Ideo apoſtolus. Induite vos ſicut electi dei, ſancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiã, ſupportãtes inuicem, & donãtes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquẽ habet querelam, ſicut & dominus donauit vobis, ita & vos. Super omnia autem hæc charitatẽ habete, quod eſt vinculũ perfectionis, & pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in qua & vocati eſtis in vno corpore, & grati eſtote. Col. 3. Item alius dicit, Si ego non ſum prædeſtinatus, ego non intrabo &c. Dico quòd ſi fueritis præparati, & hoc in fine, intrabitis. Dico ſecundo quòd eſt alia generatio, non æterna, ſed temporalis, quia in tempore fuit facta. Modo ſunt. M. cccc xx viij. anni. Cum ergo dicit, Quid vobis videtur de Chriſto, cuius filius? vt poſsimus reſpondere, Virginis Mariæ. Sicut enim Chriſtus in prima generatione habet patrem ſine matre, ita in ſecunda generatione eſt oppoſitum, habet enim matrem ſine patre homine. Item in generatione æterna generatur a patre ſine diſtinctione perſonali, in vnitate tamen eſſentiæ, ſed generatio iſta temporalis habet oppoſitum, quia generatur in vnitate perſonali, & diuerſitate eſſentiali. Nam diuinitas & humanitas, quæ ſunt due eſſentie ſeu ſubſtantie in Chriſto, non ſunt niſi vna perſona. Nõ credatis quòd vna perſona ſit Chriſtus, in quãtum deus, & alia inquantũ homo, & quia ſic indutus eſt humanitate, ꝙ nõ facit aliã perſonã. Humanitas enim Chriſti aſſumpta eſt a filio in diuinis, in vnitatem ſuppoſiti & perſonæ. De iſta generatione auto. Geneſ. 15. Ad quam Iudæi nõ poſſunt reſpõdere, quæ eſt quando deus Abraæ loquens de futuris, & de captiuitate Iudæorum in terra Egypti, inter alia dixit, Generatio autem quarta reuertetur huc. Quatuor enim legũtur generatiões humanæ. Prima fuit ſine homine & muliere, vt Adæ, qui nõ habuit patrẽ neq; matrẽ. Secunda fuit de homine ſine muliere, vt Euæ. Tertia eſt generatio cõmunis de homine & muliere. Quarta fuit gñatio de muliere ſine viro, qualis fuit gñatio Chriſti, & de iſta dicit, Reuertetur huc. ſ. in gloriã vbi ipſe erat, & nõ dicit illuc. Sed Iudæi male intelligẽtes, dicũt ꝙ ſicut generatione prima intrauerunt Egyptum, ita in quarta redirent. Contra hoc dicit,

Locus ex quo colligitur quo tẽpore diuus Vincẽtius floruit

dicit, Reuertetur huc. s. vbi ego sum, & nõ dixit illuc. i. vbi tu Abraã es. Cũ ergo quæritur, Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Respõdetur, Virginis Mariæ excellẽtissime. De ista generatiõe dixit angelus Gabriel virgini Mariæ, Ecce cõcipies in vtero, & paries filiũ, & vocabis nomẽ eius Iesum. Luc. 1. Nota Iesum, nũquid est nomen eius hoc nomẽ Christus? Dico quòd filius virginis nõ habet aliud nomẽ ꝑpriũ, nisi Iesus Christus, & alia nomina cognomina sunt, propter hoc soli huic nomini Iesu fit reuerẽtia quãdo nominatur. Si istud nomen Iesus per aliquẽ nominaretur in cælo, vel inferno, oẽs flecterẽt genua. Licet dicat decretũ, & quãdo nominatur in ecclesia, nõ debẽt flecti genua corporis, sed animæ. s. inclinãdo. Ideo apostolus, Dedit illi nomẽ quod est super omne nomẽ, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestriũ, & infernorũ. ad Phil. 2. No. super omne nomẽ. Deus omnem virtutẽ posuit in nomine isto Iesu, iõ si huic nomini additis alia nomina, signũ est quòd nõ reputatis istud nomẽ Iesus sufficiẽs, si deuotionẽ habemus ad istud nomẽ, nõ oportet recurrere ad diuinos &c. Dicatur practica, qũo signũ crucis in nomine Iesu debẽt facere super plagã propriã, vel filiorũ, vel etiã iumẽtorũ. Dauid, Homines & iumẽta saluabis domine &c. Itẽ idẽ dicendũ de mulieribus pro filiis habẽdis vel portãdis, nomẽ enim Iesu venerari debẽt. Itẽ dicendũ est vt liberentur a doloribus partus. Vnde autoritas. Melius est nomẽ bonũ. s. Iesus, quàm vnguẽta preciosa. Eccl. 7. Dicatur miraculũ de isto nomine Iesus Act. 3. de illo paralytico, qui quolibet die portabatur ad portã tẽpli in Hierusalem per quadragintaquatuor annos, & petẽs eleemosynã, Petrus & Ioannes semel causa oratiõis ascenderũt ad templũ, ille petiit eleemosynã, & Petrus dixit, Argentũ & aurũ nõ est mihi, quod autẽ habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula &c. Ideo respõdit Petrus Iudæis rectoribus, & doctoribus Hierusalẽ, admirantibus de dicto miraculo di. Nec enim aliud nomẽ est sub cẽlo datũ hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Act. 4. Dico tertio quòd alia generatio seu natiuitas Christi est spiritualis in vera sanctitate, ex qua dicitur filius personæ pœnitẽtis. Magnũ mirabile est quòd Christus possit fieri filius noster. Virgo Maria reputat sibi ad magnã gratiã quòd sit mater Christi, tamẽ quilibet vestrũ si vult, potest cõcipere, & parere Christum. Pro cuius intellectu sciendum quòd quando aliquis tenet malam vitam, & viuit in peccatis, quot peccata mortalia habet, tot dæmones habet secum. Autoritas. Dicunt duo euangelistæ, Maria Magdalena de qua septem dæmonia exierant, Luc. 8. & Mar. vlti. dicitur de peccatis, quia non legitur fuisse dæmoniaca, sed quia stabat in peccato superbiæ, ideo habitabat in ea quidam dæmõ, qui vocatur Leuiatham, qui tẽtat de superbia &c. Patet ergo, tot dæmones habet homo, quot peccata, sed quando deus facit gratiam peccatori quòd conuertitur.

titur, redit ad deum, recipit bonum propositum &c. tunc dæmones fugiunt, & Christus intrat in animam. Ecce quomodo fit generatio spiritualis, quia sicut æternaliter generatur à deo patre, & temporaliter à matre, ita spiritualiter à pœnitente. De ista generatione dicit Dauid, Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem dei Iacob. Attollite portas principes vestras. vsque rex gloriæ. Quando ergo dicitur, Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? possumus respondere, personæ pœnitentis, quia sicut mulier quæ concipit & parit, dicitur mater. De hoc auto. Dicatur cum Christus prædicasset in quadã domo, virgo Maria venit vt audiret sermonẽ, associata à parentibus suis, & propter multitudinem gentium non potuit intrare, & stetit extra ad portam. Quidam Iudeus mala intentione vt dimitteret sermonem, & dicerent gentes, Ecce quomodo est carnalis, dixit, Magister, ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærentes te. Respõdens Iesus ait, Quę est mater mea, & qui sunt fratres mei? Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cęlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est, Mat. 12. No. qui fecerit voluntatem patris &c. s. peccator faciens pœnitentiam. Non debemus desperare ex peccatis, sed facere pœnitentiam debemus. Talis dicitur mater Christi, quia ipsum concepit in vtero memoriæ. Multi concipiunt Christum per bonum propositũ, sed non possunt parere per effectum exteriorem, mulier enim concipit secretè, & cum delectatione, tamen cum labore portat, & parit cum dolore. Ita de nobis multi sunt qui secretè & cum delectatione concipiunt Christum, audiendo sermones, vel bonas lectiones. Semen est verbum dei. Luc. 8. Prædicator est instrumentũ spiritussancti, grauidans peccatores. Vnde quando superbus, vanus, & pomposus. proponit dimittere suam superbiam, & peccata, tunc concipit Christum. sed in partu. s. humiliando se de statu, & ornatu, patitur nõnunquam dolorem. Idem de muliere proponente dimittere ornamenta, & vanitates &c. sed in effectu ibi est dolor. Idem de vsurario, vel latrone, quando proponit satisfacere, cõcipit Christum, sed quando aperit taxiam, & videt florenum dicit, O miser oportet me ista restituere, ibi est dolor, cum posset hereditare filios. Itẽ vxor non posset tam ornate incedere. Idẽ de sacerdote, quando proponit dimittere concubinam, sed in opere quando ipsa plorat &c. ibi est dolor. Idem de homine siue muliere, qui proponit recedere ab impudica vita, quod necessarium est, quia porci non intrabũt paradisum, hi patiuntur in partu dolorem, & tunc quandoque alleuiãt peccatum ne dimittatur &c. Idem de illo qui proponit remittere iniurias, vt sibi dimittantur peccata à deo, sed quando dicitur, Et quid facietis? dicetur pestis femineus &c. ibi est dolor partus. Idẽ de guloso, qui proponit abstinere, sed quãdo videt escas &c. ibi est dolor. Multi concipiunt xp̃m, sed non omnes pariunt. Nimis esset si mulier portaret conceptũ fetum

per annum vel duos, sed à multis diutius portatur Christi cõceptus &c. Auctoritas. Sicut quæ concepit, cũ appropinquauerit ad partũ dolẽs clamat in doloribus suis, sic facti sumus. A facie tua domine concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritũ salutis. Esa. 26. No. A facie tua. Facies dei est prædicatio. Ratio, quia sicut in facie cognoscitur persona, ita deus cognoscitur in prædicatione. A facie tua domine concepimus. s. à spiritu sancto, & quasi parturiuimus. Parturire est laborare in partu, parere autem est quando exit creatura ab extra. Ideo amore dei si concepistis affectum, pariatis effectum &c.

De eadem dominica. s. xviij. post Trini. Sermo iij.

Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Ioan. 14. In præsenti sermone proposui vobis declarare datã legem & scripturam sanctã tantũ quantũ vobis est necessariũ pro bono regimine huius vitæ. Salutetur virgo Maria &c. Ad bonũ regimen & gubernationẽ humanæ vitę virtuose viuendo, & vitia vitando, multum fuit necessarium vt deus daret mandata &c. Ratio, quia licet per intellectum & rationem naturalẽ in aliquibus homo cognoscat quomodo se debet habere erga deũ & proximũ, tamen in omnibus non sufficit intellectus, nec ratio naturalis, quia aliquoties intellectus & ratio iudicant de aliquo esse bonum & iustũ, quod tamen est vitium & peccatum, ideo necessariũ fuit dare præcepta dicendo, hoc & hoc facietis, quia istud placet mihi, & istud nõ, nec istud facietis, quia istud displicet mihi, & ex quo homo scit dei voluntatem, homo non potest errare, tamẽ quandoque erraret, nisi voluntas dei reuelata esset, cũ in omnibus non sufficeret intellectus naturalis. Verbi gratia. Nam de aliquibus vos intellectu naturali iudicatis esse faciendum, dicendo, Et istud bene potest fieri, & quod peccatum est? erratis. Quando enim mutuatis pecuniam, intellectus vester iudicat aliquid recipiendũ de interesse, quia ille de moneta vestra lucratur &c. Cũ ista ratione diuites vsurarij vadunt ad infernum, quia pecunia non est vestra, quia dominus nõ tenetur reddere computum alteri. Vos autem de omnibus habetis reddere computũ Christo. Vos autem solũ estis dispensatores, ideo si cõtra voluntatem & præceptũ domini dispensaueritis, damnationem incurritis ex peccatis. Vnde dicit præceptum domini, Nõ feneraberis fratri tuo ad vsuram pecuniam, nec fruges, nec quãlibet aliam rem. Deut. 23. Item mixtionẽ carnalem soluti cũ soluta homines nõ iudicant esse peccatum per intellectũ, & cũ ratione, sed dicũt aliqui, cui fit iniuria? quasi diceret, nulli. Sed falsum dicunt, quia fit iniuria regi Christo, patri mulierũ &c. Ecce præceptũ, Abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant deum &c. 1. ad Thes. 4. No. in sanctificatione, hic apostolus respondet tacite quæstioni, de

qua

qua non oēs audent prędicare, ſed oportet pro ſanitate ꝙ medicus tangat vulnera, licet corrupta & ferida. Dicunt aliqui falſe, Sed ego tangendo me &c. volo recipere delectationē, quod peccatum eſt, cui facio iniuriam? q. d. nulli, ſed falſum dicunt, quia magis peccatū eſt peccatum molliciei, quam ſi cum matre carnali peccaret quis. Ratio, quia contra naturā. Ecce quare fuit neceſſarium mādatum. Ideo dicit vt ſciat vnuſquiſque veſtrū vas ſuum &c. Itē ſi aliquis iniuriā vobis intulit, quid iudicat intellectus veſter? patet ꝙ ad vindictā, quod non eſt peccatū, quia naturale, quia vna formica vertit ſe vindicādo. Sed falſum eſt, quia vindicās ſe, Chriſtū regē offēdit, quod patet à ſimili. Nā ſi in palatio regis & in ſua præſentia recipiatis vindictā de iniuria veſtra &c. regē offenditis. Ideo dicit ſcriptura, Si fieri poteſt quātū ex vobis eſt, cū omnibus hominibus pacē habentes, non voſmetipſos defendētes chariſsimi, ſed date locū iræ. Scriptū eſt enim, Mihi vindictā, ſupple reſeruaui, & ego retribuam vel in hoc mundo, vel in alio, ad Ro. 12. & ſic de aliis multis. Patet ergo ꝙ nec intellectus, nec ratio naturalis ſufficit quantū ad omnia oſtendere quid ſit virtuoſum, & faciendū, & quid peccatū, & vitiū, & cauendū. Ideo ad melius gubernandum vitam noſtrā neceſſaria ſunt mandata. Autoritas. Mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ increpatio doctrinæ. Pro. 6. Ideo qui vult gubernare bene vitam ſuam, non debet ſe regere in omnibus ſecundū intellectū ſuū naturalē, ſed ſecundū dei mandata, non ſecundū propriā ſuā apparentiā, ſed ſecundum dei præcepta, non ſecundū proprias inclinationes, ſed ſecundū diuinas ordinationes. Tunc poteſt talis dicere the. Sicut mādata dedit mihi pater, ſic facio. Nota, non dicit ſicut mandata in plurali, ſed mandatum in ſingulari. Secundū iſtū modum loquendi in lege dei non eſt niſi vnū mandatum. Pro quo ſciendum ꝙ ſecundum diuerſas conditiones & proprietates mandatorum dei diuerſimode annumerantur. Mādata enim dei habent quinque conditiones, quia mandata dei ſunt

In ornamentum animæ.
In firmamentum gratiæ.
In operationem meritorum.
In incrementum præmiorum.
In regimen vitæ.

Et ſecundum hæc diuerſimode computantur.

Secundum primam conditionem ſunt innumerabilia.
Secundum vero ſecundam ſunt in magno numero.
Secundum tertiam ſunt in paruo numero.
Secundum quartam in pauciſsimo numero.
Secundum quintam in nullo numero ſunt.

Quia non eſt niſi vnum, de quo dicit the. Sicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Dico primo ꝙ mandata ſunt in ornamentum animæ,

quando, s. in hac vita homo gubernat se, & regit secundum mandata dei, & non secundum propria sentimenta, vel inclinationes, vel secundum malam consuetudinem aliorũ, tunc anima ornatur præceptis dei. Declaratio. Anima enim iam per creationem habet maiorem pulchritudinẽ quã aliqua creatura corporalis. Ratio, quia est ad imaginẽ dei, quam non habet sol neque luna &c. Si enim imago imperatoris picta sit ita pulchra, quanto magis anima à sancta trinitate picta ad imaginẽ suam, nisi ex peccatis fiat nigra, sicut pulchra mulier, quando macularetur esset turpis, ita anima ex peccatis. Sed quando supra pulchritudinem animæ venit ornatus obseruãtiæ mandatorum dei, tunc est inestimabilis pulchritudinis, sicut de regina de se pulcherrima, quando ornatur vestimentis, aureis annulis, & corona, efficitur pulchrior. Ita de anima, intantum ℘ si posletis eam videre &c. nec modo dum est in corpore, ipsamet videt suam pulchritudinem, sed quando egreditur de corpore videt. Autoritas. Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere. s. de corpore, & videbis tuam pulchritudinem. Cant. 1. Secundum istam conditionem mandata sunt innumerabilia, vt capilli qui sunt ad ornamentum mulierum secundum apostolum. 1. Cor. 11. vbi dicit, Mulier si comam nutriat gloria est illi. Sunt ergo mandata vt sic innumerabilia, intantum ℘ nullus doctor seu magister posset scire omnia mãdata quæ sunt in veteri testamento, & nouo, in decretis, decretalibus, clementinis &c. Diceret aliquis, ergo superflua sunt, ex quo nõ possunt sciri. Dico ℘ non sunt superflua, quia licet capilli mulierum sint innumerabiles, non sunt tamen superflui, imo dat sibi ornatum. Ita de præceptis. Ideo Dauid, Multiplicata sunt. s. præcepta super capillos capitis mei psal. 39. Item diceret aliquis, Quæ ergo poterunt seruari, si nesciuntur? Dico ℘ bene. Illud quod tu scis vel credis esse mandatum dei, serua illud, ne facias contra. Alia autem mandata, si habes charitatem, omnia seruantur à te. Augustꝰ. dicit, Quicquid patet, & quicquid latet in diuinis codicibus, totum tenet qui seruat charitatem in moribus. Si ergo fiat quæstio, Quot sunt mandata dei in omnibus libris? Respondeo, si volumus loqui de mandatis secundum quod sunt in ornamentum animæ innumerabilia sunt. Secunda conditio mandatorum est, quòd sunt in firmamentum gratiæ. Ecce quomodo, quia tandiu homo stat in gratia dei quandiu seruat eius mandata. Ratio, quia gratia dei non perditur nisi ex peccato mortali, si vnus homo haberet omnia peccata venialia mundi, propterea non perderet gratiam dei. Et quando dicunt aliquæ glosæ, quòd multa peccata venialia equiualent peccato mortali. Non est verum loquendo equiparenter, vel per equiualentiam. Quia si omnia peccata venialia ponerentur in vna parte statere, & vnum mortale ex alia parte, plus ponderaret mortale peccatum, sed bene dispositiue venialia equiqolent vni

mortali

mortali peccato, quia faciunt hominē cadere in mortale. Ego inuenio ꝙ homo potest peccare ſuperbia, auaritia, luxuria, & tamen nō erit peccatum mortale, ſed veniale. Ideo ſeptem peccata nō dicuntur mortalia, ſed capitalia. Verbi gra. Si aliquis ſuperbiat, quia vadit ornatus &c. non eſt peccatum mortale, ſed veniale, ſed fit mortale, ſi ex hoc deſpicit aliquem, vel ſi ex hoc furatur, vel facit vſuras, vt poſsit incedere pompoſe, & ornatè, tunc eſt mortale, quia contra præceptū dei. Item ſi mulier ornet ſe, & depingat amore ſui viri, veniale peccatum eſt, ſed ſi ex ſuo exceſsiuo ornatu vel pictura cōcupiſcitur ab alio efficitur mortale, vel ſi ex hoc vir pauper habet facere vſuras, rapinas, & ipſa mulier ad hoc eum induceret vt poſsit ſic incedere, mortale eſt. Idem de peccato auaritiæ, ſi homo diligit pecunias, & cuſtodit, tale eſt veniale, ſed quando homo amore diuitiarum facit vſuram, furtum, vel retinet ſalarium, vel non cōplet teſtamenta, non ſoluit decimas, tūc eſt mortale. Idem de luxuria, quando vir & vxor ſolū propter ſolatium actum matrimonialem faciunt, tunc veniale eſt ſeruando modum, ſed ſi cogitas de alio, vel de alia, ita ꝙ etiam ſi non eſſet vxor ſua, vel vir ſuus, adhuc miſcerentur, vel ſi mutant modū, mortale eſt. Idem de gula, quādo propter bonitatē vini vel panis homo comedit ſeu bibit parum plus, veniale eſt, ſed quando homo inebriatur, & perdit ſenſum, efficitur mortale, quia cōtra dei mandatū. Vel ſi frangit ieiunia, vel ſi ex nimio cibo & potu habet facere luxuriam, efficitur mortale. Idem de acidia, poſſet ſurgere de mane ad orandum, & non facit, veniale eſt, ſed ſi propter hoc omittat audire miſſam in dominica die, mortale eſt. Idem, ſi homo nō confiteatur vel cōmunicet in paſchate. Sancti doctores diffiniunt diuerſimode peccatū mortale. Auguſt. in lib. de libero arbi. ſic diffinit peccatū. Peccatum eſt dictum, factum, aut concupitum contra legem æternam. Item Ambro. in libro de paradiſo dicit, Peccatum eſt tranſgreſsio diuinę legis, & cæleſtium inobedientia mandatorū. Patet igitur ꝙ gratia dei non perditur niſi ex trangreſsione mandatorum dei. Ideo dicit ſcriptura ſancta, Deus ab initio conſtituit hominē, & reliquit illum in manu cōſilij ſui. Adiecit mandata & præcepta ſua. Si volueris mandata conſeruare, conſeruabunt te, ſupple in gratia dei. Eccl. 15. Secundū iſtam conditionem dico ꝙ mandata ſunt multa, & non innumerabilia. Vnde a ſapientibus poſſunt ſciri & cōputari. Quia ſecundum Ioſephum tot ſunt mandata quot ſunt oſſa in corpore humano, quæ ſecundum Phyſicos, qui in hoc inuenerunt, ſunt. cclxviij. Tot ſunt præcepta affirmatiua legis dei inclinantia ad opus bonum. Et ſicut corpus ſuſtinetur oſsibus, ita anima diuinis mandatis. Ideo Iudæi, quando orant, omnia membra mouent, quia quot ſunt præcepta, tot oſſa mouentur, quaſi dicendo cum Dauid, Omnia oſſa mea dicent domine, quis ſimilis tibi? Pſal. 34. Diceret aliquis, Licet ſciamus naturam iſtorū mandatorum, tamen neſcimus quot

Peccati mortalis definitio.

sunt, quomodo ergo possunt seruari? Respõsio, sicut scitis quot ossa habetis, licet non videatis ea, quæ nihilominus sustinent corpus, sic ista præcepta, si gratiam habetis intra, vos sustinebunt, & gratia dei docebit vos quid faciendum sit, & quid vitandum. Vos vnctionem quam accepistis, id est gratiam ab eo, maneat in vobis, & non necesse habetis vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus. Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam, & quoniam omne mendacium ex veritate non est. Quis est mendax nisi is, qui negat quoniam Iesus nõ est Christus? 1. Io. 11. Si ergo fiat quæstio, Quot sunt mandata dei? Responsio, si volumus loqui de eis, inquãtum sunt firmamentũ gratiæ, sunt tot quot ossa sunt in corpore. Tertia conditio mandatorũ dei est, q̃ sunt vtilia ad operationẽ meritorũ. Si enim volumus mereri coram deo, oportet seruare eius præcepta. Quæstio est de quo habemus maius meritũ, vel de illo quod facimus voluntariè & ex deuotione, an de illo quod facimus ex mandato dei. Verbi gratia. Hodie non est ieiuniũ ex præcepto, si nõ ieiunat hodie, & alia die ieiunat ex mandato, quod erit maius meritum? Multi dicunt quod scilicet ieiunium voluntarium sit magis meritorium, falsum est, quia non habet rationem meriti, nisi vnum, scilicet quia facitis bonum opus, sed præceptum habet duas rationes meriti. Prima obedientia seruandi præceptum. Secunda, quia est opus bonum. Hic patet peccatum multorum, qui dimittunt illa quæ debent facere ex dei mandato, & seruant ea quæ voluntariè receperunt, dimittunt enim ieiunium ecclesiæ, & seruant ieiunium istius vel alterius sancti ex deuotione. Alij dicunt, Eleemosyna est melior quam ieiunium, quia dare eleemosynam est voluntarium, & ieiunare ieiunia ecclesiæ est præceptum, & sic negligunt ieiunia ecclesiæ, & omittunt non habentes causam rationabilem, & sine prælati autoritate, quare damnantur, etiam si darent tantam eleemosynam, vt redimerent omnes captiuos. Item multi religiosi non seruant ieiunia sui ordinis, & semel in hebdomada ieiunant in pane, & aqua, vel in vigilia sanctorum, qui non habent vigiliam ieiunant, & qui habent vigiliam non ieiunant, qui recipiunt deuotionem, & omittunt dei ordinationem. Sed hoc non sufficit. Propter hoc dixit Christus Iudæis, Væ vobis Scribæ & Pharisæi, hypocritæ, qui decimatis mentham, & anetum, & cyminum, & relinquitis quę graviora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Matth. 23. Iam multi clerici sunt, qui non dicunt officium, vel si dicunt, dicunt festinanter, ex alia parte dicunt psalmos, vel orationem sancti Augustini, sed male faciunt in hoc, q̃ negligunt ea ad quæ tenentur, quia maius meritum est seruare mandata dei, & ordinationem eius, quam illud quod est voluntarium. Dicatur historia ad propositũ, quæ habetur. 1. Reg. 15. vbi legitur q̃ Samuel

Opus boni ex voto factum aut ex alia obligatiõe est magis meritoriũ, quã mea sponte factum.

qui erat

qui erat prælatus vt papa ex parte dei, præcepit Sauli, vt iret contra Amalechitas, & interficeret omnes homines, & mulieres, & iumenta. Saul autem seruauit de iumentis oues pro sacrificiis. Ad quem Samuel, Melior est obedientia quam victima. Ideo fuit depositus de regno, & habuit malum finē, quia ipsemet interfecit se. Voluntarie enim fecit & elegit sacrificium, cum haberet mandatum ad oppositum. Ideo si vultis facere sacrificium de corpore vestro per pœnitentiam, non omittatis obedientiam. Caueat vxor, si non placet viro, portare cilicium, vel alia, quia vir est dominus corporis vxoris. Idem de viro dicendum est, sed detur vxori aliqua pœnitentia secrete. Caueat tamen a pœnitentia præiudiciali. Idem de seruis vel captiuis dicendum est, ne defraudent dominum in seruitio. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Matth. 22. Primo ponitur Cæsar quam deus, quia ita vult deus deuotionem, ne faciat iniuriam alicui contra dei ordinationem. Patet ergo quòd mandata sunt in operationem meritorum. Et secundum istam conditionem mandata sunt decem, siue in numero denario, quia sicut decem digitis operamur, ita decem præceptis meremur. Quinque sunt principalia, quasi digiti manus dextre, alia quinque quasi digiti sinistræ manus. Serua mandata mea, & viues, & legem meam quasi pupillam oculi tui. Liga eam in digitis tuis, & scribe illam in tabula cordis tui. Prouerb. 7. Quarta conditio mandatorum est, quòd sunt incrementa præmiorum. Quærit sanctus Thom. in secunda secundæ, in quo stat perfectio spiritualis apostolica, & sanctitas vitæ in obseruantia mandatorum an consiliorum? Multi erant dicentes quòd in consiliis, sed non est verum, imo stat in obseruantia mandatorum charitatis dei & proximi. Consilia autem dicit sanctus Thomas solum sunt instrumenta & dispositiones perueniendi ad perfectionem spiritualem. Verbi gratia. Consilium de paupertate. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quę habes, & da pauperibus. Matth. 19. Dicit sanctus Thomas q̄ illud consilium est instrumentum necessarium vt refrigeretur amor diuitiarum, & perueniatur ad perfectionē charitatis. Consilium est etiam de castitate. Vnde dicitur, Sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Mat. 19. Item gladio discretionis debemus abscindere omnes occasiones peccati, recedendo a mala societate, quę est occasio mali. Nam non bibere vinū forte, nō comedere carnes, non ducere vxorē, sunt instrumenta ad hoc vtilia, vt subiectis carnalibus delectationibus, cor hominis in solo creatore delectetur. Item fugere dignitates, prelationes, consiliū est. Mat. 20. Quicunque voluerit inter vos maior fieri, fiat vt minister. Perfectio ergo Christiana plus stat in obseruātia mandatorū dei, quam consiliorū. Aut. Finis præcepti est charitas. 1. Tim. 1. Alia autor. est ipsius Dauid in Psal. 118. Omnis consummationis vidi finem, id est perfectionis, latum

mandatum tuum nimis. Secundum istam conditionem mandata sunt duo solū, sicut in duabus tibiis ambulamus, ita in sanctitate vitæ duobus mandatis ambulamus, quæ sunt, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, hoc est maximum & primū mandatum. Secundum autē simile est huic, Diliges proximum tuū sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ Mat. 22. Ergo si fiat quæstio, Quot sunt mandata? Respondeo. Si loquimur de mādatis in quantum sunt incrementū prēmiorum, dico ꝙ sunt duo. Quinta cōditio mandatorū est, ꝙ sunt regula & enorma vitæ, qui vult regere vitam suam secundū intellectū naturalem solum, vel secūdum sensualitatē, vel secundum consuetudinē malam aliorum, vel patriæ, vt de foris vel feriis in diebus festiuis, deficiet & peccabit. Et si dicatur rex priuilegiat &c. Solutio. Rex non potest dispensare contra dei mandata. Ideo dicit Christus, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Mat. 20. Non dicit, serua inclinationes, vel serua consuetudines. Et iuxta istam conditionē non est nisi vnicum prēceptū, sicut nec in toto corpore non est nisi vnū caput, ā quo procedit tota gubernatio hominis, quia ibi sunt omnes sensus, & iudicium rationis, & imaginatio, & sic tota regula moralis vitæ reducitur ad vnicum præceptū, quod est, Omnia quecunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. Mat. 7. Si habes seruitores & inimicos, non vis ꝙ seruitores vadant ad loquendum, vel habeant consilia cum eis, vel ꝙ recurrant ad eos in suis necessitatibus te despecto, ideo non vadas ad vitia &c. Item nō velles ꝙ seruitores tui loquerentur malum de te, ideo non sumas nomen dei tui in vanum. Item velles ꝙ seruitores tui, quibus das prouisionem, seruiant tibi, ideo tu in dominica seruias domino tuo. Item si vis vt filij tui honorent te, tu honora parentes, & sic de aliis. Patet ꝙ istud præceptum est caput aliorum. De isto dicit thema. Sicut mandata dedit mihi pater, sic facio.

Dominica xix. post Trinitatem Sermo. j.

Ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Verbū istud habetur originaliter Mat. 9. & recitatiue in euangelio hodierno. Item sermo in præsenti erit huius dominicæ, & habebimus mediante dei gratia multas bonas doctrinas speculatiuas ad illuminationem intellectus, & morales ad nostræ instructionem vitæ. Salutetur virgo Maria. In sancto euangelio hodierno declarantur tria magna de domino & saluatore nostro.

Primo præsentia gratiosa.
Secundo clementia copiosa.
Tertio potentia virtuosa.

In his tribus stat totum euangelium hodiernum. Et de primo, scilicet de præsen

de præſentia gratioſa, quia gratioſe ſe oſtendit in quadam ciuitate, de hoc dicit thema, Aſcendens Ieſus in Naz. in qua, ſcilicet deſiderabatur. Ex quo Chriſtus incepit prædicare, noluit quieſcere in vna ciuitate, ſeu in vna villa, ſicut ſol nō quieſcit ex quo oritur, quia ſi quieſceret in vna parte, non illuminaret in alia, nec calefaceret, nec fructificaret. Ita de Chriſto, qui venit ad illuminandum in fide catholica, ad calefaciēdum in deuotione, & fructificandum in operibus pœnitentiæ. Ideo laborabat non ſolum per terram, ſed etiam per mare. Ideo dicit, Aſcendens Ieſus &c. Nota ciuitatem ſuam, ſcilicet conuerſationis, quia licet eſſet dominus omnium, noluit tamen habere ciuitatem propriam, ſed quia illa ciuitas Capharnaū erat maior & principalis in prouincia Galilæe, in qua Chriſtus incepit prædicare, vt dicitur Matth. 4. Et quia in illa conuerſabatur, reputabatur ciuis illius ciuitatis, quēadmodum dicitur de aliquo oriundo vel habitante in aliqua ciuitate. Ecce ciuitas veſtra, licet parum ibi habeat, quia imperatoris eſt vel regis. Ita de Chriſto, & hoc tangit homilia hodierna dicens, Creator rerum orbis terræ dominus, poſtquam ſe propter nos anguſtarat in carne, cepit habere humanam patriam, cepit Iudaice ciuitatis eſſe ciuis. Et de hoc ad literam loquitur thema. Aſcendens Ieſus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem ſuam. Modo intremus ſecreta. In verbo thematis tanguntur nouem ſecreta magna.

Primum incarnationis.
Secundum conuerſationis.
Tertium paſsionis.
Quartum reſurrectionis.
Quintum aſcenſionis.
Sextum gubernationis.
Septimum iuſtificationis.
Octauum iudicialis examinationis.
Nonum in cælum regreſsionis.

Dico primo ꝙ oſtenditur ſecretū ſacre incarnationis, cū dicitur, Aſcendens &c. Secundum iſtam expoſitionē nauis eſt natura humana. Ratio, quia ad formā nauis habuit prorā ſtrictā in principio generis humani, nam ſolū habuit duas tabulas. ſ. Adā & Euam, in natura gratiæ dei firmantis. In medio. ſ. in Chriſti aduētu fuit lata, quia tunc creditur fuiſſe maior multitudo gentiū, & extūc, quaſi in fine, anguſtatur, quia mūdus depopulatur propter guerras & fames &c. De iſta naui dicitur Prouer. vlt. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris. In iſtam nauē aſcēdit Chriſtus, quando in vtero virginis aſſumpſit naturā humanā. ſcilicet corpus & animā. Nota dicit aſcendit, & non dicit intrauit. nos omnes intramus in iſtam nauē per portā ſentine cū peccato, ſed Chriſtus nō ſic, ſed aſcēdit &c. Et transfretauit, & venit in ciuitatē ſuā. ſ. in mundū, licet nō cognouerunt

eum. In propria venit, & sui eum nō receperūt. Ioan. 1. Secundū secretū est de sua virtuosa cōuersatione, secundum hoc tūc nauis est pœnitētia. Ratio vt supra, quia pœnitētia a principio est stricta, quādo homo incipit pœnitere, valde pœnale est, sicut est ieiuniū, ciliciū, vigiliæ &c. Sed paulatim dilatatur, quia nō tantū grauāt pœnitētię, qñ homo est assuetus, sed in senectute stringīt propter tediū, licet nō tantū quātū a principio. De hac Christus Matt. 7. Intrate per angustā portā. De ista potest etiā dici illud Prouerb. vlt. Facta est quasi nauis institoris, de lōge portans panē suum, i. merces animarū, Ista nauis est de tribus cooperturis.

Prima est tristitia contritionis.
Secunda confessionis.
Tertia satisfactionis.

Ideo Christus, Pœnitentiā agite, id est intrate in nauim pœnitētiæ, appropinquauit enim regnū cælorū. Matth. 4. In istā nauim ascēdit Iesus statim. s. in natiuitate, quia non in palatio, seu in domo, nec in camera, sed in diuersorio voluit nasci, & in hyeme, & nō legitur quòd ibi esset ignis &c. Sed virgo Maria posuit eum in præsepio. Dicūt aliqui doctores, ꝙ hoc ideo fecit, vt in capite calefieret ab anhelitu bouis, & in pedibus ab asino. Itē fuit receptio circunciſionis. Itē fuga exilij in Aegyptū. Item iuit per terrā, & per montes, dormiuit super terrā. Ascendēs Iesus in nauiculā, id est in altiori gradu pœnitētiæ, quā vnquā fuerit. xxxiij. annis nauigauit, & venit in ciuitatē suā, scilicet Hierusalē, ad portam passionis. Rationē assignat Lucas euāgelist. di. Non capit sup. scriptu. prophetā, id est Christū perire extra ciuitatē Hierusalē. Luc. 13. Tertiū secretū est de sua benedicta passione, secūdū hoc nauis est crux. Ratio, quia si crux filo liniaretur, faceret figurā nauis, cū ista oportet nos nauigare ad cælū. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucē suam, & sequatur me. Matth. 16. In istā nauim ascēdit Iesus in monte Caluarie, quādo fuit sibi dictū, Iesu exue te, & denudatus remānsit totus excoriatus, & fuit sibi dictū, Proiicias te super lignū durum & strictū, tunc Christus incepit nauigare mare mortis, & venit in ciuitatē suā inferni. Dominus vniuersorū tu es. Hester. 13. Quartū secretū est de sua resurrectione glorioſa. Secūdū hoc nauis fuit corpus mortuū, quod erat in monumēto, & in die resurrectionis anima benedicta ascēdit nauim corporis, & transfretauit, & venit in ciuitatē suam, scilicet in gloriam immortalitatis. Ideo hæc oportuit pati Christū, & ita intrare in gloriā suam. Luc. vlti. Quintū secretū est de sua mirabili ascensione. Secundum hoc nauis fuit societas animarū sanctarū, & ascendit primum, & animæ sequebātur, & venit in ciuitatē suam, scilicet paradisi, de qua persona sua dicitur, In ciuitate sanctificata similiter requieui. Eccl. 24. Sextum secretū est de sua mundiali gubernatione. Secundū hoc hostia est nauicula, in quam ascēdit Christus statim dictis verbis consecrationis,

nis,& venit in ciuitatem ſuam, ſcilicet eccleſiam Chriſtianam. De qua Dauid, Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Quia rex quotidie venit, ſecundum quòd ipſe promiſit, Ecce ego vobiſcũ ſum &c. quãdiu durabit iſtud ſacramentũ, & mundus durabit, & in illa die in qua deficiet mundus, finietur. Septimum ſecretũ eſt de humanali iuſtificatione, & ſecundũ hoc nauis eſt conſciẽtia humana, quæ ad figurã nauis facta eſt, quia in principio, ſcilicet pueritiæ, homines ſtrictam habent conſcientiam, ſed poſt modicũ dilatatur in virilitate, in ſenectute autem redit ad puerilem ſtatum,& in iſtã aſcendit Chriſtus, quando homo conuertitur, quando enim homo ſtat in peccatis, tunc in iſta naui nauigat diabolus cũ vento Aquilonario, vt ducat ad portũ inferni, ſed quando peccator recognoſcit ſe,& malam vitam quam tenet, di. O miſer, ego ſum religioſus &c. tunc Chriſtus aſcendit in nauim conſcientie, & venit in ciuitatem ſuam, portans perſonã ad portum & ciuitatẽ bonæ vitæ. De qua Eccleſ. 9. Ciuitas parua, & pauci in ea viri, quia pauci ſunt modo qui tenent bonã vitam. Si in vno monaſterio vnus eſt, multũ eſt. Idem in vno collegio clericorum. Idem in vna villa, ſi ſit vnus vel vna, multum eſt. Octauum ſecretum eſt de iudiciali examinatione, ſcilicet in iudicio, ſecundum hoc nauicula erit nubes. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube. Luc. 21. Transfretabit de cælo,& veniet in ciuitatem ſuam, ſcilicet vniuerſitatem omnium gentium per examinationem dicens, Ecce quid feci ego pro vobis, oſtendens vulnera vt ſtellas fulgentes, & vnus angelus portabit crucẽ, alius clauos, alius coronam, alius lanceam, alius ſpongiam, dicens. Quid feciſtis vos pro me? Ibi erit dolor illis qui nihil poterũt oſtendere. Nonum ſecretum eſt de regreſſu eius ad cælum. Poſtquam contra malos dederit ſententiam di. Diſcedite a me maledicti &c. Matth. 25. tunc ſubito terra aperietur, & abſorbebit eos, & claudentur in inferno, & in igne,& in fumo &c. etiam ſi aliæ pœnæ non eſſent ibi, maxima & ineſtimabilis eſſet miſeria, & poſt hoc aſcendet Chriſtus in nauiculam eccleſiæ triumphãtis, in quam aſcendet æternaliter regnando, & veniet in ciuitatem ſuam, ſcilicet paradiſũ. Nomen ciuitatis ex illa die dominus ibidem. Amen. Ezech. 6. Ecce quare dicit, Aſcendit in nauiculam, & venit in ciuitatem ſuam. Quare tota fides Chriſtiana conſiſtit hic. Dixi ſecundo quòd oſtenditur de Chriſto clementia copioſa, cum dicitur, Et ecce offerebant ei paralyticum, vſque, peccata tua. Marci. 2. dicitur quòd portabatur a quatuor. Ex deuotione portabant eum ad Chriſtum, qui tot mirabilia faciebat. Quorum fidem vt vidit Chriſtus, dicit paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. In hoc innuit Chriſtus, quòd ille ex peccatis infirmabatur. Ideo dixit, Confide, ſcilicet de ſanitate obtinenda. Remittuntur tibi peccata tua, quæ ſcilicet ſunt radij infirmitatis tuæ. Ac ſi diceret medicus infirmo, poſtquam eſſet bene

purg

purgatus, Confidite, quia vos estis sanatus, quia mala materia iam expulsa est. Dicatur hic quomodo omnes infirmitates veniũt ex peccatis, quia si nõ fuisset peccatũ Ade vel Eue, nunquam fuissemus infirmi, nec senes, & in morte cælũ ascendissemus. Sed ex peccatis porta fuit aperta ad infirmitates, & miserias &c. Ideo quãdo homo patitur, statim debet accusare seipsum ex aliquo peccato dicens, Venit ex peccato mihi ista infirmitas, quia deus nõ delectatur in tribulatione creature. Ideo statim debet recipere purgationẽ. s. cõfiteri, quia ex quo radix infirmitatis eiicitur, homo curat, alias sanitas nõ obtineret. Ideo medici habent preceptũ sub pœna peccati mortalis, vt ante omnia faciãt cõfiteri infirmum, priusquã recipiant eũ in cura. extra de pen. & re. cũ infirmitas. Et esset bonũ, ꝙ antequã ad eũ accederẽt, facerẽt eũ cõfiteri, ne post diceret infirmus, Ego sum mortuus, & anima curata. Leuius curat corpus. Sed medici aliqui, proh dolor, nõ seruãt modo istam practicã, ideo &c. Sed Christus vt bonus medicus prouidit primo animæ, remittẽdo peccata, & post curauit corpus. Ideo Greg. Nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Sed est hic quæstio. Si infirmitas venit ex peccato, quid dicemus de pueris, qui nũquã peccauerũt, & tamẽ infirmãtur? Respondeo ꝙ est multoties ex peccatis parentũ, quia quãdo puer patitur, ipsi puniũtur ex dolore. Itẽ pueri etiã cõcipiuntur in peccato originali, ad quod sequuntur iste pœnalitates. Sed est remediũ. Nam sicut faciunt isti domini, quãdo puer patitur febres, nutrix facit dietã, quia creatura, hoc est puer, nõ posset. Ita debetis vos parentes facere dietã pœnitẽtiæ, cõfitendo &c. Et si sanitas sit vtilis puero, deus dabit. Moraliter hic super hoc quod dicitur Mar. 2. ꝙ a quatuor portabatur ille paralyticus, & amore illorũ Christus curauit ipsum. Ideo dicit, Vidẽs Iesus fidẽ illorũ &c. Paralyticus est peccator, in peccato mortali existens. Ratio, quia sicut paralyticus nõ potest se iuuare, nec aliquid facere, sic nec peccator potest facere opera meritoria. Licet potest ieiunare, eleemosynã dare, vel alias &c. tamẽ nõ sunt sibi meritoria. Aut. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Veniet nox, scilicet culpæ, quando nemo potest operari, scilicet meritorie. Ioã. 9. Diceret aliquis, Ergo secundũ hoc quando ego sentio me in peccato mortali, melius erit vt dimittã ieiuniũ, vel alia opera &c. ex quo nõ sunt meritoria. Dico ꝙ nullo modo sunt dimittenda, imo addenda sunt etiã alia. de pe. distinct. v. falsas. Ratio, Licet non sunt meritoria gloriæ, tamẽ proficiũt ad multa alia, scilicet ad omnia pericula vitanda, ad habendum pacem, sanitatem, diuitias, bonam famam, amicitiam dominorũ, & quod magis est, trahunt hominem de peccato. Ideo non sunt dimittenda. Sed dicere debet intra se peccator, O miser, ego peccaui occasione mundi, vel ex inclinatione carnis, seu tentatione diaboli, tamen non dimittam bona opera, quia ex istis vos domine extrahetis me de peccato &c.

Præceptũ medicos obligans prius animæ ægri consulere salutique corporis.

Locus probans opera extra gratiã facta, esse mortua.

Quo pacto opera mortua sunt vtilia.

Sed

ſed gloriæ non ſunt meritoria. Verbi gratia. Quando anima venit ad portam paradiſi, & Chriſtus dicit, Videamus quantum tibi debetur, & de operibus omnibus factis in gratia dat remunerationem. Sed de illis factis in peccato, dicet, Illa non recipio in computo. Nam tibi ſatisfeci pro illis in vita. Verbi gratia. De beata Magdalena, vel de beatis Paulo & Mattheo, qui aliquando fuerunt in peccatis, & faciebãt multa bona opera de genere. Et quando anima Magdalenæ vel Pauli venit ad computum cum Chriſto, dicit Chriſtus, Tibi do gloriam tantam, quia tali die feciſti hoc & hoc, & etiam anima contentatur, & regratiatur deo. Sed ſi vellet petere ſalariũ de factis, vel operibus factis in peccato mortali, diceret Chriſtus, Non, quia in ira mea feciſti. Ideo dixit Ieſus, Ego ſum vitis vera, & vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere, ſup. meritorie. Ioan. 15. Paralyticus eſt ergo ille qui ſtat in peccato mortali. Modo videamus quomodo curabitur. Nam ſi debet curari, oportet ꝙ portetur a quatuor. Religioſus, vel clericus, vel laicus, ſi debet curari a Chriſto, oportet ꝙ a quatuor portetur. Quatuor portantes religioſum paralyticum ſunt, Obediẽtia generalis, paupertas apoſtolicalis, caſtitas angelicalis, diligentia cerimonialis. Quatuor portantes paralyticũ clericum ſunt, Caſta conuerſatio, deuota laudatio, ſancta celebratio, bona ædificatio. Quatuor portantes laicum, Oratio quotidiana, miſſa dominicalis, confeſsio quadrageſimalis, cõmunio paſchalis. Et tali dicetur a Chriſto, Confide fili, remittuntur tibi &c. Dixi tertio quòd oſtenditur de Chriſto potentia virtuoſa. Poſtquam Chriſtus dixit Paralytico, Confide &c. Phariſæi & doctores inimici Chriſti, qui erant ibi, non audentes loqui adinuicem ore, in corde dixerunt, Hic blaſphemat. Chriſtus autem oſtendit ſe eſſe verum deum & hominẽ. Verum deum in hoc, quia cognouit corda eorum, quod eſt proprium deo, nos vero poſſumus cognoſcere faciem, ſed non cor. 1. Regum 16. Homo videt ea quæ apparent, dominus autem intuetur cor. Autoritas. Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutans corda. Hierem. 17. Cum ergo vidiſſet Ieſus cogitationes eorum, dixit, Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, ſurge & ambula, &c. Ecce quomodo oſtendit ſe eſſe verum deum. Iſtud ſignum eſt Eſaiæ de Meſsia dicentis, Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos. Tunc aperiẽtur oculi cecorum, & aures ſurdorũ patebunt. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus. Eſa. 35. Ecce potentia virtuoſa. Moraliter hic ſuper hoc, quod dixerunt Iudæi contra deum, blaſphemat. Nota quòd duplex eſt blaſphemia, ſcilicet affirmatiua & negatiua. Affirmatiua eſt, quando attribuitur deo quod ſibi non conuenit. Negatiua, negando de deo quod ſibi conuenit. Verbi gratia. Vt intelligatis, & melius caueatis ſi tales

Solus deus corda intuetur.

Duplex blaſphemia, altera affirmatiua, altera negatiua.

les blasphemiæ sint inter vos quando iuratis de deo caput, cor &c. cum ense, scilicet lingua ad modum ensis facta, tunc est blasphemia affirmatiua, quia attribuitur deo quod sibi non conuenit. s. diuidi membratim, & vulnerari. Item tales plures committuntur blasphemiæ per ludum taxillorum. Negatiua blasphemia est, cum dicitur, Ego deū renego si facio, quia tollis deo fidelitatem quam sibi debes pro vana curiositate. Nō oportebit talibus vim facere tēpore antichristi, quia iam sunt assueti ad negandum. Item in ludo dicitur. Non potest deus hoc, quòd ante veniat Sinck quam deus es. Vultis scire quod peccatum est? Legitur. 3. Reg. 19. Et Esa. 38. Dicatur historia de Sennacherib rege de blasphemia negatiua, quam dixit, Non potest deus vester hoc facere quod liberet vos de manibus meis? & ex hoc mortui fuerunt clxxv. millia. Ex ista pœna patet grauitas peccati. Ideo non mirum, si habetis malum tēpus &c. imo miror qūo inuenitis aquam &c. Ideo amore dei corrigatur, & fiat ordinatio contra iuramenta, & ludos. Vnde scriptura dicit, Domine maledicti erunt qui contempserint te, & condemnati erūt omnes qui blasphemauerint te. Thobiæ 13.

Dominica xix. post Trinitatem. Sermo ij.



Onfide fili, remittuntur tibi peccata. Matth. 9. Iuxta hoc thema volo nunc declarare omnes rationes quas habemus cōfitendi de deo in omnibus necessitatibus nostris, & habendi gratiam dei in hoc mundo, & gloriā in futuro. Credo quòd erit bona materia & vtilis. Salutetur virgo Maria, Tota scriptura sanctæ Clare, & manifeste dicit & ostēdit quòd nos debemus ponere totam nostram spem & fiduciam in solo deo, & nō in creaturis. Ratio, quia omnia bona quæ sunt in hoc mundo, & fiunt, sunt a solo deo, tanquam a causa effectiua & principali. Creature autem non sunt nisi instrumenta, quibus mediantibus deus operatur. Licet sine illis posset illa facere, sed vtitur creaturis tāquam instrumentis, vt sartor vtitur acu, filo, vrna, & aliis. Et quamuis homines nō possent sine creaturis operari. Autoritas. Diuisiones operationū sunt, idem vero deus, qui operatur omnia in omnibus &c. 1. Cor. 12. Et cōcordat autoritas veteris testamenti di. Domine dabis pacem nobis. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Esa. 26. Oratio opus nostrum est, sed deus mouet linguam. Idem de contemplatione, ieiunio, vel peregrinatione. Magister est bonus, qui malo instrumento facit bonum opus. Hoc fundamēto facto, si tu speras aliquid a creaturis, vel sanitatem a medico, nec speres in medico, nec confidas, sed in deo, qui mediante medico vult te curare. Item noli confidere in agris, vineis, nec in bonitate temporis, pluuia, vel sole &c. tota fiducia debet esse in deo, & non in instrumentis, quia stultitia esset. Ecce quare tota confidentia debet esse in deo, & non in creaturis, quæ sunt sicut in-

strum

ſtrumentum. Patet doctrina. Autoritas. Dauid loquens de perſonis, de quibus confidunt gentes, dicit, Nolite confidere in principibus, neq; in filiis hominũ, in quibus nõ eſt ſalus. pſal. 65. Hoc dicit contra illos, qui volunt habere officia, dignitates, honores &c. & confidunt de amicitia dominorum & principum, Nolite confidere in principibus &c. quia ho die vel cras poſſunt deficere &c. Ideo ſequitur, Exibit ſpiritus eius, ſcilicet principis, & reuertetur in terram ſuam, in illa die peribũt omnes cogitationes eorum. ſ. qui in principibus confidebãt. Beatus cuius deus Iacob adiutor eius, ſpes eius &c. Qui autem oppoſitum facit, maledicitur in ſcriptura ſancta. Hæc dicit dominus. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & a domino recedit cor eius. Hierem. 17. Sed ille qui totam ſpem ponit in creatore, benedicetur ibidem, Benedictus vir qui cõfidit in domino, & erit dominus fiducia eius &c. Ideo dicit thema, Confide fili &c. Modo in vna parua ſumma ego epilogaui omnes rationes, quæ eleuant & excitãt cor creatũre ad confidendum in creatore, & ſunt ſeptem,

Prima eſt fidelis integritas.
Secunda cordialis puritas.
Tertia lachrymabilis vbertas.
Quarta timoralis ſcrupuloſitas.
Quinta miſericordialis largitas.
Sexta doctrinalis ſedulitas.
Septima virtualis firmitas.

Primo dico quòd prima ratio quæ mouet cor ad cõfitendum de deo eſt fides integra, quãdo. ſ. homo tenet fidem catholicam integre in corde, non dubitando in aliquo articulo, talis eleuat cor ad confidendũ, quòd obtinebit a deo quod petit. Ratio, quia vaſalli & ſubditi fideles valde confidunt de potẽtiſsimo domino ſuo diligente populum, ſecus de infidelibus. Cum autẽ Chriſtus ſit potentiſsimus, omnia potens, & ſic virtuoſus, nulli dubium eſſe debet, quin diligat populum ſuum, quia probatio dilectionis eſt exhibitio operis, ſecundum Greg. Solum ergo reſtat quòd nos ſimus fideles ſibi, & obtinebimus illa quæ petimus ab eo. Hæc fidelitas conſiſtit in duodecim articulis fidei. Sicut enim rex vel dominus facit capitula cum vaſallis, ita Chriſtus facit nobiſcũ duodecim capitula in Credo cõtenta. Dicatur ſemel cum proteſtatiõe. Si iſta capitula ſeruamus, fideliter cõfidere debemus & poſſumus de eo. Autoritas. In Chriſto Ieſu dño noſtro habemus fiduciam, & acceſſum in cõfidentia per fidem eius ad Epheſ. 3. Nota, fiduciã habemus, quãdo fidem integram in corde tenemus, & confidentiã, quãdo fidẽ ore cõfitemur in quolibet die mane & ſero. Secundo eleuat & excitat cor ad confidendũ de deo cordialis puritas, quãdo creatura non ſentit in ſe peccatum, de quo non fecerit pœnitentiam, & non fuerit confeſſus. Talis puritas dat magnam

magnam confidentiã. Ratio, quia quilibet cõfidit de amico dilecto & potenti, in quẽ nõ cõmisit offensam, & in necessitatibus recurrit confidenter ad eum, secus si reputet eum offensum, quia forte diceret, vadatis. Ita est & de Christo, quãdo sentimus nos esse in peccato. Si autẽ de præteritis pœnitentiã fecimus, cõfidere possumus, quia amicus cordialis noster est, di. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Io. 15. Nota, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Volo vos auisare de quinq;, quæ præcepit, quæ tangunt honorẽ suũ. Primo quòd non sustineatis diuinos, nec sortilegos, quia hoc est de directo contra diuinam maiestatem. Vultis hoc cognoscere? capiatis simile. Si vnus Agarenus veniret huc, quia traheret vasallos regis ad regẽ Agarenorũ, quid faceretis de illo? Si diuinus subtrahit hic gẽtes a Christi obedientia, vt obediant diabolo. Ecce præceptũ dei, Anima quæ declinauerit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponã faciem meã contra illam, & interficiam illam de medio populi sui &c. Leui. 20. Secũdo præcipit quòd nomen suum honoretur, sicut de notabili persona homo loquitur cum honore. Tertio nõ debetis iurare in vanum, nõ falso modo pro quocunq; lucro, quia parũ lucratur qui perdit animã suã. Ideo prouidere debetis ne nomen dei iuretur. Dominatores populi mei inique agũt, dicit dominus, & iugiter tota die nomẽ meũ blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar, scilicet precipiẽdo, ecce adsum, scilicet puniendo in hoc mundo per mortalitates, & fames, & in alio per æternam damnationem. Esa. 52. Tertio precipit quòd faciamus sibi aliquod seruitium, quia vos non daretis prouisionem alicui, nisi faceret vobis aliquod seruitium. Ideo vult deus vt in dominica abstineatis vos ab omni opere seruili, & seruiatis deo, audiendo missam &c. Quarto precipit vt honoretis ecclesiam, quia non solum rex vult honorari, sed etiam regina. Ecclesia est regina, ex qua generat filios legitimos. Honoratur ecclesia, quãdo non bibitis, nec comeditis, nec tripudiatis in ea. Sabbata mea custodite, & sanctuarium meum metuite. Ego dominus. Leui. 19. Vult insuper, vt præbeamus honorem suis seruitoribus, scilicet clericis, sicut dicit apostolus, Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina. 1. Timo. 5. Primus honor est dare eis quod tenemini dare. Secundus eos defendere, maxime a morte, vt patrem tuum. Not. contra putanas & concubinas, quæ occidũt clericos & populum. Ecce quare dicit, Vos amici mei estis. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo. 1. Ioan. 3. Tertia ratio est lachrymarum vbertas, quando persona tribulata in oratione, lachrymatur, illud dat sibi confidentiam. Ratio est, quia maior est confidentia paruulorum filiorum apud parentes ad obtinendum quod volunt, si

sunt

sunt lachrymosi, ita & de nobis. Omnes sumus paruuli. Bene paruus est puer ille, qui tota die maculat se ante & retro. Tales sumus nos, quo tidie sordidamur peccatis, & mater nostra ecclesia lauat nos. Ideo si cum lachrymis petimus confidenter, obtinebimus. Nota hic miraculū quod recitatur Dan. 13. de illa nobili domina, pulchra corpore, sed pulchrior anima. No. historiam, quæ flens suspexit ad cælum. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino. Dan. 13. Et fuit mirabiliter liberata. Quartum est timoralis scrupulositas, quando in omnibus qui timet deū cauet ne peccet cōtra eum. Quando ponunt se ad dormiendū, orant ne peccent. Itē quando surgunt. Item quando ponunt se ad comedendū &c. Tales possunt confidere de deo. Ratio, filij cauētes patris offensam, de ipso merito confidunt. Auto. In timore domini fiducia fortitudinis, & filiis eius erit spes. Timor domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. Prou. 14. Quatuor tangit. Primum in timore domini fiducia fortitudinis, s. bonorum tēporalium, quia deus conseruabit sibi omnia bona temporalia. Secundum, & filiis eius erit spes, quia deus amore patris dat eis abundantiam & prosperitatem. Tertium timor domini fons vitæ. s. gratiæ, quia timor custodit vitam siue gratiam. Quartum, vt declinet à ruina mortis. s. æternæ per vitam gloriæ. Quintum est misericordialis largitas. Qui enim largas & magnas facit pro deo eleemosynas, confidere potest ꝙ sibi non deficient bona sua temporalia, & consequenter bona cælestia. Nota, magnam confidentiā dant aui eius alæ, si vult eā capere aliquis, confidit ꝙ fugiet. Quasi duæ alæ sunt misericordia spiritualis, & misericordia corporalis. Ala dextra est misericordia spiritualis, habens septem pennas. Prima, ignorantē instruere. s. Pater noster, Aue Maria, Credo & sic de aliis. Secunda, errantē corrigere. Tertia, tristem consolari. Quarta, tediosum supportare. Quinta, iniurias remittere. Sexta, pro omnibus orare. Septima, dubitanti consulere. Ala sinistra est opus misericordiæ corporalis. Misericordia corporalis habet etiam septem pennas. Prima est. esurientē cibare. Secunda, sitientem potare. Tertia est nudum vestire. Quarta, peregrinum hospitare. Quinta, infirmum visitare. Sexta, captiuos redimere. Septima, mortuum sepelire. Cum his duabus alis anima volat ad paradisum, cum exit à corpore, & veniunt mille milia dæmonum ad capiendum eam, & ipsa confidens de illis, non timet eos. Ideo dicit scriptura. Fiducia magna erit coram summo deo eleemosyna, omnibus facientibus eam. Thob. 4. Sexta ratio est doctrinalis sedulitas, id est diligentia. Diligens prædicator bonas doctrinas prædicans confidere potest de deo. Ratio, miles qui domino suo non solum castrum commissum custodit, sed etiam cum hoc multa castra inimicorum eidem bellando acquirit, merito gerit confidentiam de ipso, vel etiam apud ipsum. Sic etiam cuilibet vestrum deus commisit castrum, id est propriam per-

Opera misericordiæ spiritualia.

Corporalia.

sonam ad custodiendum, & quilibet debet preeligere mortem antequam consentiat diabolo per peccatum mortale, qui autem custodit se, confidere potest. Ille etiam qui non solum custodit se per bonam vitam, sed etiam lucratur centum milia per sanctam doctrinam prædicando, confidere potest quòd erit magnus in curia regis Christi. Doctrina mea redundabit in labiis tuis, vt sit in domino fiducia tua. Prouerb. 22. Nota, dicit doctrina mea, & non dicit, Ouidij, vel Vergilij &c. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Mat. 5. No. qui fecerit, sup. sic &c. talis enim custodit castrum suum ne intrent inimici. & docuerit, sic enim acquiruntur alia castra. Cum enim prædicator docet humilitatem verbo & exemplo, & superbus humiliatur, castrum diaboli est captum, & sic de aliis. Septima est virtualis firmitas, scilicet perseuerantia. Ille enim qui incipit deo seruire, de deo non debet tantum confidere, quantum ille, qui diu perseuerauerit, cum proposito etiam perseuerandi. Nam seruus portans onus sibi commissum à mercatore, vsque ad domum domini sui, confidenter petit salarium suum, alias punietur. Sic etiam deus imponit cistam & fardellum preciosissimorum iocalium illi qui tenet bonam vitam, ad portandum vsque ad portam paradisi, quæ est mors corporalis, pro quo promittit salarium gloriæ. Ideo non debet desistere. Greg. Consideratio præmij minuit vim flagelli. Autoritas. Filioli manete in eo, vt cum apparuerit habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. 1. Ioan. 2.

De eadem dominica. s. decima nona. De mortuis, Sermo iij.



On habebitis vitam in vobis. Ioan. 6. Istud verbum dixit Christus Iudeis infidelibus. Salutetur virgo Maria. Sed iuxta modum quem volo pertractare, sciendum quòd duæ sunt conditiones morientium. Quidam moriuntur in gratia, & tales sine dubio habent vitam in paradiso. Alij moriuntur in culpa, & in peccato mortali, & isti nunquã habebunt vitam æternam. Istis dirigo the. dicens, Non habebitis &c. In bono statu & gratia moriuntur, qui decedunt innocenter vel pœnitenter. Innocenter, vt pueri nouiter baptizati, & tales innocentes statim euolãt, quia in baptismo virtute passionis receperunt gratiã dei. Et si antequã peccẽt moriuntur, habẽt gloriã. Ratio, quia gratia dei est principiũ certũ habẽdi gloriã paradisi, sicut qñ mercator in feria emit merces preciosas, primo dat arrã, deinde totũ preciũ, sed arra est signũ precij habendi: Ita Christus in feria huius mundi facit, dando gratiam quę est semẽ gloriæ. Nã in hoc mundo homo habet magnũ forũ, quia cum lachryma veræ contritionis potest emere paradisum quẽ in alio mundo non haberet, dando tot lachrymas quot guttæ aquæ sunt in mari. Christus autem venit de cælo ad emendum animas. Genes. 14. Da

mihi

mihi animas, cetera tolle tibi. Post iudiciū habebit corpora, sed modo habet animas, & in baptismo dat gratiā animę in signū ꝙ dabit gloriā. Ideo quando moritur puer, & anima per angelū ducitur corā Christo, datur sibi totum preciū gloriæ. Aut. Dauid in psal. 83. s. Quam dilecta. Misericordiam & veritatem diligit deus, gratiam & gloriā dabit dñs. Reddendo singula singulis, quia misericordiam diligit deus. s. emendo animas, ideo gratiam dabit dñs, & quia veritatē diligit deus, & promittit gratificatis gloriā, ideo gloriā dabit dñs. Secundo, quidam in bono statu moriuntur, quia penitenter moriuntur, qui de peccatis quæ fecerūt post baptismum penituerunt. O quot peccata, quot corruptiones, proh dolor fecimus post baptismū, qua ex causa nō possumus ire innocēter vt pueri, oportet ergo nos deponere peccatum per pœnitentiā & conteri de peccatis, & recipere bonum propositum non peccandi, & seruandi pœnitentiam datam à confessore, oportet etiam satisfacere & parcere inimicis & sic de aliis, & sic homo reconciliatur deo. Tales, qui sic pœnitentiam egerunt condignam, quando morientur, habebunt vitam æternam. Ratio, quando super aliquo debito vel promissione homo habet instrumentum, & vltra hoc pignus de auro & argento, homo est securus de debito seu promissione. Modo dico, ꝙ quilibet faciens pœnitentiam de peccatis suis habet instrumentum firmum. habendi gloriā æternā, & habet pignus de auro & argento. Instrumētum recipit à notario. s. à propheta Ezech. Clausula instrumēti di. Si impius egerit pœnitentiā ab oībus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudiciū & iustitiā, vita viuet, & non morietur. Eze. 18. Pignus de auro puro est charitas, de argento est gratia dei, quæ non est sine charitate, nec econuerso. Sicut enim aurū est super omnia metalla, ita charitas super omnes virtutes est, excedēs in dignitate. Vñ apo. Maior autē horū est charitas. 1. Cor. 13. Ideo faciēs pœnitentiā certus est & securus de gloria, quia habet instrumētū & bonū pignus. Iō pœnitētibus di. apost. Nūc liberati à peccato, serui autē facti deo, habetis fructū vestrū in sanctificationē, finē vero vitā æternā, stipēdiū pctī mors est, gra dei. i. per gratiā vita æterna in xpo Iesu dño nostro. Ro. 6. De his duabus cōditionibus morientium dicit the. amoto ly non, Habebitis vitā in vobis &c. Aliqui aūt moriuntur sine gratia dei, in peccato, in malo statu, & istis dicit the. Non habebitis vitam &c. In summa sunt tres conditiones personarū, sic in malo statu morientiū. s.

Infantes sine baptismo decedentes.
Christiani finaliter impœnitentes.
Pagani in Christum Iesum non credentes.

Istis tribus cōdirionibus personarum dicetur, Non habebitis vitam in vobis. Dico primo quòd infantes sine baptismo decedentes non habebunt vitam æternā. Ratio est peccatū Adæ. Diceretis vos, & quare cum

tales nunquã peccauerint, nec corde cogitando, nec ore loquendo, nec corpore operando, quare ergo non habebunt vitã æternã? Dico ꝙ propter peccatũ Adæ, quod in paruulos est traductũ, qui descenderunt ab Adã per generationẽ carnalẽ. Aut. Per vnum hominẽ peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatũ mors, non solũ corporaliter, sed etiam æternaliter, In quo omnes peccauerũt, ad Ro. 5. Propter hoc pueri sine baptismo decedentes non habebunt vitam æternam. Sed est hic forte vnum argumentũ, Quare ex peccato patris punietur filius? Non enim videtur iustũ, ꝙ si pater facit homicidiũ vel furtũ, ꝙ puniatur filius, qui nondum erat natus, maxime cum dicat scriptura, Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij &c. Eze. 18. Verbum est dei. Igitur videtur ꝙ tales pueri non priuẽtur vita æterna propter peccatum Adæ. Modo audite responsionẽ, & erit ad magnam illuminationem vestram. Ex dicta enim ratione Iudei & alij infideles negant peccatũ originale. Dico ad argumentũ, ꝙ ex peccato patris filij non debent puniri pœna sensus, sed bene pœna damni. Verbi gratia. Si rex habens castrũ altũ in Francia, & inexpugnabile, cõmittit ipsum vni militi & vxori suæ ad modũ Hispaniæ, vt ipsum fideliter custodiat castrũ ab inimicis, & ille miles statim habita possessione castri, loquit cũ inimicis regis, tradens eis castrũ, faciens se eorũ vassallũ. Rex quia est potens, recuperans castrũ, illũ militẽ & vxorẽ puniet, sed quia pius non vult interficere militẽ & vxorẽ cum posset, sed mittit in exilium. Qui post generat filios, qui filij, si vellent redire ad curiam regis, rex non vellet eos, di. Foras, quia nolo filios proditoris, ꝙ si dicerent filij, Dñe nondũ eramus nati. Et rex, Verũ est, ideo non do vobis aliã pœnã, suspendẽdo, vel aliter, sed in curia mea nolo filios proditoris. Ista macula semper præcedit eos. O dicetis vos, Rex facit eis injuriã. Nõ est verum. Idẽ deus rex summe potẽs habebat castrũ altũ, forte, & inexpugnabile. Altum, quia altius aqua diluuij, de quibus dicit textus, Gen. 7. ꝙ ascenderunt. xv. cubitis super omnes montes mundi, illo. s. in paradisum terrestrem non ascenderunt. Altius igitur est nubibus, ideo nõ pluit ibi, & sunt ibi fontes. Dicit Beda ꝙ arbores tangunt cælum Lunę. O quam inexpugnabile castrum, altum, & forte est paradisus, Et commisit ipsum Adæ & Euæ ad modum Hispaniæ. Ecce charta commissionis. Posuit deus hominem in locum voluptatis vt operaretur, & custodiret illum, Genes. 2. Nota, operaretur, non operando, sed delectando. Et fuit proditor, intantum quod illa eadẽ die tradidit castrum inimicis, & fecit se seruum eorum, quia qui facit peccatum seruus est peccati. Io. 8. Nunquam fuit talis proditio. Sed dominus rex omnipotens sciuit recuperare castrum, & etiam Adam &c. Et quia deus est summè pius, noluit interficere Adam nec Euam, sed dedit sententiam ne aliquis filius suus intraret curiam suam. Ideo quando anima pueri non baptizati

petit ingressum, dicit Christus, Et nunquid tu es filius proditoris? Si dicat, Dñe ego adhuc nõ eram, nec consensi. & Christus, Ideo nõ dabo tibi pœnam cum damnatis in inferno, sed priuaberis curia cælesti, & regis æterni visione in æternũ cum sociis tuis &c. Non habent ibi pœnã, nec dæmones, imo diligũt se; disputãt, tamen sunt sine gratia, & nunquam habebunt gloriã æternam, quia pater eorũ, scilicet Adam pro se & filiis suis perdidit castrũ. Et si quæratur, Nonne Adam est in cælo, siue in paradiso? Dico ꝙ sic, quia fecit nõgentos annos pœnitentiã, sed nõ est simile de pueris, quia pueri nõ faciunt pœnitẽtiam, nec lauantur per baptismum, ideo exilium perpetuũ sustinent. Ideo apostolus, Eramus natura filij ire, sicut & cæteri. Ephe. 2. Nota, filij iræ, quia rex iratus dicit, Nolo filios proditoris. Aug. de fide ad Petrũ vocat istam iram ignem. No. cũ dicit, eramus. s. ante baptismum, modo aũt non, quia per baptismum facti sumus filij dei, quia sicut vir de vxore sua generat filios, ita Christus de ecclesia sponsa sua in vtero fontis generat filios. Semen est verbum dei. Lu. 8. Si filij, & hæredes. Rom. 8. ideo Ioan. 1. dicitur. Dedit eis potestatẽ filios dei fieri. Modo scitis quid est peccatũ originale, scilicet illa macula proditoris, à qua filius lauari nõ potest nisi per baptismum. Ideo de prima cõditione morientium sine gratia sunt pueri sine baptismo decedẽtes. De istis dicit thema, Non habebitis vitam in vobis. Hîc auisentur illi qui de matrimonio sunt, vt sint diligẽtes ne filij moriantur sine baptismo, & ne sit culpa eorũ, ꝙ sine baptismo decedũt pueri, caueat vir quando scit vxorẽ grauidam, ne male eam tractet, caueat ipsa vxor à tripudiis, a saltando, à fodiendo, quia ex quo concepit, quadragesimo die fetus habet animam, si sit masculus, vt ponit glo. Leuiti. 12. Itẽ caueant ne partum impediãt ad cooperiẽdum peccatũ, quia in iudicio resurgẽt iuuenes, petentes a Christo iustitiam cõtra patrem & matrem. Dico secundo ꝙ alij sunt decedentes sine gratia in peccato mortali, qui prius fuerũt baptizati, scilicet Christiani finaliter impœnitentes, qui sciunt se malam vitam tenere, & in peccatis viuere, nõ habentes propositũ cauendi, qui nõ confitentur, nec satisfaciũt, & nolunt parcere inimicis, nec cõmunicant, nec curant de missa, nec sermone, sed viuunt sic bestialiter. Tales nũquam videbũt faciem dei, nec ibunt cum pueris sine baptismo decedẽtibus, sed profundiùs in inferno. s. damnatorum. Istis dicitur, Non habebitis vitam in vobis. Nec mirũ est, quia deus est iustus, omnia opera sua fundans in iustitia. Modo qui scienter interfecit se, certũ est ꝙ ille damnabitur, secus si homo ignoranter interficeret se, comedendo escas venenatas. Sed si dicatur vobis, Non comedatis de illo cibo, quia est venenatus, & vos nõ vultis abstinere, quia bene sapit vobis, mortem scienter infertis vobis, & tãc damnationem demeremini, interficitis vosmetipsos. Scitis quia omnis homicida non habet vitam æternam. 1. Ioan. 3. Modo tales sunt peccatores, qui ex sa-

Quoto die anima puello infunditur.

pore escarum interficiunt se scienter, singulariter in duabus escis, scilicet auaritiæ & luxuriæ homines se interficiunt spiritualiter, & etiam nonnunquam corporaliter. In quibus inueniunt magnū saporem. Maguum saporē sentit latro, quādo bona alterius vel pecunias sibi potest applicare, sed ibi est venenum peccati mortalis, velle habere, & possidere, scilicet quod non est suū, sed ex sapore seipsum occidit, damnādo se. Idem de vsurariis, qui mutuant vt recipiāt plus &c. Dicatur de speciebus vsuræ. ℣ O vsurarie, nonne vides ibi venenū peccati mortale? Verbi gratia. Quādo vsurarius mutuat &c. & quolibet anno recipit tantū tritici propter mutuū, peccatum mortale cōmittit, sed quia bene sapit sibi auaritia, ideo vsuram recipit, etiā sciens vsuram nō esse licitam, sed magis dānationis causam. Nonnulli tamē vsurarij vsūram putant esse licitam, qui in sui erroris confirmationem dicunt & allegant dicētes, Nonne redditus sunt liciti? Quibus respōdeo, ℣ redditus sunt boni & liciti seruatis duabus cōditionibus. Prima est ℣ sit vera emptio. Secunda ℣ pretium sit iustum. Sed quando est mutuum, tunc recipere aliquid vltra sortem principalem propter mutuum est iniquum & vsurarium, nec papa posset in hoc dispensare, quia vsura lege diuina prohibetur, secundum illud verbū sāluatoris, Mutuum date, nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa. Luc. 6. Et vsurarius nisi pœniteat, damnatur, similiter & notarius conficiens instrumentum de vsura soluenda. O quot interficiunt se ex sapore istius cibi &c. Nullus dicat, Vidua vel clericus potest tantum recipere pro libra &c. quia papa etiam cōcedit, quia falsum est. Ideo Christus dicebat. Mutuum date, nihil inde sperantes. Luc. 6. Alius cibus valde sapidus personis mundanis est luxuria, vir & vxor actum matrimonialem facere possunt sine peccato, saltem mortali, etiam si vxor sit grauida vel infirma. Sed quicūque alius vel alia veneream procurat delectationē, vel etiam si simplicem cōmittat fornicationem, mortaliter peccat. Dicit luxuriosus, O quam bonū esset consolationem habere cū tali &c. O miser, nescis ℣ ibi est venenum, si viatori sitibundo daretur optimum vinū, & diceretur sibi, venenatū est, non biberet. Nunquid poterit aliquis gustare quod gustatū affert mortem? Iob. 6. Tu scis ℣ ille cibus mortalis est, demptis his qui in matrimonio sunt, qui sine peccato mortali commiscēri possunt. Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortē. Iaco. 1. Peccatum enim mortale habet initium, medium, & finem. Initium est cogitatio, medium est delectatio, finis est consensus, & tunc est mortale. O quot interficiūt se &c. Homo enim per mālicium suam, scilicet per peccatum mortale occidit animam suam. Sap. 16. sicut qui sciens comedit cibum venenatum. Et talibus potest dici thema. Non habebitis vitam in vobis. Ergo quasi à facie colubri fuge peccata. Eccle. 21. Dico ℣ tertia conditio eorum, qui malè moriuntur, & sine gratia, est Paganorum, & Gentilium, in Iesum Christum

Ius diuinū vsuram vetans.

Christum non credentium, vt sunt Iudæi, Agareni, & alij infideles, & omnes vadunt ad infernum, quia bona quæ faciunt nihil eis prosunt, etiam si darent quolibet die mille florenos amore dei, & ieiunarent, & dormirent super terram, & portarent cilicium. Tales si moriantur, non credentes, damnantur. Autoritas. Sine fide impossibile est placere deo. Credere enim oportet accedentem ad deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Heb. 11. Nam sicut serui infidelis seruitia non placent regi, nec sunt ei accepta, licet sit multum diligens, quia fundamentum est fidelitas. Sic etiam seruitia infidelium æternæ vitæ nõ sunt meritoria, ergo dicit, Sine fide est impossibile deo placere. Diceret aliquis, Frater quid dicitis? videtur enim oppositum esse verum. Possibile enim est ꝙ sit Gentilis, vel Agarenus quidam, credens se bonam fidem habere, & si sciret nostram meliorem, eam reciperet, ergo talis non damnabitur. Idem de Tartaris distantibus, qui nesciũt Christum, nec audiunt prædicare de Christo, quare ergo tales damnantur? Dico ꝙ damnantur ex peccatis quæ faciunt. Nam si detur vnus Iudæus, vel Agarenus, tenens bonam vitam moraliter, ita ꝙ non sit auarus, luxuriosus &c. talis in breui illuminaretur a Christo, & habebit fidẽ Christianam, & etiam si esset syluestris, deus mitteret sibi angelũ, sed quia viuunt in peccatis, habentes oculos clausos per obstinatam malitiam, ideo ex eorum malitia damnantur. Dicas similitudinem de ebrio, qui in ebrietate interfecit patrem vel matrem, nesciens quid facit, nunquid talis est sine culpa? Responsio quòd non est sine culpa. Ergo si dicatur, imo quia ebrius erat. Solutio, quia inebriauit se totum, imputabitur sibi. Idem de infidelibus, qui inebriantur superbia, auaritia, luxuria &c. & interficiunt animas suas. Hoc eis imputatur. Idem de Iudæis &c. qui sua malitia claudunt sibi oculos. Idem de Mauris, qui non permittunt disputationes nec prædicationes, sed si tenerent bonam vitam, moraliter illuminarentur. Autoritas. Si quis voluerit voluntatem, scilicet moraliter viuendo, facere eius qui misit me, cognoscet de doctrina, scilicet Christiana vtrum ex deo sit. Ioan. 7. Imo quod maius est, Christiani ex mala vita & in peccatis diu perseuerando perdunt fidem dicendo, non est alia vita. Et dicunt nonnulli, Quid scit homo vtrum sit alia vita? & similia verba. Et licet propter timorem non audeant dicere ore, tamen in corde hæsitant, quia mala conscientia secum ducit minorem credentiam. Autoritas. Bonam conscientiam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. 1. Timoth. 1. Si ergo Christiani ex mala vita perdunt fidem, quomodo infidelis cum mala vita veniet ad fidem? Ideo ex eorum culpa damnantur. Quibus potest dici, Non habebitis vitam in vobis. Nota, quòd sunt multi solo nomine Christiani, qui pelores sunt quam infideles, sicut sunt, iuratores, blasphematores &c. Ideo

Bene vtẽs naturalib⁹ illumina-tur certissime a Deo supernaturali cognitione, nempe lumine fidei.

maiorem damnationē habebūt. Dicatur exemplū de beato Machario, qui in heremo inuenit testam siue caput hominis mortui infidelis &c. Detur modus affirmandi per aduerbia, & matres doceant & corrigant filios ne iurent. Istud consilium dedit Christus di. Audistis quia dictum est antiquis, Non periurabis: ego autē dico vobis non iurare omnino, neque per cælum, neque per terram. Sit autē sermo vester est, est, non, non. Quod autem his abundantius est, à malo est. Matth. v.

De eadem dominica, scilicet xix. Sermo. iiij.

RENouamini spiritu mentis vestræ. ad Ephes. 4. Verbum istud legitur in epistola currētis dominicę. Salutetur virgo Maria. In his verbis apostolus innuit q̄ peccatū mortale facit senescere & antiquare animam, cū dicit, Renouamini &c. Tacite enim hoc præsupponit. Super hoc fundabo sermonē meum, & habebimus speculationes & moralitates. Pro quo sciendum q̄ senectus & antiquitas sunt cōditiones & proprietates creaturarū corporaliū, & corruptibilium, & mortaliū. Non enim conueniunt creaturis spiritualibus. Multa milia annorum sunt q̄ Michael fuit creatus, & est ista iuuenis hodie vt in prima die creatiōis suæ. Idem de Gabriele, Raphaele, & sic de aliis. Senectus enim & antiquitas non habent locū in eis. De quo, scilicet quomodo angeli sunt incorruptibiles, vide sanctū Tho. j. part. q. v. art. vlti. Idem de animabus, Ita iuuenis est anima hominis .c. vel mille annorum, sicut anima pueri vnius diei, quia sunt substantiæ spirituales, & non senescunt, nec antiquantur. Autoritas. Oleum effusum nomen tuū, ideo adolescentule &c. Can. j. Not. oleum effusum, scilicet fides Christiana vbique diuulgata & predicata. Nomen Christi dicitur hic oleum, alibi vnguentum, quia est medicina animarū, quia in puncto quo pueri vel adulti baptizantur, curantur animæ, & est effusum in cælo, quia ex eo curatur vulnus siue casus malorū angelorum, & in terra, quia fides Christi in omni generatione fuit per sanctos apostolos prædicata. Ideo adolescentule. s. creaturę spirituales, in quibus nō cadit senectus, dilexerunt te nimis. i. valde. Senectus enim seu antiquitas solum habet locū in creaturis corporalibus, & tamē non in omnibus, quia sol, luna, stellę, planetæ, & cælum, licet sint creaturæ corporales, tamen non sunt corruptibiles ex cōpositione contrariorū. Sed senectus habet locū & cadit in creaturis corruptibilibus, siue mortalibus: domus enim dicitur antiqua vel noua, arbor, nauis, & similia, & corpora nostra antiquantur, eriā & animalia &c. Patet ergo q̄ senectus & antiquitas sunt proprietates seu cōditiones creaturarū animalium corporaliū. Autoritas. Omne quod antiquatur & senescit prope interitum est. Hebr. 8. Si ergo volumus propriè loqui de senectute, animæ nostræ nō sunt antiquæ, sed apostolus præsupponit & innuit q̄ animæ nostræ senescunt & antiquantur de peccato mortali, quia omnes

defectus

defectus quos senectus dat corpori naturaliter, eosdē defectus dat peccatum animæ spiritualiter vel moraliter. Ideo dicit thema, Renouamini spiritu mentis vestre. Patet thema. Quæsiui enim & inueni quòd sex sunt defectus quos senectus adducit corpori naturaliter.

Primus est dealbatio capillorum.
Secundus obturatio sensuum.
Tertius corruptio cutis.
Quartus incuruatio capitis.
Quintus debilitatio in membris.
Sextus appropinquatio mortis.

Istosmet sex defectus adducit peccatum in animā spiritualiter, seu moraliter. Ideo dicit thema, Renouamini spiritu mentis vestre. Dico primo quòd primus defectus quem senectus dat corpori est dealbatio capillorū. Licet enim in iuuentute homo habuerit capillos nigros, communiter in senectute tamen dealbantur naturaliter. Ratio, quia humiditas & frigiditas capitis seu cerebri putrefaciūt radices capillorum, & sic dealbantur. Sicut enim in autumno folia arborū prius viridia dealbantur, & cadunt, ita est de capillis. Et licet hoc sit clarum & certum, tamen de hoc autoritas. Antiquus dierū sedit, & capilli capitis eius quasi lana munda. Daniel. 7. Modo videamus si peccatū mortale facit hoc in anima. Capilli animæ sunt varie cogitationes, innumerabiles, volatiles, & volubiles, vt capilli; quot enim sunt cogitationes hominis vigilando, dormiendo, ibi & ibi &c. per terrā, per mare, in tantum ꝙ Dauid de suis cogitationibus dicebat, Multiplicate sunt, scilicet cogitationes meæ, super capillos capitis mei hic & ibi, ideo cor meū dereliquit me. Psal. 39. Ex ista ratione dicebat Iob, Cogitationes meæ varię succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur. Iob. 20. Dico ꝙ persona existens in gratia habet capillos nigros, id est cogitationes ex humilitate, cogitando proprios defectus, quia quāto persona est melior, sanctior, & perfectioris vitæ, tanto magis cogitat suos defectus; dicens intra se, O miser, iste gratiæ quas deus posuit in me ita corrumpuntur vt vinum in malo dolio, quia nō cōseruaui istas gratias & virtutes ita pure & sancte &c. imo iste liquor pretiosus gratiarū ex defectu vasis corrumpitur. Ecce humilitas. Isto modo beata virgo Maria valde humiliabatur cogitando gratias à deo receptas; & quasi nihil se esse reputabat ex humilitate. Ideo sancti patres ordinauerunt pro tempore, quòd quando dicitur aliquid in choro, quòd faciant veniam, quasi petentes veniam, quia impossibile est aliquid à nobis fieri sine aliquo defectu, vel in opere, vel in cogitatione. Ex ista ratione de persona deuota dicit scriptura, Come eius sicut elate palmarum, nigre quasi coruus. Cant. 5. Come, id est cogitationes, quasi elate, id est folia palmarum, quæ sunt recte, quæ significāt quòd omnia bona quæ faciūt attribuunt deo dicendo, Domine si quid

boni feci, a te est, quia ex parte mea cogitationes & opera nigra sunt, ex defectibus quasi coruus. Senectus peccati mortaliter capillos nigros facit albos. Dicũt quidam peccatis assueti statim, Et si ego peccaui, Dauid etiam peccauit. Si ego cecidi, talis sanctus etiam cecidit. Ego ieiuno & facio eleemosynam, facio sic & sic, & non ille. Ecce cogitationes albas peccatorum, qui non cognoscunt proprios defectus ex præsumptione. De ista præsumptione legitur Luc. 23. De quodam homine, qui reputabatur esse sanctus, qui dicebat, Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut etiã hic publicanus, ieiuno bis in sabbato. Iste habebat capillos albos. Stulte egit, & coram deo laudabat se, & totus erat canus in se, non cognoscens aliquem defectum. Ita accidit vobis, quando vaditis ad confitendum. Aliqui dicunt, Pater interrogate me quia nõ recordor de aliquo peccato, & mentiuntur primo, sed si confessor interrogaret, quid de vicina vestra? non solum dicerent peccata mortalia, sed etiam venialia. Omnes estis cani non cognoscentes proprios defectus, signũ est male vitæ habere cogitationes albas, scilicet laudando vel cõmendando se. Ideo apostolus, Renouamini &c. Dico ꝙ secũdus defectus est obturatio sensuũ, scilicet quãdo visus ingrossatur, & indiget vitreis. Itẽ auditus nõ audit, nec olfactus sentit. Idem de gustu & tactu. Ratio naturalis. Humores enim grossi abundant in antiquis, & obturant sensus. Autori. Dixit ille miles quãdo inuitabatur a Dauid, octogenarius sum hodie, nũquid vigent sensus mei ad discernendum suaue vel amarũ? aut delectari potest seruus tuus cibus & potus, vel audire possum vltra, voces cantorũ atque cantatricum? 2. Reg. 19. Modo videamus si peccatũ aliquod inducit istũ defectũ in anima. Dico ꝙ personæ quæ viuunt in peccatis ita habẽt sensus animæ obstrusos, ꝙ nihil sentiũt de malis animæ, sed de malis corporis imo bene sentiũt. Verbi gratia. Si homo vadit per viam discalciatus, statim sentit spinã. Sed quando vaditis ad diuinos pro sanitate, acsi possent dare sanitatẽ, & diabolus trãsfigit cum lancea animã vestram, vos nõ sentitis, & sic mala corporis statim sentitis, sed nõ animæ. Si aliquis fur iret per villam furãdo, statim vos sentiretis, & sustinetis diuinum notoriũ &c. & non sentitis. Istud peccatũ sufficit vt ira dei descenderet super vos. Itẽ si in scutellis inueniatur lapillus inter dentes, statim sentitur. Sed quando tenetis in ore saxum magnũ, iurando, & blasphemando, nõ sentitur, vel proximũ diffamando. Ecce quomodo peccatum facit perdere sentimentũ. Dico tertio ꝙ tertius defectus quẽ adducit senectus est corruptio siue corrugatio pellis. Iuuenis habet pellem lenem, & planã in facie & in manibus, senex vero totam rugatam. Ratio naturalis, quia iuuenis est carnosus, & replet pellem, sed in senibus caro minuitur. Ideo pellis rugatur. Ideo Iob, quãdo dicebatur sibi ꝙ erat iuuenis, ipse ostẽdens oppositũ dicebat, Ruge mee testimonium

dicunt

dicunt contra me. Iob. 16. Sic quãdo persona stat in bona vita in gratia, anima est iuuenis & pinguis. Plana pellis animæ est conuersatio exterior, & sicut pellis cooperit carnem, sanguinẽ, & ossa, ita conuersatio. Persõna enim bona, sancta, & virtuosa, talis est intra, qualem ostendit extra se, qualis in domo, talis in vico, qualis in abscõdito, talis in publico. Si dicit aliquis, ꝙ sit humilis, ipse est humilis, si se ostẽdat pauperem ad extra, talis est in corde. Idem de castitate, abstinentia, pœnitẽtia, patientia, & diligentia, totũ est plana pellis, sed peccatũ facit rugare pellem cõuersationis. Quando enim homo cadit in peccatũ, verecundatur ostendere, & aliter ostendit extra quã sit intus. Ad extra ostendit se humilem, inclinat caput, sed intus abũdat superbia, sicut Lucifer, pellis est rugata, ostendit se amatorẽ paupertatis, castitatis, claritatis, abstinentiæ, patientiæ, diligentiæ, sed intus est totum oppositũ, totum est rugatum. Alij ostendunt se amicos extra, dicentes, Vultis aliquid, ego sum totus vester. Sed retro si possunt, accusant & diffamant, & quando aliud non possunt, vadunt nocte aliqui, & amputant vineã &c. dicendo, Quia ipse non potest probare, & nos negabimus. Tales tenentur restituere damna, si vnquam volunt saluari, alias nec cõfessio, nec aliquid prodest ad saluationẽ. Idem de notario mutante testamentũ, vel clausulam testamenti ex mala voluntate. Idem de falso teste in damnũ proximi, totum est rugatum. Vultis scire quòd peccatum est? dicit Christus per os Ioannis cuidam palliato siue rugato, Scio opera tua, quia neque frigidus es, neq; calidus, vtinam frigidus esses aut calidus, sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Apocal. 3. Calidus vel frigidus est ille, qui talem se ostẽdit extra qualis est intus. Ille est frigidus qui sicut est malus intus, ita se ostendit extra, si intus habet malam voluntatem, odium, & rancorem, contra alium extra ostendit sibi. Calidus est ille, qui sicut bonus est intus, ita & extra, si amicus ab intra, etiam ostendit extra. Sed tepidus est ille qui ad extra se ostendit amicum, & intus est inimicus, salutat ante, & diffamat retro. Si dicatur, Nunquid est melius esse tepidum quàm frigidum? Dico quòd nõ, quia de frigido homo potest se abstinere, a tepido non si religiosus, vel clericus, vel laicus sit calidus, non sequitur malũ, quia boni sunt, si frigidus, non creditur eis, ergo non sequitur malum, sed quãdo est tepidus tunc damnificat, quia confidunt in eis, & decipiunt. Bona mulier non cõfideret de malo religioso, vel clerico, seu laico, sed quia confidit de tepido, ideo est defraudata. Ecce quare dicit. Vtinã frigidus esses &c. sed quia tepidus es, incipiã te euomere ex ore meo, & hoc quãdo Christus in iudicio dicet, Discedite a me maledicti, quia tepidi corrũpunt totũ mũdũ. Ideo renouamini spiritu mẽtis vestre. Dico quarto ꝙ quartus defectus quẽ inducit senectus est incuruatio capitis. Iuuenis vadit erectus, senex aũt incurua tus. Ratio naturalis. Sicut ignis emittit flãmas in altũ, ita cor hominis

iuuenis

iuuenis est ita ardens quòd facit ire recte, sed quando calor cordis minuitur propter senectutem, caput inclinatur. Istum defectum facit peccatum in anima. Persona quæ est sine peccato habet caput animæ, scilicet cogitationes, erectum, cogitando deum, paradisum, cælestia, & ardenter desiderat ibi esse, intantum ꝙ si deus diceret sibi, Ab hinc vsque ad annum venies. Diceret sibi, O domine, debeo adhuc tandiu peregrinari, & a te separari? Quia calor deuotionis erigit caput, sed peccatum mortale facit inclinare caput ad terrena vt bestiæ. quæ quia nihil habent in cælo, respiciunt terram. Peccator non delectatur respicere cælum, sicut nec latro iudicem in cathedra eleuatum. Exemplũ euangelij de quodam publicano. Publicanus autem a longe stans nolebat oculos suos in cælum leuare. Luc. 18. quia peccatũ trahit deorsum ad cogitandum & desiderãdum terrena, dicendo, O si possem habere hoc vel hoc: sic descẽdunt inferius ad infernũ. De hoc dicatur miraculum euangelij de quadam muliere iuuene & pulchra, quæ ibat recte, & subito fuit infirma de curuitate, nec poterat eleuare caput vt respiceret alios, de quo omnes mirabantur, nescientes vnde, sed Christus sciens causam dixit, Mulier dimissa es ab infirmitate tua, & imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat deum, & dixit Christus, Hanc filiã quam ligauit Sathanas. xxiij. annis, oportuit solui. Luc. 13. Istá mulier significat animam humanam recte incedentem, quæ viuit bene, respiciendo delectabiliter sursum hæreditatẽ dimissam a patre in testamẽto. Dicit clausula testamenti, Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Luc. 12. Sed quando peccat, perdit calorẽ deuotionis, & incuruatur, sed quando Christus suis manibus tangit cor, dans contritionem, erigitur. Ideo Christus, Respicite & leuate capita vestra, quoniã ecce appropinquat redemptio vestra. Luc. 21. Renouamini spiritu mentis vestre. Dico quòd quintus defectus quẽ inducit senectus est debilitatio membrorum. Iuuenis enim est fortis & robustus, senex autem debilis, ideo cum baculo sustentatur. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Esa. 1. Hoc facit peccatum in anima, quando anima est in gratia, est fortis intantum quod nõ posset cogi ad peccandum ab omnibus dæmonibus, sed post peccatum est ita debilis quòd statim cadit. Sicut mulier, virgo vel alia, antequã peccet, fortis est ad resistendũ, sed amissa verecundia, & facta corruptione, infirme sunt, & de facili deinceps labuntur & seducũtur. Ideo mulieres auisetis vos, ne perdatis frenũ verecundie. Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Thren. 1. Item quando persona est in gratia, habet genua, manus, & omnia membra firma ad orandũ, & nõ attrediatur de genuflexione, manuũ eleuatione, nec de ieiunio, cilicio, nec de disciplinis. Sed ex quo est in peccatis, statim attrediatur. Infirmata est in bonũ quæ habitat in amaritudinibus. Mich. 1. Amaritudo signat peccatum,

quod

quod ducit animam ad amaritudinē dānationis. Ideo renouamini &c. Dico sexto ꝙ sextus defectus quem senectus facit est appropinquatio mortis. Licet moriantur ita bene iuuenes sicut senes, tamē naturaliter iuuenis plus distat à morte, quia debet viuere viginti vel quinquaginta annis adhuc. Senes autem iam sunt in ianuis mortis. Omne quod antiquatur & senescit prope interitum est. Heb. 8. c. Hoc facit peccatum animę, facit animam esse prope mortem infernalem plusquā camisia sit prope carnem, quia statim quando exit à corpore, non tardat per annum, vel per mensem descendere ad infernum, sed in puncto. Ducūt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Iob. 21. Ideo Dauid in persona peccatorum dicit, Vno tantum, vt ita dicā gradu, ego morsque, s. æterna diuidimur. 1. Reg. 20. Si ergo peccatū mortale facit istos sex defectus in anima, quos senectus facit in corpore, ergo bene potest dici senectus animæ moraliter. Ergo renouamini. Renouatur homo per contritionem, cofessionem, & pœnitentiæ assumptionem, vel acceptationem, & per satisfactionem, & iniuriarum remissionem. Et quanto iniuria est maior, tanto meritum remissionis est maius. Igitur renouamini &c.

De eadem dominica xix. post Trinita. Sermo. v

REnouamini spiritu mentis vestræ. Istud verbum habetur textualiter ad Ephe. 4, & recitatiuè in Epistola currentis dominicæ. Quia nullus sermo seu doctrina habet virtutem nec efficaciam conuertendi peccatores ad bonam vitam sine gratia dei, ideo salutetur virgo Maria. Pro declaratione huius verbi & materiæ prædicande introductione sciendum ꝙ ista differentia inter alias est inter animam & corpus, quia nos inuenimus ꝙ anima quandiu est cum corpore, & viuit cum eodem, quantuncunque sit senex, & antiqua, potest renouari, corpus vero non potest renouari. Non inuenitur in scriptura quòd deus vnquam renouauerit aliquem de senectute ad iuuentutem, licet legantur maiora miracula quæ Christus fecit. Suscitauit mortuos, quod est plus, etiam damnatos suscitauit, & saluabantur. Sed nunquam de sene fecit iuuenem. Ratio, quia licet senectus sit malum corporis, tamē est bonum animæ. Iuuentus per oppositum est bonum corporis, & malum animæ. Senex enim iam perdidit magnam partem caloris, & cōsequenter inclinationem ad peccandum, deficiunt sibi vires, propter quod despicit illa, vel semper in doloribus ducit vitam, & desiderat aliā. Item est prope mortem, & ideo ordinat vitā suam, disponit de bonis, despicit mundum, & diuitias, honores, & vanitates. Et quia multa vidit & audiuit, nō ita faciliter decipitur a dæmone. Ecce quomodo senectus est bonū animę, licet sit malū corporis. Ideo Iob, In antiquis est sapiētia, & in multo tempore prudentia. Iob. 12. No. prudentia, quia licet nesciat legere, tamen

quia

quia vidit tot pericula, & ex multis experiētiis generatur sapientia, fit prudēs. De iuuētute est totū oppositū. Iuueni enim est fortis, robustus, & inclinatur ad multa peccata, qūo poterit experiri delectationes carnis, & ascēdere in diuitiis & honoribus, cum illa vana iuuētutis spe, & quia parū viderunt sunt inexperti, & quasi stulti, intantū quod dicit Salomon, Cōsidero vecordē. i. stultū iuuenē, qui transit per plateas. i. latitudinē. Platea Græce, latitudo est Latine. Prouer. 7. Alibi, Adolescētia. i. iuuentus & voluptas vana sunt. Eccl. 11. Patet ergo quòd iuuētus nocet animæ, sed valet corpori. Et quia deus nūquam trāsmutat creaturā de bono ad malū, imo oppositū, ideo de persona sene nunquā facit iuuenem, quia esset malū anime, quā plus diligit quàm corpus. Ista est ratio quare deus nunquā reuocauerit, nec reuocabit corpora antiqua ad iuuentutē, nisi in iudicio, quia tunc Adā & Mathusalē, qui mortui fuerunt senes, renouabūtur, quia iuuenes in ætate xxx. annorū resurgent. Ratio, quia erunt glorioſi, nec decætero poterūt peccare. Animæ enim possunt renouari, imo quantumcunque sint senes, & antiquate in peccatis, possunt renouari, & effici iuuenes. Ideo dicit thema. Renouamini spiritu mentis &c. Patet thema. Modo videamus quomodo & quot modis fit ista renouatio, siue iuuenatio, & inueni quòd sex modis potest fieri, qui modi sunt in natura experimentati.

Primus est per patientiam virtualem.
Secundus est per pœnitentiam actualem.
Tertius est per humilitatem cordialem.
Quartus per largitatem liberalem.
Quintus per dilectionem diuinalem.
Sextus per contemplationem supernalem.

Primus modus renouationis animæ licet sit antiqua & corrupta in peccatis, est per patientiā virtualem. s. erga deum & proximum. Patientia virtualis erga deum est vt in tribulationibus quæ sunt a deo, sicut sunt infirmitates diuerse, paupertates, perditio filiorum, parentū, & amicorum. Omnes iste tribulationes sunt a deo principaliter, licet operetur per naturam instrumentaliter, vt notarius per calamum, nec de litera bona siue mala dicitur, calamus fecit, sed notarius. Philosophi perfecte non cognoscentes deum dicunt, A tali planeta est hoc. Quando ergo in his tribulationibus, quarum ipse deus est autor principalis, homo habet patientiam, non murmurando contra deum, nec amaritudinem cordis recipiendo, nec se indignando, sed de necessitate faciendo virtutem, tunc isto fornello anima depuratur. Ita fecit qui eadem die perdidit quicquid habebat, vt patet Iob 1. Dominus dedit, dominus abstulit. Sit nomen domini benedictum. Ex ista patientia renouatur anima. Secundo erga proximum, scilicet quando de iniuriis proximi quæcūq; sint non recepistis vindictam licet posſetis, quia magis generosus vel

diues

diues estis, sed dicatis deo, Domine ego possem recipere vindictam de tali iniuria mihi facta, sed quia ego maiores iniurias feci vobis, & non recepistis vindictam, ideo domine amore vestri remitto & nolo vindictam, vt vos mihi remittatis. Talis patientia facit animam domicellam iuuenem, quantumcunq; fuisset antiqua. Ideo dicit Christus Mat. 6. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cælestis delicta vestra. De hoc similitudo & experimentum in natura. Ferrum enim a sua rubigine renouatur per ignē dupliciter, primo per fornacem, secundo per martellum siue malleum. Ita de anima, cuius rubigo est peccatum. Si quando ponitur in fornace tribulationis, infirmitatis &c. habet patientiam, renouatur. Vel per martellum. Iniurię proximi dicuntur martellum, quando faciunt nobis vnam iniuriam, dādo alapam, vel vulnus, sed teneamus nos firmiter, ne rumpamur per impatientiam, & sic etiam anima renouatur. Ideo apostolus de se & de aliis dicebat, Licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem. 2. Cor. 4. Not. de die in diem, quia duæ sunt species patiētiæ. Prima erga deū, & ista facit vnam diem, clarificans animā. Secūda erga proximū, aliā diem faciēs, ergo renouamini spiritu mētis vestrę. i. abiicite vestra peccata, & induite &c. Secūdus modus est per pœnitentiā actualē. Benedictus deus qui tot modos ordinauit ad renouandā animā. Prima actualis est, qñ persona quæ diu vixit in peccatis, & in mala vita, redit ad se dicēs, O miser ego sum religiosus, vel clericus. Hic pœnitētia vera incipit. Secūdo recipit propositum nō peccādi. Tertio recipit propositū cōfitendi. Quarto acceptat pœnitētiā, & sic renouatur anima. De hoc experimentū in natura videmus. Dicūt naturales, qui experti sunt proprietates rerū, quòd serpēs ex nimia antiquitate vix potest se mouere ex grossitie & ruditate pellis, quod ipse aduertēs primo ieiunat, secūdo pellis ex ieiunio quasi separatur a carne, tertio a dura pelle renouatur per arctū foramē. Sic anima in peccatis antiquata & inueterata nō potest se mouere ad eundū ad paradisum per opera meritoria, sed remediū bonū habet, serpētis remedio simile, vt. s. sicut serpens ieiunat, sic peccator talis faciat abstinentiā a peccatis, elongando se a mala societate, deinde per arctum foramen confessionis deponat pellem peccatorū, sicut serpens cū magno labore deponit pellem, ita etiā confessio est laboriosa, in qua homo quasi diffamat se dicendo, Pater ego sum miles vel ciuis &c. gentes & homines honorant me. sed ego sum talis & talis, & sic anima renouatur, & induitur noua pelle, scilicet gratiæ, & sic potest ambulare meritorie. Auto. Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Ephes. 4. Deponite, scilicet

vitam

vitam & conuersationē malā peccatorū. Not, cū dicit, qui secundū deū creatus est, nā pœnitētia fuit prima prædicatio Christi postquā ieiunauit. Vnde dicit Mat. Exinde cepit Iesus prædicare & dicere, Pœnitentiā agite. Mar. 4. No. in iustitia, i. pœnitētia a peccatis præteritis: & sanctitate, custodiēdo se a peccatis futuris; veritatis, s. penitētiæ, ergo renouamini &c. Tertius modus est per humilitatē cordialē, Quādo persona vana, superba, & pōposa vult humiliari toto & vero corde, dimittēdo vanitates, quæ tot dānant, tūc anima renouatur. Itē quādo mulier videt quòd vir iā nō sufficit ad vanitates quas ipsa facit, imo oportet eū facere vsuras, retinere decimas, & bona defunctorū, & retinere eū oportet preciū seruorū, & ipsa dicit viro, Ecce iocalia, nō faciatis ista deçætero, ego volo ire simpliciter, ne dānemur vos & ego, quid mihi prodeunt manice & caude? melius em̄ est dare amore dei, tunc anima renouatur. Idem de dño siue prælato, cuiusuis sit status, qñ de statu vano & pōposo humiliatur dicēdo, nolo omnia expēdere in vanitatibus, in cōuiuiis, & cū dilectis mulieribus, ego habeo tot florenos vel solidos de redditib⁹, tantū expēdā p corpore, & tantū pro anima, qñ aliquis sic humiliatur, anima renouatur. De hoc experimētū in naturā dicūt naturales, quòd quādo aquila est multū antiqua, habet rostrū intantū reflexū, quòd nō pōt os aperire, nec comedere, & sic macrescit, abūdat in plumis, & a sua vetustate renouatur, allidēdo rostrū ad petrā. Totū hoc fit ad exemplū nostrū. Aquila antiqua est anima ex peccatis antiquata, rostrū habēs. i. intellectū acutū, quia nihil acutius est in homine nec subtilius, qui cum deberet esse erectus erga deū, cęlestia cōtēplādo, reflectitur tamē ad seipsum, cogitando suū genus, vt de genere regali, vel tali, & cogitando propriā excellentiā, dicit, Ideo debes ire sic indutus. Ecce abundantia plumarū, Itē ego sum nobilis vel miles, ideo debeo sic & sic incedere. Nō opus est follo suspēdere cymbala collo. Et sic anima se macerat, nō recipit cibum spiritualem, & abūdat in plumis. i. vanitatibus. Idem de religiosis vel clericis cogitātibus, Ego sum magister vel doctor aptus ad disputandum, & prædicandū, ideo debeo tenere statum, debeo esse dominus &c. Ecce plume. Idem de mulieribus cogitantibus, Nōne ego sum melior & pulchrior quàm talis, quæ facit sic & sic cum manicis, caudis, ornamentis, & monilibus &c. Dicatur cōtra expensas quæ fiūt in manicis, caudis, & camisiis. Remediū habemus vt aquila, allidendo rostrum ad petram, de qua apostolus, Petra aūt erat Christus. 1. ad Cor. 10. & sic anima renouabit. Alliditur enim cogitādo qūo Christus iuit indutus, qui triginta annis portauit eandē tunicā. Si ergo dominus & rex iuit sic, quare ergo ego expendā tm̄ in vanitatibus? Idē de mulieribus, quādo tentātur, vt in qualibet festiuitate vellēt habere tales vel tales vestes, percutiant rostrum ad petrā Christum, cogitando Christū & matrem eius quomodo ibant, cum tamen essent regali genere. Sic

anima

anima renouatur. Dauid in pſal. 102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua, & replebitur in bonis deſiderij tuum, cogitando Chriſtū & virginem Mariam, ſic renouatur anima à ſuperbia in humilitatem. Quartus modus eſt per largitatem liberalē, quando de bonis ſpiritualibus vel temporalibus à deo datis, homo dat amore dei liberaliter. Verbi gratia. Si habetis ſcientiam & inſtruitis ignorantes. Si habetis deuotionē & charitatem, corrigitis peccatorē. Si habetis conſolationem, conſolamini triſtem. Si eloquentiā, ſubueniatis neſcienti loqui, ne perdat ius ſuum &c. Idem de eleemoſynis corporalibus. Si habetis panē, vinum, & pecunias, detis amore dei, quia ipſe multiplicabit omnia. Et tali liberalitate anima renouatur. Quod ſupereſt, non dicit quod neceſſe, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Luc. 11. de hoc experimentum in natura. Cum ceruus eſt antiquus, induratur pellis, cornua creſcunt, & non poteſt comedere. Et naturaliter comedit vnam herbam venenatam, poſtea æſtuans renouatur ad fontem. Ceruus ſignificat auarum. Ratio, quia habet duo magna cornua, & in quolibet habet plura cornua. Duo cornua auari ſunt vſura & rapina, & quodlibet habet plura cornicula. ſ. plures ſpecies vſuræ & rapinæ. Prima eſt mutuare x. pro xij. licet non ponatur ſic in inſtrumento, ne prælatus eum puniat. Secunda vendere pluris propter ſolutionis dilationē. Tertia propter pecuniam paratam minoris emere. Quarta propter ſecuritatem recipere & vti poſſeſſione. Quinta obligatio libertatis de piſtoria, molendino, & huiuſmodi, propter mutuum. Secundum cornu dicitur rapina. Prima ſpecies dicitur rapina violenta, vt dominorū & latronum. Secunda furtum ſecretum de domo, vinea, ſeu horto. Alij peccant falſe vēdendo, alij emendo. Idem ſi notarius mutuat teſtamentū. Si tales volunt renouari, oportet comedere de herba, vt ceruus, venenata, de qua dicit Dauid, Conuertantur peccatores in infernum. ſ. cogitando acerbitatem pœnarum. Comedunt de iſta herba omnes gentes quæ obliuiſcuntur deum. pſal. 9. Guſtatur enim iſta herba cogitādo quid erit de animabus auarorum, quomodo puniuntur in inferno &c. & ſic æſtuantes ibitis ad fontem. ſ. taxiam vel burſam reſtituetis, & ſic anima renouatur. Aut. Nolite cōformari huic ſeculo. ſ. dando vos auaritię, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis quæ ſit voluntas dei bona & beneplacens, & perfecta, ad Ro. 12. No. voluntas dei bona eſt vt faciatis reſtitutionē. Beneplacens, quoniā de bene acquiſitis facitis eleemoſynā. Perfecta quando de cætero nec per vſurā vel rapinā homo vult aliquid, ſed vult viuere de ſuis redditibus planis, vel poſſeſſionibus. Quintus modus eſt per dilectionē diuinalē, quando homo eſt totus philocaptus de Chriſto. Bene eſt miſer qui non eſt philocaptus de illo in quē deſiderāt angeli proſpicere. 1. Pet. 1. Et quādo homo ſtat in amore Chriſti, anima renouatur & iuueneſcit. Ita fuit de Maria Magd. de qua dicit xps,

Vſuræ ſpecies.

Rapinæ ſpecies.

Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multũ. Luc. 6. De hoc habemus experimentum in natura. Dicunt naturales de phenice antiquata, quæ comburendo se ad ligna, suis alis inflammat se, & renouatur. Ita de nobis in peccatis antiquatis. In nido cordis nostri ponamus ligna odorifera. s. opera quæ Christus fecit pro nobis, & sic inflammatur homo, & ignis accenditur alis cogitationum. Dicatis, si aliquis vestrum esset captiuus in Barbaria, & aliquis amore vestri illuc transiret, & faceret se captiuum, & vos liberaret, quantum vos inflammaretis ad eũ diligendũ? Omnes eramus captiui diaboli in Barbaria huius mundi, & Christus amore nostri transfretauit. Item si essetis notus leprosus, & aliter non posſetis curari nisi de sanguine medici fieret balneũ de vena cordis, quẽ medicus eo fine effunderet, magnus amor esset? imo. Ita fecit Christus de balneo baptismi, sanguis enim Christi habet virtutem sanandi animas leprosas. Item si haberetis manus abscissas, & medicus gratis vobis restitueret, quantum diligeretis eum? sic etiam ille qui in vtero matris dedit vobis manus, caput, oculos, merito debet diligi. Item si stultus esset quis, & medicus gratis curaret eum &c. puer in vtero matris stultus est, nõ habens animam rationalẽ, sed Christus dat &c. ergo reno. Sextus modus est per contemplationem supernalem, personæ contemplatiuæ quando cõtemplantur opera dei & miracula quæ fecit, tantum placet deo ꝙ renouantur animæ. Modus contemplandi. Primo dei potentiam, qui solo verbo de nihilo cuncta creauit. Ante mundi creationem nihil erat nisi solus deus. Sed diceret aliquis, Vbi morabatur deus? Dicendũ ꝙ tunc morabatur vbi modo etiã moratur. s. in camera suæ æternitatis. Secundo contẽplari debemus finẽ mundi, quomodo in corpore & anima habemus comparere in iudicio ꝙ sic timebimus vtrum à dextris an à sinistris illa die inueniemur. Item debemus contemplari de palatio cæli, de mirabili eius pulchritudine. Item contemplari pœnas infernales, & figuras dæmonum in inferno debemus. Promitto tibi ꝙ si ista diligenter considerares, peccata vitares. Itẽ contemplari debemus prouidentiam, quomodo prouidet animalibus terræ, piscibus maris, auibus cæli, & nobis quolibet anno dat bladum, vinum &c. Item debemus cogitare de animabus purgatorij, de animabus paradisi, rogando deum vt ponat in corde heredum & manumissorum vt compleant testamentum &c. Et talibus contemplationibus anima renouatur. De hoc experimentum in natura, de accipitre antiquo qui non potest volare, sed expandit alas suas ad austrum, & renouatur. De hoc autoritas, Nunquid per sapientiam suam plumescit accipiter expandens alas suas ad austrum? Iob. 39. Quæstio est quam deus fecit Iob. Accipiter signat personam contemplatiuam, volantem alis contemplationis & orationis ad Austrum. Auster est ventus calidus & humidus. Contemplatio calefacit per deuotionem,

&

& humectat per lachrymationem, & anima renouatur. Renouamini igitur&c.

Dominica.xx.post Trinitatem. Sermo iij.



Imile est regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio suo.Mat.22. Sermo noster erit de sancto euangelio huius dominicæ. Salutetur virgo Maria. In isto euangelio præsentis dominicæ sunt tria puncta multum notabilia ad informationem vitæ nostræ.

Primus est humilitas diuinalis.

Secundus est peruersitas humanalis.

Tertius indignitas meritalis.

In his tribus punctis stat totum euangelium,& de primo. s.humilitate diuinali dicit the.Simile est reg.cæ.&c. Dico primo &c. Pro intellectu huius the.& humilitatis diuinæ sciendū,ꝙ incarnatio comparatur matrimonio,& dicitur matrimonium,quia tanta fuit vnio & coniunctio humanitatis cum filio dei,ꝙ humanitas & diuinitas nō sunt nisi vnum in supposito,hypostasi,& persona. Non credatis ꝙ humanitas sit vna persona,& diuinitas alia,sed sicut vir & vxor,iam nō sunt duo, sed vna caro. Mat.19. Ita deus & homo in Christo non sunt nisi vna persona, & est articulus fidei,Qui licet deus sit & homo,nō duo tamē, sed vnus est Christus &c.Modo dico ꝙ in ista benedicta incarnatione deus ostēdit maximam humilitatē. Si enim vultis cogitare dei superioritatē & excellentiā,& hominis inferioritatē,deus est altissimus,& sub se habet x.gradus creaturarū naturaliū,& corporaliū,& x.gradus spiritualium. Primus gradus creaturarum spiritualiū altior aliis est Seraphinorū,secundus Cherubinorū,tertius thronorū,quartus dominationū, quintus virtutum,sextus potestatum,septimus principatuū, octauus archangelorum,nonus angelorū,decimus animarū rationabiliū. Primus gradus creaturarum corporaliū altior est cælum empyreum,vel primū mobile secundum aliquos philosophos,secundus cælū crystallinum,tertius firmamentum, quartus est elementum ignis, quintus elementum aëris, sextus elementū aquæ, septimus elemētum terræ,octauus de creaturis elementatis sensitiuis, vt animalium & volucrum, nonus de creaturis elementatis viuentibus non sensitiuis, vt arborum, decimus de creaturis elementatis, non habentibus vitam,vt lapides,& similia.Homo vero est compositus ex anima rationali & luto, & sic est in inferiori gradu creaturarum spiritualium quantum ad animam,& corporalium quantum ad corpus. Formauit enim deus hominem de limo & non de auro, vel de materia cæli, sed terræ, quantum ad corpus, & inspirauit in faciē eius spiraculum vitę quātum ad animam.Gen. 2. Deus vero altissimus excedens omnes gradus creaturarum spiritualium & corporalium, voluit hūmiliari, nec recipiens creaturam spiritualem,

Nouē angelorum chori. Et decē gradus creaturarum spiritualium, ac totidē corporalium.

nec corporalem in altiori gradu, sed in minori & vlt. gradu. Ideo dicit scriptura. Qui cum in forma dei esset &c. Phil. 2. Item nusquã enim angelos apprehendit, sed semen Abrahe. ad Heb. 2. Modo vt melius intelligatis, dicatur similitudo siue exemplum de rege volente contrahere cum filia rustici & pastoris, vt exaltaret illud genus. O quanta humilitas, cum tamen posset cum filiabus regũ contrahere. Ita fecit Christus. Noluit enim recipere creaturam spiritualẽ, nec corporalem in altiori gradu, sed voluit ducere filiam rustici ad se, vt eam faceret reginam in paradiso, & exaltaret omnes creaturas, sponsalia huius matrimonij facta fuerunt in camera siue in palatio vteri virginalis. De hoc Dauid, In sole posuit tabernaculum &c. in psal. 18. Cæli enarrant. Nota, In sole posuit, quia sicut inter creaturas visibiles sol est pulchrior, altior, & clarior, & virtuosior, sic inter omnes sanctos & sanctas dei virgo Maria est altior in dignitate, pulchrior in sanctitate, clarior in bonitate, virtuosior in benignitate. Et sicut sol oritur de mane clarus & pulcher sine corruptione, ita virgo Maria genuit filium dei sine virginitatis læsione. Ideo dicit. In sole. i. in virgine ex excellentia solari & dignitate, posuit tabernaculum suum. Virgo dicitur tabernaculum, quia sicut tabernaculum intra se continet dominum, ita virgo dei filium, Dauid. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus &c. sed nuptiæ non fiunt in hoc mundo, sed in cælo. De hoc dicit the. Simile est regnũ cælorum &c. Nota ꝙ non cõparantur illæ cæleſtes nuptiæ homini simplici, qui fecit nuptias, sed homini regi. Modo attendatis ad pulchrã speculationem, vt accendatis vos de gloria paradisi. In nuptiis regalibus non solum gustus, sed & omnes sensus satiantur, vt visus, auditus &c. Idem est & erit post iudicium, quando corpora simul cum anima erunt glorioſa. *Primo in nuptiis regalibus satiatur visus, videndo ornamenta pannorum*, vasorum auri & argenti, intantum quòd rusticus ore aperto respicit. Modo cogitetis illud palatium cæleste quomodo fuit ornatum, non per homines, nec per angelos, sed per sanctã trinitatem &c. Quando sancti videbunt oculis corporalibus post iudicium mirabuntur, & dicet Christus, Fili, quare non cogitabatis ꝙ iste locus quẽ ego paraui & tanto precio emi, pulcherrimus deberet esse? De hoc Esa. Tunc videbis, & affluues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum. Esa. 60. Si aliud non esset nisi sola dilectio visus, esset inestimabile gaudiũ. Secundo satiatur auditus. Iam scitis quot ministri, quot cantus &c. in nuptiis regalibus existunt. Modo cogitate si chordæ de cithara aut fistula &c. tãtum vos delectant, quid debet esse in cælo de cantu angelorum & virginũ? &c. Dicatur de religioso qui ccc. annis stetit sine cibo & potu, & non fuit anti quatus, audiendo cantum angeli in forma auiculæ. De isto cantu dicit Ioan. Cantabat quasi canticum nouum ante sedem dei &c. Apoc. 14. Nota, quasi canticum nouum, quia sicut cantus nouus de

lectat

lectat, ita ille &c. Tertio satiatur odoratus. Si enim viola vel rosa tantum fragrat, & de creaturis corruptibilibus oritur talis odor, cogitate quali fragrantia de corpore Christi, de eius vulneribus, & de corpore virginis Mariæ &c. intantum ꝙ si hic esset modo corpus glorioſum, omnes traheret ad se. Nam di. S. Tho. exponens Iob ad literam. Iob. 41, de balena, quæ est tam magnum animal, quomodo & quid comedit? Dicunt enim ꝙ habet anhelitum valde odoriferum, & quando vult comedere, emittit anhelitum, & pisces veniunt ad illam fragrantiam, quos ipsa absorbet. Si ergo de tali bestia oritur talis odor, quid debet esse de anhelitu Christi, Mariæ, & sanctorum, & si aliud non esset ibi &c. Salomon qui habebat tot odores &c. quando deus dedit sibi modicum sentire de illo fumo paradisi, dixit, Trahe me post te, & curremus in odorem vnguentorum tuorum. Cant. 1. Quarto satiatur tactus. Dicunt philosophi & alij theologi ꝙ magis delectat sentimētum tactus, quam alia, ideo decipiūtur luxuriosi &c. Dico ꝙ si omnes delectationes luxurię essent in vno corpore cōgregate, nihil essent respectu delectationis purissimi & pudicissimi corporis glorificati, quæ tanta erit ꝙ non erit in eo vena, nec os, nec nerui, quin sentiāt continuè tantam dulcedinem ꝙ non potest dici. Cogita delectationem quam habebunt angeli & virgines, quando angeli cum virginibus tripudiabunt, tangentes se per manus. O qualis delectatio. Auiso te vt sis bonus. De istis tripudiis dicit ecclesia Christo, Qui pascis inter lilia, septus, id est circundatus choreis virginum, sponsus decorus gloria &c. Dauid, Adimplebis me lætitia cum vultu tuo &c. Psal. 15. Delectationes huius mundi vel sunt in visu, auribus, vel gustu, & sunt defectiuè, sed in paradiso erunt perfectè & perpetuè in omnibus sentimēris. Ideo dicit, Adimplebis me &c. Quinto satiatur hic gustus comedendo, bibendo &c. ita in paradiso. Est enim ibi cibus & potus etiam corporalis, sed non corruptibilis, vt dicit Machometus de lacte &c. quia post iudicium habebimus corpora pretiosissima. Iam scitis ꝙ in nuptiis regis dantur escæ pretiosæ, ergo etiam in nuptiis regis æterni. Certum est ꝙ in iudicio resurgemus cum corporibus nostris incorruptibilibus, & habebimus intestina intus &c. Et ista intestina non erunt vacua, quia non est dare vacuum, ergo plena erunt non de vento, vel stercore, vel fecibus, siue immunditiis, sicut modo. Et dicit sanctus Tho. in iiij. ꝙ erunt plena dulcissimo liquore a deo creato, claro, dulcissimo, & incorruptibili, nec aliquis erit mancus, sed omnes erimus in optima proportione. Etiam guttur erit plenum illo liquore, & erit cibus & potus. Vtinam sentiamus hunc saporem. Et de isto cibo dicit Christus, Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo &c. Luc. 22. Nota, sicut disposuit, vt scilicet cum laboribus & tribulationibus ad illud veniret. Ita disposuit nobis vt cum labore

De qualitate membrorū corporis glorioſi, & partium.

& pœnitentia ad illud perueniamus. Si vnam guttam vt granum sina-pis illius cibi deus poneret in ore vestro vel meo, nunquam vellemus comedere. Ecce quare dicit, Simile est regnum cælorum &c. Ideo dicit Ioan. qui vidit sanctos comedentes & cantantes dicendo, Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam deo, quia venerunt nuptiæ agni &c. Apocaly. 19. Dico secundo quòd in euangelio tangitur peruersitas humanalis, de qua dicit euange. Et misit seruos &c. & ciuitatem illorum succendit. Hic dico quòd ostenditur peruersitas humanalis, quia nolebant ire ad conuiuium regis. Ista peruersitas est hodie in mundo. Nam Christus rex æternus parauit nobis conuiuium nuptiarum, vt dixit, O quot homines, maxime Christiani, sunt inuitati, Quilibet enim religiosus, clericus, vel prælatus, prædicans doctrinam euangelicam, est nuncius dei, vos inuitans ad conuiuium. Sed gentes excusant se tripliciter. Quidam per indeuotionem spiritualem, quidam per affectionem terrenalem, quidam per indignationem cordialem. Primi renuunt venire, quia ad spiritualia nullam habẽt deuotionem, nec sentimentum, imo dicunt, Quid scit homo de alio mundo? De his dicitur, Et nolebant venire. Attendatis si inter vos sint aliqui de istis. Tales sunt qui diligenter curant de corpore, & negligenter de anima, qui prandium vel cœnam corporis nunquam obliuiscuntur, sed animæ frequenter. Cibus animæ est oratio & de mane & de sero. Ostendatur quomodo danda sunt fercula animæ. Primo homo orare debet & mensam benedicere, dicendo Pater noster, in quo continentur septem petitiones, & Aue Maria, attente & deuote, quemadmodum homo loquitur regi vel regine. Similiter de sero. Sed multi non curant, nec orant de mane nec de sero, nec orant ante mensam, nec ante cœnam. Item pro animæ refectione debemus festa celebrare, & rebus diuinis & orationibus, quæ sunt fercula animæ, intendere. Sed, proh dolor, multi postquam laborauerũt per totam hebdomadam, nesciunt dominicam dare deo. Item sicut quolibet mense lauatur camisia corporis, ita etiam anima lauanda est a maculis. Item in paschate quilibet curat vt bene prandeat, sic etiã cogitare debet de anima, vt cõmunicet digne. Sed dicit apostolus, Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. 1. Cor. 2. Secundi negligunt venire per affectionẽ terrenalem, vt religiosi, clerici, vel etiam laici, qui plus delectationes carnales diligunt quam spirituales, & tales de conuiuio paradisi non curant. Dicatur fabula de leone faciente conuiuium omnibus animalibus. Nuncij venerunt ad porcum iacentem in luto, & ex parte leonis inuitauerunt ipsum ad conuiuium, qui porcus interrogauit an esset ibi lutum. Quibus respondentibus ℔ non, respondit porcus, Nolo venire. Ita accidit multis miseris luto luxuriæ inuolutis, qui vt porci despiciunt gloriam paradisi. De istis dicitur, Illi autem neglexerunt propter delectationem bestiarum. Tales perdunt

delecta

delectationes angelorum, Christi, & virginis, quia noluerunt gustare de istis. Augusti. Impij non sentiunt dulcedinem dei, quia de febre iniquitatis palatum cordis infecerunt. Alij nolunt ire propter indignationem cordialem, nuncios ipsos vocantes & inuitantes ad huiusmodi nuptias verbis & factis calumniantes. De quibus dicitur, Reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt eos. Primi sunt mali, & secundi, sed isti peiores, quia interficiunt animas. Eccles. 21. Dentes eorum, scilicet obloquentium interficiunt animas hominum. Rex vero cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, scilicet angelis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem, scilicet istum mundum succendit, quia certi sitis quòd conflagrabitur iste mundus cito. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Deute. 32. Dico tertio quòd tangitur in euangelio indignitas meritorum, cum dicitur, Tunc rex ait seruis suis, Nuptiæ quidem &c. vsque in finem. Ex ista parabola non intelligatis vos ꝙ aliquis expellatur de paradiso postquam ingressus est, sicut ille rex expulit illum. Ita conditionaliter loquendo, si in paradiso inueniretur aliquis imparatus, expelleretur. Modo facias in consequentiam, si imparatus expelleretur, ergo necessarium est nobis vt præparemur, si volumus illuc intrare. Quod bene pensandum est contra stultitiam dicentium, Si sum prædestinatus, siue ero paratus siue imparatus, intrabo. Nota, quòd in libro prædestinationis similiter scribitur, talis saluabitur & ex tali causa, & similiter in libro præscientiæ, talis damnabitur & ex tali causa. In libro prædestinationis non solum scribitur, Petrus talis & talis saluabitur, & Bernardus talis saluabitur. sed sic, Petrus talis saluabitur per ieiunium, & talis per orationem, talis vero per eleemosynam, ita ꝙ simul scribitur introitus paradisi, & causa quare intrabit. Multi tamen decipiuntur, credentes quòd solum nomen scribatur in libro prædestinationis sine causa, quod non est verum, sed simul totum. Item in libro reprobationis non solum scribitur, talis damnabitur, sed etiam causa quare talis damnabitur, per superbiam &c. Ideo si non vis damnari, caue à causa. Ideo si ille imparatus fuit expulsus, non intrabimus nisi præparemus nos. Ergo estote parati. Mat. 24. & Luc. 12. Paratur homo per contritionem &c. & sic homo induitur vestibus nouis, & efficitur dignus intrare ad gloriam.

De eadem dominica. Sermo. ij.

DEce prandium meum paraui &c. Mat. 22. Istud verbum recitatur in euangelio currentis dominicę. Saluetur virgo Maria. Inter alia verba sancta quę Christus dixit suis apostolis in nocte passionis, & quando discipuli erant tristes de suo recessu, Christus eos consolans dixit, Vado

parare vobis locum, & si abiero & præparauero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad meipsum &c. Io. 14. Verbum est notabile & dignum memoria, si cogitatis hoc quod dixit. Nam si aliquis rex debet ire ad aliquem locum, communiter præmittit aliquos ad parandum prandium. Ista practica seruatur, & rationabiliter fit ꝙ seruus paret hospitium domino, sed ꝙ dominus vadat primo ad parādum seruis, nunquam fuit, imo talis dominus reputaretur pro stulto. Christus vero cū sua nimia humilitate tenuit istum modum quod voluit ire prius ad prandium. Ideo dixit, Vado parare &c. Parauit enim locum glorię cum illis cortinis, tapetis &c. Escas inestimabiles, scilicet prædestinationis, gloriæ, & promisit redire di. Iterum venio ad vos. Ideo dicit thema, Ecce prandium &c. quasi dicat venite ad nuptias, ad quas vadit homo per bona opera &c. Inuenio in scriptura quòd parauit nobis quatuor prandia.

Primum de pœnitentia euangelicali.
Secundum de eucharistia sacramentali.
Tertium de gratia spirituali.
Quartum de gloria cælestiali.

Primum dicitur prandium funerale. Secūdum dicitur prandium festiuale. Tertium prandium dicitur sociale. Quartum dicitur nuptiale. Et de quolibet potest thema bene intelligi, Ecce prandium meum paraui. Dico primo &c. scilicet de pœnitētia euangelicali. In isto prandio esce sunt modicum aspere & amare. s. opera pœnitentialia corpori amara, sed sunt animæ vtilia, & dulcia. Primus cibus est cognitio peccatorum, & defectuum propriorum, quam quis habet intra se cum dicit, O miser, ego sum religiosus &c. ego feci hoc & hoc, & iam malè expendi tempus &c. nunquam aliquis faceret pœnitentiā, nisi de eis haberet cognitionem & contritionē. Secundus cibus est cōtritio, quia alias modicum valeret cognitio. Multi enim cognoscunt peccata sua, sed delectabiliter illa cogitant. Tertius cibus est propositum nō redeundi ad peccata, imo citius mori. Quartus cibus est confiteri ore, oportet enim proiicere corruptionem. Quintus est afflictio corporis dicendo, Domine castigo corpus meum, ne faciatis ipsum castigari a sagionibus inferni. Sextus est deuota oratio, cogitando ꝙ videtis Christum, & virginem. Septimus est restitutio bonorū iniustorum, respicere bursam & taxiam &c. si est aliquid de vsura &c. Octauus est remittere iniurias, si vultis ꝙ deus remittat vobis. Istæ escæ sunt parare in euangelio, & pœnitentiæ amare sunt corpori, scilicet magnū nutrimentum, & magnam refectionem & confortationē dat animæ. Ideo Dauid regratiando dicebat, Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Psal. 22. Nota, qui tribulant me, scilicet peccata, dęmones, tentationes &c. que tribulant nos. De istis escis comedit Christus, qui tamen

men nunquam peccauit. Iſtud prandium dicitur funerale. Conſuetudo eſt quando moritur dominus domus, poſt ſepulturam parentes & amici faciunt prandiū, in quo non dantur pretioſe eſce nec lete, tale prandium dicitur funerale. Ita de prandio pœnitentiæ. Pater, & caput, & dominus humanæ naturæ fuit Adam, & mortuus fuit per peccatū mortale, nos ergo filij, amici, & parentes, quia peccatores vt Adam, fecimus prandium pœnitentiæ à Chriſto nobis præparatum. Nota ſecreta, pœnitentia dicitur prandiū aut cenā, quia aliqui prandiū faciūt, vt qui mane iuuentutis dant ſe pœnitētiæ, vt religioſus iuuenis: alij cenā, qui ſolum in fine quādo iacēt in ſenectute, in lecto, & medicus dicit, mortuus eſt, tunc petunt confeſsionē &c. tales recipiūt pœnitentiā pro cena, tamen ſi vera pœnitētia eſt, ſaluantur. Sed eſt difficultas, & difficile quòd tunc poſſunt comedere de cibis pœnitētiæ. Difficile enim eſt de primo cibo, qui eſt cognitio peccatorū, & propriorū defectuū, comedere, quia tales infirmi impediūtur cogitatione & cognitione peccatorū præ dolore infirmitatis. Item nec poſſunt tales infirmi faciliter comedere de ſecundo cibo iſtius prandij, qui eſt cōtritio, nec de tertio, qui eſt propoſitum non redeundi ad peccata, quia impediūntur horrore mortis. Et fortaſsis dolor qui apparet in talibus eſt ex timore gehenne, & non ex amore dei. Itē nec tales poſſunt faciliter comedere de quarto cibo, qui eſt confeſsio, propter varia impedimēta in morte occurrentia. Ideo benedictus eſt ille qui de pœnitētia facit prandium & cenam, cōtinuando eam vſq; in finē. Huic Chriſtus ait Luc. 14. Cum facis prandiū aut cenā, noli vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos tuos, neq; vicinos, neq; diuites. Noli vocare amicos &c. vbi ponit quinque conditiones perſonarū quæ non indigent pœnitentia, quia ſancte & iuſte ſunt. Iuſti non indigent pœnitentia. Luc. 15. Sed ſi volunt facere pœnitentiā, eſt ad augmentū gloriæ. Prima cōditio tangitur ibi, Noli vocare amicos. Iſti ſunt apoſtoli, de quibus tenetur firmiter q̄ poſt receptionē ſpiritusſancti nō peccauerunt mortaliter. Ideo vocat eos Chriſtus amicos. Ideo non dicam vos ſeruos. Ratio, quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius, quia dominus non tenet conſilia ſua cum ſeruis, ſed cum amicis. Vos autem dixi amicos, quia quæcunq; audiui a patre meo, nota feci vobis. Ioan. 15. Secūda cōditio tangitur ibi, Noli vocare fratres tuos. Iſti ſunt pueri innocentes, quia per baptiſmū ſunt facti fratres Chriſti, filij eiuſdem patris, Chriſtus autē eſt filius per naturā, iſti per gratiam. Pro iſtis non eſt neceſſaria pœnitentia, neq; etiā adultis Iudæis baptizatis, bene diſpoſitis, quia per baptiſmum omnia peccata remittuntur. Tertia conditio tangitur ibi, Noli vocare cognatos. Iſti ſunt martyres. Dicuntur conſanguinei Chriſti, a con quod eſt ſimul, quia ſanguinem Chriſti quē tenebant per recordationē, miſcuerunt cum ſanguine ſuo, quia alias eorum ſanguis non habuiſſet virtutem. Ideo de eis dicitur,

Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna,& lauerunt stolas suas,& dealbauerũt eas in sanguine agni Iesu Christi. Apoc.7. Quarta cõditio tangitur ibi,Noli vocare vicinos,id est cõfessores,qui mundũ despexerunt,& dederunt se cõtemplationi. Dicuntur vicini, quia sicut ille qui moratur ad parietẽ alterius,est vicinus, sic etiã isti morantur ad parietem,cum per intellectũ cõtemplantur, recordantur per memoriã, voluntate desiderando,& auribus audiendo verba dei,& corpore seruiũt sibi. Quinta conditio tangitur ibi,Noli vocare diuites, id est virgines. Diues est homo sui iuris,religiosus, clericus &c. seruans virginitatem suã diues est. Talis enim est totus plenus thesauro, quia virginitas non potest cõseruari sine multis virtutibus,& bonis operibus, Propter hoc virgines dicuntur diuites. Et apostolus de se dicit, & aliis virginibus, Habemus thesaurũ istũ, scilicet virginitatis in vasis fictilibus.2.Cor.4. Patet quare dicit,Cũ facis prandiũ,scilicet pœnitẽtiæ, noli vocare amicos &c. Ergo pater quos vocabo? Respõdet autoritas prẽmissa. Cum facis conuiuium, voca pauperes,debiles,claudos, & cecos,& beatus eris. Quatuor cõditiones vocandorũ ponit. Prima conditio pauperũ est. Et pauperes sunt infideles,quia licet facerẽt omnia bona mundi,pauperes dicuntur,quia sunt sine fide & baptismo. Vocandi sunt per prędicationem, non per vim. Secunda tangitur ibi, debiles. Isti sunt peccatores Christiani,qui ex fragilitate carnis peccauerunt, quia licet vellent viuere sine peccato,tamen habita oportunitate non possunt se continere a peccato. Isti sunt vocandi ad pœnitẽtiã. Ideo dicit, Voca debiles. Tertia tangitur ibi, Voca claudos. Isti sunt peccatores Christiani per ignorantiam peccantes, Duæ tibiæ sunt bona conscientia,& magna scientia, & qui peccãt per ignorantiã,claudicant tibia scientię. Isto modo peccauit apostolus persequẽdo ecclesiã dei. Ideo dicit, Misericordiã dei consecutus sum,quia ignorãs feci in incredulitate.1.Timoth.1. Quarta conditio tangitur ibi, Voca cæcos. Ceci sunt qui peccant per malitiã, quia sciunt esse peccatũ,& possent abstinere,& nolunt, qui etiã vocandi sunt ad pœnitentiã. Vnde Christus, Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã. Luc. 5. Secundũ prandiũ melius est de eucharistia sacramentali. Istud præparauit Christus in nocte passionis,in cena, quando ordinauit istud sanctũ sacramentũ. Debetis cogitare ꝙ hostia cõsecrata est vt scutella super mensam altaris, in qua sunt tria pretiosissima fercula,quod declaratur sic,Omne quod est,vel est creator vel creatura. Si creatura,vel spiritualis vel corporalis. De omnibus creaturis tam spiritualibus quàm corporalibus excellẽtiores sunt ibi. Si ergo diceret aliquis,Quæ est excellentior creatura corporalis? si diceretur, ꝙ sol, non esset verũ,nec luna,nec cælum,sed caro Christi formata in vtero virginis,& illa est in hoc sacramento ita vere, sicut fuit in vtero virginis,& ita vere vt est modo in cælo &c. Item de creaturis spiritualibus quę est

excellentior

excellentior cæteris? Diceres forte tu, quòd Michael vel Gabriel, quod non est verum, sed excellentior est Christi anima, & illa est ibi, quia corpus Christi viuum nō est sine anima. Item creator est deus, & in hoc sacramento eucharistie est tota diuinitas infinita. Sacerdos quando celebrat, debet contemplari ista fercula in hostia dicendo, O quomodo debet esse pinguis comedens digne. Etiā vos laici quando debetis communicare, debetis ista considerare. De ista prophetauit scriptura di. Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem. Prouerb. 9. Sapientia, id est filius dei edificauit sibi domum, scilicet Christianitatem, quam. xxxiij. annis edificauit, excidit columnas septem ad sustinendum, scilicet septem conditiones Christianorum.

Prima columna est prælatorum.
Secunda dominorum temporalium.
Tertia religiosorum.
Quarta sacerdotum simplicium.
Quinta illorum de matrimonio.
Sexta viduarum.
Septima virginum.

In istis septem ecclesia fundata est, & parauit illa tria fercula, quæ dixi in hostia cōsecrata esse, miscuit vinū, scilicet Christi sanguinē, & posuit in mensam altaris. Istud prandium non est funerale, sed festiuale. Infra hebdomadā homo trāsit, & reficitur simpliciter, sed in die festo homo facit bonū prandiū. Ita intra annū homo laicus simpliciter transit non cōmunicando, sed in paschate est maximū festum quietis Christi. Ideo ordinatū est vt omnes in paschate cōmunicēt a x. vel. xij. annis & supra. Sunt multi miseri qui ab isto prandio excusant se. No. de isto prandio habetur autoritas allegorice. Cū esset dies festus domini, & factū esset prandiū bonū in domo Thobiæ, dixit filio suo, Vade, & adduc aliquos de tribu nostra timētes deum, vt epulētur nobiscū. Tho. 2. No. secreta. Cū esset dies festus domini. s. resurrectionis. Sed diceret aliquis, Nōne dies natiuitatis, circūci. epyphaniæ, & pentecostes, sunt dies festi domini? Dico ꝙ sic, sed dies resurrectionis est proprior dies festus Christi. Ratio, dies festus est dies quietis. Dies natiuitatis non fuit dies quietis sibi, sed laboris, ideo statim natus fleuit. Nec circuncisionis dies, & sic de aliis, sed in die resurrectionis quieuit in gloria. Ideo de illa die, Hæc dies quam fecit dominus, exultemus & letemur in ea. In illa die paratur prandium in domo dei, scilicet ecclesia, ad quod prandium omnes tenemini venire. Sed scitis quòd prandium istud est Christi regis, & quomodo est veniendū ad illud cum debita præparatione, pœnitentia, & accedēs debet esse ornatus & vestitus, nō veste antiqua superbiæ, sed veste noua humilitatis, nec excusatur quis si non sit paratus. Ideo precedunt septē hebdomadæ quadragesimæ ad se præparandum.

Aetas congrua ad suscipiēdum Christi corpus.

Item

Item dixit Thobias filio ſuo, Voca aliquos de tribu noſtra. hoc dicitur Chriſtianis, quia per baptiſmū ſunt de genere dei. Infideles nō debent cōmunicare. Nota timentes deum, quia homo primo debet examinare vitam ſuam, ſecundo de peccatis cōteri, tertio confiteri, quarto cōmunicare, iuxta conſiliū apoſtoli, Probet autē ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi māducat & bibit, nō diiudicans corpus domini. 1. Corinth. 11. Qui autē nolunt eum recipere, vel qui indigne recipiunt, nunquā recipientur in paradiſo. Tertiū prandiū eſt de gratia ſpirituali. Iſtud prandiū dat Chriſtus perſonis ſpiritualibus, exiſtentibus in gratia dei, quia in operibus bonis quæ faciūt ſentiunt magnā conſolationē & confortationem in anima. Verbi gratia. Quando religioſus in gratia exiſtens ſurgit de nocte ad dicendum matutinas &c. Deuote cogitando & contemplādo, maiorē ſentit dulcedinē in anima quàm ſi comederet capones, & poſtquā anima eſt ſic inflāmata, & legit, illuminatur, & conſolatur. Idem de laicis de nocte orantibus, & audiētibus miſſas, ſermones, & cōtemplantibus Chriſti natiuitatē, quaſi viderent virginem cum filio &c. Item idem dicendum eſt de cōtemplantibus Chriſti paſſionē. Et quot cōtemplationes habentur, tot fercula dantur &c. omnes dies pauperis, id eſt peccatoris, ſine gratia dei ſemper mali erunt. Secura mens quaſi iuge cōuiuium. Prouerb. 15. Iſtud prandiū nō eſt feſtiuale ſolū, ſed etiā ſociale, quia qualibet die homo deuotus comedit cum Chriſto. De hoc figura Daniel. 14. Dicatur quomodo Daniel fuit ſex diebus nō manducans nec bibens, ſed orabat, erat autē Abacuc propheta in Iudæa. Dicatur hiſtoria, quomodo per angelū fuit portatus ad locū. Et exclamauit Abacuc di. Daniel, ſerue dei, tolle prandiū quod miſit tibi deus. Audite pulchrū ſignificatū huius figure. Daniel amicus dei ſignificat quālibet perſonā deuotam. Lacus leonum eſt iſte mundus, in quo ſunt ſeptem feri leones prompti ad deuorandum, puta dæmones, qui tentant de. vij. peccatis mortalibus. Primus eſt Leuiathan, qui tētat de ſuperbia. Idem de aliis. Iſti nō curant vt deuorent peccatores, quia iam ſunt ſui, ſed perſonas ſanctas & deuotas, puta bonū clericū, vel religioſum. Inter quos perſona deuota ſtat ſex diebus. Septē ſunt ętates. Prima infantia. In iſta homo nō timet leones, ſed in ſecūda, ſcilicet pueritia, quia in illa iam multi damnantur. tertia adoleſcētia, quarta iuuētus, quinta virilitas, ſexta ſenectus, ſeptima decrepitus. Sex ætates ſunt periculoſe, ſed Chriſtus de terra promiſsionis mittit prandiū Danieli, id eſt perſone deuote. ſ. conſolationes ſpirituales &c. Exultent iuſti in cōſpectu dei, & delectentur in letitia. Pſal. 57. Quartū prandiū eſt omnibus aliis melius, ſcilicet gloriæ cæleſtis. O qualia fercula dantur in iſto prandio. Nullus intellectus poteſt cōprehēdere & declarare ad plenū hoc prandium, quia tāta eſt excellentia illorū ciborū, ℘ ſi de pane iſtius prandij

ſolum

ſolum vna mica caderet in os tuũ vel meum, ſi viueres x. mille annis, nolles comedere cibum præſentis vitæ corporeũ & corruptibilẽ. Beatus qui manducabit panẽ in regno dei. Luc. 14. De iſto prandio melius tacere poſſumus quã dicere, ſed recogitate quales eſcas retinuit deus pro ſe & ſuis. De iſto prandio loquitur ſingulariter the. Iſtud prãdium dicitur nuptiale, ad quod cõueniunt omnes propinqui, tã ex parte ſpõſi quã ex parte ſponſæ. Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa ſunt, & omnia parata, venite ad nuptias. Deo gratias.

Dominica. xx. poſt Trinitatem, Sermo iij.

EGreſsi ſunt ſeruì eius in vias. Habetur verbum iſtud Mat. 22. Materia huius ſermonis erit declarare per quam viam poterimus ire ad conuiuium gloriæ cæleſtis. Materia erit vtilis &c. Salutetur virgo Maria. Dicit the. ℔ ſeruitores dei egreſsi ſunt in vias. Pro intellectu thematis oportet declarare qui ſunt ſerui dei. Et ad hoc ſciendum eſt ℔ omnes creaturæ tam corporales quam ſpirituales, tam bonæ, quam malæ ſeruiunt deo aliquo modo. Declaratur ſtatim in creaturis purè corporalibus, vt ſunt cælum, & luna, ſol, & ſtellæ, quæ non poterunt vnum punctum ordinationis diuinæ præterire. Illam eandem regulam, quam deus dedit eis à principio, ſeruant & ſeruabunt quouſque aliud præcipiat in die iudicij, quando deus dicet ſoli, ſta. Sol & luna non habent rationem, nec intellectum, & ſeruiunt deo. Ideo cantat eccleſia, Cui, ſcilicet deo, luna, ſol, & omnia deſeruiunt per tẽpora. Idem de elementis, aëre, terra, aqua, & igne, ſed qualitates & proprietates quas dedit eis, nihil prætereunt, quouſque habebunt mandatum in oppoſitum. Idem de animabus, volucribus, & piſcibus, quæ non prætereunt diuinã ordinationem. Iam certo tempore faciunt nidos, ducunt vxores, faciunt pueros. Idem de plantis, & arboribus, quæ ſecundum ordinationem dei certo tempore dant flores, fructus, & folia, & certo tempore dimittunt. Ideo Dauid, Ordinatione tua perſeuerat dies, quoniam omnia ſeruiunt tibi. Pſal. 118. Modo videamus quomodo creaturæ pure ſpirituales ſeruiunt deo, vt ſancti angeli, & animæ beatorum ſeruiunt deo, quia in nullo diſcordant a dei ordinatione & voluntate, ſed operantur & faciunt iuxta dei voluntatem, in omnibus concordant cum deo. Ideo de eis dicit ſcriptura, Beati viri, id eſt virtuoſi tui, & beati ſerui tui, qui ſtant coram te ſemper tertij Regum decimo. Diceret aliquis, Quid dicemus de dæmonibus, qui ſunt in inferno, vel inter nos, ſiue in aëre? Item quid dicemus de animabus damnatis, quæ ſunt creaturæ ſpirituales, an etiam ſeruiant deo? Dico quòd ſic, licet contra ſuam voluntatem. Dæmones ſeruiunt deo intantum, quòd non eſt in paradiſo aliqua corona, nec patriarcharum, nec prophetarum, nec martyrum, nec confeſſorum, nec virginum, loquendo de auditis, & communiter,

quin

quin per dæmones ſit fabricata. Diceretis vos,& quomodo poteſt hoc eſſe? Dico quòd contradicẽdo & reſiſtendo diaboli tẽtationibus fabricantur corone, licet quando diabolus tentat, ipſe intendit fabricare cathenam, qua trahat homines ad infernũ, tamen quando cõtradicit homo tentatus tentationi, efficitur corona præter intentionem diaboli. Autoritas. Dauid, Supra dorſum meũ fabricauerunt peccatores. ſ. dæmones obſtinati. Gloſa, coronam. Licet diabolus intendat fabricare cathenam, quæ trahat ad infernum &c. & non eſt modicum ſeruitium illud. Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Iac. 1. Item ſi quæratur an animæ damnate ſeruiunt deo, Dico quòd ſic. Dicas mihi quale ſeruitium faciũt regi vel domino ſuſpenſi in furca? Dico quòd magnum, quia oſtendunt iuſtitiá domini. Quando enim ſuſpenſi inueniũtur in aliqua patria, ſtatim dicitur, Iſte dominus eſt iuſtus, quia ſuſpẽdit criminoſos. Quando enim nõ inueniuntur ſuſpenſi, vel omnes ſunt ſancti, & boni, & iuſti, quod frequenter non eſt verũ, vel iuſtitia non ſeruatur. Ecce quomodo ſuſpenſi ſeruiunt dominis,& etiam hominibus, quia quando videtur ſuſpenſus, quæritur quare fuit ſuſpẽſus, dicitur propter furtum, & quilibet dicit intra ſe, ego cauebo me. Eodem modo animæ damnate oſtendunt dei iuſtitiã,& in hoc ſeruiunt ſibi,& nobis, quando enim nos oculis animæ videmus ſuſpenſos in inferno malefactores, tunc a peccatis reuocamur. Dicatur de magnitudine pœne inferni,& quomodo dæmones & animæ dãnatæ cõtinentur contra eorũ voluntatẽ in igne, & ab igne inferni. De hoc vide. b. Tho. j. par. q. lxiiij. art. iiij. & in iiij. ſcri. diſtin. xliiij. O bone gẽtes iſta penſare debetis, quia per hoc homo corrigit vitã ſuã, quia quãdo homo videt iſta cõtẽplãdo, vel audit in ſermonibus, ſeu legit, dicit, O miſer ſi ego facerẽ hoc ita eſſet de me, ſi homo refrenat malas inclinationes. Ideo magnũ ſeruitiũ faciũt deo, quia magnũ ſeruitiũ facit regi qui portat ſuũ vexillũ in bello. Dãnati enim portãt vexillũ iuſtitiæ diuinæ, Ideo Dauid, Cõuertãtur peccatores in infernũ. ſ. cogitãdo. Modo videamus de creaturis, quæ habẽt corpus & animã, qũo ſeruiũt deo. Dico quòd oẽs creaturæ humanæ tã bonæ quã male ſeruiũt deo aliquo modo. De bonis nõ eſt dubiũ, quia recta & ſancta intẽtione ſeruiũt deo, quicquid em̃ cogitãt, deſiderãt, loquũtur,& operantur, totũ ordinãt ad gloriã dei dicẽdo, Dñe ego ſum captiuus veſter, & ex debito teneor vobis ſeruire, placeat tamen vobis, quòd ſi ego ſeruio vobis bene, detis mihi coronã,& regnũ veſtrũ. Iuſti autẽ in perpetuũ viuẽt,& apud dñm eſt merces eorũ,& cogitatio illorũ apud altiſſimum. Sap. v. De malis autẽ hic eſt difficultas. Et dico quòd mali homines in peccatis viuẽtes faciũt deo magnũ ſeruitiũ, nõ ex eorũ intẽtione, quia nõ eſt recta, ideo peccãt, ſed ex ſupernaturali dei ordinatione. Dicit Augu. in enchiridio. i. in libro manuali, quòd deus non permitteret

aliquod

aliquod peccatū fieri ſi nō eliceret inde maius bonū. Dicatur hic hiſtoria de Ioſeph, cui reuelauit deus quòd eſſet dominus fratrū ſuorum, & ipſe reuelauit fratribus ſuis, propter quod fratres eius eum occidere volebant, & vendiderūt eum &c. Dixitq; fratribus ſuis, Nolite timere, neq; vobis durum eſſe videatur quòd vendidiſtis me in his regionibus. Pro ſalute enim veſtra miſit me deus ante vos in Egyptū. Infra. Nō veſtro cōſilio, ſed dei voluntate huc miſſus ſum, qui fecit me quaſi patrem Pharaonis, & dominū vniuerſæ domus eius, ac principem in omni terra Egypti. Geneſ. 45. Patet ergo quomodo de peccatis elicit bona, aliter non permitteret ea fieri. Iudæi enim quādo interfecerunt Chriſtū, magnum peccatū fecerunt, & malum opus, & peſsima intentione fecerunt, ſed magnum fecerunt deo & nobis ſeruitium, quia ex illa morte ſaluamur, ſed quia ipſi Iudæi mala & peruerſa intentione fecerunt, nō meruerūt, imo grauiter peccauerūt. Idē de tyrānis, qui interficiēdo martyres magnū ſeruitiū fecerunt deo, & ſanctis martyribus, nō tamē recta intētione. Ideo peccabant. Patet ergo quòd boni & mali ſeruiunt deo. De malis dicit Chriſtus, Seruū inutilem proiicite in tenebras exteriores. Mat. 25. Cum ergo dicit thema, Egreſsi ſunt ſerui eius in vias, de bonis ſeruis & malis ſeruis loquitur, quia boni ſerui omnes vadunt per viam. Modo videamus in quas vias exierunt. Tres vias inueni per quas vadunt omnes ſeruitores dei, boni & mali.

Prima eſt ſcandaloſa.

Secunda via eſt periculoſa.

Tertia via eſt virtuoſa.

Per duas primas vias vadunt mali, per tertiam autem vadunt boni. Prima via eſt ſcandaloſa. Per iſtam viam vadunt homines religioſi, & clerici, & laici, qui nō ſolum peccant, & ſunt mali in ſe, ſed ſunt etiā aliis in exemplum, & cauſa ſcandali. Iſta via eſt mala, quia ipſi elongantur a deo, & ſcādaloſa, quia facit cadere & peccare alios. Sicut ſaxum de monte deſcēdens, lapides ſibi occurrentes ſecum precipitat. Ita quando aliqua perſona, ſcilicet de ſtatu magno in dignitate vel ſciētia cadit, ſolus incipit cadere, ſed exēplo eius multi cadunt in profundū inferni. Verbi gratia. Quādo aliquis homo notabilis cadit in peccatū pompe, elationis, & ſuperbiæ, ſtatim præcipitat ſibi occurrētes, quia ſtatim dicūt, Et quare ego nō facio ſicut iſte? Idē de mulieribus, quādo vident aliquam incipientem pompam in ornatu, cauda manicis, & huiuſmodi, dicunt aliæ, O quàm pulchra eſt iſta, ita faciā. & ſic precipitātur. Idē de peccato auaritiæ, quando vos videtis aliquem diuitem, dicitis, Quomodo iſte congregauit? & dicitur vobis quòd mutuauit decē florenos pro xij. vel emit aduantagiū pro minori precio, vel vendebat pluris propter dilationē ſolutionis, vos dicetis, O ita faciam ego, & quando reprehenduntur vſurarij, reſpōdent, Talis bonus homo vel clericus facit hoc idem,

hoc

hoc est dicere quòd ille vos præcipitat. Idem de luxuria. Si aliquis prælatus, clericus, vel religiosus tenet concubinam, dicit laicus, Ideo bene possum tenere &c. Ecce quomodo eorum malo exemplo multi præcipitantur. Idem de peccato gulæ in collatione, in ieiuniis ecclesiæ comedunt panem, quando reprehenduntur dicunt, Ego faciam vt talis prælatus faciebat. Dicatur quomodo non est faciendum, & assignetur ratio. Alij dicunt, Melior est eleemosyna quàm ieiunium. Sed ego dico quòd melior est obedientia quàm eleemosyna vel ieiunium. Item multi non ieiunant ieiunia ecclesiæ, & si reprehenduntur dicunt, Talis clericus vel religiosus non ieiunauit. Hoc tantum est dicere quòd ille vos præcipitauit. Mirabile est quòd peccator non vult solus ire ad infernum, quia vnus præcipitat alium. Not. tamen quòd sicut paruus lapis solus cadit, & non precipitat alios, sic nec personæ paruæ. Sed magni lapides, id est, personæ notabiles exemplo malo multos precipitant. Autoritas. Grego. dicit, Vehementer culpa in exemplum extenditur, cum peccator pro reuerentia ordinis honoratur. De quo Dauid, Hæc via illorum scãdalum ipsis. psal. 48. Scandalum peccatoribus sup. actiue, & aliis passiue, scilicet damnatis. Nota peruersi, nec corde cogitando &c. sed post in inferno confitebuntur coacte veritatem in ore suo, complacebunt deo non corde nec opere, sed ore, quia coacti tormentis confitebuntur peccata, quare sunt damnati. Damnati enim in inferno vident sanctos non cum delectatione, sed ad eorum maiorem dolorem. Et quando vident illos qui in hoc mundo fuerunt peccatores, sed fecerunt pœnitentiam, dicunt, O miser si ego feciſſem pœnitentiam, sic potuissem fuisse saluus, & sic dicit veritatem, & placet iudici: sic tales ore suo complacent deo. Verbi gratia. Quando superbus videt Paulum, qui fuit superbus, dicit, O miser, Paulus egit pœnitentiam de suo peccato, si sic feciſſem, saluatus fuissem. & sic de aliis peccatis &c. Quando inuenient se, & in igne lauabunt oculos, & videbunt Mariam Magdalenam &c. dicent, O miser si dimisissem luxuriam, & sic de aliis peccatis dicendum est. De hoc autoritas. Loquens scriptura de damnatis dicit, Videntes, scilicet beatos, turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperate salutis, gementes præ angustia spiritus, dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensatiui tam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. Ergo errauimus via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentie non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles. Viam autem domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarũ iactantia? quid contulit

ualit nobis? Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra,& in malignitate noſtra nos co nſumpti ſumus. Talia dixerũt iſti in inferno.Sapi.5.Propterea cuilibet dicitur,In via ruine non eas,& non offendes in lapides, nec credas te viæ laborioſæ,ne ponas animæ,tuę ſcandalũ.Eccle.32.Per iſtam viã,ſcandaloſam nullus vadit ad paradiſum.Secunda via eſt periculoſa,non tamen ſcandaloſa. Per iſtam viam vadunt religioſi, qui non habent malam intentionem,ſed & nollent alios ſcandalizare, ſed vellent honores ſine peccato. Iſta via non eſt ſcandaloſa,ſed eſtpericuloſa, quia de centum fortaſsis vel ſaltem de multis non vadit vnus ad paradiſum. Verbi gratia.Si homo ſimplex ponit in corde ſuo habere regimen, talis ponit ſe in periculo animæ & corporis, quia hodie vix aliquis eſt ſufficiens in hoc mundo ad gubernandum animam ſuam, quomodo tunc alios gubernabit? Ecce quare periculum eſt,ſicut ille qui neſciret regere barcham,id eſt paruam nauiculam, vellet regere magnam nauem. Parua nauicula eſt corpus proprium,vel domus propria. Magna eſt communitas &c. Si iſta cogitarent, fugerent quando debent eligi,& etiam appellarent.In via hac,ſcilicet periculoſa,qua ambulabam, abſconderunt ſuperbi laqueum mihi. pſal. 142. Dicatur hic quod accidit in Sabaudia de quodam clerico deſiderante honores, qui fuit factus epiſcopus Tarantaſiæ, & poſt congregauit pecunias, & dedit ſe deliciis,& tandem à ſcutifero fuit iugulatus & deprædatus. Iſte ambulauit per viam periculoſam.Nota de beato Antonio,quando vidit totum mundum laqueis plenum, Et quærenti ſibi quis poſſet euadere? Reſponſum eſt diuinitus, Humilitas. Sicut enim piſciculi euadunt retia quibus magni piſces capiuntur & retinentur, ſic homo humilis in ſimplicitate permanens pericula diaboli euadere poteſt. Ideo Dauid, Cuſtodiens paruulos dominus, humiliatus ſum & liberauit me. pſal. 114. Tertia via eſt virtuoſa, quam tranſeunt illi qui non curant de mundanis rebus,ſed ſeruiunt deo, & faciunt bona opera ardenter, conteruntur de peccatis, proponunt nunquam peccare, confitentur,ſatisfaciunt, & remittunt iniurias. Iſta via ducit ad paradiſum. De iſta via autoritas, Deduxit eos in via mirabili, & fuit illis in velamento diei, & in luce ſtellarum per noctem, & tranſtulit illos per mare rubrum, & trauſuexit illos per aquam nimiam.Sapien.10.Ad literam dicitur de filiis Iſrael, allegorice autem de iſtis qui ambulant per viam iſtam,quæ quadrupliciter eſt mirabilis ad inſtar viæ filiorum Iſrael. Mirabile enim eſſet ſi falco, cui ligaretur in pedibus lapis magnus, quòd poſſet aſcendere. Ita de anima leuiore falcone, cui alligatur eſſentialiter onus carnis, mirabile eſt quòd poteſt cælum aſcendere. Ideo dicit, Deduxi eos in via mirabili. Primo fuit via Iudæorum mirabilis, cum dicit, Fuit illis in velamento diei. Dicatur de nube refrigerante ardorem ſolis filiorum Iſrael in deſerto.

Istam gratiam facit deus personis ambulantibus per viam virtuosam. Nubes refrigerans est temperantia, contra ardorem prosperitatum, honorum, diuitiarum, & deliciarum. virtuosi enim non calefiunt de honoribus, imo dicunt, Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. In diuitiis non apponunt cor. Iuxta illud, Diuitiæ si affluant, nolite cor aponere. psalm. 61. Et de deliciis cibi & potus solum recipiunt necessitatem. Secundo in luce stellarum nocte. Dicatur de claritate super filios Israel in via deserti, cum fuissent inter bestias, serpentes, leones, vrsos. Ita personis virtuosis deus dat lucem patientiæ cum sint inter bestias aduersitatum, ne errent in via per impatientiam. Dauid, Per diem sol, scilicet prosperitatis non vret te, neque luna, scilicet aduersitatis per noctem. Tertio, Et transtuli illos per mare rubrum. Dicatur quomdo ex vna parte erat mons altissimus, retro populus Aegyptiacus insequens filios Israel, ad aliam partem mare rubrum quod deus aperuit & transierunt. Istud mirabile facit deus personis virtuosis, quia per mare rubrum, scilicet memoriam passionis Christi transeunt sine tedio per pœnitentiam suam. Hic est qui venit per aquam & sanguinem. 1. Ioan. 5. Quarto, Et transtulit eos per aquam nimiam. Hæc fuit à flumine Iordanis. Dicatur quomodo aqua stetit faciens murum, Ista mirabilia facit deus personis deuotis quando dat eis abundantiam lachrymarum in oculis ex peccatis propriis & aliorum, quia quando vident peccatores non indignantur, sed compatiuntur eis dicendo, Domine conuerte eos. Si mihi dedisses illam tentationem, fuissem fortasis factus peior. Viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Pro. 4. Deo gratias.

Dominica vigesima post Trinitatem. Sermo iiij.

NOn quasi insipientes, sed vt sapientes. Ephe. 5. Salutetur virgo Maria. Pro hius verbi declaratione sciendum est quòd deus inter istum mundum præsentem & alium facit talem differentiam, quòd in hoc mundo boni & mali, sapientes, & stulti, stamus similiter in vna villa, domo, collegio, vel monasterio, sed in alio mundo mali separabuntur à bonis, singulariter in iudicio. Tunc omnes boni, iusti, & sapientes, collocabuntur in cælo, & omnes mali, iniusti, stulti in inferno. Nota de hoc similitudinem. Tempore enim messis in area totum simul est, scilicet granum cum paleis, sed dominus cum vna pala separat postea granum à paleis, ita faciet deus. Cogita quòd iste mundus sit tanquam vna area, in qua omnes sumus mixti, sed veniet dominus areæ cum pala suæ infinitæ potestatis, & separabit granũ, id est sapientes à paleis, & collocabit in granariis, i. ordinibus angelorũ, paleã vero mittet

ad com

ad cõburẽdum in ignem inferni. De hoc autoritas. Dicit Ioan. Bapt. de Christo, Venturus est, supple Christus, cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreũ suum, paleas autem cõburet igni inextinguibili. Mat. 3. Ex ista declaratione habemus ꝙ nullus insipiens intrabit paradisum, sed ibunt insipientes in infernum. Quoniam non habuerunt sapientiã, interierunt propter suam insipiẽtiam. Baruc. 3. Propter hoc apostolus auisando vos dicit in the. Non quasi insipientes &c. Patet the. In quo apostolus dat nobis doctrinas. Prima est negatiua cum dicit, Non quasi insipientes. Secunda affirmatiua cum dicit, sed vt sapientes. Hodie erit Sermo de negatiua, alia die de affirmatiua. Modo oportet ostendere quot sunt species stultitiæ, vt caueamus eas. Et philosophicè nominantur sic.

Prima est frenesis.
Secunda epilepsia.
Tertia demonia.
Quarta rabies.
Quinta insensibilitas.
Sexta furia.
Septima ebria.

Septem sunt sicut septẽ peccata mortalia. Ideo vt caueamus dicit the. Non quasi insipientes, sed vt sapientes. Prima ergo species stultitię est frenesis, ita nominatus à Physicis, quando enim ascendit febris in caput, & perturbat imaginationem, & homo loquitur stultitias, talis dicitur freneticus. Ecce hic peccatum superbiæ, quod nihil aliud est nisi febris, quæ ascendit in caput quando homo presumit & superbit de bonis temporalibus vel spiritualibus di. Ego sum talis &c. Vos estis freneticus, & loquimini vt stultus, despiciendo omnes alios, etiã parentes & dominos, imo & deum. Ecce frenesis, quia non respicit de quibus loquitur, quia tã de bonis, quã de malis, amicis & inimicis, & de sanctis & de deo. De talibus enim dicit scriptura, Qui cũ cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiens cor eorũ, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Ro. 1. Contra istam stultitiam debent prouidere rectores villæ, quia sicut stultus ligatur, sic frenetici, & superbi blasphemantes ligandi sunt cathena fortis ordinationis, ne sub ardua & bona pœna deus sic blasphemetur. Secunda est epilepsia. s. morbus caducus, quia in cella cerebri generatur vna gutta ex bullitione stomachi, & calore cordis, & quando illa gutta est frigida, cadit super telã cordis, & tales tunc cadunt in terrã, & maculãt se, & perdũt intellectum. Ecce hic peccatum auaritiæ, quę ascendit ad cerebrũ, quãdo dicitur pro certo ego volo ditari, deinde cadit super cor, cogitãdo & dicendo, si ego volo viuere plane de meis redditibus, vel possessionibus,

in fine anni nihil habeo ſuperfluum, & ſic nihil dimittam filiis, ſcio quid faciam, preſtabo & mutuabo decem florenos pro duodecim vel emam propter ſolutionis anticipationem pro minori precio, & vendam pluris propter ſolutionis dilationem, & ſic cadit in terram, & maculat ſe. Imo etiam iam capellaniæ & confraternitates cadunt in terram per vſuram. Ecce epilepſia. Si vis emere cenſus, tunc vide quòd duo ibi concurrant. Primo q̃ vera ſit emptio, ſecundo quòd precium ſit iuſtum. Nonne ſtultam fecit deus ſapientiam huius mundi? 1. Corinth. 1. Tales mundani dicuntur ſapientes, quia ſciunt congregare, ſed reuera in epilepſia ſunt. In hac etiam ſtultitia ſunt luſores, quia omnes habent radicem in auaritia. Ratio, quia quilibet vult bono alterius lucrari. Ideo medicina huius morbi curatiua eſt ordinatio ſub certa pœna, ne quis decetero ludat. Maledictus eſt qui ludit taxillando, qui reſpicit, qui præſtat taxillos, domum, ſeu pecunias. Ergo non quaſi inſipientes &c. Tertia eſt demonia. Ille qui habet dæmonium in corpore, dicitur dæmoniacus, nec oſtenditur ſubito, ſed quando coniuratur, tunc perdit intellectum. Ecce dæmonia, ecce hic peccatum luxuriæ. Ratio, quia luxurioſus ſemper habet dæmonem ſecum, ex quo eſt habituatus in illo peccato, ſed non cognoſcitur quouſque habet occaſionem, tunc enim nec reſpicit parentelam, nec amicos, nec honores, nec quenquam. Animalis homo, id eſt beſtialis, non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei. Stultitia eſt enim illi. 1. Corin. 2. Tales non intrabunt paradiſum, quia deus non vult porcos in paradiſo. Iura permittunt lupanaria, quia ad portam ciuitatis, in remedium infirmitatis, ſed non particularia in hoſpitiis, ſeu aliis domibus &c. Ideo contra tales dæmoniacos neceſſaria eſt cathena ordinationis, qua ligentur, vt, ſcilicet non teneatur, nec permittatur extra commune lupanar aliqua putana notoria, quod nulla poteſt tergiuerſatione celari. Ex hoc ſequitur q̃ nullus homo vxoratus, nec clericus, audebit tenere concubinam. Quarta eſt rabies, ſunt aliqui ſtulti, qui nulli nocent niſi ſibiipſis, quia ſeipſos comedunt ex rabie. Ecce peccatum inuidiæ. O quot rabidi ſunt in mundo, omnes quotquot inuident proximo rabidi ſunt, quia illa inuidia non nocet niſi ſibiipſis, qui quando vident proſperitatem proximi in diuitiis, vel honoribus, in officio &c. venit illa rabies inuidiæ, quia ſeipſos comedunt, cum deberent pro illo orare dicendo, O domine, conſeruetis ſua bona, & detis mihi neceſſaria, quia ſum creatura veſtra. Hac infirmitate grauantur multi Chriſtiani, qui inuidentes legi Ieſu Chriſti, volunt ſeruare legem infidelium Iudæorum, ſeruantes ſabbata ex quadam epiſtola quam dicunt deſcendiſſe in altare ſancti Petri de cælo Romę, imo deſcendit de inferno. Item mulieres poſt partum ſtant xl. dies, ſicut virgo Maria. Ergo filiis veſtris debetis dare circunciſionem, i. bonam in-

forma

formationem, refrenando eo a vitiis, non circunciſionem materialem, qua Chriſtus fuit circunciſus; quia modo in lege noſtra vim regenerationem non habet, ſed loco eius dominus noſter Ieſus Chriſtus inſtituit baptiſmum, ſine quo nullus ſaluari poteſt: Item obſeruant augurias. Ideo ſcriptura, Stulti ea quæ ſibi ſunt noxia cupiunt, & imprudentes odibunt ſcientiam. Prouerb. 1. Contra iſtam ſtultitiam rabiei fiat ordinatio contra diuinos &c. Quinta eſt inſenſibilitas, a qua dicitur inſenſatus. Iſta eſt ſtultitia puerorum, & etiam ſeniorum ex antiquitate. Pueri enim recipiunt quicquid eis datur, nec ſciunt diſcernere inter bonum & malum, vt patet de puero, qui recipit prunam, & mittit ſubito in os. Qui facit exceſſum in cibo vel potu, inebriando ſe, inſenſatus eſt. Ecce hic peccatum gulæ, qua, proh dolor, multi laborant & infirmantur. Quare hodie ſunt tot infirmi, & cum malis oculis, rubicundis, guttoſis? profecto plurimi tales ſunt ex ſuperfluitate cibi & potus. Tales inſenſati ſunt vt pueri. Dauid, Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, imo peior factus eſt iumentis. Pſal. 48. Contra hoc vitium fiat ordinatio, ne aliquis de villa bibat in taberna, nec tabernarius in dominica ante miſſam aperiat tabernam. Sexta eſt furia. Furioſus autem non reſpicit quid facit, ſed percutit a dextris, & a ſiniſtris, nullum reuereretur. Ecce hic peccatum ire, quia iracundus per corpus meum iurat, ego vindicabo me &c. Iſta eſt furia & ira vindicatorum, qui nolunt parcere, nec remittere, nec permittunt quòd alij remittant, quia ſtatim derident eos dicentes, Quid facitis &c. Stultus populus meus non cognouit, filij inſipientes ſunt, & vecordes. Hiere. 4. Nota, vecordes, id eſt furioſi. Curatur hæc infirmitas remittendo, & faciendo pacem, non ſuſtinendo partialitates & diſcordias. Septima eſt ebria, ab ebrietate dicta. Ebrius enim eſt ſtultus, quia nihil poteſt facere, non habet remedium niſi dormire. Ecce hic peccatum acidiæ. Acidioſus autem non curat de operibus meritorijs, perdit tempus tam pretioſum, quod deus nobis dedit pro merendo in feria huius mundi. De talibus dicit propheta, Sapientes ſunt vt faciant mala, bene autem facere neſcierunt. Hierem. 4. Non ſunt pigri in dominica ire ad bordellum, ſed ad eccleſiam. Nota contra fractores feſtiuitatum. Ideo fiat cathena ordinationis ad ligandum iſtos ſtultos, ne in die feſto audeant facere barbitonſurã, nec emere, nec vendere merces, nec laborare &c. non quaſi inſipientes.

Dominica. xx. post Trinitatem. Sermo. v.



On quasi insipientes, sed vt sapiẽtes. ad Ephe. 5. Istud verbum habetur textualiter & recitatiue in epistola currentis dominicæ. Saluetur virgo Maria. Pro declaratione huius thematis, & introductione materiæ prædicandæ, sciendum q̃ inter alias virtutes & opera virtuosa necessaria nobis ad habẽdum in hoc mundo gratiam diuinalem, & in alio gloriam cælestialem, est virtus sapientiæ, sine qua non potest hic haberi gratia, nec in alio mundo gloria. Primo enim in hoc mundo necessaria est nobis virtus sapientiæ, ad habendum gratiam & amorem dei. Ratio, quia naturaliter similitudo est causa amoris, sicut dissimilitudo est causa diuisionis. Hoc potestis videre in animalibus. Vnde si essent hic multa animalia diuersarum specierum mixtim congregata, statim separarent se seorsum, illa de vna specie, alia seorsum de alia specie. Item vos de matrimonio si habetis multos filios, licet omnes diligatis, plus tamen vobis similem magis. Idem mater de filiabus. Ideo dicit scriptura, Omne animal diligit simile sibi, sic & omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad similem sibi coniungetur, & omnis homo simili sui sociabitur. Eccl. 13. Cum ergo Christus sit vera & æterna sapientia dei patris. Autoritas. Nos prædicamus Christum crucifixum dei virtutẽ, & dei sapientiam, 1. Cor. 1. Ideo ex ratione iam dicta, si vis amari ab eo, habeas sapientiã, vt sis sibi similis, stulti enim & indiscreti non diligunt ab eo. Neminem diligit deus nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Sap. 7. Secũdo ad habendũ gloriam cælestẽ in alio mũdo est nobis necessaria sapiẽtia. Ratio, quia quãdo deus dat gloriam alicui animæ, magis mẽsurat gloriam secundũ bene operata, quam secundum bona opera. Multę personę habẽt & faciunt bona opera, tamen non bene faciũt seu operãtur in gratia. Dare eleemosynam est bonum opus, sed nisi fiat bene. i. bona intentione, nõ habebitis gloriã sed damnationẽ, & si datis viduæ eleemosynã intentione peccandi, bonũ opus facitis, sed intentione pessima. Itẽ redimere captiuũ bonum est, sed si sint pecuniæ de furto vel vsura nõ est meritorium, sed peccatũ. Idem de aliis, plus respicit deus dando gloriã si opera sint facta bona intẽtione, quam q̃ sint bona opera. Cũ ergo bene operari & discrete sit actus sapientiæ, ergo necessaria est sapiẽtia ad habendũ gloriam. Ideo dicit scriptura, Si quis erit cõsummatus. i. perfectus inter filios hominum, si ab illo abfuerit. i. defuerit, sapiẽtia tua in nihilum cõputabitur. Sap. 9. Patet ergo quod dicitur, q̃ inter alias virtutes nobis nẽcessarias ad habendum &c. est sapientia. Propterea monet nos apostolus vt viuamus non quasi insipiẽtes, sed vt sapiẽtes. Diceret aliquis, Modo cognoscimus q̃ sapiẽtia est nobis necessaria ad hoc q̃ habeamus gratiã hic, & gloriam in futuro. Sed libenter scirem quę sunt cõditiones sapientiæ. Pro istius

dubij

dubij ſolutione amore dei ego quæſiui & inueni in quadam autoritate ſeptem cõditiones veræ ſapiẽtiæ. Quæ deſurſum eſt ſapiẽtia, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia, & fructibus bonis, iudicans ſine ſimulatione. Iaco. 3. Primo dicitur, quæ deſurſum eſt ſapiẽtia, primum quidẽ pudica eſt. No. hic differentiã inter caſtitatẽ & pudicitiam, licet cõiter loquendo pro eodem ſumãtur, tamen ſtrictè multum differũt. Caſtitas eſt vna virtus habens duas radices. Prima eſt in corpore, ne fiat illud opus &c. Secunda eſt in corde, non deſiderando illam corruptionẽ, talis perſona dicitur caſta. Quia ſi aliqua perſona cuſtodit corpus ſuũ ab opere illo timore verecundiæ, vel ſcandali, ſeu malæ famæ, ſed intus in corde habet deſiderium &c. talis perſona licet coram oculis gentium ſit caſta, tamen coram oculis dei & ſanctorum angelorum reputatur putana. Quot ſunt in mundo, qui appreciantur ſe de caſtitate? Dicunt multæ mulieres, Ego nunquam cognoui niſi virum meum. Et puellæ, Ego ſum virgo, nunquam cognoui hominem. Dicunt viri, licet pauci, quia cito fortaſsis poſſent numerari. Nũquam cognoui niſi vxorem meam. Modo dicatis ſi in corde veſtro deſideraſtis vnquam aliquam, vel aliquem, ſi reſponderitis, Pater, ita, ergo coram oculis dei iam eſtis putana. Et ſicut ſi coram nobis iſte actus ab aliquibus fieret, omnes indignaremur contra facientes, ita Chriſtus, & virgo Maria, & angeli, & ſancti indignantur contra illos, qui corde in actum lubricum conſentiunt, quamuis etiam opere non perficiunt, & dicunt, O iſte proditor, vel iſta putana, luxurioſè & impudicè viuunt. Oportet enim ꝙ caſtitas non ſolum ſit in corpore, ſed etiam in corde. Ideo dicit ſcriptura, Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Matth. 5. Sed pudicitia plus requirit, quia maior eſt, quia pudicitia non ſolum conſiſtit in corpore, & in corde, ſed in omnibus aliis membris. Si enim in aliquo ſit caſtitas in corde, & in corpore, ſed non in oculis, quia libenter reſpicit mulieres, & partes earum, & per partes ſuas, talis non eſt pudicus. Ideo Ber. ſorori ſuæ dabat conſilium, ꝙ non ſolum alios non reſpiceret, imo nec ſeipſam. Magnam vim faciebant ſancti patres antiquitus in iſta virtute pudicitiæ. Dicatur exemplum de illis duobus ſanctis heremitis, volentibus tranſire flumen, qui vertebant dorſum, ne vnus videret alium nudum, ſenex nec ſeipſum potuit reſpicere, & ſubito ab angelo fuit portatus ad aliud littus. Tantum placet deo pudicitia. Homo qui vult caſte viuere, non reſpiciat alios, nec ſe nudum, imo nec beſtias &c. ſi gallus iungiur gallinæ, non reſpicias, & ſic de aliis. Et ideo perſonæ caſtæ ſemper reſpiciunt ad terram, & ſi aliquando habent aliquem reſpicere, ſtatim inclinant oculos. Item neceſſaria eſt pudicitia in auribus, puta nolle audire loqui de illa materia directe

Quo pudicitia & caſtitas differunt.

vel indirecte. Item in aure etiam necessaria est pudicitia. Non enim debemus cantare cantilenas mundi, quia omnes sunt illius materiæ aliquo modo. Item in manibus necessaria est nobis pudicitia, quia non debet quis impudicè tangere alios, nec etiam seipsum, nec etiam sustinere aliquos tactus nisi cogente necessitate infirmitatis. Ista pudicitia ostenditur nobis in turture, de qua dicunt naturales, quòd si perdit masculum, nullum masculum vult respicere, sed vadit solitaria per deserta, nec ponit se in arbore frondosa, sed in sicca, nec bibit aquam nisi turbidam. Item semper plangit gemendo. Exemplum dat deus in turture volentibus castè viuere. Primo tales non debent respicere alium. Secundo debet viuere solitariè, dimittendo societatem, quæ est occasio peccandi. Tertio non debent se ponere in arbore frondosa, scilicet ornando se. Quarto non debent bibere aquam claram, id est nimis curiosè viuere in ferculis, sed debent abstinere. Quinto plangere & gemere debent peccata sua, & aliorum. De ista pudicitia Augusti in regula, Vestram pudicitiam custodite, nec dicatis vos habere animos pudicos, si oculos habetis pudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius. Vir & vxor seruando sibi fidem casti sunt, & seruando modum pudici. Secunda conditio est quæ tangitur cum subditur, Quæ desursum est sapientia, deinde pacifica est. Si estis verè sapientes, oportet quòd sciatis conuersari cum proximis pacificè. Primo in corde, non portando odium seu malam voluntatem. Secundo in ore, non malè loquendo adinuicem, salutando se, quia os est nuncius cordis. Ex abundantia cordis os loquitur. Luc. 6. Dicatur contra mulieres dicentes, Ego nolo loqui illi &c. Qui enim aufert verbum proximo, deus auferet sibi verbum quando plus indigebit, quia morietur sine confessione, & testamento &c. Tertio pacificè conuersari facit sapientia in opere, non faciendo furtum, nec proximum damnificando. Sunt aliqui qui timore pœnæ vel huiusmodi non audent facere damnum proximo, sed de nocte vadunt amputantes vineas, & arbores proximorum. Plus debes timere deum, qui videt omnia, & nunquam intrabis paradisum, nisi prius feceris satisfactionem pro toto damno. Ideo dicit, Sapientia deinde pacifica est. Bestiæ enim in deserto viuunt pacificè, nunquam insurgit lupus contra lupum, & sic de aliis. Et nos minus pacifice viuimus quam bestiæ. Ideo dicit scriptura, Vade ad formicam, o piger, & considera vias eius, & disce, scilicet ab ea sapientiam. Prouerb. 6. Disce sapientiam, scilicet pacificè viuendo, quia formicæ in cumulo suo, qui non est magnus, viuunt pacificè, nec habent principem, nec iniuriantur sibi, imo iuuant se mutuo ad portandum onus, & nos transimus nihil dicentes, quare minus rationabiles sumus quam bestiæ? Ideo dicit, Vade ad formicam. O magna verecundia quòd formica sit magistra hominum.

Proponitur turtur à pudica persona imitanda.

hominum. Ideo de pacificis dicit Christus, Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Mat. 5. Dicit Aug. in sermone domini in monte, quòd beatitudinibus ista est maior. Tertia conditio est, Quæ de sursum est sapientia modesta est. Modestia est quædam virtus, quæ facit creaturam mature ordinare, & composite conuersari, omnia membra personæ componit, & ordinat ad standum gratiose, scilicet manus, caput, & oculos, & in omnibus ordinat vitam hominis, honeste & mature gubernando se. Hoc ostenditur nobis in pueris in schola in absentia magistri, qui non faciunt nisi ludere, sed in eius præsentia non mouent se. Item idem in seruis coram domino assistentibus. Magister noster est Christus, nec vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus. Mat. 23. Doctores, vt Augustinus, Ambrosius, non sunt magistri, sed baccalarij, & apostoli etiam sunt baccalarij, & repetitores fuerunt Iesu Christi, & suarum doctrinarum sanctarum. Item est dominus. Vos vocatis me magister & domine, & bene dicitis, sum etenim. Ioan. 13. Et est nobis præsens. Sum ego vobis modo præsens, plus estis vos Christo præsentes, quia ipse est in medio. Vnde dicit ipsemet, Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum. Mat. 18. Ideo prædicator debet se auisare quid dicit, quia coram papa Iesu &c. vt dicat verba vera, & sanctam doctrinam. Idem de vobis dicendum, quomodo debetis stare composite in præsentia dei, & angelorum ipsum associantium. Quia quando aliquis stat inhoneste, dicunt angeli, Domine ecce quomodo stat iste sic inhoneste &c. Cum pueri & scutiferi in præsentia domini stent honeste. Si ista cogitaremus, etiam quando homo est solus in camera, vel alias, staret semper honeste & cõposite, quia deus est semper præsens. Ideo Boetius, Magna nobis indicta est necessitas probitatis. i. modestiæ. Cum omnia agamus ante oculos iudicis cuncta cernẽtis. De ista virtute dicit apost. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Ratio, dominus enim prope est, quia præsens est. ad Phil. 4. Modestia vestra in loquendo, in ambulando, & in omnibus aliis. Mulier enim quæ cogitat q̃ respicitur à viro, stat tota composita, sic cogita q̃ deus per foramen te semper respicit. Istam modestiam seruabat Christus, eundo cõposite, temperate comedendo, respiciẽdo dulciter. Vnde dicit apost. Ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Iesu Christi. 2. Cor. 10. Quarta conditio est, Quæ de sursum est sapientia suadibilis est. i. docibilis, ignorantes informando. Quilibet sciens aliquod bonũ, ostendat proximo, sicut prædicatores &c. alias perdunt gratiam & scientiam. Si vobis prædicant, deus augmentat gratiã & scientiã &c. Hoc ostenditur in cæli luminaribus, dantibus nobis lumen, & influentias quas à deo recipiunt, alias si nollent, deus auferret ab eis lumen & influentiã. Prædicatores ad minus doceatis particulariter. Si vir scit se

signare, Pater noster dicere, vel confiteri &c. ostendat vxori, & econuerso, pater ostendat filio &c. Ostende hic signare. Vir sapiens, scilicet prelatus, curatus, vel prædicator, plebem suam erudit. Eccles. 37. Quinta conditio tangitur ibi, Quæ desursum est sapientia, est bonis consentiens, secundum proprium intellectum subiiciendo sanctorum doctrinis, singulariter in his quæ fidei sunt. Hoc ostenditur in pueris addiscentibus, quia oportet addiscentem credere secundum philosophum. Si contentiones sunt in cordibus vestris, non est ista sapientia quæ desursum est, descendens a patre luminum, sed terrena, animalis, diabolica. Iacob. 3. Sexta conditio est, Quæ desursum est sapientia, plena est misericordia, & fructibus bonis. Hic innuitur secrete quòd misericordiæ opera sunt sicut seminare, & fructus colligere. Et ita est. Nam quando vos datis eleemosynã pauperi, viduæ, puellæ, captiuis, tũc seminatis, sicut agricultor proiiciens semen vt putrefiat, & vt pro vna mensura decem colligat. Idem est de eleemosyna. Quando datis denarium, vel florenum, panem, vinum, videtur quòd sit perditum, sed non est ita, imo centuplum accipietis hic, & vitam æternam possidebitis in alio mundo. Ideo apostolus loquens de eleemosyna ad literam dicit, Qui parce seminat, sicut agricultor, qui in magno agro non seminaret nisi vnam quartam, parce & metet. 2. Corinth. 9. Ideo Christus Matth. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Septima conditio, Quæ desursum est sapientia, est iudicans sine simulatione, id est fictione, non solum ire in exteriori apparentia, & opere, sed in veritate. Hoc tangit dominos & iudices, qui habent regimen & populum iudicare in iudicio temporali, vel ecclesiastico, non respicere parentelam. Iudex existens in cathedra iudicij, non debet cognoscere patrem vel matrem &c. imo si iustitia est pro Iudæo, Mauro, paupere, vel alio, date sententiam contra patrem &c. Non respicite preces, dona &c. Dauid, Si vere vtique iustitiam loquimini, recte iudicate filij hominum. Psal. lvij. Quilibet iudex, balliuus, vel gubernator, quando intrat nouiter, loquitur iustitiam, iurando eam seruare. Melius esset sibi frangere caput & collum, quàm facere oppositũ. Item non contrahere sententiam. Idem de iudicibus ecclesiasticis, iudicent iuste. Confessores etiam, qui sunt iudices, auisent se vt iudicent recte. Aliqui nolunt absoluere rusticum, qui furatus est racemum, vel malogranatum, & bene faciunt, sed vsurarium bene absoluunt &c. Item si aliquis est furatus aliquid, vel quia inuenit aliquid, & non restituit, non absoluatur quin restituat, vel assignando tempus dicens, quòd alias non valebit absolutionem præstare, de incertis autem, & lucratis in ludo, scilicet taxillis, & aliis, fiat restitutio iuxta arbitrium confessoris. Si ille qui habet restituere sit pauper, confessor potest sibi dare quòd in orationibus vel in aliis satisfaciat. Hæc sapientia nobis ostendit

ditur a Christo domino Esa.10. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Ergo viuatis non quasi insipientes, sed vt sapientes.

De eadem dominica.xx. Sermo vj.

Videte quomodo caute ambuletis. ad Ephes.5. Materia hodierna erit quomodo debemus ire ad paradisum, quia via est longa, aspera, & periculosa. Sed vt materia sit deo gratiosa & acceptabilis, & nobis proficua & meritoria, saluetur virgo Maria. Qui bene vult cogitare, & acute, & vere, inueniet quòd vita huius mundi non est nisi via, in qua vadimus ad alium mundum. Nullus enim credit se hic semper mansurum, quia non sumus nisi peregrini. De hoc dabo signum & autoritatem. In quatuor cognoscitur quòd aliquis sit extraneus & peregrinus, scilicet.

In veste simplici, & grossa, & vili.
In baculo.
In capello.
Et in mutatione hospitij de die in diem.

De tali dicitur quòd sit extraneus peregrinus. Modo omnia ista signa reperio in Christiano, quod consideranti diligenter clare patebit. Primo portamus vestem grossam, vilem, & grauem, scilicet carnem, qua indutus est spiritus vt peregrinus, & sic indutus exit de domo veteri, scilicet materni, ideo dicit scriptura, Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Sapien. 9. Secundo habemus baculum, scilicet crucem Christi, quem recipimus in baptismo, quando cruce signamur in multis partibus corporis, nec alio baculo sustentari possumus eundo ad cælum. Ideo dicitur nobis in persona Christi, Tolle baculum meum in manu tua, & vade, scilicet ad peregrinandum in cælum. 4. Reg. 4. Vnde hoc quod dicitur, vade, solum dicitur Christiano. Iudæi autem & alij infideles licet portant carnem, & vestem vilem, non tamen portant istum baculum, nec vadunt ad cælum, sed ad infernū. Tertio portamus capellum, quod defendit nos ab estu solis, & pluuia. Istud capellum est gratia dei, quam etiā recipimus in baptismo. In cuius signum datur vestis alba, signans gratiam, & picta significans virtutes, quasi capellum sancti Iacobi. Ideo Dauid Psal.120. Per diem sol non vret te, neque luna per noctem. Quarto non quiescimus in aliquo loco, quia incessanter ambulamus. Peregrinus per viam quiescit, aliquando comedendo &c. sed nos continue ambulando approximamus morti. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra,

&

& nunquam in eodem statu permanet. Iob. 14. Fiat ergo consequentia. Si de quolibet homine habēte ista quatuor signa, scilicet vestem illam grossam, baculum &c. dicitur quòd sit peregrinus, & nos habemus ista vt probaui, ergo omnes sumus peregrini & viatores ad alium mūdum. Dicebat enim Dauid in sua oratione. Autoritas. Peregrini sumus coram te, & aduene sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi vmbra super terram, & nulla est mora domine deus noster. 1. Paralip. vltimo. Vnus intrat istam viam scilicet nascendo, alius egreditur moriendo. Item alia autoritas de nouo testamento concordans. Scientes quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur a domino. 2. ad Corinth. 5. Peregrini ergo qui habent ire ad longam viam, asperam, & periculosam, bono indigent consilio, & melius consilium quod potest dari est aduisare, & dicere eis, Videte quomodo caute ambuletis. Patet thema. Modo videamus, ex quo omnes sumus peregrini fratres, auisetis & informetis vos de cautelis, quia dicit thema, caute. Quæritur ergo quæ cautele sunt seruandæ. Dico quòd quinque cautele sunt necessarie cuilibet peregrino.

Prima solum portare expensas stricte.
Secunda est conuersari inter homines pacifice.
Tertia iungere se bone societati secure.
Quarta auisare se de passibus periculosis.
Quinta ire ad hospitium in die.

Quicunque seruauerit istas quinque cautelas, ambulat caute. Dico primo quòd prima cautela peregrinorum est, quòd portāt solum necessarias expensas, & non superfluas. Nam experimentaliter videtis quòd peregrini seu viatores non onerant se de auro, vel argento, seu iocalibus, quia mortē secum portarent, sed portant solum necessaria pro expensis, & transeunt secure. Qui autē portat magnam pecuniā, in periculo se ponit. Greg. Deprædari etiā & decollari desiderat, qui thesaurū publice per viam portat. Sed solas expensas strictas peregrini portant. Sic & nos facere debemus, ex quo sumus peregrini viatores, quare volumus onerare nos pecuniis & possessionibus? profecto sic se onerātes volunt deprædari in passu periculoso, scilicet mortis, per quem passum nullus transiuit, nec papa, nec rex, quin fuerit depredatus. Quādo enim infirmus appropinquat morti, & medicus dicit, factum est, detis sibi quicquid vult, statim latrones adsunt siue fures. Primus latro est vxor dicens, Certe iocalia mecum ibunt. Item similiter faciunt filij, & scutiferi, & miser homo nudus manet. Idem de prelatis & dominis, vnus famulus currit ad rapiendum equum, alius obseruat thesaurū, alius clenodia &c. Narretur historia de prælato illo, quem scutifer proiecit per fenestram inuolutum cum mathaloffio, volens mathaloffium furari, quem nondum credidit mortuum fuisse. Quare non debetis portare

nisi

pīs necessarias expensas, pro pecuniis enim multi interficiuntur. Si diceretur, Possumus congregare vt dimittamus filiis & filiabus? Dico quòd de bono iusto bene poteritis eis congregare, sed pro eis non faciatis qaæ volueritis, scilicet vsuras. Melior hereditas parentum filiis relicta, est bonum nutrimentum erga deum & proximum. De multis filiis diuitum videtur quòd efficiuntur pauperes, & multi filij pauperum, scilicet bene nutriti ascendunt ad honores & dignitates. Deus enim qui prouidet animalibus, etiam filiis & filiabus prouidebit. Transeamus per bona temporalia cum letitia & temperantia, ne amittamus æterna. Ideo apostolus, Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Ratio. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. 1.Tim.6. Nota habentes alimenta, non dicit delectamenta, & quibus tegamur, non dicit quibus ornemur. Nota differentiam inter tentationem & laqueum diaboli. Aliqui incidunt in tentationē, aliqui in laqueum, Illi qui de bono iusto habēt diuitias, scilicet de redditibus, mercimoniis, possessionibus, vel officio, tales non cadunt in laqueum diaboli, sed in tentationē, quia de omnibus peccatis tentantur. Primo de superbia dicit talis facit hoc, & induitur sic, & ego sum ditior, quare ergo hoc etiam facere non debeo? sed pauper non sic, saltem de facili tentatur. Secūdo tentatur de auaritia, quia vellet plus habere ad expendendum. Item cogitat de pecuniis, quia vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Mat,6, Et elongatur a creatore, de quo non cogitat. Tertio tentatur de luxuria, quādo videt aliquam viduam cogitat, Et quid esset si ego expenderem tantum, vt cum ista &c. Pauper non curat, quia non habet vnde posset sibi dare iocalia. Quarto tentatur de inuidia, quando diues alium videt honorari vel exaltari in officiis &c. dicit, Et quomodo? nonne ego sum ita bonus & diues sicut ille? Quinto de gula, in qua expenduntur diuitiæ, & alia &c. Sexto de ira, si enim iniuriatur, statim dicit, & quid esset si darem sibi ictum cum gladio? pro decem florenis fieret. si sum captus, tantum dabo officiali &c. Pauper sustinet patienter, Septimo tentatur de acidia. Ex quo abundant diuites, quiescunt, & non curant de oratione &c. Ecce quare dicit, Qui volunt diuites fieri, incidunt intentationem &c. In laqueum diaboli incidunt qui per simoniam, item qui per furtum volunt acquirere bona alterius. Etiam de vinea fructus, seu horto, & dicunt quòd peccatum non est furari fructus. si enim non fuisset peccatum, non oportuisset Christum mori in cruce. Ideo amore dei seruemus cautelam peregrinorum, portare expensas &c. Secunda cautela necessaria est conuersari pacifice, non contendere per viam vbi non est dominium, secus de villa seu ciuitate, vbi quilibet timet dominum. Si in hospitio iniuria peregrino infertur, non curat de vindicta, quia

extraneus

extraneus est, nec habet ibi parentes, ideo simpliciter respondet. Item cauet ne alicui faciat iniuriam, quia statim possit facere contra illos in villa. Ideo dixit Ioseph fratribus suis proficiscentibus, id est, itinerantibus, Ne irascamini in via. Genes. 45. Non dixit in ciuitate, quia ibi sunt diuisores. Ita dico vobis, omnes vadimus ad paradisum cum sclauino, baculo &c. Igitur caueamus a contentionibus, & diuisionibus, brigis, & malis voluntatibus. Audite apostolum dicentem, Obsecro vos vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem, in charitate solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. ad Ephes. 4. Obsecro, id est, chare rogo. Sex ratiões ponit hic Paulus. Prima cum dicit, vocatione qua vocati estis. Considerare debemus ad quid sumus vocati, quia ad nuptias paradisi, vbi non sunt contentiones &c. sed pacifice stant. Quod placet vni, omnibus placet, quod vnus vult, omnes concordant. Ideo dicit, Obseero, scilicet vt digne viuatis, & pacifique, quia deus non vult in paradiso brigosos, seu iracundos, imo quando anima alicuius brigosi petit ingressum ad portam paradisi, dicit sibi Christus, Hic omnes sunt pacifici, nolo vt ponas hic rixas, & remittitur ad infernum, vbi est guerra, & diuisio continua. Secunda cum dicit, cum omni humilitate. Humilitas cordis requiritur ad viuendum pacifice, superbus si iniuriatur, statim dicit, Expecta, ego tibi retribuam. sed humilis patienter sustinet, & iniuriam, in quantum potest, in melius interpretatur. Dicatur exemplum de vitis patrum de illo sancto heremita, qui vituperabatur a quodam dicendo, Vos hypocrita, & sanctus cogitauit quid vult dicere. Et cogitauit quòd ille dicitur hypocrita, qui se alium ostendit ad extra, cum alius sit intra. Et dixit vituperanti, Fili, tu bene dicis, quia non habeo tantam sanctitatem interius, sicut per habitum ostendo exterius. Et alius indignatus magis, dixit, Vos estis magnus fur. Et sanctus, Verum dicis, quia multoties deo furatus sum obedientiam. Et estis adulter. Et sanctus respondit, Vos bene dicitis, quia animam meam sponsam Christi non tractaui vt debui &c. Et alius, Vos estis proditor. Et sanctus heremita respondit, Verum est, quia fidem promissam in baptismo fregi multoties. Et alius, Vos estis ebrius. Et sanctus respondit, Verum est, quia nesciui me gubernare &c. Et alius, Vos estis homicida. Et sanctus respondit, Verum est, quia per peccatum occidi animam meam. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Ezechielis decimooctauo. Et iterum alius dixit, Vos estis stultus. Alius respondit, Verum est, quia nesciui custodire bona spiritualia quæ acquisiui, & cum tali humilitate vicit illum. Patet quòd humilitas requiritur ad viuendum pacifice. Si vni vestrum diceretur, latro, quid diceret? vel si alicui mulieri bone diceretur, meretrix, licet posset concedere vt

Quo pacto bonũ pro malo respõdere oportet.

herem

heremita, quid tamen diceret? timendum est quòd iniurias in dicentem non modicas retorqueret. Tertia tangitur cum dicit, & mansuetudine, quæ est quemadmodum lana mollis. Quando enim persona non est aspera, nec dura in verbis, quando iniuriatur, est vt lana, quæ si percutiatur, non dat sonum, non enim irascitur persona mansueta, secus de superba, quæ ferro assimilatur, & vt ferrum clamat &c. Quarta cautela tangitur ibi, & patientia, quia si persona patiens iniuriam patitur, non vult recipere vindictam, sed committit deo dicenti, Mihi vindictam, & ego retribuam. ad Romanos cap. 12. Quinta tangitur ibi, supportantes inuicem in charitate. Ratio, quia nunquam fuit nec erit aliquis sine defectu, nisi Christus & virgo Maria. Nunquam fuit nec vxor sine defectu, nec pater, nec filij, nec dominus, nec seruus, igitur necessarium est scire supportare. Idem de religiosis, quibus necessaria est supportatio, quia nullus est sine defectu. Idem de clericis. Idem de communitatibus. Ergo supportate vos inuicem, & nolite statim mittere sagittam de arcu. Idem de sociis. Sexta tangitur ibi cum dicit, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Sollicite inquirenda est pax. Et si iniuriatus primo petit veniam, saluabit animam iniuriantis, qui non curabat petere veniam. Et quando videbit iniuriatum sibi loquentem, nisi sit diabolus, & in malitia obduratus, etiam petet veniam, & ille qui humiliatur prius, lucratur coronam, & est plus laudandus cæteris paribus. Idem de mulieribus, quæ primo petunt veniam &c. Ergo videte quomodo caute &c. Tertia cautela est, iungere se bone societati secure, quia ire cum mala societate per viam, puta cum latrone, vel impatiente, magnum periculum est. Cum audace nõ eas in via, ne forte grauet mala sua in te. Eccles. 8. Nos habemus ire tam longam viam, igitur nobis necessarium est respicere cui sociemur. O quot personæ fuissent sanctæ, quæ ex mala societate sunt dãnate. O quot religiosi, quot clerici, & quot laici habent bonam & sanctã intentionem seruiendi deo, sed ex mala societate viuunt in peccato, aliquoties sancta intentione & bona. Contra hanc familiaritatem &c. Incipiunt ab amore spirituali, sed perueniunt ad amorem carnalem. O quot pueri ex mala societate sunt corrupti, quot maritate, quot viduæ, quot moniales, quot beguine lapse sunt ex mala societate. Inter quas nonnulle quando vident aliquem religiosum, dicunt, O si ille esset pater meus spiritualis, dirigeret vitam meam &c. Auiso vos, caueatis vobis a nimia familiaritate, quia pericalum hinc inde imminet, quia ipse est homo, & vos mulier. Nolite nec visitare, nec loqui secũ, nisi in confessione, quia quãto sunt magis spũales, tanto plus diabolus insidiatur, & tentat. Ideo dicit scriptura, Caue tibi, & attẽde diligẽter auditui tuo, quoniã cũ subuersione tua, i. periculo ambulas. Eccles. 13. Sufficit diligere propter se Christum

&

& deum, & alia propter ipsum, de aliis personis bonis velis solum orationem, non visitationem &c. Quarta cautela est auisare se in passibus periculosis. In tali enim loco posset ponere pedem, quòd frangeret sibi collum &c. Ideo palpare prius debet homo, & respicere vbi homo ponat pedem. Ideo apostolus, Qui se existimat stare, scilicet cum deo & in gratia, videat ne cadat. 1. Corin. 10. O quot impingunt, non respicientes vbi ponunt pedem. Verbi gratia. Quando habetis filium infirmum, nec habetis medicũ, nec apothecariũ, quid facitis? O pater, vado ad diuinum, coniuratorem &c. Ecce vbi ponunt pedem, & frangunt sibi collum, & cooperiunt necessitatem dicẽdo. Nunquid permit tam mori filium meum? Dicatur de medicina a Christo ordinata, de nomine Iesu fiat exẽplum. Itẽ quando ab aliquo amico dicetur vobis, Rogo iuuetis me, ego sum in periculo, talis petit a me debitum. Rogo testificetis, quia iam reddidi sibi, vel sum accusatus de tali negocio quod vos scitis. Ideo velitis iurare quòd ego sum innocens. Si vos creditis benefacere testificando, & iurando falsè, incautissime agitis, cum pro toto mundo hoc facere non deberetis. Idem de vsurariis, quando aliquis petit ab eis mutuas pecunias, dando vel promittendo vsuram pro mutuo, si dixerit vsurarius, Nolo mutuare, quia timeo quòd est vsura. Si tunc alii dicunt, Nequaquam est vsura, quia clerici sic mutuant, & faciunt, ac si clerici non possent damnari, tales ponunt ibi pedem periculosè, & frangunt sibi collum. Item dicit luxuriosus, Pater, quod peccatum est? quia ego non habeo vxorem, nec ipsa virum cui fit iniuria? quasi dicat, nulli, quod falsum est. Ideo dicebat Petrus, Charissimi, obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos a carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam. primæ Petri secundo. Quinta cautela est ire ad hospitium de die. Ideo Christus, Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebre comprehendant, Ioannis duodecimo. Si quis ambulat in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eodem. Ioannis vndecimo. Moraliter. De die vadunt ad cælum, qui ambulant in claritate gratiæ dei, & tales bene recipiuntur. De nocte vadunt, qui in tenebris peccati mortalis sunt, & tales non recipiuntur ibi. Ideo in die, scilicet, gratia dei ambulemus, ne accidat nobis sicut cuidam stulto &c. Audite parabolam de duobus sociis ambulantibus ad quádam villam, vbi erat consuetudo quòd de nocte in solis occasu porte claudebantur, quam consuetudinem isti sciebant, vnus tamen remansit in prato, & fuit captus ab inimicis, & carceri manciparus. Modo auisetis vos ne aliquis vestrũ sit in ista stultitia. Villa ad quá omnes christiani vadunt est gloria cælestis, que clauditur illis qui sunt in nocte culpæ, & habet inimicos, scilicet dæmones. Ad istam gloriam

cælestem

cæleſtem oportet ire de die. ſ. in claritate gratiæ. Aliter nullus habet intrare, & omnes Chriſtiani ſciunt hanc conſuetudinem, & omnes ambulamus, ſed multi remanent in prato ameno, volentes ſe alleuiare, & delectari vt luxurioſi, & interim dies gratiæ tranſit, & venit nox. Alij remanent ad arborem frondoſam, vt ſuperbi, vani, pompoſi &c. qui totaliter ſunt inflati. Alij remanent ad fontem qui manat, vt vſurarij, quia vſura quolibet die etiã feſto manat, & de nocte veniunt volentes intrare ciuitatẽ, & gloriam cæleſtem, & nõ poſſunt, ſed veniunt inimici. ſ. dæmones, & captiuos ducunt eos ſecũ ad infernum. O quanti cõſtat illa mala delectatio, propter quam æternæ & beatæ vitæ perpetua incurritur amiſsio. Prudentes vero vadunt de die, ambulando, laborando per pœnitentiam, vt habeat bonam cœnam & quietam in paradiſo, licet ſtulti truffentur de eis. Ideo Io. Si quis ambulat in die non offendit, ſcilicet, cadens in infernum. Ergo videte quomodo caute ambuletis.

De eadem dominica de euangelio, Sermo vij.

Ex cũ audiſſet iratus eſt. Scribuntur hæc verba originaliter. Mat. 22. & officialiter in euangelio hodierno. Sermo noſter erit de materia ſancti euãgelij iſtius dñicę prẹſentis, & ſi placet deo habebimus &c. Salutetur virgo Maria. Rex autẽ cum audiſſet iratus, vt ſupra in euangelio. No. hic cauſantur tria puncta.

Primo benignitas diuinalis.
Secundo peruerſitas humanalis.
Tertio ſeueritas dei virtualis.

Et de iſto vltimo loquitur thema, cum dicit quòd rex iratus eſt. Vnde primo oſtenditur benignitas dei erga nos. quæ oſtenditur in principio euãgelij cũ dicitur, Simile eſt regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio ſuo. Vnde videndum eſt quomodo hic oſtenditur benignitas diuinalis. Pro quo ſciendum eſt ꝙ iſte rex eſt deus, & matrimonium eſt cõiunctio diuinitatis cum humanitate, quia ſicut vir & vxor per actũ matrimonij ſunt duo in carne vna, vt habetur Mat. 19. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo deus coniunxit homo non ſeparet. Dicunt illi, Quid ergo Moyſes mandauit dari libellum repudij, & dimittere? Ait illis, Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras. Ab initio autem non fuit ſic. Dico autem vobis, quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mechatur. Et qui dimiſſam duxerit, mechatur. Dicunt ei diſcipuli eius, Si ita eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis, Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt. Ita diuinitas & humanitas ſunt vna ſola perſona. Vnde Athanaſius in ſymbolo, Qui cum deus ſit & homo, non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus. Iſta vnio facta fuit in thalamo vteri virginalis. Quæritur quare deus aſſumpſit noſtram humanitatem.

Dico quòd propter pacem habendam. Vnde sciendum est quòd quando principes & reges habent iurgium & litem inter ipsos, nullo modo potest fieri pax facilius quam per matrimonium. Vnde sciatis q̃ rixa erat inter deum regem, & principē Adam, patrem nostrum, qui etiam dicitur princeps. Vnde Dauid inquit in psal. 104. Constituit eum, scilicet Adam dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ. Inter istos fuit bellum & rixa, quam perpetrauit Adam cum peccauit, & tunc incepit deus destruere terram Adæ, & eiecit eum de paradiso. Vnde dixit deus angelis suis postquam Adam peccauit, Ecce Adā quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum. Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat & viuat in æternum, emisit eum dominus deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram de qua sumptus est. Eiecitq; Adam, & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubin, & flāmeum gladium, atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ. Ecce bellum & rixam. Gen. 3. Et tunc Adam videns se eiectum, sciens q̃ non posset resistere, noluit bellum committere, attamen genuit filios & filias, & commiserunt iterum bellum cum deo. s. quòd peccauerunt, quoniam qui peccat, committit bellum contra deum, vt ipsi fecerunt, & maxime in tempore Noe, & tunc deus incepit destruere eorum terram, & occidit omnes, demptis pauciſsimis animabus, vt patet Gen. 7. Post diluuium vero iterum commiserunt bellū contra deum, turrim Babylonis ædificando, vt possent cælum pertingere, & per consequens fortiter contra deum inceperunt pugnare. Vnde dixerunt intra se, Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmē pertingat vsque ad cælum, & celebremus nomen nostrum, anteqnam diuidamur in vniuersas terras. Gen. 11. Quod videns deus, commouit gentes suas. s. angelos, & ait illis in loco præallegato. Venite igitur, & descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, vt nō audiat vnusquisque vocē proximi sui. Quod factum est, & fuerunt confusi, vnus alterum non intelligens. Nā vnus petebat aquam, alius portabat lapides, & econuerso, & ita dimiserunt ædificium, non completum. Et durauit illud bellum multis temporibus. Post vero fuerunt aliqui boni proceres, qui viderunt tantā rixam, & tantum iurgium inter deum & hominem. Et sicut inter duos greges tractauerunt, & rogauerunt pro bono pacis, & federis æterni, scilicet filium dei, & filiam regis nostri, scilicet Adæ, quia humanitas est filia Adæ. Et dixerunt illi boni proceres, Si deus vellet se tantum inclinare, q̃ reciperet filiā regis nostri, scilicet humanitatem in vxorem, valde esset benignus. Et deus præsciens futurum illud matrimonium, suam benignitatem ostendendo dixit ad Abraham, Gen. 12. Abraham in semine tuo benedicentur vniuersi fines terræ. Prophetæ etiam prophetauerunt de isto matrimonio. Vnde dicit Esa. Ecce

virgo

virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Esa. 6. & Mat. 1. Ad hoc matrimonium electa vna est nobis aula siue camera, scilicet venter virginis, de quo Dauid, In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquã sponsus procedens de thalamo suo. psa. 18. Cum autẽ natus esset sponsus de thalamo suo, dixit angelis vt facerent cantilenam, scilicet, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Luc. 2. Sic ergo per illud matrimonium fuit facta pax inter deum & hominem, propter quod Christus cum salutabat homines semper dicebat, Pax vobis, tã in conuersatione huius mundi, quam etiam in ascensione ad cælum, cum dixit, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Et ita apparet ex prædictis, quomodo & qualiter fuit factum matrimonium prælibatum. Sed quis est locus, vbi celebrabuntur nuptiæ? Dico quòd paradisus, cum sit multitudo maxima tam angelorum quã hominũ, qui ad dictas nuptias inuitati sunt, & in paradiso dicunt cantilenam, quam audiuit Ioannes in apoc. 19. c. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ agni. Vnde nota quæ differentia est inter gaudere & exultare. Dico ꝙ gaudium est in corde, sine ostensione ad extra, sed exultatio est quãdo illud gaudium non potest teneri secrete in corde præ nimio gaudio, sed ostenditur ad extra. Ita faciunt in paradiso, & vsque huc est materia specularia. Sed moraliter sciendum ꝙ vetus testamentum fuit ad faciendum illud matrimonium, & ad ostendendum. Nouum vero illud declarat, & inuitat ad nuptias. Vnde videndum est, & quærendum qui sunt illi qui inuitauerunt, & inuitant ad iussum regis. Dicendum quòd fuerunt primo apostoli, & lxxij. discipuli, & omnes prædicatores sequentes, qui inuitabant ad eundum discubitum in illis nuptiis dulcissimis. De quibus Luc. 14. Beatus qui manducabit panem in regno dei. Item dicit Ioan. Apoc. 19. Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Vnde ex quo inuitamur, & nescimus iter, videamus illud. Et quot sunt dietæ? Dicendum quòd decem. Prima est cognitio peccatorum, de qua Dauid psal. 50. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multi. miser. tua. dele iniquitatem meam. Quoniam iniquitatem meam ego cog. Secunda, cordis cõtritio. s. recogitare peccata cum cordis amaritudine, secundum illud prophe. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Domine si sic viuitur, & in talibus, vita spiritus mei corripies me & viuificabis me. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autẽ eruisti animã meã vt nõ periret, proiecisti post tergũ tuũ omnia peccata mea. Quia non infernus confitebitur tibi. Esa. 38. Tertia emẽdãdi propositũ. De quo xps. Vade & amplius noli peccare. Io. 8. Quarta malæ societatis vitatio, videlicet si fuerit superbus ꝙ humilietur, de qua scribitur, Nolite conformari huic seculo, ad Rom. 12. Quinta vitæ emendatio, de

Quid inter gaudere & exultare interest.

qua; Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor. In iustitia sua quam operatus est viuet. Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit dominus deus, Ezec. 18. Sexta debitorum restitutio. Vnde Aug. xiiij. q. vj. Si res. Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Septima iniuriarum remissio, pro qua scribitur, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cælestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Mat. 6. Octaua est famæ reparatio. De qua dicit Aug. Non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, vnde facta sunt vulnera. Nona est eucharistiæ communio, in qua est sponsus & sponsa, & ita erimus in nuptiis, quæ computantur pro decima dicta. Vnde qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo, Ioan. 6. Et per illud iter possumus ire ad nuptias, alias faciemus iter obliquum, scilicet ad infernum. Vnde hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis, neque ad dexteram neque ad sinistram. Esaiæ, 30. Dextera est quando amore declinamus, sinistra, quando timore. Ipsemet sponsus inuitat nos dicens, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Mat. 11. Et ita patet benignitas diuina. Secundum punctum est peruersitas humana, scilicet hominum, qui ad illas nuptias inuitantur, quæ citare ostenditur in secunda parte euangelij, cum dicitur de illo rege, quòd reliqui tenuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt eos. Aliqui noluerunt venire. Alij, scilicet secundi neglexerunt, & abierunt in villas suas. Alij contumelias intulerunt. Vide ibi &c. Et ista est peruersitas humana vbi quilibet iudicat in corde suo quòd bene erãt homines illi digni punitione. Actu multi sunt inter nos similes, & qui sunt de numero illorũ. Vbi sciẽdum q̃ per tres modos istorũ hominum denotantur tres modi peccatorum, quia quod denotatur per primos homines, est indeuotio, quia noluerunt. secundũ despectio, quia neglexerunt, tertium indignatio, quia contumeliis affecerunt. Primum igitur peccatũ est indeuotio, & istud maxime regnat in laicis, qui cũ laboraueriũt per totã septimanã nolunt in die dñica ambulare ad nuptias. s. eundo ad missã, colẽdo diẽ dñicam, & vacare ab operibus terrenis. Tales nõ habẽt deuotionẽ, & nolunt ire ad paradisum, sed potius econtrario ad infernũ, quia maiora peccata cõmittuntur in die dñica, quam in aliis diebus, & ideo cũ noluerint ire ad paradisum, per indeuotionẽ pœnitẽtiæ agendæ ibunt ad infernũ, quia dicit Christus, Lu. 13. Si non pœnitentiã habueritis omnes simul peribitis. Ergo colatur dies dñica, quia dicit dñs, Exod. 20. Memento vt diẽ sabbati sanctifices &c. & ideo non fiat aliquod opus terrenum. Item

secundo

ſecundo audiatur miſſa cum ſuis conditionibus, & iſto modo homo ibit ad paradiſum, alias tales erunt de numero illorum, qui noluerunt venire. Alij vero deſpexerunt, & illi ſunt qui deſpiciunt remedia Chriſti, & vadunt ad dęmones, & ſortilegos, vnde negligunt remedia Chriſti, qui pro medicina dedit nobis vnum aphoriſmum, qui eſt talis, Signa autem eos qui crediderint hæc ſequẽtur. In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint non eis nocebit, ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt. Marc. 16. Nota, quia dicit, Crediderint, non dicit, apoſtoli fuerint. Dicit, bene habebunt, non, ſani erunt, quia multis ſanitas eſt nociua, & ideo dicit, bene habebunt, quia habebunt victoriam, quæ prævalet ſanitati corporali, ſi autem vadunt ad ſortilegos, negligendo nomen Chriſti, erunt de numero illorum qui neglexerunt, & ideo ibunt ad infernum, & iſtam ſententiam quæ ſequitur dedit deus contra tales. Leui. 20. Anima quæ declinauerit ad Magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi ſui. Nam quando vadunt ad magos, fornicantur, quia in baptiſmo promiſerunt fidem, cum dictum fuerat eis, Abrenuncias Satanæ, & operibus eius? & reſponderunt patrini pro baptizandis, Abrenũncio. Et ideo dum quis frangit promiſsionem, fornicatur, ſcilicet eundo ad magos, ſicut mulier quæ promiſit fidem marito ſuo, & cum alio fornicatur. Tertij ſunt qui peccant per indignationem, & tales ſunt blaſphemãtes, & iurantes. Vnde illud peccatũ eſt maius omnibus aliis. Vnde ſi nõ eſſet niſi iſtud, eſſet ſufficiens ad deſtruendum totum mundum. Et nota ibi hiſtoriam Leuit. 24. de blaſphemo ducto ad Moyſen, & conſulto prius domino, reſpondit di. Educ blaſphemum extra caſtra, & ponant omnes qui audierunt manus ſuas ſuper capur eius, & lapidet eum populus vniuerſus. Et ad filios Iſrael loqueris, Homo qui maledixerit deo ſuo, portabit iniquitatẽ ſuam, & qui blaſphemauerit nomen domini, morte moriatur, lapidibus eum obruet omnis multitudo populi. Not. ꝙ dixit dominus ꝙ lapidaretur ab omnibus, quia peccatum tangit oẽs, & iſta eſt peruerſitas humana, quia nolunt &c. Tertium punctum eſt ſeueritas dei virtualis, quia deus punit illos, ſicut oſtendit tertia pars euangelij. Vnde dicit. Cum audiuiſſet rex, iratus eſt &c. vſque, ſuccedit. Nota tres actus ibi numeratos iuxta tria peccata prædicta. Vnde primus actus eſt, quia miſsis exercitibus ſuis, ſcilicet vt ſtruerent terram illorũ, & illud fit contra peccatum blaſphemiæ, quia propter illud miniſtri iuſtitiæ diuinæ deſtruunt, & ſæpe deſtruxerunt terram noſtram, aliquando per tempeſtates, aliquãdo per frigiditates, aliquando per ſiccitates, aliquãdo per fulgura. Quod oſtenditur per ſimilitudinem, quia cũ expugnatur aliquot caſtrum, videmus ꝙ illi qui ſunt a parte inferiori, expugnãt illos qui ſunt in caſtro cum arcubus, &

balistis, & sagittis, & illi qui sunt in castro defendunt se cum lapidibus. Ita est de nobis iurantibus & blasphemantibus. Balista oris & linguæ mittimus sagittas cõtra deum, & ipse se defendit cũ lapidibus, & ideo nobis mittit tempestates, agit valde benignè, quia mittit lapillos, cum mittere deberet grossos lapides. Et ita patet quomodo nos blasphemi puniamur. Vnde dicitur in Tho. Maledicti erunt qui contempserint te, & condemnati erunt oẽs qui blasphemauerint te. Thob. 13. Cõtra aliud peccatum, quia nõ celebramus festa, dicit, Misit seruos suos, & occiderunt. Vnde dicit, perdidit homicidas illos, & propter illud peccatũ sunt mortalitates. Et ratio est, quia per quæ quis peccat, per hæc & torquet. Cũ ergo tollamus suum tẽpus, rationabiliter remouet nobis nostrum tẽpus, per quod debemus acquirere meritũ. Ideo dicit per psalmistam, Cum accepero tẽpora, ego iustitias iudicabo. Patet quomodo per illud peccatum puniũtur. Et ideo dicitur Malac. 3. In penuria vos maledicti estis, & vos me cõfigitis gens tota. Contra illud peccatũ, quia vadimus ad sortilegos, misit seruos vt succenderent ciuitates. s. in inferno. Et ratio est bona, quia cum volumus recurrere ad dæmones, rationabile est ꝙ simus cum ipsis. Et ideo dicit deus per Moysen Deut. 32. Generatio enim peruersa est & infideles filij. Ipsi me prouocauerũt in eo qui non erat deus, & irritauerunt in vanitatibus suis. Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Ergo prouideatur, & ista est seueritas dei. Ergo, Cum audisset rex &c.

Dominica. xx. post Trinitatem. Sermo. viij.

NOlite fieri imprudentes, sed intelligentes. Ephe. 5. Sermo noster erit de epistola hodiern. Sed primo dicamus, Aue Maria. Pro declaratiõe thematis sciendũ quod in scriptura virtutes & opera virtuosa dicũtur sapientia, peccata vero dicũtur stultitiæ, & insipientiæ. Vbi sciendũ ꝙ nos sumus cõpositi ex duabus naturis. s. ex substantia spirituali. vt ex anima rationali, per quam cõformamur deo, & corpore materiali, per quod cõformamur bestiis & brutis, & ideo quæ quis agit secundũ animam, dicuntur virtutes. Opera vero quę agimus secundũ corpus, dicũtur vitia siue peccata, cũ per illa simus similes brutis. Et ideo dicit de illis qui agunt secũdum animã. Eccl. 2. Sapiẽs cor & intelligibile abstinebit se a peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit. De aliis vero qui sequũtur sensualitatem, dicitur Daniel. 13. Sic fatui filij Israel nõ iudicantes, neque quod verum est cognoscentes, condẽnastis filiam Israel. Dicit non iudicantes. s. per intellectum rationis, & nõ cognoscentes. s. ea quæ cõueniunt, & concordat parti principali animæ. s. cum qua debemus omnia conformare. Et ita patet quomodo virtuosi dicũtur prudentes, peccatores autẽ imprudentes. Et ideo Paulus volens nos esse sapiẽtes auisat nos in themate dicẽs,

Nolite

Nolite fieri imprudẽtes &c.& ſic habetur materia. Ergo videdum eſt de quoliber peccato mortali quomodo dicit ſtultitia & inſania,& virtutes cõtrario modo ſunt ſapiẽtia & prudẽtia. Vnde ſuperbia eſt ſtultitia,humilitas autẽ ſapientia magna,& ſic de aliis peccatis & virtutibus cõtrariis. Vnde ponendæ ſunt virtutes & vitia per ordinem.

Primo ſuperbia,cui contradicit humilitas.

Secundo auaritia, cui contradicit miſericordia ſiue liberalitas.

Tertio luxuria,cui contradicit munditia ſiue caſtitas.

Quarto inuidia, cui contradicit dilectio fraternalis.

Quinto guloſitas,cui contradicit temperantia.

Sexto ira,cui contradicit concordia.

Septimo acidia,cui contradicit diligentia.

Primo ergo ſuperbia eſt ſtultitia,& humilitas eſt prudentia,Quod patet per ſimilitudinem,quia ſi quis inueniat duas vias,vnam montoſam & petroſam quę ducit ad mortem,& perditionem,& alia ſit plana quæ ducit ad portam & vitam, ſi talis accipiat viam petroſam,alia dimiſſa, iudicabitur talis ſtultus. Ita eſt de ſuperbia & humilitate, quæ ducunt ad alium mundum,attamen vna ad mortem,alia ad vitam. Superbia vero ducit ad mortem,quæ eſt petroſa,& infecta,& plena erumnis,quoniam qui ſuperbit,ſemper habet diuerſa negotia exercere. Sed humilitas ducit ad vitam & ad paradiſum. Iob. 22. Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria,& qui inclinauerit oculos ſuos, ipſe ſaluabitur, ſuperbia vero ducit ad infernum. Vnde detur primo exemplum de angelis,& primo de Lucifero qui dixit, Aſcendam ſuper altitudinẽ nubium, & ſimilis ero altiſsimo, actu illa via ducit ipſum ad infernum. Et ideo ſequitur, Veruntamen ad infernum detraheris in profundũ laici. Eſa. 14. Similiter Adam per ſuperbiam eiectus fuit de paradiſo. Geñ. 3. Et ſi non egiſſet pœnitentiam, fuiſſet damnatus. Et ideo dixit Thobias filio ſuo, Fili mi ſuperbiam nunquam in tuo ſenſu aut in tuo verbo dominari permittas. In ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio. Thob. 4. Ergo ſumatur via plana, quoniam dicit alibi ſcriptura. Eccleſi. 10. Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à deo, quoniam ab eo qui fecit illum receſsit cor eius. Quia initium omnis peccati eſt ſuperbia, qui tenuerit illam adimplebitur maledictis, & ſubuertet eum in fine. Cum ergo ſuperbia ducat ad mortem, & humilitas ad vitam, apparet hanc eſſe ſapientiam, illam vero ſtultitiam, ergo bene debet vitari ſuperbia, cum non faciat hominem prudentem, ſed ſtultum. Et ideo dicit Paulus ad Romanos primo, Euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Dicit, euanuerunt, quia quando quis eſt ſuperbus,cogitat aſcendere tantum,& euaneſcit in cogitatione,quia credit aſcendere dimittendo bonam vitam, quæ ducit

sursum ad paradisum, sumẽdo viam illam quæ ducit deorsum ad infernum. Pone exemplum de sacerdotibus simplicibus dicentibus, Bene, & deuotè oras, qui dum cogitant beneficia, euanescunt in cogitationibus. Idem de laicis, mercatoribus, qui dum viuunt, cogitant præstare vel mutuare ad vsuram, vt possint habere thesaurum ad dotandum filium, vel filiam, & tales cogitationes vanæ sunt. Et sequitur, Et obscuratum est insipiens cor eorum, quoniam sicut nubes obscurant aërem, ita iste cogitationes obscurant cor, ergo caueamus, si non volumus fieri insipientes &c. Secunda stultitia est auaritia. Vnde quòd auaritia sit stultitia, & misericordia prudentia, patet per similitudinem alicuius diuitis, qui vendit bona sua, qui pecunia in sacculo collecta, vult accipere iter, sed cosulitur sibi ab amico vt dimittat illam pecuniam, quoniam in itinere sunt latrones, qui pro certo ipsum depredabuntur. Si talis renuit, & pecuniam secum deportat, & deprædatur vsque ad camisiam, iudicabitur talis profecto stultus. Ita est de nobis, qui habemus ire ad aliam ciuitatem, quia non habemus hic manentem ciuitatem, vel futuram inquirimus. ad Hebr. 13. Et est passus quidam, in quo omnes deprædati sunt, scilicet mors, & oportet omnes homines transire per illum passum, quoniam dominus noster Iesus Christus ipsemet transiuit per illum. Vnde scribens dicit, Nonne hęc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Luc. vlti. Et in hoc passu latrones homines & animas deprædantur. Latrones sunt mulier, filij, & alij parentes, scutiferi, & sic de aliis. Ergo mittamus thesaurũ per cambium, scilicet dando pauperibus, & tunc cum schedula reddetur thesaurus in cælo. Schedula est ista, Da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo. Mat. 19. Vnde nota historiam beati Laurentij, qui Decio imperatori petenti thesaurum respondit, Facultates ecclesiæ, quas à me requiris, manus pauperum in cælum deportauerũt. Ergo faciamus simliter. Et tunc dicet Christus nobis, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te cõstituam, intra in gaudium domini tui. Mat. 25. Et ita patet quomodo liberalitas est prudẽtia, sed auaritia est stultitia. Auarus autem portat diuitias vsque ad mortẽ vbi deprædatur, & nihil secum portat, & tali post mortẽ dicet Christus, Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cũ vsuris vtique exegissem illam? & astantibus dicet, Auferte ab illo minam, & date illi qui decem minas habet. Lu. 19. Et ita patet largum esse sapientem, & auarum esse stultum. Vnde Prouerb. 14. Corona sapientum diuitiæ eorum, fatuitas stultorum imprudentia, ergo nolite fieri imprudentes. Tertia stultitia est luxuria. Vnde luxuria est illud peccatum carnale quod committitur præter matrimoniũ, quocunque modo fiat. Et ista est valde magna stultitia. Quod patet per similitudinẽ hominis, qui in quadam domo à patre inferiori habebat paleam & stramina, quæ sunt esca brutorum,

desuper

desuper habebat multos thesauros, & lapides pretiosos. Cum autem vigeret quadam hyeme frigus, voluit calefieri, & succendit stramina igne, & cum gaudendo calefieret, combusit totum thesaurum, & lapides pretiosos. Nonne talis iudicabitur fuisse imprudens? Certum est ꝙ sic. Talis est luxuriosus, qui habet domum & animā in qua est thesaurus magnus, scilicet ratio, & voluntas, & superior portio, in qua ratione, & voluntate, & superiori portione sunt virtutes & merita, quæ dicuntur thesauri, & sensualitas est inferior pars, in qua sunt paleæ, & fœnum, scilicet motus carnales. Vnde, Omnis caro fœnum. Vnde Esa. 40. Clama. Et dixi, Quid clamabo? Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius quasi flos agri. Et talis sensualitas nihil valet respectu rationis. Vnde Paulus ad Roma. 7. Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Vnde in ratione & voluntate &c. sunt thesauri, scilicet fides, spes, & charitas, & cætere virtutes. O quanti thesauri, sed comburuntur quando homo luxuriatur, quoniam luxuria dicitur ignis. Vnde Iob. 21. dicitur, Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans germina. Ergo caueamus ne incendamus paleā, scilicet carnem, quoniā tales sunt imprudentes qui luxuriantur. Vnde Paulus. 1. Cor. 2. Animalis homo nō percipit ea quæ sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi, & nō potest intelligere, ergo audiamus Paulum, Nolite &c. Quarta stultitia est inuidia. Quod inuidia est stultitia, patet per similitudinem cuiusdam hominis habentis inimicos ipsum persequētes, qui veniens ad flumen, inuento ponte fregit illum antequā transiret flumen, & tunc venientes inimici eius occiderunt eum, si non fregisset pontem antequam transiret, sed post transitū, saluus fuisset factus. Ita est de nobis in hoc mundo, quoniā omnes habemus transire flumen aque, scilicet infernū, cum ponte qui dicitur amor siue dilectio proximi, qui habet sex arcus, cum isto habemus transire, & non est alius pons, & ideo dicitur ad Roma. 13. Qui enim diligit proximū, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non cōcupisces, & si quod est aliud mandatū, in hoc verbo instauratur, diliges proximū tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malū non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Per hanc enim transimus de morte ad vitam. Vnde istius pontis arcus sunt isti, scilicet amor & dilectio patris & matris, qui debet esse reuerētialis. Secundus amor inimicorum, scilicet nolle damnum, neq; eorū mortē. Vnde dicit scriptura, Ego autē dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Matth. 5. Tertius amor est corporis, scilicet proximi, nō luxuriando cum proximo, vel cū proxima. Quartus amor est proprij corporis. Quintus amor est bonorum proximi. Sextus amor est fame proximi. Nos enim non debemus desiderare aliena, quoniā radix omnium malorū est cupidi-

tas. 1. ad Ti. 6. Qui autem frangit istum pontem, est stultus. Et ideo dicit scriptura, Possidebunt paruuli stultitiam. Prouerb. 14. Paruuli sunt inuidi, qui habent cor ita paruum, quòd non manet in eo nisi ipsimet. Inuidi enim se inordinate diligunt. Sed cor hominis cælo & terra maius esse deberet. Et ratio est, quia in cælo non stant nisi iusti, tamen in corde hominis boni debent esse tam iusti quàm etiam peccatores. Peccatores diligere debemus, ac eorum bona procurare. Et ita patet quomodo inuidus dicitur paruulus. Vnde Iob. 5. Paruulum occidit inuidia. Quinta stultitia est gula. Quòd autem gulositas sit stultitia, patet per similitudinem cuiusdam famelici stulti, qui venit ad domum cuiusdam diuitis, qui parauerat bonos cibos, quos apposuit famelico, qui portans secum venenū, miscuit cibis, & comedit, & postea mortuus fuit. Talis enim dicitur fuisse merito stultus. Vnde dives qui parauit cibos, est deus, de quo dicitur, Oculi omnium in te sperant domine, & tu das escam illorum in tempore oportuno. Psalm. 144. Ipse enim dedit nobis cibos quibus sustentamur, attamē nos miscemus venenum, scilicet per superfluitatem, hoc facimus cum superflue comedimus. Et istud venenum nos occidit, & abbreuiat vitā tam spiritualem quàm corporalem, & ita intoxicamus cibum. Et ideo consiliū datur in scriptura. Eccle. 31. Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas approplinquabit vsque ad choleram. Propter crapulam multi obierunt. Qui autem abstinens est, adiiciet vitam. Et ita patet quomodo auidi siue gulosi stulti sunt, quoniam occidunt seipsos. Et concordat alibi scriptura loquens de auidis. Prouerb. 1. Stulti ea quę sibi sunt noxia cupiunt, & imprudentes odibunt scientiā. Sexta stultitia est iracundia. Quod autem iracundia sit stultitia, patet per similitudinē alicuius habentis aliquem annexum sibi, cuius vult scindere vestes, & non potest illi vestes scindere cum sit a parte posteriori, qui videns quod nō potest frangere vestes alterius, nisi ventre & corpore suo perforato, ponit sibiipsi gladiū per ventrem, & occidit seipsum. Talis est stultus merito iudicandus. Huic similis est iracundus, qui pro frangendis vestimentis alterius corporis, quod est vestis animæ, seipsum occidit. Non enim potest alterius occidere animam, quia illa est incorruptibilis. Vel vestis etiā dicitur fama, & ad frangendum vestimenta alterius corpus, vel famā, primo iracundus perforat animam suam. Vnde iratus primo se occidit in anima percutiens se gladio ire. De quo dominus Matth. 26. ait ad Petrū, Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Quod intelligitur vel intelligi potest de gladio ire. Vnde Dauid in Psal. 36. Gladius eorum intret in corda ipsorum &c. Non enim potest intelligi de gladio materiali, quia est exceptio, quia sunt multi hodie accipientes gladium materialem, qui non moriuntur gladio. Item nec de gladio iudicis,

quoniam

quoniam multi fuerunt homicide, qui acta pœnitentia ſaluantur, ergo ſine exceptione poteſt intelligi de ira, quæ primo occidit illũ qui eam poſsidet, & ſic eſt ſtultitia. Ideo dicit ſcriptura, Ne ſis velox ad iraſcendum, quia ira in ſinu ſtulti requieſcit. Eccleſ. 7. In ſinu, id eſt in corde. Ergo nolite fieri &c. Septima ſtultitia eſt acidia. Quod acidia ſit ſtultitia, patet per ſimilitudinẽ. Vbi notandum quòd in quadam villa erant nundine in quodam die, & fuit bonũ forum de rebus, quia illud quod ante conſtabat & appreciabatur centum francis in nundinis, habebatur pro vno, & tunc homo volens emere victualia, dormiens, & excitatus a muliere ſua, noluit emere, ſed voluit prandere, & poſt prandium iterum obdormiuit, & non emit aliquid in nundinis, poſt vero mortuus eſt. Nonne talis eſt ſtultus? patet quòd ſic. Ita eſt de acidioſis in operibus virtualibus, qui per modica huius mundi bona poſſunt redimere infinitam pœnam in alio mundo, ſed acidioſi negligunt. Et nota parabolam quæ eſt Matth. 18. Homo quidam rex omne debitum remiſit ſeruo ſuo procidenti ad pedes domini, ac dicenti, Patientiam habe in me. Ita nos in præſenti vita cum paucis lachrymis poſſumus emere miſericordiam dei, & redimere pœnam inferni, & hoc quandiu durant nundine, id eſt quandiu durat præſens vita, ſed poſt mortem cum mille milibus lachrymarum non poteſt emi minima pars miſericordiæ dei, quia iam tranſacte ſunt nundine, & omnia cara ſunt. Quod autem tempus in alio mundo carum ſit, patet in hiſtoria Luc. 16. De diuite epulone, qui plus quàm. M. cccc. annis petiit guttam aque, & nõ obtinuit &c. Ergo quandiu durãt nundine, emamus tam cum lachrymis & ieiuniis, quam cum vigiliis & diſciplinis, & aliis quibuſcunque, & agamus pœnitentiam, & ita erimus diligentes, quoniam poſſumus in operibus terrenis ſemper laborare, & cum hoc eſſe otioſi. Quod patet, quoniam ille cognoſcitur fuiſſe otioſus in die quando ad domum redit in ſero, nihil portat. Ita eſt de terrenis, cum laborauerint in mundanis in vita, ſi non portent bona opera ad paradiſum, tales iudicabuntur ſtulti, imo maximi ſtulti, & ideo dicitur de negligentibus & acidioſis, Qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus. Qui autem ſectatur otium ſtultiſsimus eſt. Prouerb. 12. Vocat terram corpus, quoniam de terra factum eſt. Vnde, Formauit igitur dominus deus hominem de limo terræ. Geneſ. 2. Vocat otioſum ſtultiſsimũ. Vnde non poſuit poſitiuum, ſcilicet ſtultum, nec comparatiuum, ſcilicet ſtultiorem, ſed ponit ſuperlatiuum, ſcilicet ſtultiſsimum. Vnde acidioſus dicitur eſſe ſtultus in hoc mundo, quia non vult agere pœnitentiam, & ſtultior, quia perdit gloriam paradiſi, & ſtultiſsimus quia meretur pœnam inferni perpetuam.

Ergo nolite fieri &c.

Dominica

Dominica. xxj. post festum Trinitatis. Sermo j.

HOra septima reliquit eum febris. Ioan. 4. cap. originaliter. Sermo noster erit de sancto euangelio dominice præsentis. Et si placet deo habebimus multas bonas doctrinas ad illuminationem intellectus, & consolationem animarum, & correctionem vitæ, & peccatorum. Saluetur virgo Maria. In præsenti sermone cogitaui habere modum laboratoris seu hortulani volentis seminare bonum semen seu plantas, qui primo arat & præparat bonam terram &c. Terra bona & fructuosa est historia euangelicalis in campo seu horto euangelij exarata. Dicatur historia euangelij. Erat quidam regulus &c. Aratur sic ista terra, mouendo quæstionem quare vocat ipsum regulum, & non regem. Solutio. Quia non habebat nisi vnam ciuitatem. Pro qua nota quòd quia antiquitus erat tanta ambitio regendi vel dominandi, quòd in qualibet ciuitate erat vnus rex, qui dicebatur regulus, sicut modo vnus episcopus, alias non dicebatur ciuitas. De hoc autoritas. Terra Chanaam in quinque regulos Philistiim diuiditur, Gazeos, & Azotios, Ascalonitas, Getheos, & Accaronitas. Iosue. 13. Alij qui habebant multas ciuitates, dicebãtur reges. Et sequitur, Cuius filius infirmabatur Capharnaũ &c. Nota circa hoc quod Iesus sibi dixit, Nisi signa & prodigia videritis. Diceret aliquis, Quare Christus reprehendebat eum, cum tamen tanta deuotione veniebat ad eum? Dico ꝙ Christus sic eum dure reprehẽdit propter modicã credentiã quam habebat, quod patet in hoc quod rogabat eum vt descenderet, & sanaret filium eius. Ex quibus patet ꝙ dubitauit, quia si ipsum verum deum credidisset, sciuisset quòd non esset locus vbi non esset deus. Diffidebat ergo regulus, & non plene credidit, quia honorem dedit præsentiæ corporali, petens vt descẽderet corporaliter, sed melius fecit ille Cẽturio dicẽs Christo, Domine, puer meus iacet paralyticus in domo, & male torquetur. Ait ei Iesus, Ego veniã, & curabo eum. Et Centurio, Domine nõ sum dignus, vt intres sub tectum meum &c. Luc. 7. & Matth. 8. Iste habebat veram fidem, credens quòd Christus presens & absens corporaliter poterat sanare filiũ suum. Ideo non fuit a Christo reprehensus, sed cõmendatus, quia Christus dicebat sequentibus se, Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Israël. Secundus defectus istius reguli notatur in hoc quod dixit sibi Christus, Nisi signa & prodigia videritis, nõ creditis. Nota dicit, Nisi videritis, & nõ dicit audieritis, quia dicit apostolus ꝙ fides est ex auditu, auditus autẽ per verbũ Christi. ad Roma. 10. Nunquã vos vidistis trinitatẽ, tamẽ creditis. Et ista veritas quomodo intrauit in cor vestrũ? patet ꝙ nõ per oculos, nec gustum, nec tactũ, sed per aures, audiẽdo scripturas, doctrinas verissimas. Idẽ de miraculis Christi dicẽdũ est, quæ firmiter credimus, quãuis ea non viderimus. Et sic patet ꝙ est fides ex auditu. Et quia

ille

ille regulus audiuerat iã miracula Christi,qũo Christus solo verbo curabat infirmos,suscitabat mortuos &c. Et tamen adhuc non credebat, sed volebat videre,ideo reprehenditur à Christo cum dicit, Nisi signa &c.q.d.Nonne sufficit audire?Patet ex his quòd modo essent multi reprehendendi.Dicunt multi, Quid scit homo de paradiso, de inferno, de purgatorio? nullus venit ad nos ista nobis manifestans.Quibus dici potest reprehensorie id quod dicit Christus regulo, scilicet, Nisi videritis &c.Ista enim audiuistis per prophetas,apostolos, & euangelistas,& per Christum,quia ipse nobis totum reuelauit in scripturis sacris. Item per Lazarum,item per beatum Paulum, item per sanctum Ioannem euangelistam, qui viderunt & retulerunt nobis. Ideo sunt valde reprehensibiles illi qui dicunt,Ego vellem ista videre. Auditus enim est necessarius,sed non visus,quia oculi possunt incantari,& scriptura sancta non potest incantari.Sic ille regulus volebat videre dicẽs, Domine descende prius quam moriatur filius meus.Nõ credebat eum posse post mortẽ suscitare. Sed Christus totus benignus nõ respiciens eius defectũ voluit non solum filium à febre,sed etiã patrem,& totam curiam suam ab infidelitate & incredulitate liberare,dicẽs, Vade,quia filius tuus viuit vsque in finem.Nota hic magnificentiã Christi.Ille regulus solum petebat sanitatẽ corporalem pro filio,& Christus sanauit filium in corpore & anima,& patrem,& oẽs de curia credẽtes in Christum.De ista magnificentia Moyses,Date magnificẽtiam deo,dei perfecta sunt opera. Deut.32.scilicet sanando corpus & animam.Ideo dicebat ipse, Vnum opus feci,& omnes miramini.Infra,Mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato.Ioã.6. Ecce ager seu hortus euangelicalis.Nunc seminandum est bonum semen moralitatum & instructionũ vitæ ad consolamen animarũ super hoc quod dicit the. Hora septima &c.Et intrabo materiã per quæstionem.Quæritur ergo cũ in die artificiali sunt duodecim horæ, & in naturali vigintiquatuor, quare Christus potius elegit septimã horam,quàm horam primam vel secundam &c.ad curandum istum infirmum? quia certũ est ꝙ in prima vel secũda &c.vel etiã octaua potuit ipsum curare. Non credatis ꝙ sine ratione Christus hoc fecerit. Hoc enim fecit ad ostendendum quòd ad perfectam saluationẽ animæ a febre peccati,septẽ opera pœnitentialia quasi septẽ hore requiruntur, & de septima hora dicit the.Hora septima &c.Prima hora est peccatorũ cognitio, sicut in prima hora dici homo incipit cognoscere aliũ ex claritate solis.Sic trãsactis tenebris peccatorũ,quãdo homo redit ad se, & claritas aurore incipit claresc̃ere, in cõscientia sua dicit,O miser,in quãtis existis periculis, es superbus,auarus &c. Sed quãdo homo est in nocte peccatorũ, non cognoscit peccata ista,nec periculum suum,secũdum illud Psal. Nescierunt,neq; intellexerunt, in tenebris ambulãt.Sed quando religiosus,clericus,vel laicus, qui

Septẽ opera misericordiæ ad salutẽ perfectam necessaria.

qui tenet malam vitam, peccata ſua aduertit, & ſuum periculum, tunc intra ſe dicit, O miſer &c. De iſta hora dicit apoſtolus, Hora eſt iã nos de ſomno ſurgere, nũc enim propior eſt noſtra ſalus quàm cũ credidimus. Nox præceſsit, dies autẽ appropinquabit. Abiiciamus ergo opera tenebrarũ &c. ad Ro. 13. Stare in peccato vocatur dormire. Ratio, quia qui dormit, non vtitur ſenſibus, & ſemimortuus eſt, ſic etiam peccatores ſemimortui ſunt, quia peccatorum corpus viuit, ſed anima eſt mortua. Et quot anni ſunt quòd vos dormiuiſtis in peccato, in ſuperbia, auaricia, luxuria, ira, & mala volũtate? fortaſsis decem, vel vndecim anni. vel viginti. Ideo ſicut ſocius excitat ſocium quando incipit aurora, ita apoſtolus dicens, Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere &c. Nunc enim propior eſt noſtra ſalus. Quando homo ſtat in peccatis, longe eſt a deo per malam vitam, ſed quando homo incipit in ſe cognoſcere defectus ſuos, appropinquat homo deo. Secunda hora eſt contritio cordis. Magna fuit quæſtio inter doctores, quid eſt contritio proprie. Et dimittendo opiniones ego dicam vobis determinationem, quòd cõtritio eſt dolor de peccatis præteritis, ſed non ſufficit niſi ſit reſpectu dei, ſicut enim homo eſt compoſitus ex materia & forma, ita contritio habet duo, ſcilicet dolorem de peccato: ecce materia, & quòd ſit reſpectu dei, ecce forma, alias non eſſet contritio, ſed attritio. Verbi gratia, Quando religioſus cognoſcit ſua peccata, & dicit, O miſer, prælatus meus ſciet, & plorat & c. non eſt contritio, quia timore verecundiæ, vel pœnæ dolet. Sed ſi dicit, Deus fecit mihi tantam gratiam, quòd de nemore mundi tranſplantauit me in paradiſo terreſtri, ſcilicet religionis, vt ſaluum me facerem & alios, & ego miſer offendi deum. O miſer &c. Iſtud eſt contritio. Idẽ de clerico cognoſcente peccata ſua, ſi dolet quia epiſcopus ſciet, & ſic incarcerabitur, & tota terra ſciet, & ſic diffamabitur, & perdet beneficium, parum valet. Sed contritio eſt quando dicit, Domine, tantam gratiam mihi feciſtis, ſcilicet conſecrandi &c. quã nõ feciſtis matri veſtræ, nec Michaeli, nec Ioanni Baptiſte. Lingua mea eſt clauis cæli, & ego infelix fui tã ingratus &c. Iſta eſt cõtritio. Idẽ eſt de vobis ſi aliquis veſtrũ eſt in aliquo crimine, & ducitur ad furcã, & cogitat quòd domus ſua eſt deſtructa, & vxor ſua diffamata, filij eius cõfuſi, corpus ſuũ perditum, & plorat, nihil ſibi valet, ſed damnatur. Sed ſi diceret, O domine, tu feciſti me ad imaginem & ſimilitudinem tuam, vt tibi ſeruirem, & ego &c. Item ſanguine tuo redemiſti me, & deſpecte &c. Abluiſti in baptiſmo &c. tunc eſt contritio. Idem de muliere cuiuſuis ſtatus, quæ ſi dolet de peccato quia gentes loquuntur, & plorat propter periculum, nihil valet. Sed ſi dicat, Domine tu ordinaſti matrimonium, vel virginitatem, ſeu viduitatem, domine fregi ſic vel ſic. O domine quid erit de me? Iſta eſt contritio, quia reſpectu dei. De iſta hora autoritas. Nunc anima mea turbata eſt, & quid dicam? Pater ſalu-

Duo ad cõtritionẽ perquã ne ceſſaria: quibus tu adde propoſitũ efficax non redeundi ad peccatum, & cõfeſsionem in voto ſaltem.

uifica me ex hac hora. Io. 12. Not. ex hac hora, quia vera contritio non eſt ſine gratia, & ſi non haberet opportunitatem confitendi, ſed propoſitum, contritio ſufficeret. Tertia hora eſt oris confeſsio. Ratio, quia ſi habetis cameram plenam ſtercore, non ſufficeret videre, nec congregare ad angulum, niſi proiiciatur extra. Ita de conſcientia, quæ eſt camera dei, ex prima, ſcilicet peccatorū cognitione, videtur ſtercus peccatorum, ex ſecunda congregatur in angulo cum contritionis ſcopa ſed oportet proiicere extra per feneſtram confeſsionis, & ſic mundatur camera, quando dicitur cōfeſſori, Pater noueritis quòd ego ſum ſuperbus &c. pater non recordor de aliis. Si videtur vobis quòd in aliis peccauerim, interrogate me, quia ego dicam vobis veritatem. Confeſſor autem debet interrogare quod officium habet. Alia ſunt peccata militis, alia mercatoris, alia ſacerdotis &c. Item idem de muliebribus, ſi eſt puella, vidua, vel maritata, & data abſolutione a confeſſore, camera remanet pura, expulſis inde culpis, & peccatis, fit habitatio trinitatis. Ad eum veniemus, & māſionem apud eum faciemus. Io. 14. De iſta hora dicit Chriſtus, Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius. Ioan. 16. Confeſsio comparatur partui mulieris. Ratio, quia ſicut partus eſt cum dolore, & eſt neceſſaria obſtetrix. Ita in confeſsione ſunt dolores partus, quando homo cogitat q̄ diffamat ſe &c. ſed oportet parere. Obſtetrix eſt confeſſor cōfortans dicendo, dicatis &c. Sed quando peperit puerum, iam non meminit præſſure propter gaudiū quod homo habet. Item magnum periculum eſt de prole mortua in vtero, quia niſi exeat, interficit matrem. Idem de vtero animæ, quia tot ſunt proles mortuæ, quot ſunt peccata mortalia, quæ habet homo. Ideo oportet vel parere, vel mori. Propter hoc Chriſtus ordinauit ſacramē tum confeſsionis, & præcipit per os eccleſiæ quòd quolibet anno homo confiteatur, vel priuetur ſepultura eccleſiaſtica. Extra de pœniten. & remiſsio. Omnis vtriuſque ſexus, non ſolum adulti, ſed etiam pueri tenentur confiteri, habentes vſum rationis. Recitat beatus Gregorius, quòd puer quinque annorum fuit damnatus. Quarta hora eſt morum emendatio. Quid valet peccatorum cognitio, vel contritio, vel confeſsio, niſi homo emendet vitam ſuam? Si cognoſcitis quòd fuiſtis ſuperbus, pompoſus, decætero debetis velle & proponere humilitatem, & humiliationem. Item ſi fuiſtis auarus, vſurarius, vel defraudando, emendo, vendendo, vel negando debita, retinendo ſolidatam ſeruorum, vel bona defunctorum, decimas, vel primitias &c. emendetis. Idem de luxuria, immundè viuendo &c. decætero debetis viuere caſte &c. & ſic de aliis. In illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum. Matthæi 18. Quinta hora eſt debitorum reſtitutio. Si ſentitis in burſa, taxia, ſeu in domo veſtra aliquid de iniuſtis bonis, acquiſitis per vſuram, rapinam &c. reſtituatis. Reſtitutio enim eſt

neceſſar

necessaria, sicut pater vult quòd filij vel serui sint contenti de parte sibi data. Et si vnus frater furetur partem alterius, indignatur pater dicendo, Nonne scio ego diuidere? Ita debetis cogitare quòd iste mũdus est vna domus dei, dominus est sursum cum baronibus, nos sumus hic in stabulo cum bestiis. Et dominus diuidit bona, illi dedit magnam partem, tibi paruam. Ideo nolite tangere partem alterius. Non dicat pauper, ego possum recipere hoc a diuite &c. Nec dicat diues, Ego possum hoc recipere a paupere, quia ego pluribus habeo prouidere, quilibet sit contentus de parte sua, alias nunquam habebit gratiam dei, nec intrabit paradisum, quousq; satisfecerit. Non dimittitur peccatũ, nisi restituatur ablatum. xiiij. q. vj. Si res. Imo dico quòd magis lætus debet esse pauper, quia speratur quòd erit diues in paradiso, si sic habet patientiam, quia paupertas ratione patientiæ erit sibi meritoria, vt dicit Ambros. dist. 47. Sicut hi. Diuites vero timere habebunt, ne ipsi retributionem capiant in hoc mundo &c. Item idem dicendum est de satisfactione damni, si notarius vel falsus testis &c. alicui damnum intulerunt, tales enim tenentur ad restitutionem faciendam his quos damnificauerunt. Item illi qui de nocte abscindunt arbores, & frumẽta aliorum, tenentur satisfacere de damno. De ista hora autoritas. Dicit Christus pœnitenti, Ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum. Apocal. 3. Hora tentationis dicitur restitutio. Ista tentatio est hodie in mundo. Dicatis vos prælato vel clerico, qui cum simonia obtinuit, quòd renuncier coram papa vel prælato statim, & audiatis quid dicet. Dicet fortasis, O si deberem restituere vel resignare, vnde viuerem? Ecce dolor. Sed per illam horam tẽtationis oportet transire, si vultis saluari. Item si dicatur vsurario quòd restituat, dicet statim, Vnde ego viuam, & vxor, & filij? sed dimittam in testamento. Ergo in vita vos vsurarij nõ vultis satisfacere, & in vita vos nõ vultis esse sine peccato. ideo ibitis ad infernum. qualis stultitia? Sexta hora est iniuriarum remissio, oportet enim parcere inimicis, & facere pacem, & oportet per istã horam transire, si vultis quòd deus parcat vobis iniurias, & peccata, quæ peccando feciſtis contra deum. Non dico quòd remittatis debitum si non vultis, sed oportet necessario remittere odium, & maliciam cordis, & oportet habere propositum non nocendi proximo, nisi secundum ordinem iustitiæ. Item si aliquis interfecit patrem tuum, noli vindictam quærere nisi secundum ordinem iustitiæ, quia hoc poteris sine peccato. Deus enim non prohibet iustitiam, sed odium. Hoc patet a simili. Si aliquis sit vulneratus, & ferrũ remansit intus, nihil valẽt medicinæ quousq; extrahatur ferrum. Ferrum est odiũ, rancor &c. Et nisi proiiciatur, nihil valẽt medicinæ bonorũ operũ. De ista hora dicit Ioan. Sedebat Iesus supra fontem. Hora autem erat quasi sexta. Ioan. 4. Fons emanens est misericordia dei.

dei. Super iſtum fontem ſedet Chriſtus in illis qui amore & honore ſui parcunt & remittunt iniurias, vt eis etiam ſua remittantur peccata, alias ſi nolunt parcere, nec virgo Maria, nec omnes ſancti impetrarent eis veniam de veniali peccato. Septima hora eſt euchariſtiæ communio. In iſta datur plena ſanitas expulſa febre peccati mortalis. Ex quo enim homo cognoſcit peccata, & conteritur, & confitetur & habet propoſitum emendandi vitam, & reſtituit aliena, & remittit iniurias, talis poteſt licite venire ad communicandum. De iſta hora dicit Chriſtus, Ioan. 5. Venit hora, & nunc eſt, quando mortui, id eſt peccatores, audient vocem filij dei, ſcilicet illam, Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur. 1. Cor. 11. Et ordinatum eſt à Chriſto & eccleſia, vt quilibet Chriſtianus communicet in paſchate. Et licet de bono conſilio in quolibet feſto magno bonum eſſet communicare, tamen ex præcepto & ſub pœna peccati mortalis in paſchate communicare obligamur, & non ſolum magni, ſed etiam parui decem vel xij. annorum bene parati. Et ideo præcedunt ſeptem hebdomadæ quadrageſimæ, prima correſpondet primæ horæ, ſecunda ſecundæ. De iſta hora intelligitur thema, Hora ſeptima &c.

Dominica xxj. poſt Trinitatem, Sermo ij.



Redidit ipſe, & domus eius tota. Verbum iſtud habetur Ioan. 4. Iſtud verbum dicitur de quodã nobili domino, qui prius non credebat in Chriſtum, imo erat infidelis. ſed viſis Chriſti miraculis, quæ faciebat tanquam verus deus imperando, credidit non ſolum ipſe, ſed & tota domus. Ideo dicit, Credidit ipſe &c. Saluetur virgo Maria. Pro ratione & declaratione huius verbi, & introductione materię prædicandæ, recordor de quadã autoritate terribili, ſed vera & rationabili. Si quis ſuorũ, & maxime domeſticorũ curã non habet, fidẽ negauit, & eſt infideli deterior. 1. ad Ti. 5. Si quis. ſ. dominus domus non curat dare prouiſionẽ neceſſariam corpori & animæ ſuis domeſticis, fidẽ negauit. Nam ſicut ſerui iure fidelitatis tenentur ſeruare perſonam domini, famam, & honorem, & bona ſua: ita dominus iure fidelitatis tenetur prouidere filiis & ſeruitoribus, non ſolum de cibo, potu & veſtitu, ſed etiam quantum ad animam, vt ſciant orare, & confiteantur, vt audiant miſſam, vt communicent, & vitent vitia, ne ludant, ne furentur nec mentiantur, & huiuſmodi, & ſi dominus non curat, fidẽ negauit. i. ius fidelitatis, & eſt infideli deterior, quia infideles iure naturæ prouident ſuis ſeruitoribus de omnibus eis neceſſariis. Hoc à ſimili probatur. Vos videtis q̃ in corpore eſt vnum caput, in quo ſunt omnes ſenſus, & in aliis partibus corporis non eſt niſi vnum ſenſitiuum. ſ. tactus, & caput regit, gubernat, & prouidet omnibus aliis membris. Ita dominus eſt caput, & tenetur prouidere omnibus de domo. ſ. filiis, ſeruis, ancillis, & captiuis corpo-

raliter & spiritualiter. Ideo ille regulus, de quo legitur euangelium, ex quo fuit conuersus, curauit de omnibus, de domo vocauit milites, scutiferos &c. dicens, Ego non credebam in illum prophetam Iesum, sed modo credo ex miraculis quæ vidi, & vos etiam videtis, & debetis credere in eum, & deus fecit sibi gratiam quòd omnes crediderunt in eum. Patet thema. Ego inuenio in theologia, & ponuntur clare à doctoribus tres gradus veræ credentiæ, & credulitatis Christianæ. Magister sententiarum in iij. libro ponit illos distinct. xxiij. Et sunt tres. s. Credere deum. Credere deo. Credere in deum.

Tres modi credendi.

Primus gradus habetur per scientiam intellectualem.
Secundus per reuerentiam cordialem.
Tertius per obedientiam generalem.

Et iste tertius gradus saluat hominẽ. Istos tres gradus habuit iste rex. Ideo dicit, Credidit ipse, & domus eius tota &c. Primus gradus fidei Christianæ est credere deum. s. dominum gubernatorem, & rectorem iustum, bonum, & sapientem potentem, & remuneratorem bonorum & malorum, & quod bonis dabit gloriam, malis pœnam, hoc est credere deum. Et ista credentia ab initio fuit necessaria, vsque in finem mundi. Ante incarnationem Iesu Christi, & ante ordinationem articulorum fidei, erat necessarium credere. s. ꝙ iste mundus non per se, sed ab aliquo erat factus, imo hoc etiam est demõstrabile naturali lumine, videlicet quòd aliquis dominus est, qui fecit hunc mundum, & regit, & gubernat. Et talis credentia est necessaria. Apostolus de isto gradu fidei dicit, Sine fide impossibile est quẽquam deo placere. Credere enim oportet accedentem ad deum, quia est, & ꝙ inquirentibus se remunerator sit, ad Heb. xi. Isti duo articuli. s. ꝙ deus est, & ꝙ est remunerator inquirentiũ eum, & punitor non inquirentiũ eum, semper fuerunt necessarij ad credendum, nisi sit stultus quis, & insipiens homo, sicut ille de quo dicit in psal. Dauid, Dixit insipiens in corde suo, non est deus. Sed qui habet naturalem intellectum, potest cognoscere ꝙ deus est per intellectum. Primo si ego quærerem à vobis dicens, Creditis ꝙ in corpore meo sit anima? diceretis quòd sic, licet non eam videatis, sed ex naturali scientia, ex operibus quæ apparẽt exterius, quia videtis in capite effectus quinque sensuum corporaliũ. s. videre, audire, loqui &c. quæ non possunt à corpore esse sine anima, creditis in me esse animam rationalem. Item quia brachia mouẽtur, & venter recipit, & emittit, & pedes mouentur, & procedũt, his certe cognoscitur ꝙ anima est in corpore, licet non videatur. Modo cogitare debetis ꝙ caput huius mundi sit cælũ: Duo brachia elementum ignis & aëris, quæ sunt maioris actiuitatis, vterus in quo sunt humiditates aqua sit, & terra sit pedes. Modo quid videtis in capite? nonne videtis ibi motum solis ab oriente in occidentem ita ordinate ꝙ nunquam peccatum vel defectum cõmittit?

Fides in quouis tẽpore ab initio mundi vnicuique necessaria fuit & est credere Deum.

Ita

Ita de motu lunæ creſcendo & decreſcendo dicendum eſt. Item videmus motũ aliarum ſtellarum. Modo clarum eſt, licet nõ videatur, ꝙ eſt aliqua ſubſtantia ſpiritualis quæ mouet omnia iſta, & illa eſt deus, quia ſol, & luna, cælum &c. irrationabilia ſunt. Idem dicendum eſt de motu duorum elementorum, quaſi duorum brachiorum. ſ. de fulguribus, nubibus, de claritate aëris, tonitruis, tẽpeſtatibus, clarum eſt ꝙ aliquis eſt qui faciat iſta, & ille eſt deus, & licet nõ videatur, ex his tamẽ effectibus poteſt cognoſci. Idẽ dicendum de aqua, quæ eſt quaſi vterus. Itẽ terra quæ pedibus aſſimilatur, facit ordinate opera ſua. Primo in vere arbores producunt flores, & poſtea fructus, & ſic de aliis. Et qui mouet, & gubernat terram, & facit iſta deus eſt. Si ergo motus corporis cogit ad credendum animam eſſe in eo, ita etiam motus huius mundi facit deũ cognoſci. De hoc vide beatũ Tho. 1. par. q. ij. ar. iij. ibi probat deum eſſe quinque viis. Propter prædictam rationem dicunt aliqui magni doctores ꝙ homo eſt ad imaginem dei, iſto modo quia ſicut deus eſt vnus, qui gubernat totum mundum, ita in homine eſt vnus ſpiritus, gubernans totum corpus, & ſicut tota anima eſt in toto, & tota in qualibet parte, ita deus eſt totus in toto mundo, & totus in qualibet parte. Deus creauit de terra hominem, & ſecundum imaginem ſuam fecit illum. Et iterum conuertit illum in ipſam, ſupple ad cogitandum, quia ſicut eſt vnus ſpiritus in eo, ita vnus deus eſt in toto mundo. Eccle. 17. Secundo hoc item patet, & ponatur caſus quòd aliquis ignorans & ſimplex, ſed vigens naturali intellectu, intret palatium papæ vel imperatoris ſolus licet non videat papam vel imperatorẽ, quando videbit cameras, feneſtras &c. ſtatim cogitabit quòd magnus dominus & potens fecit illud. Et ex ordinatione palatij cognoſcet eius ſapientiam, & ex abundantia bonitatem. Ita in propoſito. Cogitate quale palatium eſt iſte totus mundus. Cameræ in quibus eſt dominus cum baronibus, filiis, & amicis, ſunt alte collocatæ, ſcilicet in cælo, nos ſumus hic in ſtabulo cum beſtiis. De iſta domo autoritas, O Iſrael quam magna eſt domus dei, & ingens locus poſſeſſionis eius. Baruch. 3. Feneſtræ ſunt ſol, luna, & ſtellæ. Et ſcamna huius domus ſunt montes, qui talem domum ædificauit deus eſt & potentiſsimus, & quia ita ordinate fecit, ſapiens eſt, quia & omnibus prouidet, bonus eſt. Talis dominus eſt potentiſsimus, ſapientiſsimus, & optimus, iuſtus debet eſſe, dans bonis remunerationem, malis autem punitionem. Ecce quomodo cognoſcitur deus. Autoritas. Inuiſibilia dei, ſcilicet gloria, potentia, maieſtas &c. à creatura mundi, dicit gloſa, ab homine per ea quæ facta ſunt intellectu conſpiciuntur, ſempiterna quoque virtus eius, & diuinitas, ita vt ſint inexcuſabiles, Quia cum cognouiſſent deum, non ſicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor

eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Roman. 1. Philosophi in scholis cognouerunt deum, licet non nominarent eum deum, sed primum principium, vt in xij. Meta. primam causam, primum motorem, motorem immobilem, primam intelligentiam. Sed dicit Augu. ꝙ in templo adorabant idola cum populis. Ideo dicit apostolus, ꝙ cum cognouissent deum &c. Moraliter iste defectus philosophorum est hodie in multis Christianis, qui cognoscunt deum, & tamen non glorificant, imo despiciunt & vituperant deum. Verbi gratia. In domo domini sustinere inimicum domini, & habere colloquia secreta, & recurrere ad illum in suis necessitatibus, magna iniuria domini est &c. Hoc faciunt Christiani Christo, sustinendo diuinū, cōiuratorem &c. & recurrendo ad eos. Itē cum deus sit in domo huius mundi, totus in toto, & totus in qualibet parte, quādo iuras, renegas, blasphemas, coram eo iuras &c. vel tu non credis, vel si credis, & tamen facis ista, peior es philosophis infidelibus. Item credis & scis ꝙ dominus qui prouidet suis seruitoribus vult de eis aliquod seruitium. Ita etiam dominus deus vult de nobis seruitium, & vt seruemus dominicam &c. Si credis, & non facis, peior es quam philosophi. Ecce primus gradus credentiæ, qui habetur per scientiam intellectualem. Secundus gradus ascendendo est maior, scilicet credere deo, id est verbis eius. Multi credunt deum, qui non credunt deo, sicut multi me sciunt esse, sed non credunt mihi, id est verbis quæ dico, vel ego credo dæmones semper esse, sed non credo dæmonibus, id est verbis eorū. Qui credunt deū debent etiā credere deo. s. verbis, quæ dicit. Legitur enim de Abraā sene, cui promisit deus dare filium, cum esset senex, & etiam vxor antiqua, Dicit textus, Credidit deo Abraham, & reputatum est ei ad iustitiam. Gen. 15. Et dico ꝙ iste gradus credentiæ venit ex reuerentia. Magna enim reuerentia fit alicui personæ, dicenti aliquid supra intellectum, puta. s. ꝙ homines vel asini volant, & crederetur sibi sine iuramento, & testibus, propter suam famam, bonam conscientiam, & bonitatem. Ista est de Christo Iesu, qui venit de vltra mare de cælo empyreali, per incarnationē & natiuitatem, & cepit nobis prædicando dicere altissima, & supra rationem & intellectum naturalem, scilicet ꝙ licet sit vnus deus, simplex & indiuisibilis, tamen ꝙ ille est tres personæ, pater, filius, & spiritussanctus. Vnde scriptura dicit, Tres sunt qui testimonium dant in cælo, pater, verbum, & spiritussanctus, Et hi tres vnum sunt. 1. Ioan. 5. Debet enim Christianus dicere. Domine, ad hec non habeo rationem, nec argumentum, sed bene ad oppositum. Tamen domine ex quo vos dicitis, credo firmiter, & nolo iuramentum nec testes. Hic est meritum fidei. Quia si dixisset solem esse lucidum, & homo crederet, grates nullas haberet. Item dixit aliud mirabile, quod de illis tribus personis non pater, nec spiritussanctus,

Quid sit credere Deo.

sed

ſed filius factus eſt homo. Magnum mirabile. Vnde dicit ſcriptura, Qui cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, ſcilicet corpus & animam, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. ad Philip. 2. Hoc mirabile credendum eſt, vt ſupra. Item dicit quòd fuit conceptus de Maria virgine, ſine homine, ſicut granum formatur intra auellanam. Item quòd fuit natus de matre manente incorrupta, ſicut tranſit radius ſolis per feneſtram vitream, recipiens colorem vitri, ſed bonus Chriſtianus dicere intra ſe debet, Domine, non habeo rationem, nec argumentum, ſed credo domine, quia articulus fidei eſt. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria virgine &c. Item dixit nobis aliud mirabile, de ſacramento altaris, q̃ dictis verbis a ſacerdote, ipſe eſt ibi verus deus, & homo, ſicut eſt in cælo. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Item, Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Ioan. 6. Si diceret quòd hoſtia eſt alba, & rotunda, & crederetur ſibi, nec mirum. Gregor. Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Qui timetis deum, credite illi, & non dicit illum, & non euacuabitur merces veſtra. Eccleſi. 2. Infideles, vt Iudæi, Agareni, credunt deum, ſed non deo, ideo euacuabitur merces eorum. Tertius gradus fidei eſt credere in deum, id eſt credendo, in ipſum per bona opera ire. Vnde ſcriptura, Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet. Ioan. 14. Qui eſt in peccato mortali, licet credat deum, & credat deo, non tamen credit in deum, eundo ad eum. Aliqui ſunt paſſus eundi ad eum Primus eſt contritio peccatorum. Quemadmodum puer, qui cecidit in lutum plorat, ſic quilibet noſtrum debet facere, quando videt ſuam vitam immundam, & deturpatam, per ſuperbiam, anaritiam &c. Secundus paſſus eſt confeſsio, ſicut puer qui cecidit in luto flens recurrit ad matrem, quæ ipſum lauat, & mutat aliam veſtem, ſic recurrendum eſt ad matrem noſtram eccleſiam, ad confitendum, oſtendendo immunditiam, quæ lauat nos & veſtit, & quãdo abſoluit nos &c. Quia ſicut erat prius quis indutus veſte ſuperbiæ, pompæ, & vanitatis, ita poſt induitur humilitatis veſte, & ſic de aliis. Qui facit iſta, credit in deum, quia tendit ad illum. Omnis qui credit in illum, non dicit, illi, non confundetur. Roma. 10. Secus de credentibus ſolum duobus primis modis. De hoc tertio modo credendi intelligitur illud verbum, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur. Marc. 16. Vide expoſitionem huius autoritatis

Quid ſit in deũ credere.

Dominica xxj.poſt Trinitatem. Sermo.iij.



Nduite vos armaturam dei vt poſsitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Verbũ iſtud habetur textualiter ad Epheſios.6.&c.Salutetur virgo Maria.Pro declaratione & introductione materiæ prædicãdæ ſciendum quod nos inuenimus in ſacra ſcriptura,quòd Chriſtus venit in hunc mundum vt rex intrans campum pro liberatione populi ſui a captiuitate & morte.Ratio.Ex quo Adam peccauit contra deum,faciendo voluntatem diaboli potius quam dei, extunc diabolus tyrannicè accepit tantum dominium in hunc mũdum,ꝙ omnes homines tenebat captos intra clauſuram peccatorũ ianuis clauſis.Ianuę erãt ignorantię de deo, errores,& falſæ opiniones, quilibet faciebat ſibi deum.i.idola,& poſt mortem diabolus ducebat animas ad infernũ. Ecce in qua captiuitate erat populus.Sed quid fecit filius dei? motus filius dei ex cõpaſsione & pietate, intrauit in hunc mundũ vt in campum &c.& prælium cõmiſit cum diabolo in die veneris ſancta,& fuit grauiter vulneratus in capite, in manibus &c.Sed liberauit populum ſuum intantum, quod oẽs obedientes & credentes ſibi ſunt liberi. Autori.Attollite portas principes veſtras,ſcilicet ignorãtiæ,& erroris,quia nobis oſtendit portas veritatis,& eleuamini portæ æternales.i.ex duratione longa,& introibit rex gloriæ,Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus fortis,& potẽs,dominus potens in prelio.Pſal.23.Hoc dicit Dauid illuminatus ſpiritu ſancto,præuidens Chriſti prælium.Item alia autoritas noui teſtameti maioris autoritatis quam Dauid,quia Chriſti eſt.Lu.11.Cum fortis armatus,id eſt diabolus cuſtodit atrium ſuum,id eſt plateam huius mundi,quam tyrannicè occupauit,in pace ſunt omnia quæ poſsidet.Quia nec homines nec angeli erant ſufficientes ad expellendũ eum. Si autem fortior illo, ſcilicet Chriſtus ſuperueniẽs vicerit eum,vniuerſa arma eius,id eſt peccati auferet, in quibus habebat fiduciam,& ſpolia eius,id eſt naturam humanam,diſtribuet in ordinibus angelorũ collocando.Patet ergo ratione & autoritate ꝙ Chriſtus venit in hunc mundũ vt princeps ad bellum pro liberatione populi ſui. Creditis ꝙ intrauerit hoc bellum ſine armis?non credatis,imo optimè armatus fuit omnibus virtutibus.Autoritas. Accipiet armaturam zelus illius.Tantum diligit animas,quòd nunquam fuit vir tam zelotipus de vxore ſua,nec filia de patre,nec dominus de ancilla,ſicut Chriſtus de anima.Ideo dicit,Zelus illius,& armabit creaturam, id eſt humanitatem virtutibus, quia diuinitas eſt ſemper armata ad vltionem inimicorum. Sapien.5. Fiat ergo concluſio, quando rex ingreſſus campum armatur, nonne & milites armantur? Ideo militibus, ideſt nobis dicit thema, Induite armaturam dei, ſcilicet virtutes,bona merita,& patet thema.Tria debent nos inducere & incitare ad recipiendum arma virtutum,& bonæ vitæ.

Primus

Primus locus in quo ſtatus.
Secundus inimici quos habemus.
Tertius præmium quod expectamus.

De his tribus dicit thema, Induite vos armaturam dei. Dico primo quòd debemus armari propter locum in quo ſtamus, qui eſt mundus iſte, quia ſumus in medio duorum extremorum contrariorum, ſcilicet cæli beatorum, & inferni damnatorum. In cælo enim non oportet armari, quia non timent inimicos, nec dæmones, nullam habent malam voluntatem, nec aduerſitatem, nec impatientiam, imo ſunt in quiete perpetua, & in pace ſecura ſine fine. Autoritas dei per os prophetæ, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Et ſecuritas vſque in ſempiternum. Eſa. 32. Nota cum dicit, in pulchritudine pacis. In hoc mundo pax vertitur in turpitudinem. Milites enim tempore guerræ ſunt cum timore, orant, confitentur, ſed tempore pacis dant ſe inhoneſtatibus, furtis, luxuriæ erga mulieres, puellas maritatas, virgines, & moniales, non ſic de pace paradiſi. Ideo dicit, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Et ſecundo dicit, Et in tabernaculis fiduciæ. Iſta tabernacula ſunt illæ manſiones, de quibus dixit Chriſtus, In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Ioan. 14. ſcilicet nouem ordines angelorum, in quibus populus dei collocatur & diſtribuitur. Aliqui cum angelis, vt pœnitentes, & ſic de aliis. Dicitur tertio, in requie opulenta. In hoc mundo multi habent pacem cum proximo, ſed habent paupertatem & indigentiam. Sed illi de paradiſo cum pace habent & abundantiam omnium rerum, quicquid volunt, quicquid deſiderant, habent. Quarto dicitur, Et ſecuritas vſque in ſempiternum. Multoties in hac vita habemus pacem, ſed timemus de futuro ne habeamus guerram, ſed in paradiſo eſt ſecuritas æterna. Ideo non oportet ibi armari, ſed in inferno, licet eſſet eis bonum armari, non tamen poſſunt. Ratio, quia ſunt captiui, & iam perpetuis carceribus deputati. Ideo non poſſunt armari, niſi pro tanto quòd in illa malicia obſtinati ſunt & indurati, quia non deſiderant niſi malum, vel niſi malè, vellent quòd omnes eſſent etiam damnati cum eis. Et licet habeant liberum arbitrium, tamen ligatum eſt, & non poteſt exire in aliquod bonum opus. Congregabuntur in congregatione vnius faſcis in lacum, & claudentur ibi in carcere. Eſaiæ vigeſimo quarto capite. Nota, congregabuntur in congregatione vnius faſcis, igniti ſupple. Sicut quilibet titio per ſe comburitur, ſed quando congregantur in vnum magis comburuntur, quia vnus iuuat alium ad comburendum. Ita in inferno quilibet damnatus comburitur, ſed quando plures ſunt, magis comburuntur. In hoc mundo ſolatium eſt miſeris ſocios habere pœnarum, ſcilicet

videre perditionem virorum vel bonorum, sed in inferno quanto plures sunt, tanto pœna est maior. In cælo ergo non est necessarium armari, & in inferno non possunt, sed nobis est necessarium, qui nondum sumus in cælo, nec in inferno. Ideo dicit thema, Induite vos, scilicet modo dum estis in campis, vt non vincamini ab inimicis, vbi est continuum bellum cõtra vitia & peccata. Iob. 7. Militia est vita hominis super terrã, non dicit in cælo, nec in inferno. Et sicut dies mercenarij dies eius. Mercenarius enim si bene vel male laborat, meretur salarium vel pœnam. Ita de nobis. Si bene laboramus in operibus bonis, & virtuosis, & bona vita, meremur salariũ pro alia, sed si ex peccatis vincimur in carcere peccati, erimus captiui in inferno. Remediũ ergo est vt abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic vt in die honestè ambulemus. Ro. 13. Quilibet scit suam bonã vitam vel malam, & si scit se viuere in peccatis, foras ea expellat. Abiiciamus ergo opera tenebrarũ, scilicet peccata, & induamur arma lucis, scilicet virtutes peccato oppositas. Verbi gratia. Si aliquis sentit in se illud opus tenebrosum, scilicet superbiæ, pompæ, vanæ gloriæ, abiiciatur, & induatur humilitate, vt Christus, & virgo Maria, de quo Luc. 1. Respexit humilitatẽ ancillæ sũę &c. Itẽ idem dicendũ est de opere tenebroso. s. auaritiæ, vsuræ, rapinæ, simoniæ, & sic de aliis. Dico ꝙ secũda ratio, quare debemus armari, est propter inimicos quos habemus. Si vultis aperire oculos animarum, ad videndum quales inimicos habemus. s. dæmones, quia inter homines nõ debet esse inimicitia seu guerra, sed cõtra dæmones qui volunt nostram damnationẽ & corruptionẽ, contra istos fortiter pugnare debemus. Aut. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, cõtra spiritualia nequitiæ in cælestibus. ad Ephes. 6. quasi vellet dicere apostolus. Quare debetis armari armis virtutum, quia nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem. i. homines, sed aduersus principes & potestates. q. d. inimici nostri sunt ita potentes, ꝙ respectu nostri sunt vt principes, siue reges respectu vnius pastoris. Maior enim est potentia eorũ leone, si deus permitteret, subito destruerent totum mundum, tanta est potestas eorũ, & nos miseri sumus debiles vermes, & corrupti. Ideo necessariũ est armari. Secundo est nobis colluctatio aduersus mundi rectores tenebrarum harum. Ipsi vero sunt astutissimi, vt homines armorũ, qui diu secuti sunt arma, & bella respectu rusticorum inexpertorũ. Septem milia annorum sunt, ꝙ dæmones sequuntur arma, ideo sciunt bene vbi debent percutere, & nos miseri nescimus adhuc quid est bellum spirituale, & illi nunquam fecerunt aliud contra patriarchas, prophetas, apostolos, & etiam contra Christum & virginẽ Mariam. Tertio est nobis colluctatio contra spiritualia nequitiæ, id est contra spiritus nequam, qui sunt inuisibiles.

Pericul

Periculum eſſet cecis pugnare contra inimicos inuiſibiles, vnus eſſet ſufficiens ad centum. Ita de nobis, qui ſumus ceci in hoc mundo, quia non poſſumus videre dæmones, qui vadunt in circuitu, percutiendo modo vnum in capite per ſuperbiam, modo aliũ in gutture per gulam, & ſic de aliis. Oportet ergo nos armari contra ictus tentationũ. Quarto dicit, in cæleſtibus. Ipſi enim habẽt aduantagium. Dicunt milites, & etiam Vegetius de re militari, quòd qui poteſt habere aduantagium de colle, ſiue de monte &c. bene ſtat in bello. Ita dæmones habent aduantagium, tenent enim nos ſub manu. In inferno enim quot ſunt animæ, tot ſunt dæmones ad torquendũ, ſed in aëre caliginoſo eſt magna multitudo dæmonum ad noſtrum exercitium, & tentationem noſtram. De hoc vide ſanct. Tho. j. parte, quæſt. lxiiij. artic. iiij. Sunt enim vt aromi in radio ſolari. Ecce quomodo habent aduantagium. Videtur ergo vobis ſi debemus amari? Ergo induite vos armaturam dei, vt poſsitis ſtare aduerſus inſidias diaboli, ad Epheſ. 6. Dico tertio quòd debet mouere nos ad armandum præmium quod expectamus. Præmium debitum legitime laborantibus eſt corona cæleſtis gloriæ. Multum crederet lucrari, qui in vno bello obtineret coronam regis Franciæ, Arragoniæ, Chaſtellæ, quæ nihil valent vel parũ, quia ſi hic lucrantur, animæ nonnunquàm perduntur poſt mortem. Item ſubiiciũtur tot miſeriis & indigentiis. Sed corona paradiſi, quæ datur animæ intranti paradiſum per Chriſtum, vt depingitur de virgine Maria, Veni amica mea, veni coronaberis. Cant. 4. ex quo ſemel recipitur, nunquàm perditur, & ex quo collocatur in cathedra, habet abundantiam omnium rerum. Ideo omnes labores omnium bonorũ operum dulces debent eſſe nobis pro illa corona obtinenda. Dicatur hic miraculum de vitiſpatrum, de illo qui in vna nocte lucratus eſt ſeptẽ coronas, quia contradixit tentationi ne dormiret. Modo ſi pro tam leui re ille obtinuit ſeptẽ coronas, quid erit de nobis ſi volumus cõtradicere, & reſiſtere fortiter tentationi de ſuperbia? quando dicit dæmon, O talis vadit ſic &c. non credatis ſibi. Idem de tentatione auaritiæ, quãdo dicit, Talis aſcẽdit, & congregauit diuitias, quia mutuauit, vel emebat &c. aduãtagium, vel vendebat pluris propter ſolutionis dilationem, non credatis ſibi, ſed fortiter reſiſtite. Idem de luxuria dicit, O quantum ſolatium eſſet cum tali iuuencula peccare. Idem de vindicta, non credatis ſibi. Idem de pœnitentia quando dicit, Et quare vis facere pœnitentiã? forte nocebit tibi &c. non credatis ſibi, quia ſi eſtis fortis, & vincitis, habebitis coronam. De hoc autori. Labora ſicut bonus miles Ieſu Chriſti. Ratio ſubditur, quia non coronabitur niſi qui legitime certauerit. 2. The. 2. Legitur de Romanis ducibus, qui mittebantur contra prouincias, qui bellabant viriliter, & cum magnis periculis, expectantes coronam de lauro ad introitum Rome. Nos ergo debemus fortius animari, qui non de lauro,

sed de auro coronabimur in porta paradisi, & laudabimur ab angelis & sanctis. Ideo apostolus, Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiat, nos autem incorruptam. 1. ad Corinth. 9. Ergo considerando locum, in quo sumus, inimicos quos habemus, & premium quod speramus, armati debemus. Ergo induite vos &c.

De eadem dominica. Sermo iiij.



Accipite armaturam dei. ad Ephes. 6. In ser. hesterno declaraui qualiter & quare debemus armari. Modo iuxta the. volo declarare qualia arma & quæ debemus recipere vt simus fortes contra diaboli tentationes, mundi occasiones, carnis inclinationes, & antichristi impugnationes. Salutetur virgo Maria. Pro intellectu huius verbi sciendum quòd doctrina est communis in sacra theologia, & approbata per omnes doctores & magistros in theologia, quòd peccare est ita commune creaturis humanis huius mundi, quòd solum exceptis duobus, scilicet Iesu Christo, & virgine Maria, nullus alius homo potest excusari quin ceciderit, vel aliquando in peccato fuerit. Multæ sanctæ personæ & spirituales fuerunt in hoc mundo, & inde non possunt excusari a peccatis. Hoc patet per regulam philosophiæ, Quod a natura inest, semper inest naturæ specifice. Vt intelligatis regulã. Coruus a natura est niger, ergo nigredo omnibus inest naturalis vel formalis. Idem de albedine cygni, & pictura vel varietate pauonis vel vpupæ. Idem de hominibus quòd habeant duos oculos, & quinque digitos in qualibet manu, & quolibet pede. Patet regula philosophiæ. Modo videamus in theologia peccare vtrum inest hominibus a natura? Dico quòd sic. Nam in peccato cõcurrunt tria, scilicet principium, medium, & finis. Prima duo sunt a natura. Tertium vero a voluntate. Ideo est culpa & peccatum ex cõsensu voluntatis. Peccatum enim incipit a sensibus corporis, qui naturaliter inclinantur ad malum, sicut oculi ad videndum etiam illicita &c. Item auditus, & odoratus, & gustus similiter inclinantur. Similiter & inclinatur tactus manuũ, vel aliarum partium inclinantium ad luxuriam, & malum. Et talis inclinatio non est peccatum, quia naturalis est, sed est principium peccati. Medium vero peccati est in imaginatione, quando scilicet homo cogitat quomodo fieret peccatũ, nec illa est peccatum, quia naturalis est, sed mediũ peccati, hoc etiam est naturale. Auto. Sensus & cogitatio, id est imaginatio humani cordis ad malum prona sunt ab adolescentia sua. Genes. 8. Patet quòd principium & mediũ peccati est a natura, finis vero a voluntate, quãdo voluntas consentit, tunc est peccatũ consummatũ. Peccatũ cum consummatum fuerit, non dicit, inchoatũ vel mediatũ, generat mortem. Iac. 1. Patet ergo quòd peccatũ a natura inest quantũ ad hoc, quia principium

&

& medium ſunt à natura. Auto. Nequam eſt natio eorum, & naturalis malitia ipſorũ. Sapien. 12. Quando deus creauit Adam & Euam, creauit eos in tanta æquitate, quòd ſenſus & imaginatio cõcordabant cum ratione, intantũ quòd cum eſſent nudi in paradiſo, & Eua eſſet pulchrior mulier quæ vnquàm fuit, virgine Maria excepta, & reſpicerent ſe mutuo, non erat deſiderium, nec concupiſcentia in eis, imo in paradiſo terreſtri in tanta æquitate & conformitate erant, quòd nec ſenſus, nec imaginatio, nec ratio in aliquo diſcrepabant, & illa dicitur iuſtitia originalis. Sed poſtquam per eos fuit peccatũ commiſſum contra dei præceptum, comedendo de ligno &c. O dixit deus, Iam tam male vſi fuiſtis gratia per me vobis data, & abſtulit illis illam gratiam æquitatis, & dimiſit principiis naturalibus, ſtatim fuit in eis motus ſenſualitatis & imaginationis contra rationem, intantum quòd habuerunt ſibi facere periſomata de foliis ficulnee, & ſic conſequenter ſumus ſine illa æquitate. Ideo dicit, Nequam eſt ratio eorũ. Et hoc ſequitur naturalis malitia, id eſt peccatũ. Ex dicta auto. clare innuitur quòd peccatũ, quantum ad principium & medium, eſt naturale. Item alia auto. apoſtoli loquentis de ſe & de aliis, dicentis, Nos omnes aliquãdo conuerſati ſumus in deſideriis carnis noſtre, facientes voluntatẽ carnis, id eſt ſenſualitatis, ecce principium peccati, & cogitationum. medium, & eramus natura filij ire, ſicut & cæteri. ad Epheſ. 2. Fiat ergo ratio ex regula. Si quòd a natura eſt, ſemper ineſt, peccatum ineſt a natura, vt probaui, ergo ſemper ineſt, niſi de gratia ſpeciali eximatur vt virgo Maria. Hoc dicit Auguſt. de gratia & natura. Si omnes ſancti & ſanctæ dum adhuc viuerẽt, interrogati fuiſſent vtrum ſine peccato eſſent, omnes reſpondiſſent, Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. 1. Ioan. 1. Ex hoc ergo habetur quòd nullus fuit ita armatus virtute, ſanctitate, & gratia, quin ſagitta peccati arma penetrauerit, niſi armatura Chriſti. Si ergo nos, qui ſumus in campo, volumus armari, quæ arma recipiemus? ſanctorũ? non, quia non ſunt probata, ſed Chriſti. Ideo dicit thema, Accipite armaturam dei. Non intendit dicere apoſtolus taliter quòd nũquam peccemus, ſed quia dicit, ſequamur eum iuxta dictũ beati Petri, Sequamini veſtigia eius qui peccatum non fecit. 1. Pet. 2. Et alibi, ſcilicet quarto cap. ait, Chriſto paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. Igitur videamus quæ arma ſunt accipiẽda, vt armemus nos, & aſſimilemur Chriſto. Dico quòd neſcirem inuenire meliorem armaturã quàm apoſtoli, qui dicit, State ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ, & calciati pedes in præparatione euangelij pacis. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum dei. ad Epheſ. 6. Vbi dat nobis ſex armaturas.

Prima

Prima est cinctura de castimonia integrali.
Secunda lorica de iustitia generali.
Tertia calceus de concordia fraternali.
Quarta scutum de credentia virtuali.
Quinta capillicia de confidentia cælestiali.
Sexta gladius de iustitia spirituali.

Dico primo cum dicit, State succincti lumbos vestros in veritate. Hoc videtur ad experiẽtiam, quòd homo fortior est cinctus, quam sine cinctura, ideo bellantes cingunt se. Hic ostenditur quòd in bello spirituali stringamus nos cingulo, scilicet castimoniæ integralis, quia dicit Gregor. quòd luxuria est in renibus. Ideo viuamus caste contra malas inclinationes carnis, alias qui non viuit caste, cadit in multa peccata, falsè iurando, diffamando, occidendo, ad cooperiendum peccatũ, imo quod peius est, tenendo concubinã, ad dæmones recurrendo, inuocando vt possint habere mulieres. Ecce quare dicit, State suc. lumbos vestros, scilicet caste viuendo. Nota cum dicit, in veritate. Dicit regu. philosophie quòd veritas est adequatio, id est conformitas rei ad intellectum, quando scilicet res concordat ad extra, sicut existit in intellectu veritatis, sicut quando ego cõcipio sortem currere, si ita est a parte rei, scilicet quòd currat, tunc res correspondet conceptui vel verbo intelligibili, & propterea dicit Philosophus. 1. Perihermenias, Sunt enim ea quæ sunt in voce earum quæ sunt in anima passionum note. ergo castitas est, quando illud opus non fit, nec in mente desideratur. Tunc fit adequatio rei ad intellectum, quoniam intellectus nõ cogitat, nec desiderat ab intra, nec in re opus fit ad extra. Quid valet castitas dicentium, Non facerem opus, quia essem diffamatus, si desiderant facere, si secrete posset fieri, & permanere, talis est castus, sed nõ in rei veritate. Idem etiam de religioso & clerico, qui propter verecundiam gentiũ viuunt caste, sed in mente desiderant, nõ ibi est adequatio rei ad intellectum. Idem de sene, qui nõ potest, & desiderat cogitando. Quo venerunt peccata quæ operabaris prius, scilicet cũ eras iuuenis. Dico quòd talis non est castus in veritate. Stare ergo succincti. Benedictus est qui isto cingulo stringit renes corporis & cordis, & concordat verbum Christi dicentis, Sint lumbi vestri præcincti, & lucerne ardentes in manibus vestris. Luc. 12. Illi qui vadunt circunspiciendo, spaciando, qui nõ sunt contenti de vxoribus, & vadunt &c. dicit Christus, Sint lumbi vestri præcincti, & lucerne ardentes in manibus vestris, quia luxurioſi vadunt de nocte, quærunt tenebras & latibula, & qui male agit, odit lucem. Ideo sint lucerne ardentes, id est opera clara in manibus vestris. Item contra illos qui dicunt, Faciam, & postea confitebor. Et miser ĩ morereris in peccato, vt ille qui dormiebat cum quadam muliere, & domus cecidit, & mortui sunt, & damnati. Itẽ esto q̃ cõfitearis, oportet

facere

facere pœnitentiam, vel hic, vel in purgatorio, vel in inferno. Ideo nolite quærere talia solatia. Ecce prima armatura castimoniæ integralis. ſ. mente & corpore. Secunda armatura est lorica de iustitia generali, cum dicit, Iuduite loricam iustitiæ. Secundum Philosophũ iustitia dicitur lorica, quæ totum hominem armat in circuitu, ante & retro, à dextris & à sinistris. Ita iustitia omnibus ante & retro dat quod suum est. Illi qui stant ante, sunt vxor, filij, & famuli. Istis tenemini dare instructiones, ne iurent nisi per aduerbia, ne mentiantur, ne rapiant, sed ꝙ confiteantur, & communicent, & orent, & ipsi etiam tenentur dare patri seu domino honorem. Eccl. 7. Filij tibi sunt, erudi illos. Sic bonus Thobias docuit filium suum ab infantia timere deum, & cauere ab omni peccato. Thob. 2. Retro sunt illi, qui iam transierunt vt defuncti. Istis tenemur dare orationẽ, maxime heredes, manumissores. cõplendo testamenta. A dextris sunt ecclesiastici, prælati, & alij. Istis tenemini dare reuerentiam. A sinistris sunt illi quos defraudamus, si volumus saluari, satisfaciamus quibus tenemur ad restitutionem. Ecce lorica iustitiæ, circundans totum hominem. Benedictus qui potest dicere, nihil debeo alicui. Si habes mille florenos de bono iusto, & vnum de malo iniusto, ille corrumpet alios, vt poma corrupta corrumpunt poma recentia. Qui habet istam iustitiam generalem, potest dicere, Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento &c. Iob. 29. Tertia armatura cum dicit, Calciati pedes in præparationem euangelij pacis. Hic armat nos de concordia fraternali. Differunt enim calciatus & discalciatus. Discalciatus enim sentit spinas, lapillos, & viarum obliquitates, & duricias, calciatus vero non. Ita qui habet concordiam fraternalem, calciatus est, & non sentit spinas, verba aspera, dura, iniurias, & fraudes sibi illatas. Dicitur sibi, Vos estis hypocrita, dicit, non dicitis filij ex toto falsum, & sic de aliis. Sed modo pauci vadunt calciati, omnes vadimus discalciati, non solum homines, sed etiam mulieres, quæ de nihilo se sentiunt, dicentes, Non loquerer ei, quia dixit mihi, cauillatrix, &c. De decem annis recordantur de iniuria. Ideo dicit, calciati. O si diceret aliquis, Ego non vindicabo me de morte patris, cum sit tanta iniuria, vel filij, seu fratris &c. Maior dominus est Iesus Christus, qui in cruce dixit, Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Luc. 23. Ergo calciamenta habebitis in pedibus vestris, tenentes baculos in manibus. Exod. duodecimo cap. Baculus iste de quo dixit, illo percutiendi sunt dæmones. Et est baculus quo sustentamur, quia si aliquis te iniuriauit diffamando, tene baculum in manibus, non te vindicando, quia dicebatur Christo in cruce existenti, Vah qui destruis templum, &c. Alios saluos fecit &c. & sic de aliis. Sed ipse ait, Pater ignosce illis &c. Quarto sumentes scutum fidei, in quo posſitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Hic autem

armat

armat nos de scuto credentiæ. Ratio, quare fides dicitur scutum. Scutum non est factum longum aut rotundum, sed habet tres angulos. Ita fidem habemus de deo, & firmiter credimus quòd sit vnus in essentia, & trinus in personis. Secunda ratio est, quia scutum portatur in sinistra parte. Sicut in homine sunt dextra & sinistra, ita sunt duæ vitæ, scilicet æterna in paradiso, & ista dextra est & temporalis in hoc mundo quæ dicitur sinistra. Auto. Leua, id est, sinistra eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Cañ. 2. In paradiso non est fides, quia fides est credere quod non vides. In paradiso totum vides clare, sed scutum fidei portatur in sinistra, id est, in hac vita. Nos modo credimus trinitatem, sed in paradiso non, quia videbimus clare, & poterimus tunc dicere, Sicut audiuimus, scilicet in ecclesia christiana, sic videmus in ciuitate domini virtutum. Not. in quo positis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Aliqui sunt nequam, vt Christiani qui habent fidem & malam vitã, credunt Christũ esse deũ, sed nolunt ei obedire. Nequiores sunt, qui nõ habent fidem nec obediẽtiam, vt infideles. Sed nequissimus erit antichristus cito venturus. Scutum fidei stat in Credo. Dicatur semel. Ideo dicit, in omnibus supple diebus, sumẽtes scutum fidei mane & sero cũ protestatione, & defendat vos ab antichristo. De isto scuto Dauid, Scuto circũdabit te veritas eius, non timebis &c. psal. 90. Veritas dei est scutum fidei. s. Credo, contra omnia tela nequissimi. s. antichristi, qui mittet quatuor iacula huic mundo. s. Primum disputationum. Secundum prosperitatum. Tertium falsorum miraculorum. Quartum tormentorum. omnia scuto extinguuntur. Quinta est, galea salutis assumite. Hic armat nos in capite de capillicia, & de confidentia cælestiali. recte galea comparatur confidentiæ. Ratio, tres sunt virtutes theologicales, scilicet fides, spes, & charitas, & spes est altior, nõ dico maior est spes, quia fides & charitas duas partes habent, altã & bassam. Fides habet quòd est vnus deus, pater, filius, & spiritussanctus, istud est altum. Item bassum propter Christi incarnationem. Item de gloria altiori in cælo, quam deus dabit bonis, credere pœnas inferni, quas deus dabit malis, & sic fides habet altũ & bassum. Charitas in duobus consistit præceptis. s. diligere deum, & proximũ, deum vt altum, proximum vt bassum. Spes vero tantum est alta, quia in nullo est sperãdum nisi in deo. De illis qui sperant in homine, dicit propheta. Maledictus homo qui confidit in homine. Hierem. 17. Ergo spes habet tantum altum in deo. Benedictus vir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Hierem. 17. Ecce galea alta. Ergo auisetis vos, non ponatis spem vestram in rebus temporalibus, sed in deo. Verbi gratia. Bonus & aptus medicus quando recipit infirmum in cura, non debet confidere quòd ipse dabit sanitatem, quia effectus dei est, sed dicat, Ego faciam secundum artem & meam scientiam, sed quòd sequatur

effectus

effectus ſanitatis, confidatis in deo. Sextus gladius, quod eſt verbum dei. Ex quo enim ſumus armati in renibus de caſtimonia integrali, & lorica de iuſtitia generali, & pedibus calciati de concordia fraternali. In ſiniſtra manu ſcuto fidei, & galea confidentiæ cæleſtis. Oratio armat nos manu dextra gladio iuſtitiæ ſpiritualis. Scutum eſt ad defendendum. Enſis vel gladius ad offendendum. Ita oratio eſt enſis vel gladius quo percutiuntur inimici noſtri, quando mane & ſero deuotè orat. Primo ſignando ſe, & flexis genibus cogitando quòd videns Chriſtum quem ſancti adorant, qui inimicatur nobis, talis oratio dicitur gladius, quia ore, & corde cogitando debet dici, & tunc inimicus non audet appropinquare. Dicatur de Iuliano apoſtata, qui inuocabat dæmones, & eos mittebat cum literis, & intra horam redibant cum reſponſione, ſed ſic non eſt faciendum nobiſcum, ne creatorem noſtrum commoueamus, qui vnicuique ſecundum ſua merita retribuet, vt dicitur Apocalip. decimonono de ore eius, ſcilicet orantis procedit gladius ex vtraque parte acutus, vt in ipſo percutiat gentes. Ecce quare dicit thema, Accipite armaturam dei.

De eadem dominica. xxj. poſt Trinitatem. Sermo v.

STate in præparatione euangelij. Verbum iſtud habetur Epheſ. 6. Saluetur virgo Maria. Pro declaratione huius verbi ſciendum quòd in theologia inuenitur magna differentia inter præparationem cordis, & executionem operis, quia licet homo aliquid conficere velit, poteſt tamen impediri. Verbi gratia. Quilibet habet liberum arbitrium eligendi, ordinandi &c. ſed executio ſepe impeditur, quia eritis pauper, non habebitis ad manducandum. Patet ergo quòd præparatio eſt in corde, & executio non. Item multi poſſunt cogitare, & præparare ſe, vt vadant ad ſanctum Iacobum, vel Hieruſalem, ſed ſi eſſetis contractus, non poteritis exequi. Item multi diſponunt, ordinant, & deſiderant ire ad eccleſiã, ſi interea incidunt in infirmitates, tunc executio eſt impedita. Quod autem differẽtia eſt inter præparationẽ & executionẽ. Autori. Cor hominis diſponit viam ſuã. ſ. per liberũ arbitriũ, ſed domini eſt dirigere greſſus eius. Prouer. 16. Itẽ alia ibidẽ, Hominis eſt animũ præparare, & domini gubernare linguã. Nota, hominis eſt præparare animũ ad prædicandũ, vel diſputãdum &c. ſed executio ad extra domini eſt gubernare linguã. Quia ergo executiones operum ad extra non ſunt in libero arbitrio, ſed præparationes, ideo dicit thema. State in preparatione euangelij. Nõ dicit in executione, quia ſanctũ euangeliũ præcipit facere eleemoſynam. Vnde ſi non habetis, ſufficit habere cor præparatum, quòd ſi habereris, tunc faceretis. Item præcipit confiteri, ſed ſufficit habere cor præparatum.

Idem

Idem de aliis operibus. Patet thema. Diceret aliquis, In quibus stat euangelium Christi? Dico quòd tota doctrina euãgelica cõsistit in quatuor.

Primo in simplici credentia.
Secundo in plena obedientia.
Tertio in digna pœnitentia.
Quarto in firma perseuerantia.

De omnibus istis & in speciali dicit the. State in præparatione euangelij. Dico primo quòd sanctum euangelium præcipit habere simplicem credentiam, simplex credentia est alicui credere de magnis & mirabilibus rebus factis, & altioris dignitatis, perfectioris sanctitatis, & plenioris sapiẽtiæ, quòd nunquam mentitur, tanto eius assertioni simplicius est credendum sine iuramento & testibus. Talem credentiam vult Christus a nobis, id est, vt alta, inuisibilia, & incomprehensibilia fidei transcendentis simpliciter credamus, non ponendo nos in disputatione, scilicet quomodo potest hoc esse &c. Non velle testes &c. sed dicere, quia vos domine dicitis, qui non potestis dicere falsum, credo simplici verbo, licet intellectus meus non potest comprehẽdere. In hoc facimus Christo magnum honorem. Verbi gratia. Quilibet christianus credit trinitatem, & hic non videtur quomodo tres personæ sint vna essentia, tamen quia vos mihi dicitis, ego credo, ex quo estis tante sanctitatis, dignitatis, & sapientiæ, quòd nõ potestis mentiri &c. Item dicitis quòd est deus & homo, credo vt supra in præcedenti sermone. Autoritas de omnibus his. Venit Iesus in Gallileam prædicans euangeliũ regni, & dicens, Pœnitemini, & credite euangelio &c. Mar. 1. Nota aduentus in Gallileam, quæ interpretatur rota, signat Christi incarnationem, per quam venit in istũ mundũ volubilem, vt prædicaret euãgeliũ regni dei, quia. s. credẽtes portat ad regnum dei. Ideo apostolus, Non erubesco euangeliũ. Virtus enim dei est in salutem omni credenti. Ro. 1. Non erubesco, sicut faciũt multi, prædicãtes Ouidiũ, Vergiliũ, Terentium, & alias fabulas poëticas, in quibus nulla est fides, quia multa mẽtiuntur poëtæ, vt dicitur in j. Metaphy. Dico secundo &c. s. plena obedientia, non solum euangeliũ Christi præcipit simplicẽ credentiã, sed & plenã obedientiã. Ratio. Nullus dominus est cõtẽtus de sola credẽtia subditorũ erga ipsum, sed oportet reddere obedientiã plenam. Si enim credis quòd Christus sit dominus, rex saluator omnipotẽs, ergo sis ei obediẽs, quia obediẽtia sequitur ad credentiã. In hoc ostenditur illi qui credũt Christo, quia ad extra ei obediũt. Christus præcipit non ire ad diuinos &c. sed recurrere ad deũ in necessitatibus. Qui nõ recurrit, obediens est, sed modo tot sunt inobedientes. Tales licet ore non dicant propter timorẽ, opere tamen ostendũt deũ nõ omnipotẽtẽ &c. Item si credis ipsum deũ, ostende obẽdiendo, quia præcepit non iurare, luxuriari, blasphemare &c. quia de rege suo & prælato homo loquitur

ur cum reuerentia. Item quilibet dominus vult de ſeruis ſuis, quibus prouidet, aliquod ſeruitium. Cum ergo Chriſtus ſit dominus, dans nobis prouiſionem rerum omnium, faciamus ſibi aliquod ſeruitium, ſcilicet in hebdomada ſeruemus dominicam. Ecce quomodo obedientia ſequitur ad credentiam. Ideo Chriſtus, Euntes in mundum vniuerſum prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Mar. vlt. Nota euntes in mundum vniuerſum, prædicate duas concluſiones, ſcilicet ſimplicem credentiam, ideo dicit, qui crediderit, & plenam obedientiam, ideo dicit, baptizatus fuerit &c. Qui baptiſmus, cum ſit quædam dedicatio hominis ad ſeruitium Chriſti, ſicut ſerui ad dominum, plenam obedientiam includit. Bapsiſmus enim non ſolum includit eſſe lauatum, ſed eſſe ſeruum Chriſti. Ideo decipiuntur multi, non intelligentes iſtam autoritatem quomodo iſtud vocabulum, baptizatus fuerit, includit obedientiam, vt declaratur Mat. vlt. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpirituſſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandauit vobis. Dico tertio &c. digna pœnitentia. Ratio, quia certum eſt quòd omnes deficimus in primis duobus vel in ſimplici credentia, vel diſputando quomodo Chriſtus tam magnus erit in parua hoſtia &c. Reſpondere debemus, quòd iſta & maiora deus poteſt, qui poſſet totum mundum intra auellanam includere. Item de obedientia, quia multi ſunt inobedientes. Non omnes obediunt euangelio. Ro. 10. Ideo prouidit nobis ſupremus medicus de remedio pœnitentiæ ſalutari, quia alias quomodo poſſemus ire ad paradiſum? ergo facere debemus pœnitentiam, dolere de peccatis, recipere propoſitum non redeundi, confiteri, recipere pœnitentiam, & ſeruare ipſam, quæ eſt data à confeſſore. Autoritas. Quoniam impletum eſt tempus, & appropinquabit regnum dei. Pœnitemini & credite euangelio. Marc. 1. Nota, quoniam impletum eſt tempus, ſ. mundi. Iam ſumus in fine. Ideo auiſetis vos. Quilibet corrigat ſe dimittendo peccata, & malam ſocietatem, vt ſimus parati in die iudicij. Non ponatis cor in iſtis mundanis &c. reſtituatis, & remittatis iniurias. Et concordat apoſtolus, Hoc itaque dico, vobis fratres. Tempus breue eſt. 1. Corinth. 7. Secunda ratio, quoniam appropinquabit regnum dei, facientibus, ſupple pœnitentiam. Ante aduentum Chriſti licet facerent homines pœnitentiam, non tamen appropinquabant ad regnum cælorum, ſed infernorum. Adam enim, qui ex peccato ſuo fecit nongentos & triginta annos de pœnitentia, tamen ad infernum deſcendit, & ſic de aliis. Tertia ratio cum dicit, Credite euangelio, quod, ſcilicet præcepit pœnitentiam. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Matth. 3. & 4. cap. Dico quarto quòd ſanctum euangelium vult & præcipit nobis firmam perſeuerantiam in bona vita,

& sanctis operibus, quia nec simplex credentia, nec plena obedientia, nec digna pœnitentia, placent deo sine perseuerantia apud deum. Plus consideratur perseuerantia finalis, quam longitudo temporalis. Verbi gratia. Sint duo, quorum vnus vixerit sanctissime in bonis operibus centum annis, sed quia per vnum diem dimisit seruitium dei, ante mortem damnabitur. Alter vero centum annis vixit in peccatis, & vltima die ante mortem conuertitur ad deum, & dolet de peccatis, & proponit abstinere, & sic moritur, saluabitur &c. quia plus deus respicit perseuerantiam finalem, quam longitudinem temporalem. Hoc videtur nobis mirabile quòd ille damnetur, & alter saluetur. Sed declarabo per similitudinem de duobus euntibus Romam tempore indulgentiæ plenariæ, quorum vnus venit de longinquo cum magnis periculis & expensis, sed quando est iuxta portam ciuitatis Romæ, reuertitur, & non intrat. Alius autem venit de vna leuca, & intrat, & visitat sanctuaria. Quis de istis duobus lucratus est indulgentias? Nonne ille qui intrauit? quia bula, vel papa dicit quòd qui intrat & visitat sanctuaria. Idem, nam papa Iesus dat plenam indulgentiam omnibus venientibus Romam, id est ad paradisum, sed qui antequam intrat portam mortis reuertitur retro per peccatum mortale, non lucratur indulgentias, sed ille qui intrat continuando, scilicet bonam vitam vsque ad mortem, iste lucratur. De istis quatuor punctis vna autoritas. Notum vobis facio euangelium quod prædicaui vobis, quod & accepistis. s. simpliciter credendo, in quo & statis. s. plene obediendo, per quod & saluamini. s. digne pœnitendo, si tenetis. s. firmiter perseuerando, nihil frustra credidistis. 1. Cor. 15. Nota exemplum de illo qui confidens in multitudine annorum sui seruitij non perseuerauit. Ergo præparemus cor ad simplicem credentiam, ad plenam obedientiam, & corpus ad dignam pœnitentiam, & firmam perseuerantiam, luxta consilium thematis dicentis, State in præparatione euangelij.

De eadem dominica xxj. post Trinitatem, Sermo vj.



Confortamini in domino, & in potentia virtutis eius. Eph. 6. Salutetur virgo Maria. Pro declaratione themæ & introductione materiæ prædicandæ, sciendum q̃ Christus loquens de persona deuota, pœnitente, & bonam vitam tenente, dicit talem comparationem, Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Mat. 5. Verba sunt figuratiua, sed secundum glosas & doctores vult dicere quòd ciuitates, scilicet persona sancta, quæ dicitur ciuitas, quia sicut in ciuitate sunt magnæ plateæ, & palatium regis: ita intra personam deuotam sunt tres magnæ plateæ, scilicet memoria præteritorum, secunda, intelligentia præsentium, tertia, est voluntas futurorum. Plateæ sunt sensus corporis interiores, sensus communis, fantasia, imaginatio & reminiscentia.

Domus

Domus regis intra quam habitat, & quieſcit eſt conſcientia. Portæ ſunt quinque ſenſus corporales. In hac ciuitate eſt abundantia mercationum, ſcilicet veriratum theologicalium, & cardinalium meritorum, & bonorum operum. Talis perſona eſt propria habitatio Chriſti. Ideo eccleſia in perſona Chriſti & glorioſiſsimæ virginis dicit, In ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui, & in Hieruſalem poteſtas mea. Eccleſiaſt. 24. Talis eſt poſita ſupra montem, ſcilicet fidem. De quo Eſa. Venite, aſcendamus ad montem domini. Eſa. 2. Nota aſcendamus per credentiam, obedientiam, & pœnitentiam. De tali ciuitate dicit Chriſtus. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, nec deo, nec hominibus, neque dæmonibus. Non deo, vt clarum eſt, nec gentibus, quia licet velit abſcondi, tamen deus eam manifeſtat ad gloriam ſuam, & ad exemplum gentium, ipſis dicentibus, Non nobis domine, non nobis &c. nec dæmonibus, quia ſicut ciuitas obſidetur ab inimicis ad capiendum, ita quando Lucifer ſcit aliquam perſonam ſanctam, & bonam, dicit, illa ciuitas eſt mihi rebellis, obſidet eam in circuitu. Autoritas. Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. 1. Pet. 5. Sed non oportet ipſum timere, ſed confidere de domino Ieſu Chriſto, hoc dicit thema, Confortamini in domino &c. Loquitur apoſtolus perſonis bonis, ſicut loqueretur ciuitati obſeſſæ auxilium expectanti, dicendo, Confortamini &c. Patet thema. Modo videamus, ciuitas iſta ſeu caſtrum obſeſſum in circuitu quomodo poteſt defendi ne capiatur ab inimicis, Dico quòd requiruntur ſex conditiones.

Sex quæ animâ iuſti ad inſtar ciuitatis cuſtodiunt.

Prima conditio ℣ caſtrum ſit bene prouiſum in victualibus.
Secunda ℣ in parte debiliori ſit bene munitum.
Tertia ℣ habeat populum audacem.
Quarta ℣ portæ caſtri optime claudantur.
Quinta ℣ eius incolæ cum inimicis non loquantur.
Sexta ℣ cuſtodiæ diligenter obſeruentur.

Dico primo &c. ſ. ℣ in victualibus bene &c. Ita de nobis. Quælibet bona perſona eſt ciuitas obſeſſa ab inimicis. Oportet ergo ℣ habeat prouiſionem de eſcis ſpiritualibus. Spirualia victualia noſtra ſunt illa, de quibus Chriſtus, Non in ſolo pane viuit homo, ſed in &c. Mat. 4. Orando, ſcilicet deuote, quolibet die mane & ſero, legendo, audiendo miſſas, & diuinis officiis intereſſendo, confitendo, & communicando, tunc ciuitas eſt optime munita, non capietur propter famen. Autoritas. Inuenti ſunt ſermones tui, & comedit eos. Et factum eſt mihi verbum tuum in gaudium, & lætitiam cordis mei. Hierem. 15. Item alia, Congregaueruut frumenta, id eſt verba diuina in præparationem pugnæ. Iudith. 4. Ergo confortamini. Secunda con-

ditio est quòd in debiliori parte &c. Ita in ciuitate, scilicet in deuota persona, debilior pars est caro seu sensualitas, quia intellectus & ratio fortissima & alta sunt, sed caro est debilis, spiritus quidem prõptus est, caro autem infirma. Mat. 26. Ideo muniẽda est austeritatibus pœnitẽtialibus, & abstinentiis. Diceret aliquis, Hoc non fortificat carnẽ, imo debilitat. Verum est, debilitat quantum ad opera tẽporalia & carnalia, sed quantum ad pugnã spiritualem, sic fortificatur. Auto. Virtus enim in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Cum enim infirmor, tunc potẽs sum. 2. Cor. 13. Multi facerent multa peccata si non essent infirmitates. Ideo libenter gloriandũ est. Tertia est vt non sint timidi, vt Iudei, alias ciuitas capietur. Ratio, quare in bello spirituali possumus habere cordis audaciam, quia sumus certi & ciuitas nostra non potest capi violenter ad peccandum nisi consensus ibi fuerit. Vnde si vnus diabolus violenter poneret gladium in manu mea, & moueret brachium, & interficeret aliquem me contradicente, non esset peccatum. Idem de muliere virgine contradicente, & non consentiente, si præter suum velle violatur, non perdit virginitatem, imo tanquam virgo coronabitur in paradiso. Nota de beata Lucia, quomodo respondit infideli tyrãno, qui voluit eam duci ad lupanar, dicens, Nunquam inquinatur corpus nisi de consensu mentis, si inuitam me feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Ergo debemus habere audaciam cordis, ne cõsentiamus peccatis, quia nisi consenserimus, aliter non possumus capi. Dicatur hic exemplum de beata margareta, ad quam intrauit dæmon in carcerem, in forma doctoris ad decipiendum eam, vt consentiret principi, quia multa bona ei spoponderat. Dicatur quomodo deus sibi reuelauit quòd erat dæmon, & ipsa audacter accepit eum per barbam. Si vna puella tantam audaciam habuit, quanto magis nos magni audaciam habere debemus? Hoc dicit scriptura, Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in domino. psal. 30. Quarta quòd portæ claudantur, quia si aduersarij intrant, factum est, & ciuitas est capta. Portæ nostri cordis siue castra sunt sensus corporales, in quibus est resistendum, auertendo oculos à malis aspectibus, & turpibus, ad peccatum inclinantibus, quia per oculos nuncius venit ad cor dicendo, quomodo est pulchra. Portas huius castri male custodiuit ille maximus miles, magnus rex Dauid, vt patet 2. Reg. 11. Dicatur quomodo respiciendo vxorem Vriæ lauantem se, concupiuit eam, & cecidit in peccatũ luxuriæ, & homicidij &c. Dicatur etiam quomodo peccatum ducens ad luxuriam ducit secum homicidium & gulam. Item oportet custodire aures, & alia sentimenta, resistendo fortiter. Ideo dicit scriptura, Quoniam confortauit seras portarũ &c. psal. 147. Dicatur hic de illo sancto heremita, eũte cum matre sua sene, & in

Alias virtus enim mea.

& in transitu riui cooperuit sibi manus, ne tangeret eius carnes nudas, licet mater esset antiqua. Dicunt aliqui, Et quod peccatum est respicere mulierem? O ribalde, nunquid peccatum esset si quis dimitteret portam castri apertã inimicis? Ideo nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Psal. 31. Quinta &c. quando loquuntur cum inimicis dicitur, Factum est, ciuitas est capta, quia iam veniunt ad parlamenta. Ita parlamentum inimicorum nobiscum fit in imaginatione, cogitando certa peccata. Dicatur prout expediens erit. Cito capitur mulier quæ locutiones admittit lenonum, sed stet viriliter, fortiter resistendo. Si autem audierit, & dicit; Quomodo fieret? hoc factum est, ipsa est perdita. Si vero recipit iocalia, factum est. Et ideo dicit scriptura, Prophana & inaniloquia de vita. Multum enim proficiunt ad impietatem, id est peccatum, & sermo eorum vt cancer serpit. 2. Timot. 2. Item homines qui volunt viuere castè, vitent locutiones mulierum. Ideo beatus Dominicus docet cauere mulierum consortia, quia etiam viriles animas decipiunt, aut emolliunt, aut inclinant, scilicet ad peccandum. Sexta est quòd custodie bene, & diligenter custodiantur, & respiciantur, quia si secus esset, ab inimicis præuerterentur. Ideo necessaria est continua custodia. Custodia est amor ad magistrum in scholis. Verbi gratia. Quando aliquis tentatur de superbia, pompa, & vanitate &c. oculos intellectus faciat respicere ad Christum, quomodo iuit, qui triginta annis eandem vestem portauit. Item ad Mariam virginem mulieres respicere debent, quæ cum esset regina reginarum, & mater dei electa, nihilominus super omnes se humiliauit & dicet, O miser, ipse qui est dominus & rex, ita iuit simpliciter, & ego volo ornari. Talis respectus timorosus custodit ciuitatem seu castrum corporis tui. Item quando venit tentatio multiplicandi diuitias per vsuram, furta, & sic de aliis peccatis, debemus respicere Christum. Autoritas. Si non in timore dei tenueris te instanter, cito subuerteretur domus tua. Eccle. 27.

Dominica xxij. post Trinitatem. Sermo. j.

OMne debitum dimiti tibi, quia rogasti me. Matthæi vigesimo tertio capite. In sancto euangelio hodierno declarantur nobis tria multum necessaria ad sciendum.

Primo pietas diuinalis copiosa.
Secundo crudelitas humanalis vitiosa.
Tertio æquitas diuinalis rigorosa.

Primum ostenditur in principio euangelij. Secundum in medio. Tertium in fine. Et de primo, scilicet pietate diuinali copiosa illis qui faciunt pœnitentiam, dicit thema, Omne debitum dimisi. Et ostenditur in prima parte euangelij, vbi Christus dicit, Simile est regnum cælo-

rum &c. vsque debitū dimisi. Christus volens ostendere suam pietatem copiosam, loquēs de se dixit talem similitudinem. Simile est &c. Nota, iussit eum venundari, quia defraudauerat eum, & vxorem eius, quia prouiderat ei de suis vanitatibus, & filios suos, quia prouidit filiis & filiabus, quia vt eis dimitteret magnam hæreditatem, defraudauerat dominum. Procidens autem seruus ille dixit, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Hic habemus exemplum, quòd licet simus magni peccatores, non desperemus, sed debemus facere pœnitentiam, petere veniam, vt iste dispensator qui fecerat iuramentum bene dispensandi bona domini, & fregit illud. Secundo fecerat multas pompas & vanitates. Tertio fuit sentētia data cōtra eum, vt secundum demeritum tractaretur, seruus tamen humiliauit se, petens veniam, & rex dimisit sibi omne debitum. O quanta misericordia. Ita nos vt iste dispensator sumus infideles Christo, quia iuramentum fidei factum in baptismo fregimus, non seruando suam voluntatem, leges, & præcepta, sed quilibet vult viuere secundum suam propriam voluntatem. Valde pauci sunt, qui in negotiis suis respiciunt si est secundum deum, sed vt possint lucrari, deum nō aduertunt, & parum lucratur qui perdit animam suam. Ecce infidelitas nostra, vt illius dispensatoris. Item destruimus bona domini, & malè dispensamus, quoniam bona temporalia, quę vos diuites habetis, & spiritualia, vt beneficia, sacramenta ecclesiastica, totum dispensatur in vanitatibus. Propter hæc sententia mortis est iam data per dominum nostrum dicentem, Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Ezech. 18. Remedium ergo quod habemus est humiliari ad pedes regis Christi. Primo humiliando cor per cōtritionem. Secundo os per humilem confessionem. Tertio corpus per punitionem, secundum seruando pœnitentiam aliquam, dicendo, Domine patientiam habe in me, & omnia reddam tibi, quia decetero volo corrigere vitam meam. Et quid facit Christus? Omne debitum dimisi &c. Ecce quomodo ostenditur hic pietas diuinalis. Autoritas. Si dixero impio, morte morieris, & egerit pœnitentiam a peccato suo, feceritque iudicium & iustitiam &c. pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniustum, vita viuet, & non morietur. Omnia peccata eius quæ peccauit non imputabuntur ei. Ezech. 33. Videtur ergo nobis an habemus domum, & pium dominum? Magna erit culpa damnatorum, cum tam bonum forum habeamus hic de pietate, & misericordia dei. In ista parte prima euangelij apparet manifestè q̄ diuites & prælati nō sunt domini bonorum temporalium, seu spiritualium, sed dispensatores tantum. Ratio, quia secundum euangelium hodiernum quilibet habet reddere rationem & computum, ergo &c. Caueant ergo diuites, ne dicant se esse dominos, sed dispensatores. Sicut enim vnus magnus rex habet multos dispen-

satores

ſatores, vt diſpenſent bona, primo illis de domo dando neceſsitatem. Ita de Chriſto. Totus mundus eſt regnum ſuum, & in qualibet villa & ciuitate &c. facit tres theſauros, ſcilicet diuites, quia nullus eſt diues niſi ordinatione dei, & dat bona & diuitias vt ſeruiant ſibi, & eorum neceſsitatibus, & non ſeruiant aduerſario Chriſti, ſcilicet dæmoni, alias punientur a domino deo. Item eccleſiaſtici, vt papa, cardinales, & epiſcopi, & alij curati, diſpenſatores ſpirituales ſunt, ſcilicet dignitatum, beneficiorum & ſacramentorum. Theſaurus maior eſt papa, ſibi dedit claues, creditis quòd papa ſit dominus beneficiorum? non, ſed diſpenſator. Ideo apoſtolus loquens de ſe, & de aliis, dicit, Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum dei. prima ad Corinth. 4. Et ſequitur, Hic iam quæritur inter diſpenſatores miniſteriorum, vel eccleſiaſticos, vel laicos vt fidelis quis inueniatur. O qualis honor erit illi qui dicitur fidelis, & qui diſpenſat bona ſecundum dei ordinationem, alias infidelis eſt. Alia practica. Deus dedit regulam & ordinationem diſpenſatoribus bonorum temporalium dicens, Non feneraberis fratri tuo ad vſuram, pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem. Deut. 23. Hic patet ſtultitia multorum, qui dicunt, Nunquid de meis pecuniis poſſum facere ad libitum, ludere? &c. Et ſi diſpenſator regis eſſet infidelis, ſi contra ordinationem regis diſpenſaret, dicens, De pecuniis regis poſſum facere &c. Ignorantia huius veritatis facit damnare multos vſurarios, qui quando reprehenduntur dicunt, Nunquid poſſum mutuare decem pro duodecim? Nunquid poſſum facere cum bonis meis quicquid voluero? &c. Cum iſta ratione vadunt ad infernum, quia domini eſt terra &c. Secundo miniſtrare ſacramenta abſque ſimonia. Sacramentum magis neceſſarium eſt ſacramentum pœnitentiæ. Dicatur quomodo iniungunt miſſas pro pœnitentia, vt ſibi &c. Idem de ſepulturis. Dicatur quomodo res ſpiritualis debet fieri primo libere, & poſt poſſunt petere iuxta conſuetudinem patris. Ecce quare dicit, Gratis accepiſtis, gratis date. Matthæi decimo capite. Et qui hoc facit, tenet conſilium beati Petri dicentis, Paſcite qui in vobis eſt gregem dei, prouidentes non coacte, ſed ſpontanee ſecundum deum, neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè, neque vt dominantes in clericis, ſed forma facti gregis ex animo, & cum apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſsibilem gloriæ coronam. primæ Petri v. Dico ſecundo quòd oſtenditur crudelitas hmanalis vitioſa, cum dicit euangelium, Egreſus autem ſeruus ille inuenit vnum de conſeruis ſuis &c. vſque, donec redderet vniuerſum debitum. Magnam crudelitatem fecit ſecundum pietatem quam ipſe a domino ſuo acceperat, maximè cogitando debitum quod ſibi dimiſerat, & debitum quod ipſe exquirebat a conſeruo ſuo, cum parum ab eo receperat. Ita de

Boni antiſtitis officium.

nobis. Deus parcit nobis magna peccata quæ fecimus contra eum, & nos nolumus remittere paruas iniurias proximis. Sed diceres, Quare deus debitum quod remittit nobis ponit in numero denario, & cuilibet vnitati additur .M. & sunt decem .M. Dico q̃ totum debitum quod deo debemus est in numero denario; quia nullum est peccatū mortale quin sit contra decem præcepta legis implicite vel explicite, per se vel reductiue. Mille est numerus signans perfectionem, quæ additur ad innuendum grauitatem peccati mortalis, pro quo est facienda pœnitentia perfecta. Primum mandatum est, Non habebis deos alienos. Si vis saluari non recurras ad diuinos, sed ad deum. Iustum mandatum est. Si autem quis facit oppositum, peccat cõtra primum. Ideo qui facit oppositum, ille debet mille. Dicatur quomodo recurrẽtes ad diuinos faciunt magnam iniuriam Christo, qui quando debuit ascendere ad cælos, dimisit remedium pro sceleribus, quia iam fecerat mandatum de talibus di. In nomine meo super ægros manus imponẽt, & bene habebunt &c. Marc. vlti. Ideo Dauid, Si obliti sumus nomen dei nostri, & si expandimus manus nostras ad deum alienum, nonne deus requiret ista? ps. 43. Secundo, non assumes nomen dei &c. scilicet falsè iurando, talis debet duo milia. Tertium, Memento vt diem sabbati sanctifices &c. scilicet abstinendo a negotiis temporalibus, audiendo missam &c. Quartum, Honora parentes corde, ore, & opere eis subueniendo, qui facit oppositum, debet quatuor. Quintum, Non occides, scilicet inimicos per vindictam, nec per odium, sed mediante iustitia. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est &c. 1. Ioan. 6. Primo occidit seipsum, ac si biberet venenum, quia odium venenum est occidens animam, & est maius peccatum odisse se quam alium. Item occidit proximum, si non facto, tamen voluntate. Sextum, Non mœchaberis. Vir & vxor seruantes modum, non faciunt luxuriam, quæ sit peccatum mortale, sed aliter qui facit oppositum, signanter de adulterio frangendo sibi fide mutuo promissam, proditor est vir, & proditrix est mulier. Creditis quòd viri possint cum aliis peccare, & non vxores? Secundum iura ad æqualia iudicantur in mundo, sed apud deum magis peccat qui frangit fidem vxori, cum fortior sit ad resistendum, secundum Augustinum, in libro de adulterinis coniugiis. Septimum, Non furtum facies, quia deus & ius diuinum puniunt fures, sicut videtis, licet hic puniantur pœna, tamen quam alibi habebunt, si non pœnituerint, pœnæ huius mundi incomparabilis est. Ideo quilibet sit contentus, quia non placet domino. Dicatur contra illos, qui furantur fructus, dicentes non esse peccatum. Ratio, Si non fuisset peccatum, non oportuisset Christum incarnari & nasci, nec pati. Octauum, Non falsum testimonium dices &c. nec in iudicio, nec in tua locutione. Sunt aliqui qui eorum linguis nutriunt discordias portãdo verba de vno ad alium. Prouer. 4.

Adulter graui⁹ quã adultera peccat.

Remoue

Remoue a te os prauum, & detrahentia labia sint procul a te. Nonum, Non concupisces coniugem proximi alterius. Decimum, Non concupisces bona proximi tui &c. Qui facit contra decem præcepta, debet deo decem milia. Sed si volumus humiliari in corde per contritionem, in ore per confessionem, & in corpore per pœnitentialem punitionem, sententia reuocabitur, & debitum remittetur nobis ex compassione istius maxime misericordiæ dei. Patet humana crudelitas, nolens remittere iniurias, quia sicut nos nihil sumus comparando nostram paruitatem ad dei maiestatem: ita iniuriæ quæ fiunt homini, quantumcunque magnæ, nihil sunt respectu aliarum quæ fiunt deo. Dico tertio quòd ostenditur equitas dei rigorosa, id est iustitia quam faciet illis qui noluit parcere, cum dicitur, Videntes autẽ serui, vsque in finem. Conserui secundum glosam sunt angeli, qui deferunt gesta hominum. Angeli sancti diligenter considerant facta nostra. Dauid, Angelis suis deus mandauit de te &c. Bona autem opera referunt pro nobis intercedendo. Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & dimittebas prandium tuum, ego orationes tuas obtuli domino &c. Thob. 12. Mala etiam opera nunciantur contra nos accusando. In cogitatione tua ne regi detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti, quia & aues cæli portabunt vocem tuam, & qui habent pennas, annunciabunt sententiam. Eccles. 10. Sed communiter dicitur, Contristari sunt valde propter &c. Esa. 33. Ecce videntes, supple peccata, angeli pacis amare flebunt. Econtrario de bonis operibus. Dico vobis quòd gaudium erit angelis dei in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente. Luc. 15. Ergo iuxta dictum Ber. Nullus in conspectu angelorum audeat facere, quod præsente homine non auderet facere, magis autem bonis operibus lætificemus. Omne debitum &c.

Angeli conserui sunt nostri.

De eadem dominica. xxij. post Trinit. Sermo ij.

OBlatus est ei vnus qui debebat decẽ. Matth. 18. Subtiliter & & speculatiuè volentem loqui siue pertractare ista verba, oportet duo puncta declarare.

Primum pro introductione.

Secundum pro prosecutione.

In primo declarabitur quis est iste vnus qui est oblatus.

Secundo declarabitur quæ sunt ista decem quæ debet.

Pro quo sciendum quòd de omnibus generationibus, populis, & linguis, solum est vnus populus, qui præsentatur deo, scilicet Christianus. Populus enim Iudæorum, & Agarenorum, & aliorum infidelium, non præsentatur deo. Ratio clara & manifesta est ista. Certum est omni creaturæ habenti rationem, quòd gloria cælestis nulli populo debetur per conditionem naturalem, licet sint filij regis, nulli debetur ex con-

ditione naturali nisi soli deo, hominibus ex conditione naturali debetur terra. Genes. 2. Formauit deus hominem de limo terræ &c. Ideo Dauid, Cælum cæli domino, terram &c. Si ergo ex conditione naturali gloria non debetur nisi soli deo, quomodo ergo potest haberi? Dico, quòd ex sola dei promissione, quia si deus promisit eam alicui, cum nõ possit mentiri, nec fallere, si promisit dat. Modo videamus cui promisit eam, non Iudæis, quia nõ potest ostendi in tota lege Moysi, quòd deus eis promisit gloriam paradisi, sed solis Christianis promisit deus gloriam suam. Declaretur per similitudinẽ de rege, vnicam dilectam filiam habente, & tres seruos conductos. Vni promittit optimam prouisionem, alteri. xij. aureos, & plures pecunias, tertio promisit filiã cum regno, si bene seruiret sibi. Modo cui istorum debetur filia, & quis poterit eam petere? non primus, nec secundus, sed tertius ex promissione, licet non sit dignus eam habere. Ita est in proposito. Iste rex nobilis est ille, de quo Io. Ipse est rex regum, & dominus &c. Apocal. 19. Filia pulchra quam habet est gloria cælestis, ita est pulchra quòd si a nobis posset videri, nollemus comedere nec bibere, & conduxit tres seruos, id est tres populos. Primũ Iudaicum. Istum conduxit in exitu de Aegypto in monte Synai. Moyses fuit corridor & notarius, cui populo promisit deus bonam prouisionem. Ecce quid dicit instrumentum, Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, dabo vobis pluuias temporibus suis, Leuiti. 26. & sequitur, Et terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. Ergo quando Iudæus moritur, licet seruauerit legem de puncto ad punctum, & vixerit alias sanctissime, non potest petere gloriam paradisi, quia respõderet deus, O proditor, tu petis filiam meam, & nunquid solui quod promisi tibi? in inferno proiicitur. Secundus populus est Agarenorum. Dicamus quòd si vnus Agarenus vixerit hic sanctissime &c. Videamus pactum quod fecit deus cum eis. Dicatur quomodo descendunt ab Abraam per Ismahelem filium eius, ideo dicuntur Ismahelite. Per Agar ancillam, ideo dicuntur Agareni. Iudæi vero descendunt ab Abraam per Saram, ideo debent dici Saraceni. Ismaheli patri Ismahelitarum promisit deus dicens Abraæ, Super Ismael quoque exaudiui te. Ecce benedicam ei, & augebo, & multiplicabo eum valde. Duodecim duces generabit, & faciam illum crescere in gentem magnam. Genes. 17. Ista promissio est iam completa. Genes. 25. vbi nominantur duodecim duces illi. Cum ergo Agarenus moritur, & vult petere gloriam, respõdetur vt Iudæo. Modo videamus quid promisit deus populo Christiano, nõ bona temporalia, licet dets imo dicit quòd despiciamus, & vult ꝙ habeamus hic labores &c. sed si bene seruimus sibi, promittit nobis dare filiam cum regno suo. Quatuor notarij, scilicet quatuor euangelistæ sunt, qui fecerunt de ista promissione instrumentum. Testes sunt. xij. apostoli &

lxxij. discipuli. Ecce clausulam instrumenti, Qui fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Matth. 7. Quando Christianus, qui vixit secundum voluntatem dei, in præsenti vita moritur, dicit Christus, Quid vis? Respondet, Domine ego seruiui vobis, vellem solidatam. Respiciatis instrumentum quid mihi promisistis, tunc Christus dat sibi gloriã suam. Ecce quare dico, quòd nullus potest habere gloriam paradisi, nisi populus Christianus, quia istum elegit deus, vt daret sibi filiã suam cum regno. Autoritas. Vnum vocaui eum, scilicet ad pãctũ promissionis filiæ, & benedixi ei, & multiplicaui eum. Esa. 51. Quando infideles moriuntur, statim descendunt ad infernũ, & præsentantur Lucifero. Sed quãdo moritur bonus Christianus, ab angelis offertur deo. Hoc vidit Daniel. Et ecce cũ nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit eis potestatem, & honorem, & regnum. Dañ. 7. De isto dicit thema. Oblatus est ei vnus, s. populus Christianus, qui debebat ei decem. Pro secundo. Videamus quæ sunt ista decem. In tribus gradibus possum declarare quæ sunt ista decem. Dico primo, &c. scilicet opera nostræ redemptionis, quæ Christus fecit, quæ debemus memoriter recordari. Nam ex sententia diffinitiua omnes eramus sentẽtiati ad furcam inferni. Sed venit Christus in sua benedicta incarnatione, patri di. Cõpatior ꝙ tot suspendantur in furca inferni. Pater, suspẽdar ego solus in ligno crucis, ne aliquis mihi credens & obediẽs suspendatur in furca inferni. Istud opus debet semper esse in mente Christiani, dicendo, Domine, intantũ teneor vobis, quia de furca inferni me liberastis. Ratio, si aliqua ciuitas vel communitas commisisset crimen læsæ maiestatis contra regem, & rex dedisset sententiam quòd omnes homines & mulieres suspendantur, & vnus miles diceret regi, Domine compatior, quia tot suspendantur, suspendar ego solus, & ipsi euadant. Nunquid illud beneficium esset in memoria istius communitatis? Isto modo Christus miles filius regis æterni liberauit cõmunitatem huius mundi. Ideo tale opus debet esse in memoria hominum. Autoritas. Recordare paupertatis, & trãsgressionis meæ, absinthij, & fellis. Respondet Christianus, Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Thre. 3. No. Recordare paupertatis, quia nudus in cruce fui positus. Secundo trangressionis doloris, scilicet quando claui per manus & pedes &c. Ecce quo modo sunt deuote memoranda opera nostræ redemptionis, & sunt decem quæ figurata fuerunt in quodam magno miraculo regis Ezechie infirmi. Egrotauit enim Ezechias vsque ad mortem. Et introiuit ad eum Esaias propheta, filius Amos prophetæ, dicens ei, Hæc dicit dominus. Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad dominum, & dixit,

& dixit, Obsecro domine, memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto &c. Esa. 38. narretur. Dicit textus, Reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat Scriptura Ezechie regis iuda cum egrotasset, & conualuisset de infirmitate sua. Ego dixi, in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. Quæsiui residuum annorum meorum, dixi, non videbo dominũ deum in terra viuẽtium &c. Istud miraculum ostendit propositum. Infirmus erat populus Christianus, cui dicitur, dispone domui tue; quia morieris. Sed sol, de quo dicitur virgini Mariæ, Ex te ortus est sol iustitiæ Christus deus noster, qui erat æternitate altus, sed in signum quòd daret sanitatem, scilicet infirmo, reuersus est decem lineis, quando in decem operibus se humiliauit. Primo in incarnatione, quia voluit vterum intrare vnius puelle quatuordecim annorum. Ac si rex dimisso palatio iret ad adiuuandum rusticos laborãtes in eorum habitu. Sic deus de loco altissimo diuinitatis, descẽdit ad infima humanitatis, creator fecit se creaturam, immortalis mortalem &c. Memorare homo dei bonitatem, quam tibi ostendit. Secundo in natiuitate, quia non in palatio seu camera voluit nasci, sed in porticu, & fuit positus in medio duorum animalium vt calefieret. Tertio in circuncisione octaua die voluit circuncidi in signum passionis. O quanta humilitas. Quarto in fuga Aegypti tanquam exul septem annis, cum aliter potuisset euadere Herodis iram. Quinto in sua paupertate. In conuersatione nunquam aliquis fuit ita pauper sicut Christus in hoc mundo. Sexto in laboriosa prædicatione. Vultis intelligere hoc, acsi rex ore proprio & personaliter iret præconizando suas ordinationes, vt maior fides adhibeatur. O domine quare non mittitis præcones, angelos, vel homines &c. Septimo in eucharistiæ traditione. Magnam humilitatem faceret rex, si stabulariis daret de epulis in mensa sua. Plus facit Iesus Christus, dans nobis corpus & sanguinem suum. Octauo in passione, quia voluit capi, ligari, flagellari, & spinis acutissimis in suo sanctissimo capite compungi, & coronari. Nono in descensu ad inferos, & anima vnius pueri statim euolat ad paradisum &c. Decimo in quotidiana iustificatione descẽdens ad lauandũ conscientias nostras. Quanta humilitas, acsi rex mundaret latrinas. Turpior est conscientia peccatorum, quàm Christus lauat. Apostolus, Qui cum sit splẽdor gloriæ, & figura substantiæ patris, portansq; omnia, verbo virtutis suæ purgationem peccatorum faciens ad Hebr. 1. Ecce quomodo sol reuersus est decem lineis in signũ sanitatis infirmi. Ista sunt valde memoranda. Recordare, quia recepisti bona. sc. ista decẽ. Luc. 16. Ob huius rei memoriam posuit deus in nobis decem pedicas, in pedibus quibus sustẽtamur. Ita spiritualiter sustẽtamur in duobus pedibus Christi. s. diuinitatis & humanitatis, decem pedicas, id est decem opera ista habentibus. Quam

Decẽ nostræ redẽptionis opera.

ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt euangelio. ad Ro. 10. Nota, Quam ſpecioſi ſunt pedes, & nunquid ſunt immundi, & lutoſi pedes porci? Sed dicuntur ſpecioſi, quia prædicant iſtam pulchritudinem, ſcilcet decem opera paſſionis Chriſti. Ideo dicit thema. Oblatus eſt ei &c. Dico ſecundo quòd iſta debemus non ſolum memorare, ſed & obſeruare perfecte, ſcilicet decem præcepta dei. Quia ſi ſeruus cupit lucrari ſolidatam à domino, oportet ipſum ſeruare præcepta ſua, alias non placebit domino. Ita populus Chriſtianus eſt ſeruus Chriſti. In baptiſmo fit conductio. In baptiſmo enim homo qui baptizatur, recipit vnũ characterẽ indelebilem, qui eſt ſignũ q̃ homo efficitur Chriſti ſeruus, niſi quis illũ characterẽ vel gratiã à Chriſto aſſumptã cuſtodierit, ſeruus Chriſti dici non meretur. Solidata ſibi promiſſa, ſi bene ſeruit, eſt gloria cęleſtis, & quomodo miles ſeruiret regi promittenti ſibi vnã ciuitatẽ? Ciuitas & regna huius mũdi nihil ſunt reſpectu gloriæ, quam deus nobis promiſit, ſi mandata ſua ſeruauerimus, nõ viuendo ſecundum carnis inclinationes, vel ſecundum ſenſualitatem. Oportet enim ſectari rationem, quæ ſemper ad optima deprecatur, ſecundum philoſophum in Ethicis. Nota hic hiſtoriam, poſtquam Chriſtus prædicauit de gloria quam ipſe creauit, & qualiter ſua verba erant inflãmantia audiẽtium & circunſtantium corda & mentes, intantum q̃ poſt ſermonem quidam doctor inflammatus de illa gloria, dixit Chriſto, Magiſter bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Quia nunquam aliquis declarauit nobis iſta ſicut tu. Reſpondit Chriſtus, Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Matth. 19. Ac ſi dicat. Si vis lucrari ſolidatam, fac voluntatem dei. Si autem ſcire volueris quæ ſit voluntas domini, vide & aduerte quid præcepit dominus. Si enim diceretur ſeruo, quod faceret aliquid, ſi eſſet contra mandatum domini, ſtatim reſponderet, Non faciam, quia perderem ſolidatam, quæ mihi a domino debetur. Ita debet reſpondere Chriſtianus, Si ego facerem ſuperbiam, auaritiam, luxuriam, iram immoderatam, vel alias huiuſmodi vanitates, &c. quia eſt contra mandatum domini, perderem ſalarium gloriæ. Ergo ſi aliquid mihi contra domini voluntatem præciperetur, non facerem. Patet ergo quomodo quilibet tenetur ſeruare mandata dei, quæ ſunt decem. Tria quę ordinant hominẽ circa deum. Quatuor erga ſeipſum. Tria circa proximũ. Primo oportet hominẽ ordinari circa deũ, ſi cupit ſalariũ gloriæ æterne & cæleſtialis. In corde per fidelitatẽ, ne recurrat ad diuinos, ſortilegos, inimicos Chriſti, ſed ad Chriſtũ in ſuis neceſſitatibus homo ſicut ad patrẽ recurrere debet. Et ſi ſecus facit, falſe orat di. Pater noſter. Secundo in ore, cum reuerentia de eo loqui, ratio dictat &c. Tertio in opere. Poſtquã ſeruiui mũdo per totã hebdomadã, in dominica ſeruiã deo, debet dicere Chriſtianus. Quatuor alia præcepta

ordinant

ordinant personam ergà seipsam. Primo in corde, non concupiscendo vxorem proximi, sed contentari debet de propria, licito & debito modo secum agendo. Secundo etiam in corde, non concupiscendo bona proximi. Tertio in ore, non diffamando. Quarto in corpore, non faciendo luxuriam. Dicatur quid est luxuria. Breuiter luxuriam non facit vir cum vxore, seruando modum. Aliter qui per illas partes oculorum concupiscentias de alia muliere habuerit, totum est luxuria. Alia ordinant circa proximum. Primi proximi sunt parentes, non despicere eos in corde, nec in ore dure loquendo, nullam misericordiam habendo &c. Secundo inimicos non occidere verbo aut facto, quia qui alterius famam denigrat, spiritualiter occidit, vt patet de pe. di. j. homicidorum vero tria genera. & 1. Corin. 9. Bonum est mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet, inquit Paulus. Tertio proximum non damnificare in rebus per furtum, quia quilibet vult in domo sua vt filius vel seruus &c. Item tenetur de sibi data &c. Necesse est ergo seruare decem præcepta, si voluerimus saluari, alias non placebimus deo &c. Figuram habemus. Genes. 18. quòd erant quinque ciuitates, Sodoma, Gomorra, Adama, Seboym, & Segor, quas deus omnipotens voluit subuertere propter peccatum gulæ, superbiæ, & luxuriæ, quia persona gulosa communiter semper erit luxuriosa, vt patet in Loth, & filiabus suis, quia ipse ebrius factus, ambas cognouit, & impregnauit, vt patet Genes. 19. Cum autem deus voluit subuertere prædictas ciuitates, dixit ad eum Abraam, Nunquid perdes iustum cum impio? Absit a te, vt rem hanc facias &c. Et infra ait, Quid si inuenti fuerint ibi decem? Dixit dominus, Non delebo propter decem. Sic si bene viuere volumus, & deo placere, oportet obedire præceptis. Quia absque obseruantia decem mandatorum non est salus, ergo serua mandata mea, & vines. Prouerb. 7. Signum corporale huius decennarij dedit nobis deus in manibus, scilicet decem digitos, quibus operamur, cum potuisset dedisse plures vel pauciores. O si in qualibet vngula posset scribi vnum mandatum de litera indelebili &c. Ideó Iob, Qui in manu omnium hominum significat, id est, signum dat vt nouerint singuli opera sua. Iob trigesimo septimo. Not. in manu, sumatur singulare pro plurali. In manibus enim habemus decem digitos, penes quos recordari debemus decem beatitudines paradisi, quæ sunt in numero denario, & sunt ardenter desiderande, Quilibet sanctus homo, si non desiderat ardenter, non intrabit paradisum quousque desiderauerit, vel hic vel in purgatorio. Dicatur miraculum quod contingit Barchinone de quodam qui sanctus reputabatur, tenebat enim vitam religiosam, & post mortem apparuit, di. se esse in purgatorio solum ex negligentia, quia non desiderauerat paradisum. Homines & mulieres desiderant vanitates, & se implent de vanitatibus,

&

& non de paradiſi gaudiis. Sed non ſic Dauid, qui de ſuo deſiderio ardenti fecit pſalmum di. Quemadmodum deſiderat ceruus &c. Dico quòd iſta gloria conſiſtit in numero denario. Autori. Chriſtus loquens de ſe dixit, Homo quidam nobilis. Chriſtus inquantum homo, de nobili genere Dauid, & inquantum deus, fons eſt nobilitatis, ſcilicet in die Aſcenſionis, in regionem longinquam, accipere ſibi regnum, & reuerti, ſcilicet in iudicio particulari vel generali, vocatis autem decem ſeruis ſuis, per quos, ſcilicet intelligitur vniuerſitas chriſtianorum, dedit illis decem minas, ſcilicet decem opera paſſionis ad memorandum, vel decem mandata ad meritorie operandum dicens, Negociamini dum venio. Et factum eſt vt rediret accepto regno, & iuſsit vocari ſeruos. Et illi qui bene negociatus eſt, ſeruando decem præcepta, dixit, Euge ſerue bone, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtarem habens ſupra decem ciuitates. Lucæ 19. Sed quare dicit ciuitates, cum paradiſus non ſit niſi vna ciuitas? de qua Dauid, Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Hoc dicit propter decem beatitudines. in quibus conſiſtit gloria, quarum quatuor ſunt animæ, & quatuor corporis, duæ vitæ. Prima beatitudo eſt ſapientia diuinorum, quia clare videbunt trinitatem, & benedicti qui hanc videbunt. Maledicti &c. Secunda ſcientia creaturarum, de omnibus factis habent ſcientiam. In aperticne libri &c. Tertia memoria præteritorum, omnia quæ facta ſunt a deo, & ab angelis, & ab hominibus, & iumentis, memorantur. Quarta leticia vniuerſorum, quia de omnibus gaudent, imo peccator beatus ad debitum intellectum gaudebit de propriis peccatis, non quia peccauerit, ſed quia penituit. Sicut natura extra periculum gaudet de periculo, non quia periclitatus eſt, ſed quia euaſit &c. Idem de damnatis, gaudent non de eorum pœna, ſed de diuina iuſtitia. Beatitudines corporis quatuor ſunt. Prima eſt impaſsibilitas, quia non poterunt pati, nec infirmari, nec ſeneſcere, nec triſtari, ſeu iraſci. Secunda eſt claritas, ſicut imago criſtalli fulget ad radium ſolis, ita corpus fulgebit plus incomparabiliter, intantum quòd plus illuminaret mundum quàm ſol. Tertia eſt agilitas. Iam videtis modo quomodo ſumus graues, tunc autem beati erunt agiles, & mouebuntur agillime mirabiliter, ſicut modo imaginatio ſeu voluntas. Quarta eſt ſubtilitas, ita quòd anima penetrabit corpus glorioſum, nec poterit alicubi detineri violenter. Beatitudines autem vitæ ſunt duæ. Prima pax perpetua. Nullus dicet alicui aliquid, quod diſplicentiam cauſare poteſt, ſed quod vni placet, placet cuilibet, & quilibet diligit alterum, & ſic nullum eſt ibi odiū. Secūda eſt abūdantia plena de omnibus quæ volunt, quare dicit bene, ſupra decem ciuitates. Huius numeri denarij habemus ſignū in altiſsima parte corporis, ſcilicet in capite, vbi

org

organa quorundam ſenſuum duplicant, quia ſunt duo oculi, duæ aures, duæ nares, item guſtus in cibo & potu reficitur &c. item tactus apprehenſiuus eſt calidi & frigidi, humidi & ſicci. Vnde inquit ſcriptura, Letitia ſempiterna ſuper capita eorum, ſcilicet hominum, gaudium & leti. obti. & fugiet do. & gemitus. Eſa, 51. Eſt enim vnus ſcilicet qui tenebatur ad decem. Deo gratias.

De eadem dominica xxij. poſt Trinitatem. Sermo iij.

PAtientiam habe in me & omnia reddam tibi. Matth. 18. Verbum propoſitũ thematis in fundamento noſtri ſermonis eſt vna breuis oratio, quam fecit quidã homo cõdemnatus, di. Patientiã ha. &c. Pro quo ſciendum, quòd vltra Pater noſter, quæ eſt oratio facta a Chriſto, & Aue Maria, quæ eſt facta ab angelo Gabriele, in ſanctis euangeliis inueniuntur tres breuiſsime orationes aliæ, magnæ virtutis, bonæ, & deuotæ per Chriſtum multũ commendate. Prima eſt, Deus propi. eſto mi, peç. Lu. 18. Secunda, Domine nõ ſum di. vt intres &c. Matth. 8. Tertia eſt thema propoſitum, Patientiã ha. &c. in prima petitur animæ iuſtificatio, in ſecunda corporis reformatio, in tertia vitæ prolongatio. Dico quòd prima oratio eſt iſta, Deus propi. eſto mihi pecca. In qua petitur animæ iuſtificatio. Modo oportet hic declarare quid eſt iuſtificatio. Pro quo ſciendũ, quòd inſtificatio nihil aliud eſt quàm readequatio ſeu recordatio alicuius rei ſub aliquo defectu menſure vel ponderis, quod, ſ. readequatur illud deficiens recte menſure, & tũc dicitur iuſtum. Ideo de pondere bono dicitur, iſtud pondus eſt iuſtum, quando ergo aliquod minus habens, redit ad propriam menſurã, illa reditio dicitur iuſtificatio. Modo videamus de anima hominis, ad quam menſuram & pondus eſt facta, & creata. Menſura ad quam anima creata eſt, eſt ſancta trinitas. Ad imaginem quippe dei factus eſt homo, quantum ad animam, Gen. 9. Ecce menſura, quia ſicut non eſt niſi vnus deus, vna eſſentia, ſiue ſubſtantia, tamen ille deus eſt, tres perſonæ, pater, filius, & ſpiritusſanctus, ſic anima eſt vna eſſentia, & ſubſtantia, & tres perſonæ, ſcilicet memoria præteritorum, intelligentia præſentium, & voluntas futurorum. Item ſicut deus vnus gubernat, & regit, & ſuſtinet totum mundum, ita anima corpus. Quando ergo minuitur, & elongatur a deo, vel in memoria non recolens beneficia, vel intelligentia per ignorantiam de illis quæ tenetur ſcire, vel in voluntate non deſiderando cæleſtia, vel quia eſt plena rancore, vel odio &c. anima non eſt iuſta. Sed iuſtificatur quando memoria recolit beneficia diuina cum deuotione, ſcilicet redemptionis, ablutionis in baptiſmo, ſacramentorum maxime communionis, in quo Chriſtus dat ſe ſic, anima iuſtificatur in memoria. Secundo in intellectu, quando ſcilicet illa quæ debet ſcire religioſus vel clericus, illa neſciunt &c. anima eſt iniuſt

Precatiunculæ ex cõtentu euangelico.

Quid ſit iuſtificatio: vna cũ eximiis doctrinis moralibus.

iniusta, sed iustificatur cum addiscit addiscenda, & illa ad quæ tenetur &c. Vos mundani tenemenini scire, Credo &c. Pater noster, Aue Maria. Alias quomodo potestis dicere in aduentu antichristi, Ego sum Christianus, si non scitis quid credendum est? Secundo debetis scire quid petendum est, & sperandum. Ideo scire debetis Pater noster. Quarto quid faciendum. Ideo debetis scire decẽ mandata. Quinto qualiter in periculo vos defendere debetis. Ideo scire debetis, qualiter vos signare debetis. Tertio in voluntate, quia si anima diligit deum super omnia, & proximum sicut seipsum, & in omnibus desiderat honorem dei, & saluationem animarum, anima tũc est iustificata, quia ad mensuram reducta. Memoria cum deo patre, intelligentia cum filio, & voluntas cum spiritusancto. Ista iustificatio est necessaria, quia sicut sartor mensurat pannum, ita quando egreditur anima de corpore, deus mensurat eam regula & mensura trinitatis. Vnde dicit scriptura. In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit iudicabit eam, meditatus est in spiritu suo duro. Esa. 27. Cum abiecta, ibi incipit constructio, id est à corpore abiecta fuerit, in mensura. s. Trinitatis. Secũdo videndum est de anima hominis secundum quod pondus creata sit. Dico ꝙ ad pondus gloriæ cælestis. Dico similitudinarie quod septem vnciæ requiruntur in anima, id est septem virtutes seu conditiones correspondentes ponderi gloriæ ad hoc, quòd anima sit iustificata vel iusti ponderis. Prima vncia est dignitas, omnes sanctæ animæ tantæ sunt dignitatis, quòd minor est maioris dignitatis quam sit papa vel imperator. Virtus in anima correspondens huic vnciæ est humilitas. Humilitas enim huius mundi correspondet gloriæ cælesti. Omnis qui se humiliat, exalt. &c. Luc. 18. Secũda est largitas, nullus enim sanctorũ vult solus gloriam habere, imo illa gloria est cõmunis omnibus, quia omnes gaudent de gloria Petri & Pauli. Virtus correspondens est misericordia. Caue ne sis auarus per vsuram &c. quia alias anima non esset iusti ponderis. Tertia est puritas, nulla macula est ibi, nec desiderant aliquid carnalitatis, sicut nec tu desideras comedere ignem. Huic correspondet castitas. Caue ne sis porcus per luxuriam. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens. Apo. 21. Quarta est charitas. Nullus inuidet alteri de officio, gradu, seu gloria, non credatis ꝙ minores habeant inuidiam de maioribus, imo placet eis, nec desiderant, etsi deus daret eis electionem dicendo, Vis gloriam illius maioris? dicerent, Non, quia non esset mihi proportionata. Sicut filius minor non inuidet fratri habenti tunicam maiorem, quia non esset sibi proportionata. Huic correspondet dilectio proximorum, ex qua prouenit nulli inuidere, nec officio, nec beneficiis, nec sanitati &c. Quinta est facietas, quia semper sunt in mensa Christi. Nullus posset exprimere nec declarare illum cibum & potum. Ille

miser Machometus voluit declarare quòd mel, lac &c. Huic correspondet abstinentia consistens in hoc quod est nolle satiari de escis huius mundi, quia impediunt stomachum animæ. Sexta est pax & tranquillitas. Sancti de nullo contendunt, sed quod vnus vult, omnes volunt, non timent inimicos, si vis intrare, caue ab ira &c. Septima est operositas, quia non cessant à laude diuina. Dauid, Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. psal. 83. Virtus correspondens est diligentia in spiritualibus rebus, & si iam in mundo incipimus deum laudare, orando, non iurando &c. tunc anima habet pondus iustum, & est iustificata. Si ergo in aliquo prædictorum deficit aliquis vestrum, reuertatur ad pondus, alias quando anima exit de corpore, & petit ingressum sibi præberi in paradisum, dicet Christus Michaeli. Ponderetur primo. Ideo depingitur Michael cum statera in manu. Si inueniatur iustificata, intrat &c. Appensus est in statera, & inuentus est minus habens, dixit Daniel Balthasar regi. Dan. 5. Ecce quid est iustificatio animæ. Dico quòd ista petitur in prima oratione, Deus propitius esto mihi peccatori. Nota propitius, id est prope citius, quia in peccatore non est deus per suam gratiam, sed in iustificato per gratiam inhabitat. Et si anima deficit in mensura vel pondere, petat rectificari & adequari ad instar publicani. Dicatur quomodo iuit ad templum, & nesciens aliam orationem dixit, deus propitius &c. Dicit Christus in laudem orationis huius. Amen dico vobis, descendit hic iustifi. in do. suam &c. Luc. 18. Nota modum quem tenuit, quando dicitur, Publicanus autem à longe stans &c. Vbi ponuntur quatuor conditiones quas seruauit. Prima ibi, à longe stans, contra illos qui nimis altari appropinquant, etiam apodiantes se ibi, cum tamē antiquitus sub pœna mortis nullus audebat appropinquare. Nume. 1. Quisquis externorum accesserit, occidetur. Loquitur de tabernaculo, quod habebatur vt altare, cum tamen nihil valeret respectu nostri, vbi Christus sacrificatur. Soli sacerdotes iusti, & bonæ vitæ, cōtriti, & confessi, possunt accedere. Sacerdotes qui accedunt ad dominū, sanctificentur ne percutiat eos. Exod. 19. Ad mēsam papæ vel regis non omnes audent appropinquare. Secunda conditio tangitur ibi, Nolebat nec oculos ad cælum leuare. s. ex verecundia peccatorum, sicut nec filij coram parentibus, quando cogitant quid fecerunt. Ita Christus scit omnes defectus nostros. Ideo Esdras scriba dicit, Deus meus confundor & erubesco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque ad cælum. 1. Esdræ. 9. Tertia conditio tangitur ibi, Percutiebat cor, à quo omnia procedunt tanquā à radice. Mat. 15. De corde exeunt cogitationes malæ &c. Ibidē. Quæ procedunt de ore, de corde exeunt &c. Quarta tangitur ibi, Orabat deuote di. Deus propi. &c. Ita debemus

nos

nos facere &c. Secunda oratio est, Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Mat. 8. quæ multum fuit à Christo laudata. Dico ꝙ in isto petimus reformationem corporis. Ratio, quia creatura dei per gratiam dei est iustificata in anima, corpus retinet aliquas reliquias peccati. s. inclinationes ad malum, & difficultates ad bonum. Sicut patet de infirmo nouiter curato, qui remanet debilis ad ambulandum, & inclinatur ad infirmitatem, inclinatur naturaliter ad peccata cõsueta. Ideo apostolus, qui primus fuerat infirmus per peccatum, postquam fuit curatus, dixit, Condelector legi dei secundum interiorem hominem, video autem &c. ad Ro. 7. Remedium est sicut anima iustificatur per confessionem, ita corpus reformatur per communionem. Dicunt Physici nouiter curatis, comedatis carnem delicatam &c. & vinum bene lympha dilutum, & sic infirmus conualescit. Modo nulla caro est tam delicata, sicut corpus, & caro Christi, quæ à spiritu sancto in vtero virginis fuit formata. Ille agnus, id est filius virginis, & sanguis eius lenifacit, quia illud corpus nõ est sine sanguine &c. & sic corpus fortificat. Ideo ecclesia, postquam præcepit confiteri in quadragesima ad iustificãdum animam præcepit communicare in pascha, ad fortificandum corpus. Ista reformatio petitur cum dicitur, Domine non sum dignus &c. Veraciter habebitur si ad instar Centurionis petitur. Dicatur historia de Centurione, qui venit ad Christum pro puero. Ad quem Christus, Ego veniam & curabo eum. Et ille, O domine vos quia estis deus, non sum dignus. non dixit, nolo ꝙ intres, imo desiderabat, sed non erat dignus, quia nullus est dignus recipere deum. vt intretis in domum meam, licet placeret sibi si intraret, vt aliquam bonã gratiã obtineret. Ita debet esse de nobis in cõmunione. debemus enim dicere, Dñe nõ sum di. &c. Et licet velimus ꝙ intret intro contẽplãdo & credẽdo firmiter ꝙ deus est intra illã cortinã, & hostiã albã &c. tunc homo dicet, Dñe non sum di. &c. tamen ex quo domine vos vultis intrare, & ita ordinastis, placet mihi, & sanabitur puer meus, id est spiritus, qui semper est iuuenis, nõ enim senescit. Aliqui enim ex isto verbo, Dñe non sum dignus, male intellecto, & ex quadã humilitate, quę potius debet dici rebellio, nolũt recipere ipsum cõmunicando in pascha, tales nunquam recipientur à Christo, dicunt enim, Nonne est melius non cõmunicare, quã cõmunicare male paratũ? Detur responsio per parabolã de rege qui iuit ad venandum. Ita in proposito, Christus rex & dñs venit in deserto huius mundi ad venandum, non perdices &c. sed animas nostras. Ista venatio fit maxime in xl. & perfecta venatione, in pascha te vult intrare villam. Quælibet persona est tanquã villa seu castrũ, & est honor dñi, talis ingressus, & est vilitas nostra. Dicunt aliqui, Licet sitis rex nõ intrabitis, qa nõ sum dignus &c. qa ego sum in mala volutate. Talis nõ excusatur,

quia debet deponere malam voluntatem dicendo, Domine non sum dignus &c. Sed expectate, ex quo vultis intrare, ornabo domum per contritionem, confessionem &c. tunc esset excusatus, aliter non. Alij imparati recipiunt lete communicando, sed ponunt eum in loco porcorum, nec habet excusationem, quia ecclesia dat hebdomadas septem ad parandum se ad communicandum, & per dignam communionem sic reformatur corpus. Ideo in commendationem illius orationis dicitur, Et sanatus est puer ex illa hora. Mat. 8. Supradictam parabolam vide latius superius in diebus rogationum, sermone, Petite & ac. &c. Tertia oratio est thema propositum. Patientiam habe in me. Dico quòd hic petitur prolongatio vitæ. Ratio, Iustificata anima hominis per gratiam, & corpore reformato per eucharistiã, adhuc restat solutio debitorũ. Dicatur quomodo pro quolibet peccato mortali debemus septẽ annos de pœnitentia, vel hic, vel in purgatorio. Verbi gratia. Si iuisti vnquam ad diuinos, computa septem annos de pœnitentia, quos debes deo. Item si iurasti in vanum &c. si non soluunt hic, in purgatorio habent soluere. Ideo confiteri peccata tua debes &c. Confessio enim liberat animam ab inferno &c. sed communio confortat corpus. Sed restat nunc soluere debitum, sicut alicuius regis seruus, furtum committens, post reconciliationẽ domini, qui dimisit sibi mortẽ &c. adhuc tenetur soluere quod accepit. Ita nos omnes sumus fures & latrones, quia furati sumus deo multoties honorem, reuerentiam, obedientiam, & non soluimus sibi &c. Si fieret præceptum ex parte baliui, sub pœna quinq; solidorũ, ꝙ nullus faceret hoc &c. omnes cauerent, & deus per patriarchas, prophetas, apostolos, & per seipsum, præconizauit quod nullus vadat ad diuinos sub pœna & perditione corporis, animæ & bonorum omnium, & nullus timet. Item ne aliquis iuret, Idem de festis seruandis, & non curamus. Ecce furtum honoris dei, quia in maiori honore habetur mãdatum alicuius domini terreni præcipientis, quam dei. Ideo omnes obligamur regi Christo. Confessor autem est medius inter deũ & hominem. Ideo eligendus est bonus confessor, qui oret pro peccatore, & quando peccator absoluitur, remittitur sibi mors inferni. Et quando communicat, comedit cum rege Christo, sed restat soluere debitum, s. satisfacere per pœnitentiam, Facite fructus dignos pœnitentiæ. Luc. 3. Ad hoc soluendũ petitur dilatio vitæ dicens, Patientiã habe in me &c. q. d. Dñe ex quo remisisti mihi mortem, & reduxisti me ad mensam tuã, expecta me modicũ, & patientiam habe &c. Sciatis ꝙ modo poterimus soluere cũ decem operibus, & erit contentus, quod signatur in hoc vocabulo patientia, in quo sunt x. literç, quia sicut peccamus contra decem præcepta, ita satisfaciamus per decem opera pœnitentialia. Primũ est peccatorum cognitio, secundũ cordis cõtritio, tertium emendandi propositũ, quartũ oris cõfessio, quintum corporis afflictio,

sextum

ſextum humilis oratio, ſeptimũ eleemoſynarum largitio, octauum iuſtorũ reſtitutio, nonum euchariſtiæ cõmunio, decimum iniuriarum remiſsio. Tunc de quolibet ſic faciente poterimus dicere, Miſertus autem dominus ſerui illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei. Mat. 18.

De eadem dominica. Sermo. iiij.



Haritas veſtra magis ac magis abundet. ad Philippen. 1. Doctrina eſt communis in tota ſcriptura ſiue theologia, quòd inter omnes virtutes nobis neceſſarias ſiue intellectuales, vt ſapientia, ſcientia intellectiua, vel morales vt temperantia, prudentia &c. vel infuſas, vel acquiſitas, vel theologicales, vt fides, ſpes, maior & plus neceſſaria ad ſaluationem eſt Charitas, id eſt amor dei ſuperna, & proximi ordinata. Ratio declaretur per ſimilitudinem. Ponamus ℣ de vno fonte procedant duodecim riui vel flumina. Si vos haberetis illum fontem in domo ſeu viridario veſtro, omnia flumina ab eo deſcendentia haberetis. Per oppoſitum ſi fons ſiccatur, nihil haberetis de fluminibus. Ita charitas eſt vnus fons abundans, concernens amorem dei & proximi, a quo procedunt omnes virtutes tanquam flumina a fonte, qui ergo habet charitatem, habet & alias virtutes. Vnde Augu. Quicquid patet, & quicquid latet, totum ſeruat qui charitatem ſeruat in moribus. Per oppoſitũ, ſi charitas deperditur, quæ non deperditur niſi per peccatũ mortale, totum deperditur, nulla virtus remanet in homine. Auto. Charitatem autem ſi non habuero, nihil ſum. 1. Cor. 13. Patet ℣ virtus charitatis eſt ſuper alias magis neceſſaria. Ideo dicit apoſtolus in the. Charitas veſtra magis &c. Modo intendo declarare tres gradus charitatis qui tanguntur in themate, ſed ſubtiliter.

Primus eſt afflictio pœnitentialis.

Secundus eſt correctio euangelicalis.

Tertius eſt refectio ſpiritualis.

Primus eſt erga ſeipſum, ſecundus erga proximum, tertius erga defunctos, & qui habet iſtos, ſeruat thema di. Charitas veſtra magis &c. Dico primo quòd primus gradus eſt afflictio pœnitentialis, & iſte eſt erga ſeipſum, quando, ſcilicet creatura eſt ordinata ad ſeipſam, vt ſcilicet teneat quilibet aliquam certam orationẽ deuotam quolibet mane & ſero, flexis genibus, manibus eleuatis, percutiendo pectus, cogitando ℣ videris Chriſtum. Secundum in qualibet dominica debetis audire miſſam cõpletam cum ſilentio. Etiam in quolibet anno, ſemel confiteri, cõmunicare in paſcha, & vltra ieiunia eccleſię qualibet hebdomada ſemel vel bis ieiunare, caſtigando corpus ratione cuius peccamus. Sed hoc vltimum non eſt de præcepto, ſed de conſilio. Iſte eſt primus gradus. Modo in quo cognoſcitur de aliquo infirmo quòd diligat vitam ſuam? quando, ſcilicet ſeruat regulam a modico ſibi traditam, non co-

medit frūctus, non carnes, nec bibit vinum &c. Licet infirmus in hoc affligatur, ostendit tamen ꝙ diligit vitam suam, & vt curetur ab infirmitate præterita, & præseruetur a futura, ab istis abstinet. Item omnes nos sumus infirmi, nec possumus excusari a febre superbiæ &c. & sic dicebat Dauid, Miserere mei domine, quoniam infirmus sum, licet in corpore esset sanus. Et venit magnus medicus de studio paradisi, scilicet Christus Iesus di. Non enim egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. Luc. 5. Dieta quam ordinauit contra inclinationes carnis, est abstinentia siue pœnitentia. Medicina est curatiua a peccatis præteritis, & præseruatiua a futuris, qui istam seruat, ostendit ꝙ diligit vitam suam, scilicet Christum, qui dicit, Ego sum via, veritas, & vita. Ioan. 14. De isto primo gradu charitatis dicit scriptura in persona cuiuslibet pœnitentis, Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatē. Cant. 2. Ex isto textu habetur ꝙ charitas ordinata ad seipsum dicitur pœnitentia. Ratio, quia cellarium habet trés conditiones. Prima quia est in profundo, & loco secreto, & melius conseruatur ibi vinum quam alibi. Istas tres conditiones habet pœnitentia, quia est in profundo, scilicet in humilibus, non est alta, scilicet in personis superbis, imo superbi despiciunt eam, & derident facientes, sed si essent humiles, recognoscendo peccata quæ fecerunt, facerent pœnitentiam. Item illi qui faciunt pœnitentiam, debent eam facere secretè. Tertio, quia cellarium quanto est profundius, tanto melius conseruat vinum. Ita pœnitentia quanto humilior, tanto plus conseruat personam, quia pœnitentia sine humilitate est pœnitentia diaboli. Dicatur de beato Machario, cui apparuit diabolus di. ꝙ in vno solo pœnitentia eius excederet pœnitentiam diaboli. Et si ieiunabat in pane & aqua, diabolus nihil comedit, sed est humilis, & ego sum superbus, ita humilitas requiritur in pœnitentia, alias damnaretur. Et quia multi sunt modi pœnitentiæ, ideo dicitur alibi, Introduxit me rex in cellaria sua. Cant. 1. Nota cum dicit, ordinauit in me charitatem. Quomodo pœnitentia est facienda ordinate, ostendit apostolus di. Obsecro, id est valde rogo vos fratres per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum. ad Roma. 12. Vbi ponit quinque conditiones pœnitentiæ bene ordinate. Prima cum dicit, Exhibeatis corpora vestra hostiam, hoc dicit ad differentiam antiquorum, qui offerebant iumenta, & aliorum corpora. Secunda ibi, viuentem, nō enim sunt occidenda corpora nostra per pœnitentiam. Dicatur quomodo quilibet scit quantum portat suus asinus. Ideo apostolus ad Colos. iij. Mortificate membra vestra. Non dicit, occidite. Aug. Carnem vestram domate ieiuniis & abstinentia cibi & potus, quantū valetudo permittit &c. Tertia tangitur ibi, sanctā, quod fit quando intentio est recta, nō pro vana gloria seu hypocrisi &c. Quarta ibi,

ta ibi,deo placentem,quod fit quando corpus pœnitentis iungitur corpori Christi per cõmunionem,& tunc placet deo talis pœnitentia.Ideo dixit beata Agnes,Iam corpus eius corpori meo sociatũ est.Dicunt aliqui,sufficit cõicare in morte,quia nõ dedit certum tempus cõmunionis Christus,sed dixit,Qui mãducat hunc panem,viuet in æternũ &c.Io.6. Dicendũ ꝙ ecclesia spiritusancto recta tempus cõionis ordinauit,& huius ecclesiæ Christus caput & spõsus est.Vnde in primitiua ecclesia apostoli,qui sciuerũt intentionem Christi,ordinauerũt quolibet die cõicare,quia quotidie dicitur,panem nostrũ &c.Erant enim oẽs perseuerantes in doctrina apostolorũ,& cõicatione fractionis panis.glosa eucharistiæ.Act.2.Quinta,rationabile obsequiũ vestrum.s.ꝙ pœnitẽtia proportionetur seruitio,ꝙ deo habetis facere,& nõ impediatur officiũ ex pœnitẽtia.verbi gratia.Prædicator taliter faciat pœnitentiã,ne dimittat prædicationẽ.Idem de illis de matrimonio,pœnitẽtia viri nõ debet esse prẽiudicialis,nec prẽiudicatiua vxori,nec econuerso.Idem de facerdotibus &c.Aliter dicit Hiero.ꝙ esset holocaustũ de rapina.Ecce quare dicitur,Charitas vestra &c. Secundus gradus est correctio euangelicalis. Deus ordinauit ꝙ homines in hoc mũdo corrigant non solum seper pœnitẽtiam,sed etiã proximos. Si homo videt vel scit eorum defectus, homo charitatiuè corrigere debet.Hoc dicit apostolus,Charitas Christi vrget nos,existimãtes hoc,quoniam si vnus.s.Christus pro omnibus nobis mortuus est,ergo omnes.s.homines mortui sunt siue fuerũt. Et pro omnibus mortuus est Christus,vt & qui viuunt iam nõ sibi viuant, scilicet tantum, sed ei qui pro ipsis mortuus est,& resurrexit, quod fit cum quis corrigit proximum delinquentem.2.Cor.v.Ista charitas correctionis euangelicæ habet tres gradus.De primo dicãt exemplariter.Ponatur ꝙ scitis ꝙ aliquis fecit malum & peccatũ, quia fortè vidistis,vel fuit vobis dictũ,sed ex quo peccatum est secretum,debetis eum vocare secretè,& dicere sibi dulciter,ꝙ corrigatur,ne perdat animam,famam &c.& nulli alteri dicatur, imo defendatis eum & famam eius.Si plaga eius est secreta,& medicina eius debet esset secreta,iuxta Christi consũlium.Si peccauerit in te,id est cõtra te frater tuus,vade & corripe eum inter te & ipsum solũ.Si te audierit,lucratus eris fratrem tuum &c.Mat.18.Secũdus gradus &c.quãdo peccata sunt notoria,quia iam oẽs loquuntur,tũc correctio debet esse notoria. Sic faciebat Christus de scribis & pharisæis publicè peccãtibus,dicebant,Væ vobis Scribæ,& Pharisæi,& hypocritæ,qui comeditis domos viduarũ,orationes longas orantes &c.Vide ibidẽ pulchra.Mat.23. Quia peccata erant notoria. Ita faciebat Ioannes Baptista di.Progenies viperarũ,quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira?Facite ergo fructũ dignum pœnitentiæ &c.Mat.3. Item apostolus dicit cuilibet prædicatori,Peccantes autem coram omnibus argue,vt cæteri timorem habeant. 1.ad Timot.5.

Diceret aliquis, Hoc pertinet ad prælatum. Verum est, ideo habet virgam correctionis, vt puniat, sed prædicatori competit correctio increpatiua: Ad iudicem enim spectat punire malefactores, & ad prædicatorem redarguere, & increpare peccatores. Tertius gradus est, scilicet quãdo peccata nesciũtur, nec sunt notoria, sicut ego qui nescio peccata vestra, nescio quis est bonus vel malus. Ideo est alius modus corrigendi, scilicet non di. Religiosi faciunt hoc, vel clerici &c. Sed declarare teneor dicendo quomodo simonia est magnum peccatum, quando petitur aliquid pro sacramentis, si aliquis sit talis, nescio, contra peccatum facio bellum, non contra personas, cum dilectione hominum, & odio vitiorum. Si aliquando ego prædico contra peccatum luxuriæ &c. aliqua persona diceret, Frater, & vos me diffamaris. Ego dicerem, Et tu ex illis es &c. Ego nescio homicidas, nec adulteros, tamen prædico contra illa peccata quæ sunt in mundo. Item nescio clericum, concubinarium, sed debeo declarare quale peccatum concubinatus est, sed punitio spectat ad episcopum, declamatio autem ad prædicatorem, non ad capras. Ideo præcepit deus cuilibet prædicatori dicens, Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Esa. 63. Nota, clama &c. Nota contra religiosos, & contra personas clericorum, mercatorum, vel aliorum vitia, & peccata, auisando ne cadant, & si ceciderint, quòd surgant, & corrigant se. Ideo apostolus, Prædica verbum, insta oportunè, argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina &c. 2. Timoth. 4. Oportune pro bonis quibus placet, importune pro malis quibus displicet. Ideo dicit thema, Charitas vestra, id est correctio fraternalis magis ac magis abundet. Tertius gradus charitatis est pro defunctis exorare, quando mittimus eis aliquam refectionem spiritualem. Animæ enim defunctæ non possunt se iuuare, nec facere opera meritoria, ideo expectant a nobis refectionem. Scitis quomodo infirmi contracti, qui stant in hospitali, quia non possunt se mouere, expectant eleemosynam. Sic etiam animæ purgatorij infirme & contracte sunt, quia non possunt meritoriè operari, sed expectant nostrum subsidium. Quando dicitur aliqua missa, anima statim sentit refrigerium, & regratiatur deo. Idem de quolibet alio opere, quod fit pro eis quando offertur deo dicendo, Istud fit pro anima patris vel matris. Ista est maxima charitas, iuuare imporentes in tanta necessitate, quia pœna minor eorum est maior omni pœna huius mundi. Ideo apostolus, Dominus abundare faciat charitatem vestram, ecce primus gradus, in inuicem, ecce secundus, & in omnes, etiam ad illos de purgatorio, ecce tertius primæ ad Thessalonicenses tertio. Si quæratur, Quod suffragium est melius pro defunctis, eleemosynæ an orationes &c. Dicatur quo

tur quomodo ſtant in puteo lato, profundo, igne pleno, & habẽt membra ſpiritualia ſubtilia &c. Super omnia valent ſuffragia de miſsis. Sed proh dolor multa peccata fiunt de iſtis miſsis ſancti Amatoris, quas omnes volunt communiter, quia licet ſint bonæ, quia per eccleſiam ſunt ordinatæ, tamen ex auaritia male cõditiones, & multæ ſunt additæ eis a malis. Dicatur hic autoritas. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare. 2. Machab. 12. Ecce quare dicit apoſtolus, Charitas veſtra, ecce primus gradus. magis, ecce ſecundus. ac magis abundet, ecce tertius. Deo gratias.

De eadem dominica. Sermo v.

Qui cepit in vobis opus bonum, ipſe perficiet. ad Philip. 1. Quia nulla prædicatio ſiue doctrina habet efficaciam ad virtutum inſtructionem, & peccatorũ correctionem ſine gratia dei, ideo ſalutetur virgo Maria. Iſtud thema eſt verbum apoſtoli dicentis, Deus qui incepit &c. Modo ſi iſtud verbum bene & ſubtiliter cogitetur, tres dat intelligere concluſiones. Prima tangitur cum dicitur, Qui cepit in vobis, ſcilicet deus. Secunda ibi, opus bonum. Tertia cum dicit, perficiet, ſcilicet deus. Et de tribus concluſionibus erit ſermo noſter.

Prima concluſio eſt quòd bonum opus incipere eſt opus dei certitudinaliter.

Secunda quòd bonam vitam continuare eſt gratia omnipotentis dei veraciter.

Tertia quòd eam perficere vel ad finem ducere eſt donum dei ſingulariter.

Iſte tres cõcluſiones ſubtiliter oſtenduntur in themate. Prima ibi, Qui cepit. Dico primo quòd incipere bonam vitam & ſanctam eſt opus dei, intantum quòd nullus poſſet exire malam vitam, nec dimittere peccata, niſi deus ibi operaretur. Ratio, certum eſt quòd in opere, vbi requiritur creatio nouæ creaturæ, oportet quòd deus creet, quia creare ſoli deo competit. Creaturæ enim poſſunt generare, alterare, remouere, & laborare, ſed creare eſt opus dei. In formatione hominis in vtero matris aliquid faciunt ibi parentes, ſed parum, & tamen ex hoc generatio illa carnalis attribuitur parentibus, ſed creatio animæ de nihilo eſt a ſola potentia dei infinita. Anima enim hominis eſt per creationẽ, & nullus angelus poſſet formare formicã. Ideo dicit deus, Omnes animæ meæ ſunt, vt anima patris, ita & anima filij mea eſt. Ezech. 18. Domine nonne & corpora ſunt veſtra? Imo, ſed quia in corporalibus aliquid faciunt parentes, in animabus autem nihil, ideo dicit, Omnes animæ meæ ſunt, ſcilicet totaliter, quia nullus facit ibi aliquid, niſi ego ſolus. Hic patet peccatum mulierum graue, ad diuinos recurrentium pro filiis habendis, cum nullus poſsit dare filios niſi ſolus deus, cum

requiratur creatio animæ. In quo recursu vos datis intelligere quòd dæmones possunt creare animas, quod est falsum, quia solus deus creat animam. Domine deus omnium creator terribilis, solus omnipotens. 2. Machab. 1. Modo videamus vtrum ad incipiendum bonam vitam requiritur creatio. Dico ꝙ sic, & ad minus requiritur creatio. xv. nouarũ creaturarum in anima. Prima est gratia dei, quæ creatur in anima incipientis bonam vitam, quia non est forma educibilis de potentia materiæ, sed per creationẽ infunditur, vel per infusionem creatur in anima, & hæc gratia pulchrã facit animã, abiiciens ab ea omnes tenebras peccatorum. Et gratia proprie nõ est virtus, sed radix omniũ virtutũ, essentiam animę respiciẽs. Secundo creatur virtus fidei. Diceret aliquis, Iam eram Christianus antequàm inciperẽ bonã vitam. Dico ꝙ fides sine bonis operibus mortua est. Sicut enim corpus sine spiritu mortuũ est, ita fides sine operibus mortua est. Iacob. 2. Homo mortuus non est homo, oportet ergo creare fidem formatã. Tertio creatur spes. Si dicatur, Iam habebam spem, licet essem peccator. Dico quòd nõ erat spes saltẽ formata, sed quasi præsumptio. Quarto charitas, quæ fuit expulsa per peccata, quia charitas & peccata simul stare nequeũt. Item creantur etiam quatuor virtutes morales quæ sunt infusæ. Prima est prudentia, scilicet prudenter cauere a peccatis, & vitare occasiones, quasi dicendo, Hoc vel hoc fecit me cadere in peccatum, cauebo mihi decetero. Secunda est iustitia, quæ a deo infunditur, quãdo homo incipit bonã vitam dicens, Emendabo mala quæ feci. Tertia est temperantia, quasi diceret, Non possum perseuerare, nisi abstinerẽ a superbia. Quarta est fortitudo, dicens, Certe iam nõ redibo ad peccata, nec propter infirmitates seu persecutiones. Item creãtur dona spiritussancti. Primũ donum est sapientia, id est sapida scientia cum sapore, qui apparet orando, legendo &c. Secundum est intelligentia, quasi intus legentia, scilicet in diuinis &c. Tertium donum est consilium, quo inter bonũ & malum scimus eligere melius, inter malum & peius fugere peius, hoc est cõsilium, melius est hic facere pœnitentiã quàm in inferno. Quartum est fortitudo, quæ est aliud a fortitudine morali, quia illa fortificat cor, sed ista animam ne ex aliqua diaboli tentatione, seu persuasione, dimittat bonam vitam inceptam. Quintum est scientia, qua homo dirigitur in his, quæ habet facere in mundo, qua scit personam suam regere, domum, & familiam. Sextum est pietas, qua homo compatitur peccatoribus, dicẽs, O miser, talem vitam cõsueui ego tenere, sed domine vos feciſtis mihi graciam, faciatis etiam illi &c. Septimũ est timor dei, qui facit stare in custodia, ne homo contra deum faciat, vel bibendo &c. Ecce. xv. virtutes, quæ creantur in anima, quando incipit bonam vitam. Patet ergo quod dixi, quòd ad incipiendum bonam vitam requiritur creatio &c. De hoc autoritas, loquens tropologice de his. xv. virtutibus, Fodi eam mihi. xv. argenteis,

Charitas & gratia differunt.

argenteis, & choro hordei, & dimidio choro hordei. Ozee. 3. No. de persona quæ conuertitur ad dominum, & incipit bonam vitam, dicit deus, Ego fodi eam mihi, scilicet fossione compunctionis, quãdo persona dicit, O miser, ego sum religiosus, & non seruaui regulã &c. perdidi hæreditatẽ paradisi, & sum obligatus ad pœnas inferni, quot sunt motiua compunctionis, tot sunt fossiones. Ideo dicit, Fodi eam, scilicet conscientiam. Valde esset mirabile si papa vel rex foderet vineam, sed Christus dicit, Fodi eam, quia nullus angelus nec sanctus posset dare tales compunctiones. Dicet quis, Domine, si vosmet fodistis, quomodo constat. xv. argenteis? Dicendum quòd. xv. argentei sunt. xv. virtutes prædictæ, quas ipse creat, vt dixi. Dicuntur argẽtei propter claritatem, & sunt ad modum argenti, quia persona quæ conuertitur, clarificatur in memoria, ne obliuiscatur beneficia diuina. Secundo clarificatur in intellectu, a falsa opinione, & errore, a falsa credentia, seu dubitatione. Tertio in voluntate clarificatur ab inuidia &c. Item facit optimum sonum, ad quem deus dicit, Sonet vox tua in auribus mei, vox enim tua dulcis. & fa. tua de. Cantic. 2. Sonus cantantium mundanus, qui hominibus placet, deo displicet, sed sonus gemitus, & suspirij, placet deo. Ideo enim dicit, Sonet vox tua, scilicet contritionis. Facies enim hominum quæ apud mundum reputantur pulchre, apud deum reputantur turpes. Facies autem quæ apud hunc mundum reputatur turpis & deformis, apud deum reputatur decora. Ideo de persona quæ plorat de peccatis suis dicit, & facies tua decora Item choro hordei, quare non dicit tritici? Hordeum enim est asperum, & figurat & signat pœnitentiam, quæ est necessaria nouiter conuerso ad bonam vitam, & aspera est, quia durum est quòd homo diffamet se, & accuset in confessione, quæ debet esse integra, quia si abscondit vel dimittit vnum peccatum mortale, nihil valet confessio, nec sufficit confiteri partem vni, aliam partem alteri, sed confessio integra sit & perfecta. Item in dimidio choro hordei, quæ est mensura imperfecta, signat pœnitentialem satisfactionem pro peccatis, quia hic tot sunt peccata nostra, quòd non possumus facere perfectam pœnitentiam, sed deus est contentus. Creditis vos quòd ieiunia, orationes, vel elecmosynæ sint sufficientes pro tot peccatis? certe non. Patet ergo conclusio quòd incipere bonam vitam est opus dei certitudinaliter. Nam de homine peccatore est sicut de illo, quia casu vel scienter cadit in profundam foueam absque aqua, certum est quòd talis per se potest cadere in puteum, sed non potest inde exire nisi ab aliquo alio iuuetur, cum scala vel corda sursum trahendo. Talis est conditio nostra, quia sumus fragiles, possumus cadere in profundum puteũ peccati mortalis, sed inde nõ possumus exire, nisi deus mittat scalam suæ misericordiæ. Vnde auto. Perditio tua Israël, id est vir videns deum, scilicet ex te est, tantummodo

Nõ potest impius absque speciali Dei auxilio conuerti.

tantummodo in me auxiliū tuum. Oſee. xiij. Patet ergo quòd qui vult exire de puteo peccatorum, & recipere bonam vitam, habet exire per ſcalam miſericordiæ dei, & aſcendere gradatim per .x. gradus. Primus eſt peccatorum cognitio, & ſic de aliis, vt ſuprà ſexto præcedenti ſermone &c. Ideo dicit apoſtolus, qui ceciderat in puteum peccatorū per infidelitatē. Ego perſecutus ſum eccleſiā dei &c. Si quęratur, quomodo exiuit? Reſpondet, Gratia dei ſum id quod ſum. 1. Corinth. 15. Patet prima concluſio. Secunda concluſio eſt, quòd continuare bonam vitam inceptam eſt gratia dei veraciter. Et vult dicere talis concluſio, quòd licet ſitis extra puteum peccati, per dei miſericordiam, non tamen poteſtis continuare bonam vitam, niſi per gratiā dei. Declaratur hoc per quandam ſpeculationē intellectiuam vel intellectualem fundatam ſuper regulam philoſophiæ di. Rerum naturalium recipientium peregrinā formam quædam retinent eam permanēter, quædam ſolum in præſentia agētis. Primum patet in candela accenſa, & aqua calefacta, quia retinēt formā acceptam, ſecundum in aere illuminato, & in camera obſcura, & ſpeculo informato, ꝙ ſtatim recipiunt peregrinas formas, ſed nō retinent niſi tantum in præſentia agentis. Sic in propoſito eſt, nam habere & tenere bonā vitam, eſt gratiā dei habere nobiſcum, & talis forma eſt peregrina animæ, quia non eſt ſibi naturalis, quia eramus natura filij ire. ad Epheſ. 2. & anima recipit gratiā dei non permanenter, vt candela vel aqua recipiunt formas peregrinas, ſed ſolum in præſentia agētis, vt aer vel ſpeculum, ergo oportet ꝙ ſit ibi continuus influxus, ſcilicet ꝙ gratia dei continue illuminet, actualiter vel habitualiter, alias ſtatim perderet anima gratiā dei. Oportet ergo ꝙ homo per gratiam dei perſeueret &c. ergo non debemus nos cōuertere ad creaturā, ſed habere debemus vultū animæ ſurſum ad deū. Ideo Chriſtus Luc. 17. Nolite retro reſpicere, memores eſtote vxoris Loth. Dicatur hiſtoria Gen. 19. Ideo qui exitis de Sodoma, id eſt de mala vita, nō debetis reſpicere retro, id eſt ad illā malam vitam præteritorū. Ideo Chriſtus, Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno dei. Luc. 9. Manum mittit ad aratrum, qui frangit terram vt fructificet, & talis eſt ille qui incipit bonā vitam & pœnitentiā, vt faciat fructum meritorium; ideo non reſpicere debetis retro dimittendo, iam modicum faciendo, poſtea iterum modicum, ſed continuare debetis, & de bono in melius. Moraliter, fructus non inueniuntur in radice, nec trunco, ſed in ramis, qui tamē totam virtutē habent a radice, quia ſi ſcindantur, non faciunt fructum &c. Chriſtus eſt radix ſeu truncus, nos vero rami, & vnus facit fructū orationis, alius ieiuniorū &c. Sed videte vt ſitis firmati in radice, ſcilicet Chriſto, per amorem & deuotionē. Ideo dicit, Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum a ſemetipſo, niſi manſerit in vite, ſic nec vos, niſi in me manſeritis. Ioan. 15. Patet

ergo

ergo quòd à deo eſt continuare bonam vitam. Ideo dicit autoritas. Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis, dei enim donum eſt. ad Ephe. 2. Patet ergo ſecunda concluſio. Tertia concluſio eſt &c. Sicut enim ex nobis non poſſumus bonam vitam incipere, nec inceptam continuare, multo minus perficere. Autori. Velle, ſcilicet perſeuerandi adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio, ad Rom. 7. Ideo dicit Chriſtus, Quis ex vobis ſi petierit ouum, nunquid porriget ſcorpionem? Si ergo vos, cum ſitis mali, nouiſtis bona data dare filiis veſtris, quanto magis pater veſter cæleſtis de cælo dabit ſpiritum bonum, ſcilicet perſeuerandi petentibus ſe? Luc. 11. Ouum ſignificat perſeuerantiam. Primo albedo eius ſignat illum qui vult perficere bonum opus, vel bonam vitam, vt ſit albus in vita, non denigrando vitam ſuam per errorem, vel falſam opinionem. Secundo eius plenitudo ſignat diligentiam, ne homo ſit ocioſus, expendendo tempus in vanum. Conuertetur populus meus hic, & dies pleni inuenientur in eis, inquit pſalmiſta, Pſal. 72. Tertio ſicut ouum non habet principium, nec finem, ſic vſque ad mortem ſeruitium dei non debet habere terminum. Quartum ouum medicinale eſt albumen ſiue album ad vulnera, rubeum ad confortandum debiles. Sic perſeuerantia eſt optima medicina contra peccata. Quinto eſt ſecundum, quia ab ouo a gallina calefacto generatur pullus, ſic a perſeuerantia generatur gallina, ſaluatio animę, ideo dicit dominus, Qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit. Matth. 10. Scorpio enim vadit capite demiſſo, ſed pungit cum cauda. Sic eſt de inconſtantibus, incipiunt ſeruire deo ſimpliciter, ſed redeunt poſt ad malam vitam, ecce caudam plenam veneno. Ideo dicit deus, Subuerſores ſunt tecum, cum ſcorpionibus habitas. Ezechi. 2. Ergo poſt conuerſionem petenda eſt a deo perſeuerantia, ideo concludit, Si vos. vſque, ſpiritum bonum, de quo Dauid, Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, ſcilicet perſeuerantiæ. Pſal. 142.

Dominica. xxiij. poſt feſtum Trinit. Sermo j.

REddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt dei deo Matth. 22. Sermo noſter erit de euãgelio hodierno. Cogitaui de iſto ſermone tenere modum Iuriſtarũ, qui quando habent diſputare, primo caſum proponunt plane quaſi per modum hiſtoriæ, deinde in pũctis, vbi videtur difficultas, mouent qõnẽ. Ita faciã ego. Caſus legis diuinæ erit hiſtoria euangelij, qua poſita in aliquibus punctis, mouebo aliquas qõnes, ſecũdum quod erit expediẽs. Caſus eſt iſte, dicit. b. Matthæus, q̃ phariſęi inimici Chriſti abeũtes, cõſiliũ inierũt, vt caperẽt Ieſum in ſermone &c. Dicat̃ quomodo Cæſar Imperator Romanus impoſuit Iudæis ſoluere tributum quolibet menſe, & de illa pecunia imperator tenebat ibi gentes armorum pro cuſtodia Iudæorum, & totius terræ, aliqui vt Cayphas &c. dicebant

dicebant quòd non esset fiendum, cum essent liberi, di. Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam. Ioan. 8. Maiores vero, qui intelligebant rationem, dicebant quòd imo erat soluendum ex prædicta ratione, & bene dicebant, licet maledicerentur a populo. Si autem aliquis audebat dicere, non esse soluendum, statim occidebatur. Modo in tali labore vel perplexitate pharisei miserunt discipulos suos cũ Hærodianis ad Christum, super ista quæstione ista intentione, quasi Christus dixisset non esse soluendum, statim occideretur ab Hærodianis, quia colligebant tributum. Si vero dixisset esse soluendum, quòd tunc esset in odium populi. Et dixerunt sibi primo adulando, Magister scimus &c. Nota, viam dei in veritate doces, quia Iudæi soluebant templo decimas, primitias, & similia, dixerunt Christo, Magister scimus quia verax es, & viam dei in veritate doces, licet tributum dare Cæsari an non? quasi dicere vellent, quid ergo oportet dare tributum Cæsari? Hoc dicebant vt Christus diceret tributum non esse soluendum Cæsari, sed deo, vt statim occideretur ab Hærodianis, qui expectabant ex vna parte quid Christus responderet, & ex alia parte populus dicens, Videamus quid dicet. Sed Christus taliter respondit, quòd omnes recesserunt contenti. Non est sapientia, non est prudentia, & non est consilium contra dominum. Prouerb. 21. Dixit enim, Hypocrite. q.d. Ego cognosco vos. q.d. vos quæritis a me an licet censum dari &c. Ostendite mihi numisma census. Et vnus ostẽdit sibi &c. Et Christus, Cuius est imago hæc & superscriptio? Dixerunt, Cæsaris. Et Christus, Reddite ergo &c. Respondit affirmatiue, sed taliter quòd populus non fuit scandalizatus. Et pharisei hypocrite mirabantur dicentes, Vidistis quomodo euasit? Ecce hic casus legis diuinæ. Modo sunt hic faciendæ tres conclusiones. Prima super hoc quod dicit, Licet censum dari Cæsari an non? Oportet declarare quid est Cæsar, & quæ est moneta, & post videbimus an licet censum &c. cui est dandum. Cæsar dicitur secundum interpretationem possidens principes, quia antiquitus omnes reges & principes erant sub eo. Iste Cæsar est Lucifer, qui possidet sub se septem principes. Dicatur quomodo Christus in sua passione & morte ligauit Luciferum in profundum inferni, vsque ad aduentum antichristi. Nunc princeps huius mundi, scilicet Lucifer, qui tyrannice occupauit totum mundum, eiicietur foras. Ioannis 12. & per se modo non potest tentare, sed mittit suos principes & capitaneos septem peccatorum capitalium. Dicatur de eis. De istis malis principibus dicit apostolus, Nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus principes & potestates &c. ad Ephe. 6. Qui ad modum Iudæorũ infidelium dicũt, Non habemus regem nisi Cæsarem &c. Ioan. 19. Et moneta tributi est anima hominis, quia sicut moneta habet tres conditiones.

Prima

Prima est de auro, vel argento.
Secunda habebat imaginem imperatoris.
Tertia literas, vel superscriptionem.

Ita deus fecit monetam de auro purissimo, scilicet sanctos angelos, quia sunt creature intellectuales, quia dicuntur de auro &c. Subtilitate, quia simul intelligunt principia & conclusiones, subiectum & prædicatum, sine compositione & diuisione, & sine discursu. Animæ dicuntur de argento, quia non sunt tantæ dignitatis sicut angeli. Iumenta dicuntur monera de cupro. Secundo quælibet anima habet imaginem dei per creationem, quia sicut est vnus deus & tres personæ, ita in vna anima sunt tres potentiæ, vel tres vires. Et sicut deus vnus regit & sustinet totum mundum, ita anima vna regit & sustinet totum corpus. Ideo dicit scriptura, Ad imaginem quippe dei factus est homo. Genes. 9. Tertio habet literam vel superscriptionem per baptismum, quæ est talis, Iesus Nazarenus rex Iudæorum. j. confitentium. Apocalipsis decimoquarto, dicitur, Et nomen eius erat scriptum in frontibus eorum. Ecce moneta census, quam vult Cæsar, id est, diabolus de mundo, di. Da mihi animas, cætera tolle tibi. Gen. 14 Quando vero anima peccat mortaliter, non perdit imaginem, sed imago deturpatur, sicut si aliquis cũ luto seu incausto deturpat sibi faciem non perdit faciem, sed deturpat eam. Ita quando homo peccat per superbiam &c. non perditur imago, sed maculatur & superponitur alia imago, sicut de illis qui recipiunt & superponunt sibi laruas vel barbas in ludis. Sic ille qui peccat, superponit sibi imaginẽ diaboli. Anselmus in oratione dicit, Heu me miserũ, qualem me feci. Formasti me domine ad amabilem imaginem tuam, & ego superinduxi imaginẽ in odibilem, Heu heu, cuius. Cur non odi eius imaginem, cuius sic horreo nomẽ? Insuper titulũ diaboli superinducit. s. Lucifer diabolus. vbi erat Iesus Nazarenus &c. Superponit per peccatum illum titulũ diabolus, qui est. s. Lucifer, diabolus, rex peccatorũ. Ecce quomodo mutãtur imago & titulus. Auro. Peccatum Iuda. i. christiani confitentis, scriptum est stylo ferreo. Hiero. 17. Ex quo ergo Lucifer est Cæsar, moneta anima, vt probaui. Fiet ergo quæstio Christo in iudicio, quando anima est exitura de corpore, vbi sunt dæmones accusantes, angeli defendentes. Michael dicit Christo, Licet censum &c. quãdo Michael quærit a Christo, Licet censum &c. Dicit Christus: Cuius est imago? Respondet, Dei. quia memoria, intelligentia, & voluntas sunt ordinata. Dicit Christus, Ergo reddite quæ sunt dei deo. Ideo emenderis vos, quia modo est tempus corrigendi. Si habetis imaginem diaboli per peccatum, & superscriptionem, deleatis per pœnitentiam. Ideo ait Petrus, Pœnitemini igitur, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Actuum tertio. Ecce reformatio imaginis. Secunda

Angelus absque ratiocinatione intelligit.

quæstio

quæstio, que notatur in casu legis, & super thema, Reddite &c. Christus in hac responsione dixit tributum esse soluendum, & tenuit partē affirmatiuam quæstionis. Vnde magnum peccatum est retinere ius dominorum temporalium, & ecclesiasticorum, qui custodiunt & curant de populis. Ideo apostolus, Subditi estote, nō solum propter iram & timorem punitionis, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim & tributa præstatis. Ministri enim dei sunt in hoc ipso seruientes. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum tributum &c. ad Roma. 13. Ideo christus affirmatiue respondens, dixit, Reddite &c. Est hic quæstio. Quare non dixit clare, sed quasi timeret offendere populum, vt non dicerent, Nos reputabamus eum sanctum, & ecce &c. Cauteloſe respōdit tributum esse soluendum. Respondeo dicens, quòd hoc fecit propter nostram instructionem, ne in perplexis interrogationibus propter vitandum periculum mendacium asseramus, subtiliter debemus veritatem dicere, ne periculo nos exponamus. Omne enim mendacium est peccatum. Ita male stat mendacium in ore, sicut macula in oculo, aut surditas in auribus, quia auferunt linguæ officium. Officium enim linguæ est signare ea quæ sunt in corde. Vnde ait Philosophus, Voces sunt note, id est, signa earum quæ sunt in anima passionum. Ideo dixit Christus, Ex abūdantia cordis os loquitur. Mat. 12. Quando ergo homo mentitur lingua, perdit officium suum, quia aliud dicitur in ore quam sit in corde. Ideo multum vitandum est mendacium. Et quando dicitur, Tamē nemini nocet quicquam, imo semper nocet duobus, scilicet, tibi dicenti, & proximo qui decipitur. Dicatur historia de obstetricibus excusantibus se Pharaoni cum mendacio, vt euaderent mortem, & saluarent populum. Exod. 1. Dicit hic Gregorius quia ex illo mendacio perdiderunt gloriam, licet non esset peccatum mortale. Diceret aliquis, Ex peccato veniali non perditur gloria lucrata. Dicendum, si non fuissent mentite, habuissent gloriam martyrij, quam perdiderunt ex mendacio. Et edificauit illis domos, ideo ex illo mendacio malum euenit eis. Item deceperunt Pharaonem. Dicatur hic contra illos, qui non curant mentiri tractando pacem vel matrimonium vel ad terrendum in sermone. Ideo Christus noluit mentiri in sermone complacendo populo, sed subtiliter dixit veritatem. Item nec veritas est semper dicenda, sed cauteloſe est tacenda. Verbi gratia. Quando quæritur a vobis de fama alicuius puellæ, vel viduæ ab aliquo, qui vult eam in vxorem. Si sit bona, poteritis dicere veritatem de bonitate eius. Si vero sit oppositū, tacēdo veritatem, quia non debetis eā diffamare, nec etiam dicere mendacium, dicendo quòd sit bona, cū sit mala, sed poteritis dicere, Si quæratis de filia mea, de illa possum vobis respōdere. Item si quæratur de aliquo malefactore fugiēte, an vidistis eum, poteritis respondere nō prodendo nec mentiendo

tiendo,ſed dicendo,non curo de eo,nec de vobis &c. Si dicitur, Intrauit domum veſtram, Reſpondete,Quando, hodie mane? & ſic mendacia euadere exemplo Chriſti. Ideo dicit ſcriptura,Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus, vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere, ad Collo.4. Tertia quæſtio &c.ſuper thema, cum dicitur, Reddite &c. Quæritur quare prius loquitur de Cæſare, quam de deo, cum plus teneamur deo,cum incomparabiliter ſit maioris excellentię. Reſpondeo per duas rationes. Prima fundatur in quadam regula philoſophiæ dicente in quoliber ſuſceptibili naturali,ipſam vltimam formam ſubſtantialem,diſpoſitio neceſſaria eſt præueniens. Verbi gratia. Si forma ignis debet introduci,deſiccatio & callefactio ſunt diſpoſitiones,quæ præcedunt formam ignis, licet forma ſubſtantialis ignis ſit melior, tamen oportet ꝙ illæ diſpoſitiones præcedant eam. Ita in creatura forma principalis & perfectiua creaturæ eſt præſentia dei, tunc creatura iungitur deo per intellectum clarum, & ſine errore, & per memoriam ne ſimus ingrati, & per voluntatem amando, per os laudando, & per corpus,per pœnitentiam &c. Iſta eſt forma principalis quam in hoc mundo debemus habere &c.Sed ad iſtam formam habendam oportet quòd præcedant diſpoſitiones. ſ. concordia cum proximo,& carentia odij, & ordinatio ſuiipſius cum proximo, & tunc venit deus. Ecce quare prius nominauit proximum quam deum. Ideo Chriſtus. Si offers munus tuum ad altare,& ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te,relinque ibi munus tuum ante altare,& vade prius reconciliari fratri tuo. Mat.5. Nota,vade prius &c. Si vellet dicere,Domine, prius volo reconciliari vobis. Reſpondet, Nō, vade prius &c. nō ꝙ ſit maioris dignitatis &c.ſed ſunt diſpoſitiones quæ debēt præcedere.Ideo multa bona opera perdunt, qui nolunt prius recōciliari proximis. Secūda ratio fundatur per theologiā,oportet qui vult ſeruare vitā euāgelicā,vel apoſtolicā perfectā,ꝙ primo det Cæſari i.mundo, quod ſuum eſt. Si vis eſſe religioſus,da Cæſari quod ſuum eſt,nihil tene vt proprium, prius renunciandum eſt mundo, vt expeditus adhereas deo.Si vis perfectus eſſe,vade & vende omnia &c. Mat.19. Ideo dixit prius,Reddite prius quæ ſunt Cæſaris Cęſari,& quę ſunt dei deo.ſ.vitam ſanctam apoſtolicam. Ideo di. apoſtolus Petrus, Ecce nos relinquimus;omnia, & ſecuti ſumus te.Mat.19.

Dominica xxiij.poſt Triniratem, Sermo ij.

Licet cēſum dari Cæſari an non? Habetur verbū iſtud Mat. 22.Hoc verbū ſecundū intellectū allegoricū quem volo nunc pertractare,eſt verbū beati Michaelis Chriſto di.de anima nouiter egreſſa, Licet cenſum & animam nouiter egreſsā ex hoc mūdo dari Cæſ. i.Lucifero an non? Modo pro maiori declaratione huius verbi ſecūdū intellectū ſunt tres quęſt.

Prima quare Lucifer nominatur Cæſar, quod tamen eſt nomen imperatoris.

Secunda quare anima rationalis dicitur cenſus vel tributum, qui ſunt prouentus magnorum dominorum.

Tertia cui cenſus iſte vel tributum dari oporteat per iuſtitiam & rigorem.

Quantum ad primam quæſtionem, quare Lucifer nominatur Cæſar, Dico ꝙ ex duabus rationibus. Prima per tyrannicam vſurpationem. Secunda per hebraicam interpretationem. De prima, quia imperatores Romanorum vſurpabant ſibi dominium mundi. Ex aſtutia enim & potentia armorum ſubiugarunt ſibi eum. Auto. Audiuit Iudas nomen Romanorum, quia ſunt potentes viribus. 1. Machab. 8. Ecce quomodo hoc nomen Cæſar includit tyrannicam vſurpationem. Ita eſt etiam de Lucifero, quia Lucifer dominabatur toti mundo, nonne ex hoc quia in omni regno, prouincia, & ciuitate, & loco habitabant idola? Et ſicut imperator mittebat procuratores & gubernatores per mundū: ita Lucifer mittebat dæmones, qui dabāt reſponſa in idolis. Ex quo Lucifer in campo clauſo paradiſi terreſtris deuicit Adā, voluit omnibus hominibus dominari. Sed venit Chriſtus, qui merito ſuę paſsionis abſtulit ſibi dominiū. Cū autē Chriſtus eſſet ſuſpenſus, videns ꝙ talia patiebatur Chriſtus, cogitauit ꝙ nō erat deus, & venit, & poſuit ſe in latere crucis, volēs capere Chriſtū, ſed captus fuit à Chriſto, & ligatus in inferno vſq; ad aduentum Antichriſti. Ecce quomodo perdidit tyrannicam dominationem. Auto. Chriſti in paſsione di. Nunc iudicium eſt mundi. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras &c. Io. 12. Item alia venit. ſ. ad me pendentem in cruce &c. Item princeps mundi huius iam iudicatus eſt, Io. 16. Fiat ergo ratio, ſi Cæſar erat nomē imperatoris per tyrannicam vſurpationem, & Lucifer vſurpauerat ſibi dominium totius mundi, ideo dicitur Cæſar. Secundo dicitur Cæſar per Hebraicam interpretationem. Cæſar interpretatur poſsidens Princeps. Talis eſt modo Lucifer, qui modo per ſe non habet poteſtatem in interpretatione cum ſit ligatus. Quomodo ergo facit tot mala? quia poſsidet principes. Quia ſicut rex quando facit prælium alteri regi, mittit ſuos capitaneos, ſic etiam Lucifer. Et ſecūdum ꝙ ſunt ſeptē peccata capitalia, ſic ſunt ſeptē Princeps qui tentat de peccato ſuperbiæ eſt Leuiathan, qui eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ. Iob. 41. quem vocat Lucifer di. Nunquid vides qualiter me tenet Chriſtus ligatum, & nunquid tu ſentis de me? imo domine, ſed quid faciendum præcipiatur? Ego dicam tibi, Chriſto, & ſuis qui cum eo ſunt in cælo non poſſumus nocere, ſed ſuis qui ſunt in mundo. Vis enim tentare de ſuperbia, ideo hic velles facere vnā pugnā. Ecce hic tot mille milia diaboli qui ibunt tecum. Libenter dicit Leuiathan. Et venit cum vexillo & titulo Leuiathā rex ſuperbiæ & vanitatis.

vanitatis,& ducit ſecum ad infernum omnes ſuperbos. Quod videns Chriſtus, volens reducere eos & reuocare, non tamen liberũ arbitrium cogendo ſed monẽdo dicit, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiam vos. Mat. 11. q.d. quare vultis illum ſequi? ſed pauci reducuntur ad Chriſtum. Secũdus eſt de Mammona, princeps ſeu capitaneus qui tentat de auaritia. No. qualiter etiã vt primus vocatur à Lucifero &c. Qui incedit cum vexillo & titulo Mammona, princeps auaritiæ & cupiditatis. Hic facit tantũ ꝙ iam ſunt pauci qui ſunt contẽti de ſuis redditibus, ſed ſunt raptores &c. Qui omnes ex hoc peccato ſecũ ducit. Ideo Chriſtus non cogendo liberum arbitrium, ſed monendo dicit, Cauete vobis ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt ex his quæ poſsidet. Lucæ. 12. Nota, ab omni vniuerſaliter. Tertius eſt Aſmodeus, de quo Thob. 6. Dæmonium nomine Aſmodeus occidebat eos mox vt ingreſsi ſunt. Iſte diabolus tentat de luxuria. Nemo eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Hic cum vexillo & titulo incedit Aſmodeus princeps luxuriæ & carnalitatis. Hic iam totũ mundũ corrupit, & verificatur illud Dauid. Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt, & nõ eſt qui faciat bonũ. ſ. caſtitatis, nõ eſt vſq; ad vnũ de adultis. pſal. 13. Ideo Chriſtus. Sint lumbi veſtri prẽcincti &c. Lu. 12. Quartus capitaneus inuidię eſt Beelzebub, de quo Lu. 11. In Beelzebub principe dæmoniorũ eiicit dæmonia. Verbũ fuit Iudæorũ. Hic cum vexillo & titulo procedit Beelzebub princeps inuidię & malignitatis. Hic facit tãtũ ꝙ totus mundus eſt plenus inuidia inter dominos & prælatos, laicos, & clericos. Quintus capitaneus gulæ eſt Beelphegor, de quo Dauid, Initiati ſunt Beelphegor &c. Hic cũ vexillo & titulo incedit Beelphegor princeps gulæ. Hic facit tantũ ꝙ totus mundus nõ ſeruat quadrageſimã, faciunt ſe infirmos &c. nec vigiliæ ſanctorum ieiunantur, nec veniunt ieiuni ad miſſam. Sunt ebrij, debiles & infirmi propter vinum &c. Ideo Chriſtus non cogens, ſed monens dicit, Attendite vobis ne grauentur corda veſtra crapula & ebrietate. Luc. 21. Sextus eſt Baalberith, capitaneus iræ, de quo Iudic. 9. Hic incedit cum vexillo & titulo Baalberith, capitaneus iracundiæ & iniquitatis. Hic facit tantum ꝙ poſuit ſciſma & diuiſionem in eccleſia dei, nec poteſt pacificari. O quot ducit ſecum. Ideo Paulus, Si fieri poteſt quantum ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes, ad Rom. duodecimo. Septimus eſt Aſtaroth, qui tentat de acidia, de quo Iudic. ſecundo. Dimiſerunt dominum ſeruientes Baali & Aſtaroth. Ergo dicitur Chriſtiano, qui non memoratur creationis & redemptionis, ſed eſt Chriſti, primi Regum ſeptimo. Auferte deos alienos de medio veſtri, Baalim & Aſtaroth. Hic incedit cum vexillo & titulo Aſtaroth, princeps acidiæ, & ocioſitatis. Hic facit tantum, quòd iam pauci ſunt qui quolibet die dicunt orationem domini-

cam, sed quando induuntur, nec sciunt dare dominicam diem deo, nec confitentur, nec cōmunicant semel in anno, nec veniunt ad missam, vel si veniunt pro tempore, non sciunt orare, non seruant pœnitētiam, perdunt tempora. Nota qualiter decipitur mundus. Ecce quare dicitur Lucifer Cæsar, id est posidens principes, de quibus apostolus, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. Glo. homines, principes, & potestates, dæmones. s. Eph. 6. Hi ad modū Iudeorū dicunt, Non habemus regē nisi Cæsarē. Io. 19. Quātum ad secundam, quare anima dicitur census &c. Pro quo nota ℣ sicut imperator in quolibet regno & prouincia &c. exigebat tributū. Ita Christus rex & imperator in quolibet regno &c. animas tributarias exigit à vobis principaliter, ita ℣ in hoc tantam habet diligentiam, quòd cuilibet animæ mittit procuratorem suum ne aliqua perdatur, non tamen cogit liberum arbitrium. Ideo dicit Christus mundo, Da mihi animas, cætera tolle tibi. s. diuitias, dignitates &c. Gen. 14. Ecce quare anima dicitur cēsus, quia debetur vni magno domino. Tum iure creationis. Ecce omnes animæ meæ sunt, dicit dominus. Ezec. 18. Tum etiam iure redemptionis. Quæ mulier habens drach. decem, & si perdide. &c. No. practicè istam parabolam, vt habetur Luc. 15. Hæc mulier est sapientia diuina, Ratio, quia mulier regit & gubernat domum. Ita sapientia diuina, de qua ad literam dicit Salomon, Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus precium eius, Prou. vlt. Dicitur fortis, quia nihil potest fieri contra sapientiam diuinam. Nota procul, quia à Salomone vsque ad Christum transierunt mille anni. In textu bibliæ, Salomon non posuit numerum clarum, sed vbi dicit procul, posuit literam aleph, quod interpretatur mille. No. de vltimis finibus eius, numera ascendēdo quatuor elementa, decem cælos, nouem ordines angelorum, de vltimis. s. de cathedra dei, venit sapientia euangelica. Hæc mulier habebat decem drachmas auri, id est decem gradus creaturarum spiritualiū, in quibus deus sculpsit suam propriam imaginem, sicut in moneta auri imago regis vel imperatoris. Primus gradus est Seraphinorum, secundus Cherubinorum, tertius thronorum, quartus dominationum, quintus virtutum, sextus potestatum, septimus principatuum, octauus archangelorum, nonus angelorum, decimus est hominum, perdidit drachmam vnam, scilicet naturam humanam. Sed di. aliquis, Etiam perdidit naturam angelicam. Verum est, sed differenter, quia non tota natura angelica fuit perdita, sed per Adam & Euam tota humana natura fuit perdita. Sed quid fecit sapientia diuina? accendit lucernam Christum, in furno, scilicet vteri virginalis. Christus autem dicitur lucerna. Ratio, quia sicut in lucerna sunt tria, cera mollis, & lichnus, & lux, sic in Christo est caro fragilis, aīa, & diuinitas. Ideo Dauid in persona dei patris dicit, Paraui lucernam Christo meo. psal. 131. Et euertit totam domum

Quid interfuit inter naturā angelicā perditā & humanam.

domum, id est mundum, scilicet in prædicatione. Euersio est, quando illud quod est supra venit infra. Totus mundus erat in altum eleuatus per superbiã, sed Christus euertit prædicãdo, & præcepta humilitatis dando, & quæsiuit diligẽter eundo de villa in villam. Si fuisset sibi dictum &c. Dñe quid quæritis? Respondisset, drachmam quam perdideram &c. Tantũ eam quæsiuit, quousque inuenit. Quãdo anima descẽdit ad limbum, ibi inuenit tot milia, quæ inuenta dixit amicis suis. s. virtutibus angelorũ, Congratulamini mihi oẽs, quia inueni drachmã quam perdideram &c. Moraliter hic gaudere debemus, quando drachma, id est persona ad deum per bonam vitam venit cũ proposito nõ redeundi. Ideo exemplo angelorũ gaudendum est. Sed aliqui faciunt oppositum, deridendo illos qui faciunt pœnitentiã. No. quomodo pro peccatis secretis sufficit pœnitẽtia secreta, sed pro publicis necessaria est pœnitentia publica. Verbi gratia. Si aliquis secretè in corpore suo fuit superb⁹, sufficit secreta pœnitẽtia, si publicè, necessaria est publica pœnitentia, ita vt si oẽs scandalizauit, oẽs ædificentur per pœnitentiã suam, & laudent deum, quam bonũ est correptũ manifestare pœnitẽtiam, sic enim effugies voluntariũ peccatum. Eccle. 20. Patet. ij. qõ. Quantum ad tertiam, cui census dari debeat per iustitiã & rigorem, hoc est ad propositum pro mortuis. De animabus ex hoc mũdo decedentibus fit iudicium a Christo, secundũ iudicium quod Christus fecit, quãdo Iudęi dixerunt sibi, Licet censum &c. Christus autẽ visa moneta, imagine, & superscriptione, iudicauit di. Reddite &c. Sic anima iudicatur secundum imaginem & superscriptionẽ quam præfert. Pro quo sciendũ ꝙ anima in sui creatione recipit imaginẽ dei, sic enim quãdo fit moneta auri, in ea imprimitur imago regis. Itẽ in anima qñ creatur. persona patris imprimit memoriam prẽteritorũ, persona filij intellectũ prẽsentium, persona spiritus sancti voluntatẽ futurorum, & sicut nõ est nisi vnus deus, sic nõ est nisi vna anima cũ illis tribus potẽtiis. Ad imaginẽ quippe dei factus est homo. Gen. 9. Sed in sui redẽptione, quæ per baptismũ applicatur, tunc anima recipit superscriptionem tituli. Iesus. N. R. Iud. De hoc dicit Io. Habentes nomen eius scriptũ in frontibus eorũ. Apoc. 14. in parte superiori, scilicet in mente. Et sic quando Michael, quem cõstituit dominus principem super oẽs animas suscipiendas, dixit Christo, Licet censum dari Cæsari. i. diabolo, an non? Respõdet Christus, Cuius est imago hęc & superscriptio? Dicit Michael, Dei. Et Christus, Reddite quæ sunt dei deo. Sed quãdo anima auertitur a deo peccãdo mortaliter, superinduit sibi horribilem imaginẽ diaboli, ac si super sigillum regis aliquid superponeretur. Verbi gra. Si peccas per superbiã, superponitur imago Leuiatham. Anse. Loquẽs in oratione, vt peccator debet loqui di. Heu me miserũ qualem, vt supra in sermone, Reddite. Terribilis est etiã titulus, qui circunscribitur di. Lucifer diabolus rex peccatorũ. Iuxta illud

Peccatum Iuda, id est Christiani cõfitentis, scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino. Hiere. 17. Secundum diuersitatẽ imaginis & superscriptionis iudicabitur anima reddẽda deo vel Cæsari. i. diabolo. Nota practicè quãdo anima peccatoris impœnitentis decedit, dicit Michael Christo, licet censum dari Cæsari an nõ? Et Christus, Cuius est imago? Rñdet, Cæsaris. Reddite ergo &c. Statim diabolus accipit animã. Ecce quomodo fit iudicium. No. hic de Hier. quãdo sibi dictũ fuit a Christo, Nõ es Christianus, sed Ciceronianus, quia ex nimio cordis affectu preferebat imaginẽ Ciceronis & eius doctrinę superscriptionẽ. Ideo præferentibus & imaginẽ & superscriptionẽ diaboli, Si quis adorauerit bestiam & imaginẽ eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut manu sua, hic bibet de vino ire dei. Apoc. 13. Ideo Dauid, Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum, deus in cęlesti ciuitate, scilicet est, & ipsi in sua terrestri ciuitate imaginẽ eius ad nihilum redegerunt. ps. 72. Si dicatur, Quid faciam ergo, quia sum peccator, & superinduxi imaginem, & superscriptionem diaboli. Solutio. Nõ debetis desperare, quia adhuc potestis imaginem dei reparare, proponẽdo a peccatis abstinere, & continere. Scriptura diaboli deletur, & Christi reparatur in confessione, quando cõfessor dicit, Autoritate domini nostri &c. Tunc imago dei & superscriptio est reparata, & quando in iudicio dicitur, Cuius est imago hæc? dicitur, Dei. Ergo reddite deo.

De eadem dominica xxiij. post Trinitatem Sermo. iij.



Stendite mihi numisma census. Istud verbum habetur Mat. 22. Ad literam verbũ est Christi ad questionem perplexam respondentis, & dicentis, Ostendite mihi &c. In præsenti sermone volo pertractare hoc tropologicè seu spiritualiter. Pro quo sciendum ꝙ sicut imperator Romanus illo tẽpore de omni regno, prouincia, & ciuitate &c. exigebat certos redditus in tributum, etiã sub pœna mortis, ne fraudaretur, & habebat iam in quolibet loco certos creditores & collectores: ita rex & imperator noster Iesus, qui est rex regum, & dominus dominãtium, quia omne dñium est in eo, intantum ꝙ dicit Io. Habet in vestimento & femore suo scriptũ, rex reg. & do. domi. Apoc. 19. Not. habet in vestimento, id est in humanitate, quia sicut vestimẽtum personam cooperit hominis, ita humanitas in Christo diuinam personam. Quod humanitas dicatur vestis, autoritas, Qui cum in forma dei esset, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiẽs, & habitu inuentus est vt homo. ad Philippen. 2. Not. in femore. Femur est inter partes generationis, & significat personam filij dei, qui per æternam generationẽ procedit a patre. Vult ergo dicere ꝙ inquantum homo, & inquantum filius dei est rex regum &c. Ideo dicit scriptura, Domine deus rex omnipotens in ditio-

ne

ne tuâ cun. ſunt po. &c. Heſter. 13. Ideo in omnibus regnis, terris, & prouinciis, vult habere tributum certũ, nec vult defraudari. Tributum quod ipſe vult ſunt animæ. Tum ratione creationis, quia ipſe cũ patre, & ſpiritu ſancto creauit eas ad imaginem trinitatis, tum etiam iure creationis & redemptionis, quia ipſe emit ſanguine ſuo nos. Ideo ipſe dicit, Omnes animæ meæ ſunt. Ezechiel. 18. Licet enim omnia ſint ſua, principaliter tamẽ animæ, quia nihil pretioſius anima, demptis angelis ſub cælo. Auto. Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundũ lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? Mat. 16. Pro iſto tributo miſit procuratores, ſcilicet patriarchas &c. imo ipſemet voluit venire. Filius enim hominis venit quærere & ſaluum facere quod perierat. Luc. 19. Et quando ipſe receſsit, dimiſit procuratores ſuos vt cuſtodiant & procurent ſibi tributum. Iſti ſunt curati animarum. Papa eſt maior, cardinales, archiepiſcopi, & epiſcopi &c. qui plus deberent curare de ſalute animarum, quam de redditibus. Vtinam modo non ſit oppoſitum. Et ſicut imperator dabat ſalarium collectoribus ſuis, ita Chriſtus dat eis redditus. Quando autem hoc tributum præſentatur Chriſto, ſcilicet in morte, dicunt angeli, Domine tributum hoc de tali villa venit, quod vobis mittit talis curatus &c. Quemadmodum dicebatur imperatori, & videbatur ſi eſſet bonum. Ita de anima, quando præſentatur Chriſto, dicit Chriſtus, Oſtendite mihi numiſma cenſus, ſi eſt bona, præcipit vt ponatur in ciſtulis ſuis, ſcilicet in ordinibus angelorum, ſi autem ſit mala moneta, præcipit vt ponatur in igne inferni ad comburẽdum. Patet thema. Inuenio ꝙ anima noſtra ad inſtar bonæ monetæ, ſi debet reponi in locis angelorum, debet habere ſeptem conditiones, virtutes, ſeu proprietates.

Prima eſt imaginis veritas.
Secunda eſt ſuperſcriptionis proprietas.
Tertia materiæ precioſitas.
Quarta æqui ponderis grauitas.
Quinta ſoni congruitas.
Sexta figuræ ſinceritas.
Septima circularis integritas.

De qualibet iſtarum examinatur anima in iudicio. Tres primæ condiciones habẽtur per tres virtutes theologicales, & quatuor ex quatuor virtutibus moralibus. Dico ꝙ prima conditio, quam debet habere ad inſtar bonæ monetæ, eſt imaginis veritas. Iam videtis ꝙ communiter in monetis eſt imago principis. Hoc ſeruabatur antiquitus in moneta auri, vel non reputabatur bona. Sic etiã neceſſarium eſt animæ ad hoc, ꝙ ſit bona & reponenda in cælo, oportet ꝙ habeat veritatem de imagine. Quia licet quælibet anima habeat imaginem trinitatis per creationem, non tamen ex hoc ſaluatur, niſi habeat imaginem Chriſti per

virtualem iustificationem, vel imitationē. Hæc autem imago habetur per primam virtutē theologicalem, quæ est fides, quia sicut imago vna habet multa membra, ita vna fides catholica habet xij. articulos, & depingit in anima vnā imaginem virtualem. xij. membra habētem. Primus articulus fidei est, Credo in deum patrem omnipotentem creatorem &c. Hic depingit frontem imaginis. Ratio est, quia sicut frons est principium imaginis, ita deus pater est principiū omnium creaturarū, imo etiā est principiū filij & spiritus sancti, est principiū, non de principio. Secūdus articulus est, Et in Iesum Christū filium eius vnicum, dominum nostrū. Hic depingit oculos. Ratio, quia iste articulus duobus oculis dēbet videri. s. dextro, quantū ad Christi diuinitatē, & sinistro, quantum ad humanitatē. Tertius est, Qui conceptus est de spiritu sancto, na. ex Ma. virgine. Hic depingit aures. Vnde dicitur virgini, Gaude virgo mater Christi, quæ per aurem cōcēpisti Gabriele nuncio. Secūdo cōtinet natiuitatem, in qua virgo audiuit angelos cantantes. Quartus est, Passus sub Pon. Pila. crucifixus &c. Hic depingit nares. Ratio, sicut ex grano incensi in igne posito redolet bonus odor, sic de grano corporis Christi in igne passiōis posito. Ideo apostolus, Tradidit semetipsum pro nobis obla. & ho. deo in odorem suaui. ad Ephe. 5. Quintus est, Descēdit ad inferna. Hic depingit duas genas. Ratio, quia sicut gene decorant imaginē, ita Christus descēdit ad inferos, vt inde extraheret duas cōditiones gentium, quæ dederūt pulchritudinē mundo. s. aliquas animas legis naturæ. s. Adæ, & Euæ, & Noe &c. & legis scriptæ, quæ dicuntur gene. Auto. Qualis est dilectus tuus, o pulcherrima mulierū. Can. 5. Respōdet virgo, Dilectus meus candidus & rubicūdus. Gene illius sicut aureole aromatū, confite a pigmentariis. Sextus est, Tertia die resurrexit à mor. Hic depingit os. Ratio, quia Christus ore probauit suam resurrectionem, scilicet loquendo, comedendo, quæ sunt officia oris. Septimus, Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Hic depingit collum. Ratio, quia cibum mittimus per collum, & descendit ad stomachum, & dat vitam corpori. Sic omnis cibus spiritualis, ex quo ipse ascendit, per eum descēdit ad nos, dans nobis vitam spiritualem. Ideo apostolus, Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. ad Ephes. 4. Octauus, Qui venturus est iudicare viuos & mortuos. Ecce hic brachia. Ratio, quia in iudicio extendet duo brachia, scilicet dextrum, dicēdo bonis, Venite benedicti patris mei. Secundo sinistrum, malis dicendo, Discedite a me maledicti &c. Mat. 25. Nonus, Credo in spiritum sanctum. Ecce hic pectus. Ratio, quia sicut intra pectus consistit cor, a quo procedit vita corporalis, sic a spiritu sancto procedit vita spiritualis. Spiritus enim est qui viuificat, caro autem non pro. &c. Ioan. 6. Decimus, Sanctam ecclesiam. Hic depingit ventrem. Ratio, quia sicut venter recipit omnes

Declarantur xij. articuli fidei ad instar membrorū humani corporis.

escas,

eſca,bonas & malas,ſic eccleſia omnes recipit,nulli claudit gremium. Vndecimus eſt,Sanctorum communionem,remiſsionem peccatorum. Hic depingit crura. Ratio , quia inter omnia alia membra crura ſunt partibus generationis propinquiora,ad generandum filios, ſic per ſacramenta eccleſiæ generantur filij dei. Duodecimus, Carnis reſurrectionem,& vitam æternam. Ecce tibiæ & pedes. Ratio,quia ſicut tibiis & pedibus ambulamus,ſic etiam finaliter per reſurrectionem oportet nos ambulare ad vitam æternam in gloria. De tibiis iſtis Auto. Deus creauit.i.formauit hominem ad imaginem ſuam.ſ. in anima per creationem, & iterum conuertit illum in ipſam.ſ.imaginem, & ſecundum ſe veſtiuit eum virtute. Eccl. 17. Quando autem dicit Chriſtus. Oſtendite mihi numiſma,ſi in anima inueniatur hæc imaginis veritas , recipitur in cofris Chriſti, alias proiicitur in infernum tanquam moneta falſa, ideo &c. Secunda conditio quæ requiritur , eſt proprietas ſuperſcriptionis. Scribebatur enim titulus,Cæſar imperator Romanus , vel huiuſmodi, Et hic habetur per illam virtutem,quæ eſt ſpes , qua cordi ſuperſcribitur nomen domini,quod eſt Ieſus, in quo in cunctis tribulationibus & neceſsitatibus eſt confidendum. Nota exemplū de beato Egnatio,in cuius corde poſt obitum eius inuentum eſt nomen Ieſus, literis aureis ſcriptum. Ideo Chriſtus. Dabo tibi calculum candidum,& in calculo nomen nouū ſcriptum, quod nemo ſcit niſi qui accipit. Apo. 2. Sed modo ſunt multi miſeri qui ponunt ſpem ſuam in falſis coniuratoribus,coniurando ſepe ſtulte quod nunquā fuit verum. Aliqui obſeruant dies Aegyptiacos. Itē mulieres etiā quāplurimas in ſuis actionibus & credentiis committunt & habent ſtultitias, ſicut ꝙ mulier in puerperio non ſignet vel faciat crucem ſuper cibum. Item ꝙ mulieres in primo anno quando receperunt viros nulli dent lumen vel ignem. Item ponunt bracas. Sed illis fatuitatibus dimiſsis ponatis ſpē veſtram in nomine Ieſu. Vnde Dauid, Beatus vir cuius eſt nomen domini ſpes eius,& non reſpexit vanitates,& inſanias falſas. pſal. 39. Quando dicit Chriſtus, Oſtendite &c. Tertia eſt precioſitas materiæ, ne ſit de plūbo, quia licet haberet imaginem & ſuperſcriptionem, falſa moneta eſſet. Hæc habetur in anima per tertiam virtutem quæ eſt charitas , deum ſuper omnia,& proximum ſicut ſeipſum diligendo,& hæc charitas facit animam precioſam coram deo,quia ſine charitate nulla opera quæ homo facit,etiam bona de genere,placent deo. Vnde apoſtolus, Si habuero fidem,ita vt montes transferā, chari. autē non ha.nihil ſum. 1. Cor.13. Etiam ſi vnus haberet fidem patriarcharū, & deuotionem prophetarum ſine charitate,nihil valeret,quia nullum opus nec corde cogitando,nec ore loquendo,nec opere operando valet aliquid ſine charitate. Apoſtolus. Si linguis hominū loquar & angelorū, charitatē autē non habeam,factus ſum velut es ſonās. 1. Cor. 13. Angelorū linguæ ſunt

Nullum opus ſine charitate eſt ad vitā æternā meritorium.

eorum significationes. Vult ergo dicere apostolus, quòd si ipse prædicasset, quod est officium oris, non solum linguis hominum, sed etiã angelorum, & charitatẽ non haberet, esset vt es, quod vocãt ad ecclesiam gentes non intrat, sed destruit & consumit seipsum. Quarta est æqui ponderis grauitas. Ideo videtis quòd moneta auri ponderatur. Hęc habetur per vnam virtutẽ moralem, quæ est humilitas, quia persona humilis in statera descendit primo in oculis humiliter respiciendo, in vestitu, in ore humiliter loquendo, & in corde neminẽ despiciendo, & potest dicere, Domine non est exaltatũ cor meum, neque elati sunt oculi mei. Sicut enim superbus ascendit in altum in officiis, & honoribus, sic per oppositũ humilis in statera descendit. Pro quo nota, quòd ponderanda est in statera diuinæ iustitiæ vita Christi, cui debemus equari, non per æquiparantiam, sed per imitationem, seu cõformitatem vitæ, quia sicut Christus in vita sua fuit humilis in omnibus, sic etiã nos humiliemus. Item sicut ipse fuit liberalis, ita & nos, quòd non simus auari. Item sicut ipse fuit purus, virgo, & castus, & nunquam sciuit experimentaliter actum illum, ita & nos eius exẽplo casti esse debemus. Ideo apostolus, Hoc scilicet pondus vitæ Christi sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. ad Philip. 2. Mulieres autem debẽt vitam suam ponderare ad vitam Christi, & ad pondus vitæ virginis Mariæ, non per æqualitatem, sed per conformitatẽ, quia dicit Christus mulieribus vanis, Virgo & mater mea, licet esset de genere regali, noluit indui de auro &c. Propter hoc dicit Christus & virgo Maria hominibus, Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Matth. 11. Quinta est soni cõgruitas, ita probatur moneta rusticis. Sic Christus requirit bonum censum, & boni soni. Et hoc habetur per virtutẽ prudentiæ, quæ examinat sonum verborũ ab ore procedentiũ, ne sint in offensam dei iurãdo &c. nec proximi, ipsum diffamando, iniuriãdo, vel falsè decipiendo, nec in laudem sui ipsius, sed proximi, & dei. Si quis loquitur, quasi sermones dei, scilicet loquatur. 1. Pet. 4. Sunt multi, qui faciũt malum sonũ, iurando, blasphemando, proximũ diffamando, vel iudicando, vel peccatũ occultum publicando. Nam & si ex peccato perdidit animã, tamẽ remanebit sibi bona fama, sed damnatis vos eũ diffamando. Ideo apostolus, Omnis sermo malus ab ore vestro nõ procedat, sed si quis bonus est ad ædificationem fidei, vt det gratiã audientibus. Ephes. 4. De hoc sono examinatur anima in iudicio, quando in lapide feritur. Petra autem erat Christus. 1. Corinth. 10. Ostẽdite &c. Sexta est figure sinceritas, scilicet q̃ moneta non sit fracta. Hæc habetur per virtutẽ obedientiæ, quæ includit omnium mandatorũ dei obseruantiã, quia si vnum præceptũ frangitur, non habet sinceritatẽ. Dicunt aliqui bene placeret mihi conseruare illud præceptũ, & illud, sed non istud. Sed illud nõ potest bene stare &c. Moneta animæ vestræ nõ est sincera. Ideo dicit bea. Iacob. Quicunq; rorum

totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omniū reus. Iacob. 2. Quæſtio quomodo eſt hoc, cū præcepta ſint. x. ſi ego faciā contra vnū q̄ ſim reus omniū? Verbi gratia. Si ego cōmitto furtū, pecco cōtra illud præceptum. Non furaberis, quomodo ero reus. Non habebis deos alienos, quia nunquā feci cōtra ſecūdū, nec tertiū. Ideo eſt hic magna difficultas, quæ declaratur ſubtiliter ſic. In omni peccato mortali ſunt duo, vt dicit bea. Aug. & omnes theologi, ſcilicet auerſio ab incōmutabili bono, & conuerſio ad cōmutabile bonū. Deus eſt bonū incommutabile, & creatura bonū cōmutabile, deus præcepit humilitatē, ſi tu dicas, Nolo eſſe humilis, giras dorſum deo, & cōuertis te ad creaturā ſcilicet ſuperbiam. Ecce auerſio a deo, & cōuerſio ad creaturā, & ſic de omnibus aliis peccatis, ergo factus es omniū reus. ſ. auerſionis & cōuerſionis. Septima eſt circularis integritas, q̄ ſit ſine angulis. Hęc habetur per virtutē perſeuerātiæ finalis. Tunc figura circularis eſt perfecta, qñ finis reſpōdet principio, vt patet in cōpaſſo faciente circulū &c. ſic etiā ille qui incipit bonū, ponit pedē cōpaſsi in centro corporis, deinde circuit cōferendo de peccatis, proponēdo nō redire, cōfitendo &c. tūc finis vnitur principio, quando es cū deo. Alij autē incipiunt bonā vitā, & ponunt pedē circini in centro. ſ. religionis & circūeunt primo ſtatū nouitij, deinde profeſsi &c. vſq; ad mortē. Idē de clericis. Ideo Chriſtus, Qui perſeuerauerit, nō dicit inchoauerit, vſq; in finē, hic &c. Matt. 10. Multi incipiūt tam in religione quā in heremo, qui nō præſeuerāt, ſed tūc pes de circulo amouetur. Not. legitur de iuuene quodā religioſo, qui petiit cōſilium a quodam ſancto religioſo, vt oſtenderet ſibi regulā bene viuendi, qui dixit, Sicut incepiſti, ſic finias. Ideo apoſtolus Galat. 6. Bonum facientes, non deficiamus, tempore enim ſuo metemus non deficientes. Ecce quare dicit, Oſtendite mihi numiſma.

Per auerſionem à bono incommutabili & cōuerſionem ad bonū cōmutabile, qui in vno offendit factus eſt omniū reus.

De eadem dominica. xiij. poſt Trinitatem. Sermo iiij.

NOſtra cōuerſatio in cęlis eſt. Habetī iſtud verbū ad Phil. 3. Verbū eſt apoſtoli dicētis de ſe, & aliis apoſtolis, & diſcipulis Chriſti, Noſtra cōuerſatio &c. Modo ſi nos volum⁹ intelligere illud verbū de ſanctis animabus apoſtolorū, & aliorū ſanctorū a corporibus exutis, tūc clarū eſt: qa q̄ eorū cōuerſatio in cęlis ſit, nulli eſt dubiū. Nā nō ſolū animæ apoſtolorum cōuerſantur in cælo, ſed etiā animæ innocentū, quia ſicut filij intrant patris domū abſq; difficultate. Itē animæ perfectę pœnitentiū, ex quo iam in hoc mundo habuerunt ſuum purgatoriū. Item animæ martyrum, & aliorū perfectorum, ſtatim poſt mortē intrant cælum, ſic conuerſatio eorum eſt in cælis, quātū ad animas. Ideo cantat eccleſia, Gaudent in cælis animæ ſanctorū qui Chriſti veſtigia, vel per innocētiam, vel per pœnitētiā ſunt ſecuti, & quia. ſ. aliqui, pro eius amore ſanguinē ſuum fuderunt, ideo cū Chriſto re. in e. &c. Si ergo de eorum animabus volumus

volumus intelligere thema, clarum est, nec habet difficultatē quin eorum animæ sint in cælis, & cōuersatio eorum. Sed si volumus intelligere secundū quòd apostolus loquebatur, quia scilicet adhuc viuentes in hoc mundo cōuersationem habebant in cælis habet difficultatem, sed non intelligatis quòd nostra conuersatio per habitationē corporalem, sed per imitationem virtualem sit in cælis. Verbi gratia. Si aliquis viuendo in domo sua seruaret perfecte vota & cærimonias omnes alicuius religionis, scilicet paupertatem, castitatem &c. Si quæreretur, Vbi est sua conuersatio, oportet respondere cum distinctione, vel quantum ad habitationem corporalem, vel quātum ad imitationem virtualem. Quantum ad habitationem corporalem, est in hoc mūdo, sed per imitationem virtualem, sic sua cōuersatio est in cælis, quia habet proprietates, virtutes, & conditiones cæleſtes. Ideo dicebat apostolus de se, & de aliis, Nostra conuersa. in ce. est. Ideo cantatur de persona sancta, Quoniam in hac peregrinatione solo corpore constitutus, cogitatione & auiditate in illa æterna patria conuersatus est, scilicet per imitationem virtualem. Ego quæsiui & inueni qualitates, virtutes, & conditiones cæli, secundum philosophiam, & secundum theologiam, vt per virtualem imitationem conuersemur in cælo, & sunt septem.

Prima alta sublimitas.
Secunda plena rotunditas.
Tertia perfecta puritas.
Quarta pura claritas.
Quinta firma stabilitas.
Sexta ampla vtilitas.
Septima continua volubilitas.

Si nos habemus istas septē conditiones, nostra conuersatio est in cælis. Prima est alta sublimitas. Tanta est altitudo cæli, q̄ non potest mensurari. Aliqui vt Rabi Moyses, & alij, voluerunt mensurare, & licet laborauerunt ad hoc sciendū, tamē nescierunt omnē veritatē, quia dicit scriptura, Altitudinē cęli, & latitudinē terrę, & profundum abysi, quis dimensus est? Eccl. j. q. d. impossibile est. Altitudinem cæli fecit deus, sicut magnus dominus, & potēs, qui pro se, vxore, & filiis facit cameras in altum, & infra facit stabulum iumentorū, & intra terrā facit carcerē. Isto modo deus ordinauit mundū. Cogitate q̄ totus mundus sit domus dei. Baruch. 3. O Israēl, quā magna est domus dei &c. Superius in cælo sunt camere, vbi est dominus cum filiis & amicis suis, scilicet sanctis. Et iste camere & palatia sunt corporalia, non de luto seu lapide, sed de materia cæli, vbi sunt iam sancti in gloria. Hic inferius sunt bestiæ, quia pro eis est factus iste locus, & nos propter peccatum sumus cum bestiis. Si tenuerimus vitam bonam, ascendimus ad cameras, si malam, descendimus ad carcerem inferni cum malefactoribus in cor rem-

stam

Iſtam qualitatem debemus nos habere per imitationē virtualem, eleuando nos in altum per deſiderium appetendo, ſulpirando, & deſiderando vitam æternam,& deſpiciendo omnia mundana, honores &c. quia non ſunt niſi fumus. Similiter deſpicere debemus,venereas delectationes,& tunc noſtra conuerſatio erit in cælis. Apoſtolus qui omnia mundana deſpiciebat vt ſtercora,vt Chriſtum lucrifaceret,ad Phillip. 3.dicit,Omnia detrimentum feci,& arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam. No. vt ſtercora. Quando aliquis in domo ſtercus & immūditias congregat,nocet corrumpendo aërem,domum,& perſonam,ſed quando ſpargitur in agris,ſic fructificat. Ita quando religioſus, clericus,vel laicus congregat diuitias,congregat ſtercus, quod corrumpit nos in memoria,intelligentia,& voluntate &c. Corrumpit domum & illos de domo,qui forte interficiūt vos vt habeant pecuniam. Ergo de camera cordis ſunt iſta temporalia bona abiicienda, & in terras ſiccas, id eſt pauperes diſpergēda. Quare retinetis vos ſtercora,vultis vt corrumpant vos? Ecce quare dicit,Omnia detrimētum feci, & arbitror vt ſtercora,vt &c.ad Philip.3. Et concordans Ezechiel dicit, Argētum eorum foris proiicietur,& aurū eorum in ſterquiliniū erit. Subdit rationem,Quia argentū eorum,& aurum eorū, non valebit liberare eos in die furoris dñi. Ezech.7. Quando ergo terrena a nobis deſpiciuntur,& cæleſtia appetuntur,poſſumus dicere, Noſtra &c. Secunda conditio cęli eſt plena rotunditas,quia caret angulis. Certū eſt ꝙ deus potuiſſet compoſuiſſe triangulatū,vel quadrangulatum, ſed ordo ſeu ſapiētia dei fecit cælum rotundum totū. Et habetur iſta qualitas per imitationē virtualem, quādo homo in vita ſua habet ſimplicitatē,ſcilicet quando homo non habet angulos, ſcilicet ꝙ oſtendatur vnus ad extra,& quod ſit alius ad intra. Aliqui oſtendunt ſe ad extra liberales,ſed intus ſunt auari &c. Vbi angulus,ibi ſordes. Simplicitas eſt,quādo homo eſt talis intus,qualis vult apparere ad extra. Ideo Petrus apoſtolus, Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationem, & inuidias,& omnes detractiones, ſicut modo geni.infan. &c.1.Pet. 2. Excludit a nobis quinque angulos prauitatis. Primus eſt malitia cordis,odium,rancor &c. Intantum quòd tales non poſſunt proximum diligere. Secundus angulus eſt, omnem dolum. Iſte angulus conſiſtit in ore, quando emendo vel vendendo decipiunt proximū,iurando, Tantum valet,tantum conſtat &c. Ideo mercatores auiſetis vos. Antiquitus nullus petebat,niſi quod erat iuſtū. Ideo credebatur eis, ſed modo petūt tantū &c. Tertius eſt ſimulationes, id eſt fictiones, quādo. ſ. extra homo oſtendit ſe bonū,cū tamē ad intra ſit malus. Verbi gratia. In habitu albo oſtenditur caſtitas quā debeo habere, & in nigra cappa aſperitas &c. Quartus eſt inuidia. Inuidia eſt triſtari de bono,& honore,& officio alterius, quando vos videtis ꝙ ille iam fuit iuratus, vel &c. Quintus eſt omnes

detract

detractiones. Detractio est laudare ante, & diffamare retro. Et extra de ordine deponere istos angulos debemus, & nos emẽdare. Sicut modo geniti infantes, qui nesciũt depingere extra quod non habẽt ad intra, ac simplicitatis concupiscentiæ. Tertia proprietas cæli est perfecta puritas, quia nullam habet maculam, nec habere potest. Hic sunt multa palatia, quæ tamẽ possunt maculari aliquo modo, sed nõ cælũ, quia dicunt Astronomi, quòd cælum elementũ ignis tangit, tamẽ ipsum nõ cõburit. Ideo dixerũt philosophi, quòd cælum nõ est susceptiuum peregrinarum impressionũ. Ista qualitas habetur per castitatem, quæ hominem præseruat vt nõ comburatur. Multi comburuntur ex nimia familiaritate etiã habita propter bonã intentionẽ. Aliqui incipiũt bonã amicitiam, sed post modicũ comburuntur per luxuriã &c. Et de luxuria dicit Iob, Ignis est vsq; ad perditionẽ, deuorãs & eradicans omnia genimina. Iob 31. Omnia cõburit, & totũ perditur. Ideo auisetis vos, & præseruemus a combustione, & elongemus nos ab occasione, & nimia familiaritate, orantes pro inuicem. Alij nõ comburuntur, sed calefiũt, non enim faciunt actũ principalem timore mundano, sed respiciendo, loquẽdo delectantur, calefiũt, sed melius esset fugere. In persona quorum dicit Esa. Vah, calefactus sum, quia vidi focum. Esa. 44. Aliqui maculãtur, quia habent aliquã familiaritatem, & suspectus, quia licet ipsi nõ faciunt peccatum, tamen omnes opinantur. Ideo eorum fama, quæ debet esse clara, fit nigra in corde gentiũ. De talibus dicit Hier. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis. Thren. 4. Facies dicitur fama, quia sicut in facie cognoscitur quis, ita fama quæ diuulgatur. Si fama cognoscuntur, tunc cognoscuntur boni ex bona fama, & mali ex mala. Quarta proprietas cæli est, scilicet pura claritas, non sunt ibi tenebre, sicut hic. Ideo di. Sen. Talis est animus sapientis, qualis est mundus super lunam, semper illic serenum est. Istam claritatem debemus nos habere per claram sapientiã fidei. Caueatis ne in corde vestro intrent tenebre erroris &c. debemus enim habere cor clarũ, & hoc est sapiẽtia nostra, de qua dicit Moyses Iudæis, & per eos nobis, Hæc. s. fides est, vestra sapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersa præcepta hæc, dicant, an populus sapiens & intelligens, gens magna. Deuter. 4. No. fidem catholicã vocat sapientiã, sed non scientiam. Dicit Philosophus. 6. Ethi. quòd tres sunt virtutes intellectuales, & speculatiue, scilicet sapientia, intellectus, & scientia. Sapientia est cognitio diuinorũ, licet modo dicantur sapientes, astuti, & fallaces mundani homines, & falsè dicẽtes se esse sapientes, stulti facti sunt. Ro. 1. Intellectus vero est cognitio principiorũ. Scientia vero est cognitio conclusionũ, quæ habentur per demõstrationes. Fides autẽ dicitur sapientia, quia est de diuinis &c. Dicitur intellectus, quia articuli fidei sunt principia totius theologiæ, sed fides nõ dicitur scientia, quia articuli

culi non ſunt cõcluſiones habitæ ſeu probatæ &c. per demõſtrationẽ, quia licet habeamus rationes & argumẽta probantia articulos fidei, tamen nõ ſunt demõſtrationes, quia niſi deus reuelaſſet, rationes nõ ſufficiunt, ſed ſunt perſuaſiones. Ecce quare dicitur, Hæc eſt ſapientia veſtra. Nota corã poculis, quia non ſufficit chriſtiano habere fidẽ in corde, ſed oportet etiã confiteri vocaliter tẽpore, & loco cõgruis, ſecũdum illud, Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem cõfeſsio fit ad ſa. Ro. 10. Dicatur Credo, in quo ſunt xij. principia theologiæ. Quinta eſt firma ſtabilitas, quia cælũ incorruptibile eſt, & licet habuerit principium, tamen nõ habebit finem in ſubſtantia. Dauid loquẽs de corporibus cæleſtibus di. Statuit ea in æter. & in ſe. ſe. Itẽ dicunt philoſophi, quòd durabunt ſine fine. Iſtam qualitatẽ debemus nos habere, ſi debemus habitare in cælo. Nam debemus habere hic ſtabilitatẽ per firmam obedientiam, & perſeuerantiã in bona vita, qua homo elegit perſeuerãter manere. Sed nota, quòd antequam homo eligat ſpecialẽ & ſpiritualem vitam, & ſtatum debet reſpicere & eligere quod melius eſt pro animæ ſaluatione. Verbi gratia. Qui vult intrare religionem, debet deliberare in quam. Et primo reſpicere regulam, & conſtitutiones, & non ingerere ſeipſum ſtatim, ſed reſpicere tria. Primo regulam, & conſtitutiones ſi placent tibi. alias non intrare debes. Secundo ſi fratres ſeruant illam regulam & cõſtitutiones. alias nõ debes te obligare. Tertio ne in ingreſſu fiat ſimonia &c. Sed poſtquã iam elegiſtis, & eſtis intus, debetis cõtinuare bonã vitã, & mori in illa. Itaq; fratres mei dilectiſſimi, ſtabiles eſtote, immobiles, abũdantes in omni opere domini, ſemper ſciẽtes quòd labor veſter nõ eſt inanis. 1. Cor. 15. Sexta eſt ampla vtilitas, quia omnes virtutes, cõditiones, proprietates, & qualitates, quas deus dat eis, large tribuunt nobis, vt patet in ſole qui tribuit nobis claritatem a deo, ſibi datam. Idem de luna, & de aliis. Ideo Geneſ. 1. Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem. ibidem, Fecit deus duo luminaria magna, maius vt præeſſet diei, minus vt præeſſet nocti, ſed ſi per auariciam vellent ſibi retinere, deus eis auferret. Si volumus habere conuerſationem in cælis, habeamus iſtam conditionem, ne gratias a deo nobis datas, ſpirituales vel corporales, nobiſipſis retineamus. Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. 1. Corinth. 2.

Dominica xxiiij. poſt Trinitatem. Sermo. j.

EXiit fama hæc in vniuerſam terram. Habetur verbũ iſtud textualiter. Mat. 9. Ser noſter erit de ſancto euan. Si placet deo habebimus multas bonas doctrinas &c. Saluetetur virgo Maria. In præſenti ſermone volo tenere modũ hortulani, qui qũ vult ſeminare, vel plãtas in horto plãta e bonas & vtiles, primo diſponit & ordinat in tabulis, poſt ſeminat.

Ita

Ita faciã. Ratio, quia in sancta scriptura singulariter sanctum euangelium dicitur hortus conclusus, & non ager, hortus clausus vel conclusus. Cañ. 4. Bene esset clausus hortus qui haberet altissimum parietem pro muro, & portale strictum, & bonam ianuam, & fortes seras. Sic sanctum euangelium est altissimo muro, scilicet fide christiana muratum, qui vsque ad cælum ascendit, intantum quòd nullus infidelis, nec hæreticus, nec sciſmaticus, potest intrare ad destruendum fructus eius. Portale strictum & bassum est humilitas. Ideo nullus superbus potest intrare, colligendo fructus eius secretorum, nec intelligendo. Ianua firma est paupertas apostolicalis, propter hoc licet multi studeant, non tamen possunt inuenire fructum spiritualem, nam personæ carnales, delicioſe &c. non possunt intrare ad comedendum de fructibus huius horti, quia non sentiunt dulcedinem, quia dulcedine vitiorum amittũt gustum, & inficiunt palatum. sed est apertus christiano, corde humili, & pauperi spiritu &c. talis sentit odorem eius. Ideo dicit Christus, qui est dominus huius horti, Veniat dilectus meus in hortũ suum. Cant. 5. Not. dilectus a Christo est christianus, qui in corde habet firmam fidẽ. Not. in hortum suum, euangelium est hortus Christi dominatiue, sed dicitur christiani finaliter, quia peo eo factus est. Ecce quare sanctum euangelium dicitur hortus. Propter hoc in horto euangelij hodierni ordinabo tres horas, secundũ tres principales partes, quas habet iuxta tres Christi excellentias quæ in eo ostenduntur.

Prima est humilitas gratioſa.
Secunda benignitas virtuoſa.
Tertia sublimitas glorioſa.

In his autẽ nõ plantabo caules, nec spinagia, sed herbas aromaticas, & virtuosas bonarũ stoctrinarũ. In primo plãtabo vnã herbam aromaticã, quæ dicitur doctrina ethica vel monastica, ad regendũ propriã personã. in secũda aliã, quæ dicitur politica & generalis, ad regẽdũ cõmunitatẽ. In tertia aliã, quæ dicitur economica cõiugalis, ad regẽdũ propriã domum. Hæ plãtæ erũt ita odorifere, ꝙ potero dicere. Exiit fama hæc &c. Dico primo ꝙ in euãgelio hodierno ostẽditur vna excellẽtia Christi, quæ dicitur humilitas gratioſa. Hoc ostẽditur in prima parte euangelij cũ dicitur, Loquẽte Iesu ad turbas. vsq;, sequebãtur eum discipuli eius. Quæritur, quare Christus hũc principẽ statim secutus est, cũ tamẽ Regulũ eius aduentũ petentẽ increpauit? vt patet Io. 4. Respõsio, ꝙ iste princeps habebat duo. s. firmã credẽtiã in corde, ꝙ. s. poterat sanare filiã suã, vt patet in petitiõe dicẽs, Veni, impone manũ super eã, & viuet. Secũdo habebat ardẽtẽ deuotionẽ ad Christũ, quia accedẽs adorauit eũ. Ista duo statim trahũt ad se ipsum. No. ad hoc exẽplũ naturale, ꝙ cãdela clarescẽs & fumigãs, finaliter trahit ad se lucẽ, Christus dicitur lux, Erat lux vera &c. Io. 1. Si ergo tu habes claritatẽ fidei in corde, & fumig

migatione deuotionis, statim trahes ad te Christum. Apostolus, In Iesu Christo neque circũcisio aliquid valet, neque preputium, sed fides, ecce credentia, quæ per fidem operatur, ecce deuotio, ad Gal. 5. Quia ergo ille princeps habebat ista duo, & non ille regulus, ergo &c. Ecce hic humilitas Christi gratiosa. Ecce hic prima pars horti huius Christi dispositi, & ordinata, modo seminemus in ea herbas aromaticas, scilicet de doctrinis ethnicis & monasticis, ad regẽdum propriam personam in bona vita. Et sunt duæ, scilicet oratio, que nos preseruat à peccatis futuris. Secunda est confessio, quæ purgat à peccatis præteritis. Oratio ostẽditur cum dicitur, Ecce princeps vnus accessit &c. Qui enim vult &c. debet primo ad Christum accedere, qui vult regi supplicare, primo accedit. Si dicatur, Et quomodo possemus Christo accedere, cum sit in cælo? Dico, non debemus accedere corporaliter sed intellectualiter, cogitando, Quando vis orare, cum quo habes loqui? s. cum rege cæli, cogitando ꝙ vides eum in cathedra sedentem, sic accedit homo. Et sicut ille qui loquitur cum rege, flectit genua, & discooperit caput, ita etiam in oratione, quia ex quo homo accessit, debet orare. Ideo dicitur de principe, ꝙ accessit ad eum, & fecit suam supplicationem. Ecce qualiter ostendit nobis orare, Ideo Dauid, Accedite ad eum & illuminamini &c. Qui autem sic orauerit sicut princeps iste, erit eius oratio accepta, qui aliter orat, nõ obtinebit aliquid. Ecce hic herba aromatica, quæ preseruat hominem. No. hic exemplum siue miraculum de iuuene mercatore, deuoto virgini Mariæ, qui quolibet die contemplando xij. gratias factas virgini Mariæ, secundum xij. partes suæ personæ præsentabat. xij. Aue Maria. Primo cogitabat & cõtẽplabatur caput Ma. plenũ sapientia plusquã patriarchæ, & prophetæ &c. & sic dicebat primũ Aue Ma. Deinde oculos, quoties respexit Christũ, Tertiũ aures quomodo audierit Christi sermones. Quarto nares, qualẽ odorẽ sensit de corpore Christi in die natiuitatis. Quinto os, quoties osculata est Christũ. Sexto vbera quæ lactauerunt filium dei. Septimo cor plenũ igne amoris. Octauo brachia quibus amplexata est Christum. Nono ventrẽ tanquã Christi camerã. Decimo genua qualiter orabat. Vndecimo tibias, qualiter iuit laborando, quãdo perdidit filium, dum esset annorũ duodecim. Duodecimo animã plenã omni perfectione, & corpus penitẽtiali afflictione. Nota qualiter dũ prædictus iuuenis iret ad feriã, in via inuenit latrones &c. Ex isto miraculo potestis cognoscere quomodo oratio facta ad deum est herba aromatica. Ideo Christus di. Oportet semper orare, & non deficere, quolibet mane & sero. Lu. 18. Secũdo iste princeps ostendit confessionẽ sacramentalẽ, quę purgat à peccatis prẽteritis in verbis, quãdo dixit, Dñe filia mea &c. statim post peccatũ mortale filia mea. i. anima est mortua. Ideo de bona ratione & de consilio statim esset confitendum peccatum qualibet die. Modo dicunt multi,

Expectabo quadragesimã, & sic cadit lutũ in tunica, nũquid dices expectabo per annum? Ecce quare dicit, Modo defuncta? Qui autem nec in xl. vult confiteri, punietur, & primo in anima, quæ sepelietur in inferno, secundo in corpore, quia non debet sepeliri in cemeterio. extra de pœ. & re. c. omnis. vide supra domi. xviij. sermo. j. in fine. Nota quomodo curatus debet habere in scriptis qui confitentur, & qui non &c. Qui abscondit sce. sua non diri. qui autem confessus fue. & reli. ea, mi. consequetur, Prou. 28. Ecce quare dicit, Filia mea &c. Secundo dicit prima pars, Veni & impone manum tuã &c. Ecce hic absolutio, antequam persona confiteatur, est habitatio dæmonum, quot peccata mortalia quis habet, tot dicitur habere dæmonia. De beata Magdalena dicunt euangelistæ quòd Christus eiecit septem dæmonia, id est septem peccata mortalia, quia non legitur q̃ fuit dæmoniaca, sed facta confessione venit Christus per gratiã. Ideo dixit veni domine. Et Christus, Veniam &c. Doctrina est theologiæ, q̃ in absolutione nõ solum venit Christus per gratiam, imo etiam per præsentiam personalem, & nõ solum Christus, sed etiam tota trinitas. Io. 14. Si quis dili. me, sermo. meum seruabit scilicet illum quem dixi, per os apostoli Iac. Confitemini alter. peccata vestra, & orate pro inuicẽ &c. Iac. 5. & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus. Ecce pœnitentiæ iniunctio. Pœnitẽtiam vocat manum, quæ quinque digitos habet. Primus est pollex, & est contritio cordis. Secundus est bonum propositum non redeundi ad peccata. Tertius est pœnitentialis afflictio, quia, sicut caro fuit ibi occasio peccandi, ita etiã pœnitere debet. Quartus est iniuriarum remissio, cogitando quòd maiores iniurias fecisti Christo. Dicunt medici quòd in isto digito est vena cordialis. Ideo in desponsatione ponitur ibi anulus, ad innuendum quòd se debent cordialiter diligere. Quintus est iniustorum restitutio, tam de fama, quam etiam de bonis. Ecce quare dicit, Impone, quia ita promisit deus. Si impius egerit pœnitentiam à peccato suo, vita viuet, & non morietur &c. Ezech. 33. Dico secundo quòd in secunda parte euangelij ostenditur secunda virtus Christi, quæ dicitur benignitas virtuosa, cum dicitur, Ecce mulier &c. vsque mulier ex illa hora. Ecce hic Christi benignitas virtuosa, quia cum illa mulier deberet puniri, quia approximabat contra legem. Leui. 15. Christus non solum non puniuit, sed etiam consolatus est eã. Et in illa parte plantandæ sunt herbæ aromaticę. s. doctrinæ politicæ, quę sunt ad bonũ regimẽ coĩtatis. Et ad hoc oportet duo puncta declarare. Primo, quæ est mulier quę habet &c. Ista mulier est cõmunitas, quæ abundat in peccatis notoriis. Peccata notabilia & notoria dicuntur sanguinis in sacra, scrip. Auto. Dauid, qui peccauit grauiter luxuria & homicidio, quia consequentia sunt & credidit &c. Ideo fuit sibi dictum, Egredere, egredere vir sanguinũ, & vir Belial. Ecce &c. 2. Reg. 16. & petiit veniã à deo di. Libera me de sanguinibus &c. Quomodo curabitur ista corruptio cõmunitatis? Dico q̃

tangendo veſtē Chriſti, quæ eſt ſacra ſcriptura. Ratio, quia ſicut veſtis cooperit perſonā, ita ſacra ſcriptura xp̄m. Ideo Iudei ſolū viderunt veſtē. De iſta veſte di. Eſa. Gaudens gaudebo in dño, & exultabit, aīa mea in deo meo, quia induit me veſtimentis ſalutis, & indumēto iuſtitiæ circūdedit me. Eſa. 61. Nota cum dicitur in plurali, veſtimētis, quia ſacra ſcriptura in vno libro non continetur, ſed in multis. Secundo dicit, & indumento iuſtitiæ, quia ſacra ſcriptura tota eſt vna, qua Chriſtus induitur. Si ergo hic cōmunitas patitur fluxum ſanguinis, & iā fetet per malā famā, & deficit paulatim, & vadit ad deſtructionē, remediū eſt tāgere fimbriā Chriſti. ſ. ſacrā ſcripturā, faciendo ea quæ dicit cōtra ſex peccata mortalia, & ſic curabitur. Primū peccatū eſt ſuperſtitionis, diabolicæ. Secūdum blaſphemiæ diuinalis. Tertiū negligentia feſtiuitatū. Quartū ludus. Quintū lupanaria ſecreta. Sextū ſocietates criminales. Ex peccatis ſecretis communitas non habet periculū, ſed quando peccatum eſt notoriū &c. Dico tertio q̄ oſtenditur Chriſti ſublimitas gloriosa in tertia parte euangelij, vbi dicitur, Cū veniſſet Ieſus in domum &c. vſque in finē. In iſta tabula ſunt plātandæ herbæ aromaticæ de doctrinis economicalibus pro bono regimine domus. Tria fecit Chriſtus in ſuſcitatione huius puellæ, in quo oſtendit totū regimen domus. Primo eiecit de domo tubicines, & turbā tumultuantē, in quo ſignificatur excluſio malæ ſocietatis. Si vultis bene regere domū veſtrā, expellatis malos. Item nō ſolum expellere malas perſonas debetis, ſed etiam malas conſuetudines. Item ſi famuli non habent occaſionem audiendi miſſam, detis eis facultatē, quia oportet reddere rationē de eis. Ideo ſcriptura, Si quis. ſ. paterfamilias, ſuorum, & maxime domeſticorū, curam non habuerit, fidem negauit. 1. Tim. 5. Secūdo tenuit manum eius, ecce Chriſti protectio. Quod conſeruabit domum tuam in abundantia, & in pace &c, & poteris dicere cum Dauid, Tenuiſti manum dex. meam. ſ. proſperitatis, & in vo. t. dedu. me, & cum gloria ſuſce. me, pſal. 72. Tertio di. puellę, Surge. Ecce gratiæ ſpiritualis collatio, Surge qui dormis, & exurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus, ad Epheſ. 5.

De eadem dominica, Sermo ij.

ACceſsit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius. Iſtud verbū habetur originaliter Mat. 9. In iſto ſer. volo delarare qualiter anima peccatis infirma poterit curari. Materia erit bona & ſpeculatiua, & etiā moralis. Sed primo ſaluetur virgo Maria. Cogitaui pertractare verbū iſtud ſecundum tres intellectus ſacre ſcripturę. ſ. hiſtoricū vel literalē, allegoricū vel figuralē, tropologicū vel moralē. Quātū ad primū intellectū, ſciēdū q̄ ex quo Adā & Eua peccauerūt cōtra deū, oēs gēres mūdi ꝓpter pctā tēdebāt ad finalē deſtructionē & perditionē ꝓpter qđ deus volēs mittere ſaluatorē & redēptorē, elegit ſibi certū populū in iſto mūdo de quo naſceretur ſecūdum

Triplex diuinæ ſcripturæ ſenſus.

carnem. Cuius populi pater fuit Abraham, cui promisit deus ꝙ de sua generatione saluator mundi nasceretur. Cui populo dedit duo signa principalia, vt distingueretur à ceteris populis, prout pastor signans oues; vnū occultū in carne, & aliud publicum in vestimentis. Signū occultum & secretum in carne est circuncisio in membro virili, ad significandum ꝙ de sua generatione Messias saluator mundi nasceretur. Circūcidetur in vobis omne masculinum. Gen. 17. Domine & vbi erit ista circūcisio? in aure? non, in digito? non, sed circuncidetis carnem preputij vestri, vt sit in signum. s. quòd de illa generatione nascetur saluator mundi. Ideo Iudei & Agareni qui circunciduntur faciunt contra promissionem, quia ex quo promissio est completa cessat signum promissionis. Quid facit signum in taberna, ex quo vinum iam est venditum? quia iam venit Christus, & ipsi ostēdunt quòd nondum venit. Ideo ipsi peccant, propter quod nō recipimus circuncisionem illā. Vnde apostolus, Dico vobis quoniam si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit. ad Gal. 5. Hoc signum voluit recipere Christus, vt daret finem legi Moysi, quæ tota ordinabatur ad Christum, tanquā ad causam finalem. Ideo dicit Christus, Amen dico vobis, quia non veni soluere legem &c. Mat. 5. Secundum signum quod dedit illi populo, fuit publicum. s. extra in tunica superiori, vt omnes cognoscerent ꝙ erant de genere Abram. s. quatuor fimbrias de colore cæleſti, de filo, vel de serico, vna ante, alia retro, alia à dextris, alia à sinistris, & dicuntur fimbriæ. De hoc autori. Dixit quoque dominus ad Moysen, Loquere filis Israel, & dices ad eos, vt faciāt sibi fimbrias per quatuor angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas, quas cum viderint recordentur omnium mandatorum domini &c. sintq; sancti deo suo. Nume. 15. No. vittas hyacinthinas, ad significandum doctrinam cæleſtem regis Messiæ, quæ debebat dari per quatuor euangelistas, per Matthæum, qui ante alios scripsit euangelium. Doctrina & lex Christi non promittit terrena, vt lex Moysi, sed cæleſtia. Qui facit voluntatem patris mei qui in cæl̄is est, ipse intrat in reg. cælorum. Mat. 7. Christus autem sicut voluit in carne suscipere signum circuncisionis, sic etiam in vestimento portabat prædictum signum distinctionis. Iterum cum esset puer, virgo Maria manibus propriis fecit sibi vnam tunicam, & semper portabat illam amore matris, & ipso crescente crescebat vestis, & virgo posuit in illa illas vittas hyacinthinas. Vnde super illo verbo mulieris, Samaritanæ, Quomodo tu Iudeus cum sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? Non enim coniunguntur Iudæi Samaritanis. Ioan. 4. Dicunt hic glosæ, quòd in vestibus & fimbriis cognouit eum esse Iudæum. Ideo mulier alia, quæ habebat fluxum sanguinis de qua loquitur euangelium, dicebat intra se, O si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero. Sed misera, quare approximabat?

mabat? quia tales mulieres ab aliis excludebantur secundum legem. Leui.15.quia fetebant. Dicebat enim, si ego venio ante eum, sentiet fetorem; si ad latus, item. ergo voluit retro venire, & hoc dicit thema, Accessit retro, & tetigit fimbr. ve. &c. Et Christus cū vidit eam, ipsa timuit, credēs ꝙ eam reprænderet, sed Christus consolatus est eam di. Confide filia &c. Et hoc de primo. Quantum ad secundū, scilicet ad intellectum allegoricū, Dicitur ab allos græcè, ꝙ est alienum Latine, & gore sentētia, quasi aliena sententia, quādo facta vel dicta sacræ scriptu rę exponuntur de Christo. Ideo apostolus exponēs aliqua facta Abrahę de Christo, dicit, Quæ sunt per allegoriam dicta. ad Galat. 4. Cum ergo dicitur, Accessit retro, scilicet anima peccatrix, & tetigit, oportet declarare quę sit ista vestis Christi. Dico ꝙ per allegoriam vestis est humanitas sumpta de beata virgine. Ratio, quia sicut vestis cooperit personam, ita humanitas diuinitatē Christi. Ideo solum videbant vestem. Cum in forma dei esset, habitu inuētus est vt homo. ad Phil 2. In hoc vestimēto portat quatuor fimbrias. Anterior est dulcissima misericordia ad pœnitentes, intātum ꝙ si aliquis princeps vel dominus haberet partem suæ misericordiæ, reputaretur stultus. Quia si esset aliquis miles, qui fecisset omnia hæc mala. s. ꝙ occidisset patrem suum, & matrem, & filios regis, & violasset filias eius, & ipsum percussisset, & parceret sibi, stultus reputaretur. Maior est adhuc infinita misericordia Christi, quia si vnus occidisset oēs apostolos, & Ioseph patrē putatiuum, imo etiam si virginem violasset, & ipsum Christum propriis manibus crucifixisset, si post haberet tantam contritionem, vt granum sinapis, & peteret veniam in hoc mundo, Christus statim parceret sibi. De hoc autoritas, Si impius egerit pœnitentiam ab omni peccato, scilicet &c. Ezechiel. 18. Secunda fimbria posterior est durissima iustitia ad impœnitentes. Sicut enim est infinitæ misericordiæ pœnitentibus, sic est infiniti rigoris impœnitentibus, qui nolunt conteri, nec confiteri, nec desistere a peccatis. Intantum ꝙ si vnus decederet in vno solo peccato mortali, & a Christo peteret veniam de illo peccato, & omnes sancti & sanctæ orarent pro illo genibus flexis, imo omnes sancti angeli, imo & virgo Maria, nō obtinerent sibi veniam, etiam si centum vel etiam mille annis pro illo intercederēt. Quare patet hic stultitia multorū di. Ego bene comparonam me cum deo, deus est misericors. Verū est, sed etiam est durissimus impœnitentibus. Autori. Zelus & furor viri nō parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Prouerb. 6. Tertia a sinistris largissima gratia præsertim deuote orantibus. Quia si in presenti vita homo pœnitet, & petit aliquam gratiam, vel aliquod donum, statim conceditur sibi, nisi esset in detrimentum animæ. Quando homo petit aliquid, quod non datur, signum est ꝙ non esset vtile animæ, sicut nec vos daretis vinum,

& fructus infirmo, licet pereat, quid non esset sibi vtile. Si autem perit de facculo, dabitis. Sic omnes sumus infirmi, nescimus quid est nobis vtile vel nociuum. Infirmus petit sanitatem, nō dat Christus, quia non esset vtilis animæ suæ, sed dat patientiā, quæ est melior. Si quis indiget sapientia, postulet illam a deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Iaco. 1. Quarto fimbria a dextris est excellētissima gloria in futuro, de qua apostolus, qui eam vidit, interrogatus quid vidisset, non potuit exprimere, sed dixit, O altitudo diuitiarum &c. ad Rom. 11. De omnibus his quatuor fimbriis dicit Dauid in vna autoritate. Quia misericordiam & veritatem dilexisti. Psal. 83. Nota quomodo deus noster diligit misericordiā, ecce fimbria anterior, & veritatē, id est iustitiam, ecce posterior. Gratiam dabit dominus. s. in hoc mūdo, ecce sinistra, & gloriam in alio, ecce dextera. Quādo ergo aliqua persona patitur fluxum sanguinis, quæ scilicet abundat in peccatis ad tactum vnius fimbriæ sanatur, non anterioris, sed posterioris. s. iustitiæ. Ideo dicit, Accessit retro. Quantū ad tertium iuxta intellectū tropologicum, a tropos quod est cōuersio, & logos sermo, quasi sermo cōuersus ad mores. Pro quo sciendum, q̄ bona vita est nobis vestimentū necessarium, quilibet enim homo vel religiosus tenens bonā vitam est bene indutus. Nullus sine indumēto bonæ vitæ potest intrare ad nuptias paradisi. No. parabolam quæ habetur Mat. 22. de rege faciente nuptias filio suo. Rex autem intrauit, vt videret discūbentes; si aliquo indigebāt, qui inuenit ibi vnum non vestitū veste nuptiali, cui dixit rex, Amice quomodo huc intrasti nō habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris, Ligatis ma. & ped. proicite eū in te. exte. ibi erit fle. & stri. den. Vestis nuptialis est bona vita, sine qua nullus potest cēlestes nuptias intrare. Ideo dicit apostolus, Induite vos sicut electi. ad Colos. 3. Patet hic respōsio ad quæstionē quærentium an erimus induti an nudi in paradiso, quia oēs erimus induti, nō vestimētis corruptibilibus, sed vestimentis virtutū. Ioan. in Apoc. Beatus qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant scilicet sancti turpitudinē eius. Apoca. 16. Quatuor fimbriæ vestis bonæ vitæ sunt quatuor virtutes cardinales siue morales, anterior est prudētia intellectualis, quæ præcauet pericula spiritualia & tēporalia, quia auisat antequam veniat periculum, ne homo cadat faciendo cōtra deum. Ideo dicit scriptura, Oculi tui recta videāt, & palpebre tuæ præcedāt gressus tuos. Prouer. 4. Palpebre molles sunt cogitationes animæ, quæ debēt precedere di. Si ego facerē hoc, posset sequi hoc vel hoc. Ideo multi frangunt sibi collum, quia prius nō cōgitant. vt patet de Dina filia Iacob, quæ egressa est vt videret mulieres regionis illius, quam cum vidisset Sichem princeps terræ illius, rapuit eam, & dormiuit cum ea. Gene. 34. Ecce quare dicit, Oculi tui &c. Posterior est iustitia pœnitentialis, quæ punit peccata præterita faciendo iustitiam

de fo.

de se, secundum quòd homo peccauit. Si peccasti per superbiam, facias iustitiam. De ista fimbria dixit deus, Custodite iudicium, & facite iustitiam, quia iusta est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur. Esa. 56. Dextera est temperantia virtualis, quæ in prosperitate refrenat, ne homo faciat excessum. In chamo & freno &c. Psalm. 31. Sinistra fortitudo, quæ facit hominem tolerare aduersa. Ad tactum enim iustitiæ pœnitentialis non solum infirmus sanatur, sed etiam mortuus suscitatur, & non solum persona particularis, sed etiam communitas generalis. Quando scilicet quis facit iustitiam de peccatis notoriis. Auctoritas. Repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, vt eradicem & destruam &c. Hiere. 18. Patet q̃ ex pœnitẽtiali iustitia reuocatur sentẽtia data in curia diuinæ iustitiæ. Tangamus ergo illam fimbriam, & habebimus sanitatem.

De eadem dominica xxiiij. post Trinitatem.

Sermo. iij.

IMpleamini agnitione voluntatis dei. Colossen. 1. Inter alia multum ad saluationem nostram necessaria est scire voluntatem dei. Ratio, Quia seruus si non sciat voluntatem domini, quomodo poterit bene seruire? in quo credit domino bene seruire, displicet. Quare in primis si quis voluerit bene seruire, debet primo scire voluntatem domini sui. Ita omnes serui sumus domini nostri Iesu Christi. In baptismo conducit nos, sacerdos est notarius dicens, Quid vis? respondet, fidem Iesus Christi. Et sacerdos, Et fides Christi quid dabit tibi? Respondet, Vitã æternam. Ecce salariũ Christiano promissum, qui crediderit, & baptisatus fuerit, saluus erit. Marc. vlti. ergo abrenuncia Sathanæ. Respõdet, Abrenuncio. Ecce cõductio in hoc consistit. Ideo non solum inquantũ creaturæ suæ sumus, tenemur sibi seruire, sed etiã ex speciali cõductione, quia ex speciali gratia & bonitate sua vult nobis pre multis Paganis suum dare salariũ, si fecerimus voluntatẽ eius. Autori. Non omnis qui dicit mihi, domine dñe, intra. in re. cę. sed qui fa. vo. pa. mei, qui in cælis est, ipse intra. in reg. cæl. Matth. 7. Quare super omnia necessarium est scire quæ sit eius voluntas, & quid velit de vno quoque. Ideo Dauid petendo ait, Domine ad te confugi, doce me fac. vol. &c. in Psal. 142. Nota q̃ Dauid in persona loquitur peccatoris, Domine ad te confu. q. d. seruiui hucusque diabolo, eius voluntatẽ faciendo in superbia, & luxuria &c. sed volo dimittere. Ideo dñe ad te confu. do. me &c. quia deus meus es tu. Deus in veteri testamẽto non ita clarè declarauit suam voluntatem, sicut in nouo, quia modo quilibet religiosus, clericus &c. potest scire de eo quid vult deus, quia totum est scriptum, non oportet nisi legere vel audire. Ideo dicit thema, Impleamini agnitione voluntatis dei. Modo videamus quid deus vult de nobis in hoc

mundo,vt ſimus digni habere ſalarium gloriæ. Et amore veſtri quæſi-
ui,& inueni octo quæ deus vult,quæ ſunt.

Veritas diuinalis.
Charitas cordialis.
Puritas perſonalis.
Honeſtas exemplaris.
Vnitas amicabilis.
Pietas fraternalis.
Aſperitas pœnitentialis.
Firmitas virtualis.

Dico primo ꝙ quilibet debet habere in ſuo intellectu,& credere veri-
tatem diuinalem. ſ. ꝙ credat firmiter veritates fidei catholice,a deo in-
carnato nobis reueſatas. Ratio,ſi aliquis habet vnam falſam opinionē
de aliquo articulo fidei,ibi eſt periculū maximum,quia totū ædificium
& fundamentum virtutū & meritorum corruet. Si nō vis credere Pri-
ſciano de regula per eum data in Grammatica,nō eſt periculum, ſed ſi
non vis credere Chriſto de regulis per eum datis de articulis fidei, ibi
eſt periculum. Quare ſanctus Tho.ij.ij.q.ij.ar.iij.de fide,quærit ſi quis
dubitat in vno articulo fidei,an habeat fidem & credentiam de aliis ar-
ticulis fidei,dicit,ꝙ nō,ſed ſolum opinionē de aliis. Ratio,quia certum
eſt ꝙ virtus nō habet niſi vnum fundamentū indiuiſibile,quod eſt veri
tas diuinalis fidei,quæ falli non poteſt, nec fallere, qui ergo dubitat in
vno,non remanet ſibi fundamentū de aliis,cum non ſit vnicum funda-
mentum omnium. Not.ad hoc ſimilitudinē de magna rupe, ſuper qua
eſſent duodecim camere ædificate,quia ſi rupes cadit,cadunt etiam oēs
camere.ſed ſi ſolū caderet vna camera,nō ex hoc caderent oēs aliæ. Ita
ſaxum fortiſsimū eſt prima veritas,ſuper iſtam conſiſtunt duodecim ca
mere articulorum. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id
quod poſitū eſt,quod eſt Chriſtus Ieſus,quia ipſe eſt via,veritas,& vita.
Ideo amoto hoc fundamēto,nulla camera remanet,ſecus de virtutibus
moralibus,ſaltē acquiſitis,quia vna amota,alia remanet. Itē dicit ſan-
ctus Tho.vbi ſupra. Sicut peccatū mortale cōtrariatur charitati,ita diſ-
credere vnum articulum contrariatur fidei. Sed charitas non remanet
in homine poſt vnum peccatum mortale,ergo nec fides poſtquam quis
diſcredit vnum articulum fidei. hæc Tho. Vnde extra de hære. libr.v.
cap.j. Dubius in fide infidelis eſt, ſunt verba Stephani papæ, vult ergo
deus vt habeamus virtutem diuinalem. Autoritas. Hoc bonum eſt,&
acceptum coram ſaluatore noſtro deo,qui vult omnes homines ſaluos
fieri, & ad agnitionem veritatis venire, primæ Timoth.2. Item ſi quis
voluerit voluntatem dei facere, cognoſcet de doctrina mea vtrum ex
deo ſit. Ioan.7. Nota, qui vult, quantum eſt ex parte ſui ipſe vult,
ſed non vult cogere liberum arbitrium, ſed ſunt multi, qui nolunt

propter

Dubitans de vno articulo fidei, opinionē tantum habet de reliquis

propter liberum arbitrium, vt mali Christiani, peccatores, & infideles, qui nolunt ad agnitionem veritatis venire. Secundo vult vt habeamus charitatem cordialem, nō solum vult deus quòd intellectus sit informatus veritate diuinali, sed etiā quòd sit informata voluntas charitate. Charitas ergo ad deum est deuotio, & ad proximū dilectio. Istam vult deus in quolibet Christiano. Nota hic pulchrum exemplum veritatis declaratiuū. Quidam bonus homo videns scripturā tantum commendare virtutē charitatis, voluit habitare in villa vbi esset charitas, qua de re cucurrit de villa in villam, veniens circa quandam villam, vidit furcam, & suspensos in illa, & quærebat causam quare esset furca, & dicebatur sibi propter furtum. Deinde iuit ad ecclesiam si forte inueniret charitatē, & vidit ibi mulieres ornatas ad alliciendū viros. Tandem venit in partes orientales, & non inuenit furcam, qui petens quare hoc? fuit sibi dictum, Nunquid Christiani dicunt sibi nocere? Absit, & intrauit, & vidit quòd nullus decipiebat aliū, imo quando veniebat emptor, dicebatur sibi, ego iam vendidi hodie, sed vicinus meus nihil vendidit &c. Deinde iuit ad curiam, vbi cōsueuit fieri iudiciū, & vidit portas clausas, plenas telis aranearū, qui quærens vbi placitabant, fuit sibi dictum quòd inter eos non fuerat, nec erat litigium, nec quæstiones, sed ter aut quater in anno aperiebatur curia, præmisso præcone si aliquis haberet quæstionem, & iudex expectabat, & videns quòd nullus veniret, ibat ad prandium. Et dixit ille, O hic est charitas. Deinde iuit ad ecclesiam in dominica, vidit antequā missa inciperetur, statim ecclesia erat plena, viri seorsum, & mulieres seorsum cum magno silentio deuote. Post missam vidit quòd bini & bini ibant ad communicandum, & post dabant sibi mutuo pacem. Deinde mulieres idem faciebāt. Hæc est perfecta charitas. Ecce erga deum quanta deuotio, & erga proximum quanta dilectio. Et dixerunt sibi, Vos estis extraneus, venite ad domum meam. Non, dixit alius, vos habuistis heri peregrinos, ideo dimittatis mihi istum si placet. Et dixit ille, Hic ego volo stare, inueni quod quæsiui. Ecce hic charitas, quam vult deus, sed hodie, proh dolor, non inuenitur. De ista dicit Christus in quodam sermone, Ignem scilicet charitatis ardentis veni mittere in terrā, & quid volo nisi vt ardeat? Luc. 12. Modo potestis intelligere quid sit charitas. Tertio vult deus de nobis puritatem personalem, scilicet quòd conseruemus personam nostram puram a malis cogitationibus, & a luto luxuriæ, triplici ratione. Prima est propter creationē, deus enim creauit hominem ad imaginem & similitudinem suam, quantum ad animam, quia tunc deus non habebat corpus. Sicut ergo magnū esset peccatum imaginē Christi proiicere ad lutum &c. maius peccatum sit quando anima quę est proprior & verior imago dei, proiicitur in lutum luxuriæ. Ideo cuilibet homini dicitur, Custodi temetipsum & animā tuam solicite. Deuteronom. 4. Ibidem,

Custodite sollicite animas vestras. Secunda ratio est propter redẽptionem, assumpsit carnem humanam, & licet quilibet homo teneatur sibi seruire ex prima ratione, multo magis modo, quia deus factus est ad imaginem & similitudinem hominis. Fugite ergo fornicationẽ. Omne enim peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. 1. ad Corinth. 6. Si dicatur, Ego sum inclinatus ad illud &c. Solutio. Poteris resistere inclinationi tuæ cum gratia diuina, & per liberum arbitriũ, quod nõ potest cogi: nam quando domus comburitur, aqua petitur. Tertia ratio est propter baptismalem generationem spiritus & aque, quia si calix vel corpotalia sancta proiicerentur in latrinam, magnũ peccatũ foret. Dico maius peccatum esse corpus Christiani proiicere in latrinã luxuriæ, quia maiorem consecrationẽ habet ex chrismate & oleo sancto. De his tribus rationibus autoritas. Hæc est enim voluntas dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos a fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore. 1. Thes. 4. Quid valet miles nescius equum suum refrenare? Idem de equo corporis. Quarto vult honestatẽ exemplarem, scilicet a dextra, ita quòd nullus possit sumere malum de vobis. Dicunt aliqui, quando reprehenduntur, quòd nimis cum muliere suspecta loquuntur, & quid ad me? deus scit cor meum. Hoc non sufficit, sed oportet vt nemo scandalizetur in vobis quantum in vobis est, si forte loquantur ex malitia, tunc non est culpa vestra. Ratio, quare hoc vult deus, quia quilibet artifex cupit laudari in operibus, & oppositum displicet sibi. Autori. Sic est voluntas dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorãtiam. 1. Pet. 2. Quinto vult vnitatem amicabilem, vt viuamus in bona amicitia, sine odio, & rancore. Ratio est, quia nullus vult corpus suum membratim diuidi. Omnes Christiani sumus vnum corpus mysticum. Caput Christus. Oculi contemplatiui, quia habent magnam scientiam ad videndum. Aures sunt iudices. Nares sunt deuoti, quia odoratũ animæ habent subtilem, quia sentiunt odorem Christi, & virginis, & sanctorum, eorum exempla sequendo. Colla religiosi sunt, per quos transit esca spiritualis ecclesiæ in corpus Christianitatis, & viuit. Et brachia sunt domini temporales, qui habent ecclesiam defendere. Venter diuites, qui continent omnia, & distribuũt. Crura sunt illi de matrimonio, qui generant. Tibie & pedes sunt artifices & laboratores, qui totum sustinent. Autori. Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra nõ eundem actum habẽt, ita multi vnũ corpus sumus in Christo. ad Roma. 12. Vult ergo deus quòd nullus sit diuisus ab alio per odium, rancorẽ &c. Vnde sicut aliquando vnum membrũ nocet alteri, vt digitus oculo, vel manus pedibus, nõ tamen recipiunt vindictã, imo patienter sustinent, ita &c. Ecce hic ratio naturalis. Autori. Vbi Christus loquitur ecclesiæ

Christ

Christianæ, Quoties, id est multoties volui cõgregare filios tuos diuisos, scilicet quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti. Matth. 23. Nota, Christus cõparat se galline, gallina antequam habeat pullos, habet vocem claram, sed postquã habet pullos, efficitur rauca, & parum comedit. Sic etiã Christus, cum sit verbũ æternum, claram vocem habebat, sed in tantum clamauit, quòd dixit, scilicet prædicando, Raucæ factæ sunt fauces meæ. Et sicut gallina quãdo videt miluum, vocat pullos & c. ita Christus quãdo videt contra venire miluũ, id est diabolum, quem nos non videmus, ad nos clamat di. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Matth. 11. Expandens alas suas. Dextra est pax, sinistra est concordia, vt sub his alis ponamus nos. Sed multis accidit vt pullo in spica occupato, & nõ curat venire, & sic recipitur a miluo. Sic etiam Christus vocat nos sub alis pacis. Sed dicit aliquis filius diaboli, Non, per corpus vindicabo me. talis occupatur circa spicam. Sexto vult deus pietatem fraternalem, scilicet quòd ipsi de bonis, quæ dedit ipse nobis, siue temporalia siue spiritualia sint, demus proximis indigentibus. Not. de hoc sanctus Thom. ij. ij. quæst. xxxij. artic. ij. in corpore, qualiter sit in præcepto de superfluo, iuxta illud, Quod superest date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Luc. 11. Item vult quòd mutuemus sine vsura. Mutuum date, nihil inde sperantes. Luc. 6. De hoc Thom. ij ij. quæst. lxxviij artic. j. Ratio istorũ. Non enim vult deus quod homines sint auari, nam cætere creaturæ omnia eis a deo collata communicant, & dant homini, vt patet in sole, quia dat nobis claritatem & influentias. Ideo dicit Christus auaris Iudæis & Christianis, qui ex quo faciebant sacrificium, non curabant de pauperibus. Ozee. 11. Euntes discite quid est, misericordiam volo, & non sacrificium. vbi Thom. ij. ij. quæstio. iij. artic. iiij. Deum non colimus per exteriora sacrificia aut munera propter ipsum, sed propter nos, & propter proximos. Non enim indiget sacrificiis nostris, sed vult ea sibi offerri propter nostram deuotionem, & proximorum vtilitatem. Et ideo misericordia qua subuenitur defectibus aliorum est sacrificium ei magis acceptũ. hæc Tho. Ecce quare dicit, Misericordiam volo. Dicit hoc idem Christianis, quia sunt multi qui habuerunt multa de malo iniusto, de vsura, rapina, & post ordinant capellanias, construunt ecclesias, sed melius esset restituere illis vnde habent, quia illud esset misericordiæ & pietatis, quã deus vult. Idem dicitur etiam clericis thesaurizantibus, vt faciant beneficia, vt sunt episcopi. Nota, quòd nullus debet facere cisternam qui habet fontem in domo sua, sed in deserto sicco, vbi non est fons, debet fieri cisterna. Ideo seculares possunt congregare filiis. Hoc etiam dicitur confessoribus, qui omnes pœnitentiæ quas dant sunt missæ, causa auaritiæ, & non aduertunt Christi præceptum. Euntes discite. Septimo vult deus asperitatem

Quo pacto superflua, ex præcepto, sit eleemosinæ debita & astricta.

Qualiter sacrificia Deo placent.

pœnit

pœnitẽtialẽ. Si peccauimus cõtra deũ, non vult q̃ damnemur, ſed vt faciamus pœnitẽtiã. Patet a ſimili, ſi argẽtarius facit pretioſum vas auri, & cadit in lutum, vel in aquã, ſiue inter lapides, & totũ quaſſatur, nõ ex hoc proiicitur vas, qa pretioſa materia eſt, ſed hoc nõ facit figulus, quia parũ placet vas de luto, ſed argẽtarius ponit in fornello, deinde cõiungitur. Ita facit Chriſtus optimus argẽtarius. Homo eſt de pretioſo metallo. ſ. de argẽto ratione fidei. ex auro ratiõe charitatis. Si iſtud vas cadit in lutũ luxuriæ, inter lapides auaritiæ, non ſtatim reiicitur, ſed ſtatim reſtituitur, & reformatur in fornace contritionis, vbi ſtatu doloris incenditur. Secundo cõiunctura confeſsionis quaſi malleo reformatur. Tertio politur ex operibus pœnitẽtialibus ieiunãdo. Autori. Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit dominus deus, & nõ vt cõuertatur a viis ſuis, & viuat? Ezech. 18. & 33. Nolo mortẽ impij, ſed magis vt conuertatur & viuat. Octauo vult deus firmitatẽ virtualẽ, ſcilicet vt in bonis operibus ſimus firmi & ſtabiles. Nam ſi aliquis per. xcix. annos tenuerit bonã vitam, & in centeſimo dimittit, & dat ſe deliciis, & moritur ſic, talis nunquã intrabit paradiſum. Erat quidã mercator, qui emptis pretioſis iocalibus poſuit in quodã fardello, & tradidit vni portatori vt portaret vſq; ad domũ, dans ſibi vnũ florenũ pro leuca, qui quando fuit ad mediũ miliare, depoſito fardello, & perdito, venit ad domũ mercatoris, petens ſalariũ de hoc quod portauit, qui nõ ſolũ nõ recepit pretiũ, imo recepit opprobriũ &c. Ita ad propoſitũ. Quando aliquis incipit bonã vitam & ſanctam in religione, vel alias, nõ debet ceſſare in medio, ſed perſeuerare vſque in finẽ. Ergo dixit Chriſtus de ſancto Ioan. euangeliſta, Sic eum volo manere donec veniã, ſcilicet per mortẽ. Ioan. vlt. Item qui perſeuerauerit vſque in finẽ, hic ſaluus erit. Mat. 10. Iſidorus de ſummo bono, Tunc placet deo noſtra conuerſatio, cum bonum quod incipimus perſeueranti fine complemus hic. Iterum Chriſtus, Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Apoc. 2. Quam nobis concedat Ieſus Chriſtus.

Dominica. xxv. poſt Trinit. Sermo j.



Acite iudicium & iuſtitiã in terra. Hiere. 23. Inter omnia quæ maxime mouent homines ad dimittendum vitia, & malam vitam, eſt cognitio & timor diuini iudicij. Quanto plus homo cogitat ad iudicium, tanto magis cauet ſe a peccatis. Ratio, quia quilibet diſpenſator magni domini, quando cogitat & ſcit quòd de omnibus expenſis & receptis habet dare computum & rationem ſtrictam cum magna diligentia auiſat ſe, maxime cum in errore computi eſt periculũ mortis. Secus quando non habet reddere rationem, tunc ad libitum diſpenſat. Sic etiam de nobis, quilibet noſtrum eſt diſpenſator, habemus diſpenſare deſideria cordis, opera manuum &c. Autoritas. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros

niſtros Chriſti, & diſpenſatores, primæ Corinth. 4. Si ergo aliquis ex diaboli tentatione, qui ponit iſtum errorem in cordibus multorum, ꝙ non habeat reddere computum, laxat habenam dicens, Quid oportet me timere, ex quo non habeo dare computum de vita mea, talis ſine freno peccat, propter hoc diabolus laborat vt inducat gentes ad iſtum errorem. Sed quando homo credit, & cogitat quòd de omnibus cogitationibus quas cogitauit habet reddere rationem, vt dicit Sap. 1. In cogitationibus enim impij interrogatio erit. Idem de omnibus verbis minimis, vt dicitur Mat. 12. Omne verbū ocioſum quod locuti fuerunt homines reddent rationem de eo in die iudicij. Item de omnibus operibus, vt dicitur Eccl. vlt. Cuncta quæ fiunt adducet deus in iudiciū pro omni errato, ſiue bonum ſiue malum ſit. In quibus ſi error inueniatur, eſt periculum dānationis, talis cuſtodit ſe, & viuit ordinate. Ecce quare credētia & cognitio diuini iudicij mouet cor hominis ad bene faciendum. Auto. Fugite a facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius eſt, & ſcitote eſſe iudicium. Iob. 19. A facie gladij, ſcilicet ſentētiæ iudicialis. Et cōcordat Ioannes, qui vidit iudiciū dicens, ꝙ de ore eius, ſcilicet iudicis procedebat gladius ab vtraque parte acutus. Apoc. 19. Ideo Dauid cogitans diuinū iudicium orando ait, Confige timore tuo, id eſt clauifica & cōſtringe, carnes meas. i. carnalitates. Ratio, a iudiciis enim tuis timui. No, duplex iudiciū. Particulare quod fit in morte, & vniuerſale quod fit in fine mundi. De primo dicit thema, Faciet ſcilicet Chriſtus iudicium & iuſtitiam in terra, vt ſupra. Et tangit tria quę ſuntin iudicio particulari cuiuſlibet hominis, ſcilicet,

Stricta inquiſitio, ibi, faciet iudicium.
Iuſta diffinitio, ibi, & iuſtitiam.
Præſta executio, ibi, in terra.

De primo dico ꝙ in morte hominis eſt ſtricta inquiſitio, cū dicitur, Faciet iudiciū, ſicut iudex qui inquirit de omnibus. Diceret aliquis, Quid oportet? nonne iam ſcit omnia nō ſolum facta & dicta, ſed etiam minimas cogitationes? Iudices huius ſeculi qui neſciunt debent inquirere ſtricte, ſed ipſe ſcit omnia, ergo &c. Reſpondeo, licet omnia aperta ſint ipſi, tamen vt iuſtus iudex ſeruat formā iudicialē, quia iuſtus iudex primo audit accuſator, facitē proceſſum, vocat teſtes, dat defenſiones iuris. Sic Chriſtus iudex facit. Accuſator eſt diabolus, qui fecit peccare, qui ſtatim anima exeunte a corpore accuſat eam corā Chriſto. Etiam propria peccata &c. Bern. Tunc opera noſtra ſimul loquētia dicent, Tu nos egiſti, opera manuum tuarum ſumus, nō te deſeremus, tecum erimus, tecum ad iudicium pergemus, omnia enim peecata quæ nunc occulta ſunt extra proſilient, & ſuum accuſabunt actorem. Tinea veſtimentorum ſuperborum, aurum & argentū auarorum, ædificium iniquum vſurarium. Eccleſi. vlti. Cuncta quæ fiunt adducet deus in iudi-

cium

cium, siue bonum siue malum. Quod de malis fiat examinatio, non est dubium, nec iniuria, sed etiam de bonis. Ratio, quia deus non solũ vult vt faciamus bona, sed etiam bona intẽtione, quia ex bonis operibus de genere mala intentione factis homo damnaretur. Verbi gratia. Ponere filium in ordine mendicantiũ vt sit magister & confessor regis, intentio est mala. Ecce qualiter bona opera nostra examinantur in iudicio. Ideo Dauid in persona Christi, Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Deus distribuit tempus, cuilibet dans suam partem, vt lucretur tali xx. annos. & tali xl. & c. & quãdo videt quòd multi male expendunt tempus, ipse recipit sibi in cõmissionem dicens, Nolo quòd occupes &c. & tũc iudicat opera bona & mala. Ideo dicit, Ego &c. Ideo apostolus, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque prout gessit in corpore siue bonum siue malum. 2. Corin. 5. Secundum quod fit in iudicio particulari est iusta definitio, cum dicit, Faciet iustitiam. Facta autem inquisitione per iudicem, definitur quid faciẽdum sit. Sic etiã faciet Christus, facta iudicialiter inquisitione definit quid anima debet habere, quia si fuit de vita perfecta & apostolica, & fecit multa opera meritoria, & virtuosa, ita vt in statera diuinæ iustitiæ posita plus ponderent bona, condigne, & iuste definiens Christus dicet, Et quia in vita tua feci sti condignam pœnitentiam, non est rationabile quòd aliter eum facias hic, sed lætã facie extendit manũ dicens, Euge serue bone, & fidelis intra in gaudium domini &c. Mat. 25. Nota in punitione, scilicet pœnitentiarũ, nihil est respectu gloriæ. Si autem fuit malæ vitæ, & finaliter impenitẽs, facta inquisitione dicet, scilicet dæmonibus, Et seruum inutilem eicite in tenebras exteriores &c. Mat. 25. Nota qualiter recipitur anima a dæmonibus, proiicitur miserabiliter in infernum, caput primo &c. Si autẽ non fit omnino perfectus, nec finaliter impenitens, sed bona hora conuertitur ad deũ, dolet de peccatis, confitetur &c. Auisentur confessores, ne dent pœnitentiã contra voluntatẽ peccatoris, si illã seruãt liberantur ab inferno quãdo moriũtur, nõ tamẽ statim euolant, quia nõ fecerũt condignã pœnitentiã, nec descẽdunt ad infernum, quia penituerunt, sed definitur vt vadant ad purgatoriũ, ad complendã pœnitentiã. Talis pronũciatio dicitur cõdigna definitio. Ponã in pondere iudicii, & iustitiã in mẽsura. Esa. 28. Iudiciũ ponitur in pondere stricte inquirẽdo, & verba accusatoris & testium ponderando. Et iustitiã in mensura, scilicet vel gloriæ vel pœnæ in inferno, vel in purgatorio. Nota quòd ista mensuratio, scilicet gloriæ vel pœnæ, nõ est intelligẽda secundũ æqualitatẽ operũ, vel quantitatẽ durationis, seu valoris, scilicet pro die seruitii, vel hebdomada &c. det deus diem gloriæ hebdomadã &c. Nõ est ibi æqualitas temporis, nec etiã valoris, quia opera misericordiæ patriarcharũ, & deuotã prophetarũ, & passio martyrũ, nihil sunt respectu gloriæ. Apostolus

Inuito pœnitente, nõ est ei iniũgenda pœnitentia.

Non

Non sunt cõdigne passiones huius temporis ad futurã gloriã, quæ reuelabitur in nobis. ad Ro. 8. Sed illa cõmensuratio sit secundũ æqualitatẽ proportionis, quia ille qui fecit plura bona cum maiori charitate, habebit maiorẽ gloriam, & econuerso. Nota de corpore pueri, ad cuius augmẽtum augmentãtur & membra, nõ secundum æqualitatẽ, sed secundum proportionẽ qualitatis. Ideo Luc 6. Eadem mẽsura qua mẽsi fueritis, remetietur vobis. Si dicatur, Et quæ iustitia quòd pro peccato vnius horæ dãtur pœna æterna? Pro responsione nota hic quòd multi decipiũtur, credentes quòd quãdo anima dimittit corpus, quòd etiam dimittat peccata. Error est. Nam quandiu anima est corpori cõiuncta, recipit cõditiones corporis, mutabilitatem, variabilitatem. Autoritas. Sap. 9 Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, trahendo scilicet ad suam conditionẽ. Ideo quantumcunq; aliquis sit malus, nõ debet desperare, quia adhuc potest saluus fieri, & econuerso, quantumcunq; sanctus debet timere. Sed anima separata, ita firmatur, si moritur in gratia, quòd non potest gratiã perdere, si autẽ moritur in peccatis, ita obstinatur quòd nunquam potest peccata dimittere. Autoritas. Si ceciderit lignũ ad Austrum aut ad Aquilonẽ, in quocũq; loco ceciderit ibi erit. Eccles. 11. Homines dicuntur arbores in viridario ecclesiæ plantati, qui regenerantur in baptismo, vt faciant fructum. Infideles sunt arbores nemoris infructuose, quæ non proficiunt nisi ad ignem. Quod homines sunt arbores pãtet Mat. 8. c. Video homines velut arbores ambulantes. Vbicunque ceciderit, ibi erit. Mensura ergo pœnæ non datur damnatis secundum æqualitatẽ temporis, vel durationem peccati, nec delectationis, ita quòd quanto maior fuerit delectatio in peccato, tanto sit maior pœna vel minor intensiue, quia iudex nõ mensurat pœnam secundum delectationem, quæ aliquoties est pauca, & pœna magna. Sed datur pœna secundum æqualitatem proportionis, quia quanto maior fuit culpa in hoc mundo, tanto maior erit pœna intensiue in alio mundo. Autoritas. In mensura, scilicet pœnæ, contra mensuram, scilicet culpæ, cum abiecta fuerit anima, scilicet a corpore, iudicabit eã. Esa. 27. Tertium quod fit in iudicio est præsta executio. Quæstio est inter doctores vbi sit purgatorium animarum post mortem. Respondeo, Locus communis & ordinatus purgatorij est in visceribus terræ. Nota quomodo sunt in corde pomi domuncule pro granis, ita in corde terræ sunt domus distinctæ. Inferior est locus damnatorum. Deinde ascendendo limbus puerorum, vbi non sunt dæmones, nec ignis. Tertia domus est purgatorium, in quo non sunt dæmones, sed ibi est ignis, qui diuina virtute cruciat ãimas. Quarta domus est sinus sanctorum patrum. De quo loquens Iesus dixit. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus, Matthæi duodecimo. Sed

Bona opera nõ sunt digna æterno præmio nisi ex charitate.

Qui in peccato mortali decedit, perpetuò in eo manet obstinatus.

locus

locus spiritualis purgatorij & extraordinarius conceditur aliquibus a deo in hoc mũdo ex misericordia, vel ex alia causa in loco vbi peccauerũt. Itẽ aliqui ex speciali gratia habẽt hic suũ purgatoriũ per tribulationes, infirmitates, & sic de aliis, vt Paul. Act. 18. Cum peruenisset Romam, permissum est Paulo permanere cum custodiente se milite &c.

Purgantur interdum animæ in diuersis locis, ex priuilegio.

De eadem dominica xxv. post Trinit. Sermo ij.

ECce dies veniunt, dicit dominus. Hier. 23. Verbum propositum pro themate & fundamento nostri sermonis recitatur bis in epistola. Primo cum dicit, Ecce dies veniunt, dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit &c. Secundo in medio epistolæ cum dicit, Ecce dies veniunt, dicit dominus, & nõ dicent vltra, viuit dominus qui eduxit filios Israel de terra Egypti &c. Ratio, quare dicit, ecce, est quia dirigitur duabus conditionibus populorum. Primo quibusdam deuotis specialiter. Scitis quòd personæ spirituales & penitentes consueuerunt ieiunare aduentũ Christi, expectãtes suam glorioſam natiuitatem, quæ licet sit præterita, annuatim tamen representatur ab ecclesia, ac si esset futura, ideo prædictæ personæ seruant aduentũ abstinendo, sicut in xl. & in die natiuitatis comedunt illum panem calidum, sicut exit de clibano siue furno vteri virginalis virginis Mariæ. Et sicut dicitur quòd panis calidus multum confert comedenti, ita ille animæ. Sicut enim christiani expectantes Christi resurrectionẽ præparant se in xl. per septem hebdomadas, expectando quãdo exiet de sepulchro, sic modo expectant per iij. vel iiij. hebdomadas, quando exiet de virgine Maria, quæ est melior & sanctior sepulchro. Nam Christus ix. mensibus cum anima & sanguine fuit in vtero virginis, & in sepulchro nõ fuit nisi tribus diebus, & tribus noctibus, propter quod personæ deuotæ aduentum Christi ieiunant, licet nõ cadat sub præcepto, sicut xl. sed sub consilio. Et habemus exemplum Dan. qui cccxc. annos, antequam Christus incarnaretur, iã ieiunabat Christi aduentũ. Dicit ipsemet in diebus illis ego Daniel lugebam, trium hebdomadarum diebus panem desiderabilem non comedi, & caro & vinũ nõ introierunt in os meũ. Dan. 10. No. lugebã, id est, ieiunabã, quia in scriptura lugere ponitur pro ieiunare. Matth. 9. Quare nos & pharisei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Et Christus, Nunquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? Quia aliter non respondisset ad propositum. Secundo verbum thematis dicitur omnibus generaliter. Ecce dies, scilicet noui testamenti veniunt, dicit dominus, & non dicet vltra, viuit dominus qui eduxit filios Israel de terra Egypti, sed dicet, viuit dominus, qui eduxit semẽ domus Israel, id est, Christianos de terra Aquilonis, id est, a captiuitate diaboli. Nota quòd tres dies permaxime sunt venturi, & diligenter præcogitandi, scilicet

Dies

Dies mortis corporalis, quem debemus cogitare timorose.
Dies iudicij generalis, quem debemus pensare doloroſe.
Dies vitæ æternalis, quem debemus sperare gaudioſe.

Dico primo &c. ℣ inter cætera quæ vocant magis ad bona opera & virtuosa, & ad pœnitentiã, est cogitatio mortis. Patet, quia certum est ℣ habes mori, licet sis incertus de die. Ista dies multũ valet ad ordinandum vitam per regulam Philoloſo. in ij. Physicor. ℣ finis est causa causarũ, habens rationem optimi, non solum boni, sed etiam melioris & optimi, iuxta quem omnia alia ordinantur. Verbi gratia. Secundum finem ad quem homo tendit, ordinat omnia, vt qui parum vult nauigare non curat de magna nauis prouisione &c. Secus si vult vltra mare nauigare, & facere longum iter. Ideo dicit ℣ finis est causa causarum, dans rationem aliis rebus. Modo videamus ad quem finem & ad quẽ portum habemus venire, clarum est ℣ oportet nos transire mare magnum, & venire ad portũ mortis. Ideo indigemus magna naui & bona, tribus cooperturis cooperta, nauis est bona vita. Et coopertura secreta est fides, secunda est spes, tertia est charitas, quæ totũ cooperit. Charitas operit multitudiuẽ peccatorum. 1. Pet. 4. Vniuersa delicta operit charitas. Pro. 10. Et sicut pœnitentia ad instar nauis in principio est stricta, sic etiã bona vita est stricta, & pauci inueniuntur tã strictam & durã agere vitam vt expediret. Sed plurimi sequuntur sensualitatẽ, & vana corporis, & delectationes sensibiles & carnales. Et si aliqui bonam vitã & strictã, & pœnitentialem incipiunt, non tamen cõtinuant, sed paulatim, proh dolor, ad vitam delicioſam & carnalem redeũt, sed bona vita debet esse stricta. Ideo de bona vita dicitur, Facta est quasi nauis institoris. Prou. vlt. Nauta huius nauis est confessor. Ideo attendatis vt sit bonus, quia alias multæ naues perduntur ex malis confessoribus. Boni marinarij sunt bonæ societates. Auisa. Prouisio victualiũ sunt deuotæ orationes, arma pro defensione manus sunt opera spiritualia. Et pro lorica & thorace est cilicium. Etiam pro defensione sunt virtutes morales. Fiat ergo sic ratio. Si finis est causa causarum, & finis noster sit ad portum mortis, ideo ordinata debet esse vita nostra. Ideo dicit scriptura, Melior est dies mortis, die natiuitatis. Melius est ire ad domum luctus quam ad domum conuiuij. Eccl. 7. Nota. Melior est dies mortis die natiuitatis, scilicet ad ordinandum vitam. Secundo melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij. Ratio, In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogita quid futurum sit. Eccl. 7. Oppositum fit ab amatoribus mundi, mortem non pensantibus. Si dicatur alicui, Modo quo velles citius ire, ad domum luctus &c. Respondet quòd ad domum conuiuij. Sed attende quòd Salomon qui est sapientior dicit oppositum, quòd melius est ire &c. Et assumpsit rationem. In illa enim finis cun-

&orum. s. paupertas & infirmitas, quæ trahunt hominem ad dispositionem bonę vitę. Et econuerso in domo conuiuij videt superbiam, luxuriam &c. quæ trahunt eum ad malam vitam. Ideo dicit scriptura, In omnibus operibus tuis memo. no. tua, & in æter. non pec. Eccl. 7. Nota nouissima. xij. concurrũt in die mortis, sex corporis, & sex animæ, quæ sunt memoranda. Primo cogita ꝙ tunc perdes vitã corporalẽ, cũ super omnia diligis, quam nunquam recuperabis pro isto mundo. Ideo despiciatur ista vita, & tantũ nõ diligatur vt labores pro ea inutiliter. Secũdo cogita ꝙ nudus sepelieris, non vestient te de auro. Tertio omnes amici nos deserent, solum nos sequentur vsque ad foueã. Ideo non ponamus nimiã spẽ in amicis &c. Quarto cogita quomodo ponetur corpus in fouea, & calcabitur pedibus. Ideo noli superbire. Quinto quid erit de corpore tuo in fouea, & cogita qualiter comedetur à vermibus. Sexto cogita quantus est dolor in separationẽ animæ & corporis. Verbi gratia, Quando scinditur aliquod membrum est magnus dolor. Ratio est, quia anima habet dimittere illum locũ, & restringere se, quãto igitur maior erit dolor quando fiet separatio animæ à toto corpore, & à singulis eius partibus? Septimo cogita quando anima est separata, statim ducitur ad iudiciũ, & Christus iudex licet omnia sciat tamen interrogat, quis es tu? quid feci pro me? &c. Octauo cogita quomodo ille diabolus, qui te fecit peccare, accusabit te in iudicio. Nono cogita de sententia, quæ datur irreuocabiliter, quæ maxime timẽda est. Decimo cogita si sententia datur contra te, qualiter fiet executio à dęmonibus. Vndecimo cogita de acerbissima pœna, quando anima erit in porta inferni, timore concutietur inestimabili. Duodecimo cogita perpetuitatem pœnarum, quia in ęternum durabunt, quia incorruptibilis est anima, & impœnitens, obstinata in culpa, ordinatur per pœnã. Cum ergo in vniuerso nihil debeat manere inordinatum, ergo durante culpa in dãmnatis in perpetuum durabit iste, & rationabiliter pœna in perpetuum. De hoc etiam supra in parte hyemali plures adductæ sunt rationes. Ecce quare scriptura dicit, In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua &c. Vnde dicit Hieron, & est sententia omnium sapientum, Viram esse meditationem mortis. Idem Hyeron. dicit ad Paulinum, Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum, cap. 8. Dico secundo &c. Quia sicut dies mortis facit vitam ordinare, ita cogitatio diei iudicij facit bonam vitam continuare, & pœnitentiam. Ratio est secundum regulam lib. Topicorum, quòd de duobus malis pœnalibus, scilicet minus malum est eligendum. Esset enim homo sicut stultus, si aliquis ex aliquo crimine esset sententiatus, scilicet quòd indueret camisiam vel tunicam ferream. Vel si talis habens libertatem eligendi illam vel illam vestem, eligeret tunicam ferream, quæ magis est afflictiua, stultus esset. Ita de nobis

eis

est, quilibet nostrum potest accusari. Et Christus dat sententiam de pœna seu disiunctione &c. Et camisia est pœnitentia huius mundi, sed tunica ferrea est pœna infernalis ignita. Ecce sententiæ clausula in processu facta. Dico vobis nisi pœnitentiam habueritis omnes simul peribitis. Luc. 13. Sicut illi decem & octo super quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos. Nota historiam. Nota, decem & octo sunt peccata, quæ damnant gentes, super quas cadit turris diuinæ iustitiæ. Decem sunt præcepta legis, ad quæ omnia peccata reducuntur implicitè vel explicitè. Verbi gratia. Recurrere ad diuinos est vnum peccatum mortale, & sic de aliis. Et sic sunt decem peccata, quæ fiunt contra decem præcepta. Item peccata mortalia sunt septem, scilicet superbia, auaritia &c. sic sunt decem & septem, & nunquam homo damnaretur nisi ex decimo octauo, scilicet ex finali impœnitentia, & qui finaliter fuerit impœnitens, turre diuinæ iustitiæ opprimetur, minus malum, hoc est minus pœnale est facere pœnitentiam &c. De ista die iustitiæ dicit scriptura, Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus. Prouerb. 6. Nota, dies vindictæ ad literam est dies iudicij generalis. De isto die dicit scriptura, Magnus dies domini & terribilis valde, & quis sustinebit eum? Iohelis. 2. Nota, magnus dicitur de magnis operibus quæ ibi fient. Quis sustinebit? Dico quòd soli pœnitentes, & innocentes, qui tunc dicent, O domine, istum diem expectauimus. Nunc ergo conuertimini ad me in toto corde vestro, dicit dominus, in ieiunio, & fletu, & in planctu. & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & conuertimini ad dominum deum vestrum, quia benignus & misericors est, patiens, & multæ misericordiæ, & prestabilis super malicia. Quis scit si conuertatur & ignoscat, & relinquat post se benedictionem vltimã, scilicet quid? licet, Venite benedicti patris mei &c. Iohel. 2. Dico tertio &c. Quia sicut cogitatio mortis valet ad vitæ ordinationem, & dies iudicij ad pœnitentiæ continuationem. sic cogitatio diei æternæ gloriæ valet ad meritorum cumulationem. Ratio, quia regulâ philosophiæ dicit, In agentibus per intellectum, quod est vltimum in executione, est primum in intentione. Verbi gratia. In præparando domum, primũ quod sequitur domi factor, est fundamenti positio, & consequenter subsequitur structuræ superædificatio, & finaliter sequitur inhabitatio, scilicet quies in domo, & perseueratio, & licet hoc sit vltimum in executione, est tamen primum in intentione. Ita etiam vltimus finis noster est conquiescere in domo paradisi. Et licet hoc sit vltimum in executione, est tamen & esse debet primum in intentione. Ideo auiso vos vt prouisionem faciatis de materia, & lapidibus preciosis &c. Huiusmodi sunt opera meritoria, virtuosa, & pœnitentialia, quia quanto opera meritoria sunt plura, & maiora, tanto domus

gloriæ est maior,& dies gloriæ melior,Dauid,Melior est dies vna in atriis tuis super milia &c.psal.83.In hoc mundo sunt plures dies. Dies seculi quis dinumerauit?Eccl.1.In cælo autem non est nisi vna dies. Ex hoc sequitur ꝙ nullus potest stare in paradiso nisi per vnum diem. Ratio,quia ibi non est nox,hic vero sunt plures dies ex interuallo noctis. Auto. Erit dies vna quæ nota est domino, non dies, neque nox, & in tempore vesperi erit lux.Zac.14.Istum diē debemus sperare gaudiose. Sicut miles pugnaturus præcogitat coronam vel honorem à rege promissum,si triumphator extiterit: Sic etiam Christus Iesus promittit nobis coronam vitæ æternæ, si optime militando habemus victoriam de carne, mundo, & diabolo. Ideo dicit scriptura,Militia est vita hominis super terram,& sicut dies mercenarij dies eius. Iob. 7. Ecce hic posita est vna similitudo. Ideo dicit thema excitando & demonstrando. Ecce dies veniunt &c.

De eadem dominica xxv, post Trinitatem, Sermo iij.

HAbens quinque panes hordeaceos & duos pisces. Ioan.6. Quilibet dominus siue paterfamilias tenetur de iure naturali,diuinali,pontificali,& etiam imperiali,suis seruitoribus & domesticis sufficienter prouidere.1. Tim.5. Si quis suorum,& maxime domesticorum curam non habet,fidē negauit,& est infideli deterior. Sūmus iraq; paterfamilias dñs Iesus,qui non venit legē soluere, sed adimplere,sufficientē,imo reuera abundantē fecit prouisionē pro suis seruitoribus, & domesticis. Nam habuit quinque panes hordeaceos, & duos pisces, qui sufficiunt abundātissimè. In euāgelio hodierno mistice designatur quintuplex panis.

Primus est panis corporalis.
Secundus pœnitentialis.
Tertius sacramentalis,
Quartus doctrinalis.
Quintus cælestialis.

De quibus dicit the.Habēs quinque pa hor.&c.Dico primo iuxta intellectum allegoricū de primo pane corporali,quod intelligitur omnis humanus victus,qui hordeaceus est propter asperitatē exteriorē in acquirendo. Gen.3.In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terrā de qua sumptus es.Hūc merentur veri seruitores dei,qui.s.faciūt volūtatē dei,obedientes mandatis eius. Ideo petimus in oratione dominica,Fiat volūtas tua sicut in cælo & in terra.Panem nostrū quotidianum &c. Mat.6.Dico secundo ꝙ secundus panis dicitur pœnitentialis,qui ex vili materia, scilicet ex peccatorum recordatione conficitur. Hordeaceus quidem & asper est, propter dolorem contritionis, de quo inquit psal. Fuerunt mihi lachrimæ meæ panes die ac nocte.

Et Esec

Et Ezechiel.4.dicitur,Quasi subcinericium & hordeaceum panem comedes. Dico tertio ℣ tertius panis dicitur sacramentalis,qui de purissima materia confectus fuit in vtero virginali per spiritū sanctum,imo secundum Tho.In cælo genitus,in vtero virginis fermentatus,in patibulo crucis excoctus,in mensa altaris appositus ; in speciebus reconditus.Qui hordeaceus dicitur propter asperam passionis memoriam. 1.ad Corint.11.Quotiescunque manducabitis panē hunc,& calicem bibetis,mortē domini annunciabitis do.ve.&c.Ioan.6.Hic est panis qui de celo descendit &c.Dico quarto ℣ quartus panis dicitur doctrinalis, confectus ex autoritatibus sacræ scripturę.Qui hordeaceus est propter austeritatem correctionis,& dure reprehensionis in peccatoribus. Dicit scriptura: Eccl.21.Verbum sapiens quodcūque audierit scius laudabit,& ad se adiiciet.Audiuit luxuriosus , & displicebit illi,& proiiciet illud post dorsum suum. Similiter de aliis vitiosis,sed tamen dicitur Matth.4.Non in solo pane viuit homo &c.Dico quinto ℣ quintus panis dicitur cælestialis , ex beatitudinibus & dotibus gloriæ confectus, qui hordeaceus dicitur propter tribulationes.Quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum.Act.14.Sed tamen beatus qui manducabit panem in regno dei.Luc.14.Duo pisces sunt exempla sanctorum martyrum & confessorum , quibus quasi condimento prædicti panes hodeacei comestibiles redduntur. Ideo ad Hebr.vlti. Mementote præpositorum vestrorum , qui vobis locuti sunt verbum dei,quorum intuentes exitum,conuersationis imitamini fidem. Vnde Gregorius. Si exempla sanctorum recolimus , nihi graue est quod sustinemus.

Dominica xxv. post Trinitatem. Sermo.iiij.

EXtollens vocem quædam mulier.Luc.11. Ex isto verbo recepi occasionem prædicandi de quadam materia peregrina,sed animabus nostris erit multum necessaria,& vtilis ad earum saluationē.Salutetur virgo Maria.Iuxta intellectum quem volo nunc pertractare , sancta mater ecclesia dicitur mulier quædam extollens vocem,scilicet dei in altum.Pro cuius intellectu declaranda sunt duo puncta.

Primum qua ratione ecclesia dicitur mulier.

Secundum quomodo extollit vocem in altum.

Et sic patebit verbi intellectus.Quantum ad primum, sancta mater ecclesia dicitur mulier,quia habet officia mulierum principalia,& naturalia,& non dico officia artificialia , vel accidentalia mulierum , quæ sunt suere , nere , & huiusmodi. Sed officium principale mulierum & naturale est parere , & nutrire , ac regere infantes. Ista tria officia habet ecclesia. Ideo dicitur mulier. Primum ergo officium mulieris est parere.Vna enim ratio principalis , quare deus fecit mulierem,est,

quia a mulieribus omnes creaturæ humanæ initium vitæ habent, exceptis Adam, quem deus formauit de limo terræ. Gene. 2. Et Eua, quam deus formauit de costa Adæ. Isti duo nunquam fuerunt in vtero matris. Istis ergo exceptis nunquam fuit nec erit aliqua persona humana quin fuerit in vtero mulieris. Ecce primum officium mulierum, scilicet parere filios. Hoc officium habet sancta mater ecclesia, in cuius vtero, scilicet fonte baptismi deus generat filios & filias, aliter enim nullus esset filius dei. Excellentius enim parit ecclesia quam mulier. Mulier enim parit filios pro isto mundo, ecclesia autem pro alio. Ideo dicit ecclesia, Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. Gala. 4. Nota, Quos iterum parturio, quia nullus potest nasci de vtero ecclesiæ, scilicet fonte baptismi, nisi prius nascatur de vtero naturali matris, quia in vtero matris nullus potest baptizari. De quo vide Tho. in iiij. dist. vj. Ratio, quia talis deo notus est, nõ ecclesiæ, nec subiici potest operationi ministrorum ecclesiæ. Vnde dicit Aug. Sicut qui non vixerit, non potest mori, ita qui natus non fuerit, non potest renasci. Ideo quando aliquoties in partu moritur mater, statim medici faciunt extrahi prolem de vtero matris, vt baptizetur. Secundum officium naturale & principale mulieris est nutrire prolem. Sicut enim vterus mulieris est camera prolis, ita pectus est cellarium, propter hoc deus dedit vbera mulieri, non ad ostendendum &c. Ideo mulieres delicatę vel gulosæ, quæ nolunt filios lactare, faciunt contra officium naturale. Hoc officium ecclesia habet excellenter. Nam postquam peperit proles, eos nutrit & lactat duobus vberibus. Primum est lex Mosayca. Secundum lex euangelica. Lac album & sine immundicia est doctrina sancta, sine immundicia errorum, & falsæ opinionis. Ecce secundum officium &c. Ideo Christus quando voluit commendare Ioannem Baptistam, dixit, Inter natos mulierũ non surrexit maior Ioanne Baptista, veruntamen qui minor est in regno cælorum, maior est illo. Matth. 11. ergo parvuli sunt Christiani. Ideo ecclesia nutrit eos lacte doctrinæ. Ideo dicit, Tanquam paruulis in Christo lac vobis, supple viatoribus, potum dedi, non escam, scilicet gloriæ, vt sanctis in cælo. 1. Corinth. 4. Tertium officium mulieris est regere & gubernare proles. Quandiu enim pueri sunt paruuli, subsunt regimini matris, quia patres tunc non curant, & tunc regendi sunt a matre, ne iurent, nec mentiantur, nec dicant malum de aliquo, nec iniuriam alicui inferant, vt sciant se signare, & addiscere Pater noster, Aue Maria, Credo &c. quando sunt sex vel septem annorum confiteantur &c. Et hoc officium habet sancta mater ecclesia, quandiu enim sumus paruuli, in hoc mundo, vt dixi, docet nos & instruit ne mentiamur, nec furta faciamus, nec diffamemus proximum, nec iuremus deum, nisi pro necessitate vel vtilitate, & tunc cum veritate. Orare quolibet mane & sero, communicare

nicare & confiteri in paſchate. Et poteſt dicere populus Chriſtianus, Ego filius fui patris mei tenellus, & vnigenitus coram matre mea, & docebat me, atque dicebat, Suſcipiat verba mea cor tuum, cuſtodi præcepta mea, & viues. Prouerb. 4. Nota, vnigenitus matris eccleſiæ eſt populus Chriſtianus, nunquam habuit niſi iſtum filium &c. Cuſtodi præcepta mea, & viues, ſcilicet vita gratiæ in hoc mundo, & gloriæ in alio. Si ergo ſancta mater eccleſia habet mulieris officia principalia &c. bene poteſt dici mulier, & concordat ſcriptura ſancta. Geneſ. 24. Nota trinitatem perſonarum in dicta autoritate. Ipſa, ſcilicet eccleſia ſancta eſt mulier, quam præparauit dominus, ſcilicet ſpiritus ſanctus filio, id eſt domino Ieſu Chriſto, domini mei, ſcilicet dei patris. Secundo videndum eſt quomodo extollit ſeu exaltat vocem in altum, hoc fit in collatione ſeptem ſacramentorum, ſcilicet baptiſmi, confirmationis &c. tunc enim exaltat vocem dei, nam ſacramenta per vocem verbalem conferuntur. Aug. Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum. De quo vide Thom. in iij. parte, in materia de ſacramentis. Ratio, quia Chriſtus verbum æterni patris vnitum fuit rei, ſcilicet carni. Verbum enim caro factum eſt &c. De hoc dicit thema, Extollens vocem quædam mulier, ſcilicet eccleſia. Ego quęſiui quomodo eccleſia eleuat vocem, & inueni in quadam autoritate ſeu prophetia Dauid, Pſalm. 28. dicentis, Vox domini ſuper aquas, deus maieſtatis intonuit &c. vſque, in templo eius omnes dicent gloriam.

Vox domini ſuper aquas, & hoc in baptiſmo.
Vox domini in virtute, & hoc in confirmatione.
Vox domini in magnificentia, & hoc in conſecratione.
Vox domini confringentis cedros, & hoc in confeſsione.
Vox domini intercedentis flammam ignis, & hoc in matrimonio.
Vox domini concutientis deſertum, & hoc in collatione ordinum.
Vox domini præparantis ceruos, & hoc in extrema vnctione.

Ecce quare dicit thema. Extollens vocem &c. Dico primo quòd ſancta mater eccleſia mulier benedicta extollit vocem in ſacramento baptiſmi, cum dicitur, Vox domini ſuper aquas. Iſta vox domini eſt forma baptiſmi, quam dicit ſacerdos vel alius, quando in neceſsitate baptizat, ſcilicet, Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, vel in idiomate materne &c. Cum autem dicitur, ſuper aquas, oſtenditur materia ipſius baptiſmi, quia ſine aqua non poteſt dari baptiſmus, oportet enim quòd verbum, ſcilicet forma iungatur materiæ, ſcilicet aquæ, ſimul dicendo verba, & infundendo aquam. Non etiam forma debet præcedere materiam, vel econtra, ſed ſimul. Ideo dicit, Vox domini ſuper aquas, non dicit ante aquas, vel poſt aquas, ſed ſuper materiam. Sed quare dicit aquas in plurali, cum baptiſmus non poſsit dari niſi in vna tãtum, ſcilicet naturali? quia ſi aliquis vellet

baptizare cum aqua rosacea, vel ardenti, vel alia quacunque artificiali, non esset baptismus. Quare ergo dicit super aquas? nunquid ergo debuit dicere super aquam in singulari? Rñdeo ꝙ dicitur super aquas in plurali, ad innuendū quoddam magnū secretum. In baptismo enim sunt duo baptizãtes, & cõsequẽter dũæ aquæ. Primus & principalis baptizans est spūs sanctus. Secūdus instrumẽtalis, & est sacerdos, qui aqua materiali põt lauare corpus. Sed spūs sanctus alia aqua lauat intus animam. Ideo dicit Aug. Quę est tanta virtus aquæ, vt corpus tãgat, & cor abluat? In eodẽ puncto in quo aqua infundit a sacerdote, vel creatura, hoc est, homo mittitur in fontẽ baptismi quãdo baptizatur, simul intus influũt .xv. flumina spiritus sancti. Primū est gratia diuina, quæ lauat & purificat animã a peccato originali, & ab actualibus in infidelibus qui non ficte baptizantur. Secūdum flumen est fides habitualis, licet enim creatura tunc nõ habeat vsum liberi arbitrij, tamen habitualiter iam habet fidẽ catholicam. Tertiū est spes, quæ habitualiter infunditur in baptismo. Quartū est charitas. s. amor dei & proximi, quæ etiam habitualiter infunditur in baptismo. Demum simul etiã infunduntur habitualiter quatuor virtutes morales, quæ sunt prudẽtia, iustitia, tẽperantia, & fortitudo. Et sic quintū flumen est prudẽtia, in qua subiectiue est virtus intellectualis, quia subiectatur in ratione practica, sed tamen est aliquo modo moralis, vnde & inter cardinales cõputatur. Sextum flumen est, iustitia, ad nõ nocendum proximo. Septimum temperantia in prosperis. Octauum fortitudo in aduersis proficiendi, vel perseuerandi in bona vita. Item septem dona spiritus sancti etiã simul infunduntur, & sic nonum flumen est sapientia, scilicet ad cognoscendū diuina. Decimum intellectus ad cognoscendum scripturas. Vndecimum consilium ad obseruandum diuinas admonitiones. Duodecimum fortitudo cõtra diaboli tentationes. Decimum tertium scientia perficiens ad proprios actus siue personales gubernandū. Decimumquartū pietas, scilicet inclinans ad compassionẽ ad proximos. Decimumquintum flumen est timor ad deum. De istis donis spiritus sancti vide sanctum Tho. j. ij. qõ. lxviij. in qua incidentaliter declarat sanctus Tho. eorum quidditatem, necessitatem, numerum, connexionem, & dignitatem. Ista quindecim flumina procedunt a fonte spiritus sancti. Ideo dicit aquas in plurali. Et sequitur statim, Deus maiestatis intonuit, id est intus in anima intonuit dominus super aquas multas. Sacerdos aũt vnam aquam solum, scilicet materialem applicat, sed dñs super aquas multas. Ideo Apoc. Vox illius, scilicet domini, sicut vox aquarum multarum. Quantum ad secundum, scilicet cũ dicitur, Vox domini in virtute, loquitur de sacramento cõfirmationis. Dicat quid est, & quomodo ab episcopo, quia non potest ab alio hoc sacramentū conferri. de conse. dist. v. Manus &c. Notissime &c. Vt iciu. De isto dicit, Vox dñi &c. Vox ista est forma huius

Quindecim flumina, quæ in anima baptizati influunt.

sacramen

ſacramenti quam extollit eccleſia per os epiſcopi, quando dicit, Conſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis. Et ſicut fides catholica infunditur in baptiſmo habitualiter, ſic in cõfirmatione fides catholica radicatur, intantum ꝙ ſi ſint duo homines, quorum vnus ſit confirmatus, alter non, in perſecutione antichriſti cõfirmatus erit fortis, & alius non. Ecce bonum quod facit hoc ſacramentum ad perſiſtendum in fide. De iſto ſacramento dicit Io. Vidi quatuor angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ tenentes quatuor ventos terræ ne flarent ſuper terrã, neq; ſuper mare, neque in vllã arborẽ. Et vidi alterũ angelum aſcendẽtem ab ortu ſolis, habentẽ ſignũ dei viui, & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum eſt nocere terræ & mari dicens, Nolite nocere ter. & ma. neque arbori. quoadu ſque ſigne. ſeruos dei in frontibus eorum. Apoc. 7. In iſta auto. ſunt multa ſecreta quæ declarãtur à glo. ordi. Angeli enim iidem ſunt qui nuncij. Quatuor ergo angeli qui ſtant ſuper quatuor angulos terræ, ſignant nuncios antichriſti, tenentes. i. prohibentes prædicationem euangelicã. Quando enim antichriſtus manifeſtabitur, totus mundus eum timebit, & tunc ipſe mittet nuncios ſuos ad quatuor partes mundi tenentes. ſ. prohibendo doctrinam quatuor euangeliſtarum, ne flent. i. prędicent ſuper terram, id eſt laicis terram colentibus, neque ſuper mare. i. amaritudine, & ſignat religionem, in qua debet eſſe amaritudo pœnitentiæ, neque in vllam arborem. Arbores enim ſunt ſacerdotes, qui debent dare flores odoris per bonam famam, & foliis deuotionis in officio dei, & fructus meritorum ſacramenta miniſtrando libere abſque ſimonia. Sed dicit ꝙ vidit alterum angelum, id eſt Chriſtum qui miſſus fuit à deo patre pro mundi redẽptione, habẽte ſignum dei viui. ſ. ſanctam crucem. & clamauit voce magna, quatuor angelis. ſ. nunciis antichriſti. ſ. maliciã nunciorũ antichriſti refrenando di. Nolite nocere terrę. i. laicis, & mari. i. religioſis, neq; arboribus. i. clericis, quoadu ſque ſignemus. ſ. per ſacramentũ confirmationis, ſeruos dei noſtri in frontibus eorũ. ſ. vt ſint fortiores in fide catholica. Ecce quare dicitur, vox domini in virtute, ſcilicet fortitudinis, in prælio certaminis antichriſti. Ideo vt militibus datur alapa quando confirmantur. Secundum bonum quod ſacramentum confirmationis facit, eſt in alio mundo, quia confirmati in paradiſo habent ſingularem coronam gloriæ. In ſacramento baptiſmi datur baptizatis quædam corona, quæ vocatur à theologis character indelebilis. Et quando homo intrat paradiſum, ſtatim cognoſcuntur qui fuerint baptizati, & qui non, quia qui fuerunt baptizati habent ſpecialem coronam, quam non habent non baptizati, vt Abraham, Iſaac, & Iacob, & alij. Secunda corona datur in ſacramento confirmationis, qui vero non eſt confirmatus, caret illa in paradiſo. Ecce quantum lucratur ille qui confirmatur, & quantum perdit qui non confirmatur. Propter

hoc parentes debent esse valde diligentes; vt filij confirmentur, quia vxor domini in virtute. Hic scilicet in sacramento confirmationis est virtus dei, quæ vocatur magna. Tertium, scilicet verbum magnificentiæ. Nota sacramentum eucharistiæ, cum dicitur, Vox domini, scilicet consecrationis in magnificentia. Magnificentia, id est magna faciens, quia in isto sacramento fiunt maiora quã in aliis sacramentis. Iam vulgariter de rege, qui fecit magnum conuiuium, & dedit fercula singularia, & pretiosa, & multa &c. dicitur, magnificè fecit. Quanto ergo magis de cõuiuio, quod fecit Christus filius dei, in quo de omnibus creaturis spiritualibus dat meliorem, scilicet animam suam sanctissimam de corporibus, melius, scilicet corpus suum siue carnem vnitam supposito diuino, di. Accipite, & mandu. Domine, & quid manducabimus? Panem album. Nota quòd verbis consecrationis prolatis iam non est ibi panis, scilicet hoc est corpus meũ. 1. Corinth. 11. Ista est magnificentia. Sed aliqui fastidiosi non curant de isto conuiuio, nec de isto cibo. Vnus di. Domine non sunt di. &c. Alius dicit, Non sum bene paratus. Dico quòd nullus male paratus debet accedere ad hoc cõuiuium tam magnificum. Sed debetis vos parare per contritionem, confessionem, & satisfactionem, iniuriarum remissionem, alias non estis excusati. Declaratur hoc de rege eunte ad venationem &c. Ita dominus noster Iesus Christus venit ad venandum in nemore huius mundi, & venatur leones, id est superbos, quando ex doctrina prædicatoris humiliantur. Vulpes, id est personas auaras, quando satisfaciunt. Porcos per luxuriam, quando abstinere proponunt. Canes per iram, quando iniuriam remittunt &c. Et in nocte huius vitæ vult Christus rex noster intrare in villam suam. Quælibet persona Christiana est villa seu castrum dei, quod ipse lucratus est in campo, in die veneris sancta. Et tangit ad portam, vt sibi aperiatur, quando prædicator dicit, Tali die, scilicet in paschate debetis communicare, quia surrexit dominus tali die. O dicunt aliqui, Non est camera, nec lectus paratus vt sibi competit &c. Sed negligenter tales faciunt, & peccant, quia ipse est contentus intrare aliquibus præparamentis præsuppositis, scilicet cõtritionis, confessionis, satisfactionis, & corporalis afflictionis. Sed vere domine non intrabis, dicunt aliqui, effectualiter, & permittunt intrare bestias, scilicet gallinas, pauones &c. ipso præsente. Cognoscitis quale peccatum est nolle communicare, & dicunt, Domine nõ sum di. &c. Verbum est sanctum, sed falsè vel inepte allegatum. Dignitate enim equiparãtiæ nullus est dignus, nec ista requiritur ad cõmunicandum, sed dignitas quæ requiritur, quam ipse vult, & præcipit, est conteri de peccatis, & confiteri, satisfacere, & remittere &c. Alij dicunt, Domine bene veneritis, intrate domine. Sed post & deinde ponunt eum in loco porcorum. Illi scilicet qui quotidie celebrant, vel sæpe male parati communicant, luxuriosi, simoniaci

Quomodo dignè & indignè corpus Christi à sanctis etiam hominibus recipitur.

ſimoniaci &c. in eorum damnationem. Remediū eſt ergo parare ſe bene & communicare. Ideo Moyſes dicebat, Date magnificentiam deo noſtro, dei perfecta ſunt opera. Deuteron. 32. Nota, dei perfecta ſunt opera. Vos ſcitis quomodo a principio diabolus voluit deſtruere opera dei, & hominem ad imaginem dei factum præcipitauit, & iuſtitia originali priuauit fructus vetiti comeſtione. Sed ecce qualem magnificentiam fecit dominus. Nam ſicut diabolus illius fructus comeſtione procurauit totum malum humanæ naturæ, ita deus comeſtione illius fructus, de quo dicitur virgini Mariæ, Benedictus fructus, procurauit totum bonum humanæ naturæ. Ideo di. ſcriptura, Dei perfecta ſunt opera. Et ſequitur, Et omnes viæ eius iudicia. Quia qui nolunt communicare, habebunt iudicium damnationis, & nunquam venient in paradiſum. Amen amen dico vobis, niſi man. car. ſi. ho. & bi. eius ſan. non habe. vi. in vo. Ioan. 6. Qui autem communicant male parati, habebunt iudicium eſſendi perpetuo cum porcis inferni, quemadmodum ipſi miſerunt ipſum cum porcis peccatorum. Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium, ſcilicet damnationis ſibi mandu. & bi. 1. Corinth. 11. Qui autem bene parati communicant, habebūt iudicium ſaluationis in vitam æternam. Qui man. meam car. & bi. meum ſan. habet vitam æter. Ioan. 6. Ecce dei magnificentia. Ideo Dauid, Confeſsio, ſcilicet quæ debet præcedere communicationem, & magnificētia opus eius, & iuſtitia eius manet in ſeculum in hoc mundo, & in ſeculum ſeculi in alio. Extollens vocem quædam &c. Quartum eſt ſacramentum pœnitentiæ vel confeſsionis, cum dicitur, Vox domini confringentis cedros. Vox eſt forma abſolutionis, Ego abſoluo te &c. Cedri ſunt arbores altiſsime, quæ creſcunt & ſtant circa mare, quæ ſignant perſonas ſuperbas, quæ ſunt alti cordis, quæ potius volunt viuere ſecundum eorum voluntatem, & eorum inclinationes, quam ſecundum dei mandata & ordinationem. Deus præcepit vt ſimus humiles, & ipſi ſunt ſuperbi, elati, præſumptuoſi, vani, pompoſi, &c. Deus præcepit quod ſimus miſericordes, & ipſi ſunt crudeles. Ipſi enim ſunt auari, vſurarij, fures. Idem de caſtitate, & de aliis. Sed iſti cedri in ſacramento pœnitentiæ confringuntur, & eorum corda rumpuntur, quando ſuſpirando dicunt, Pater peccaui in hoc, fui ſuperbus &c. Et tunc peccata comminuuntur. Sed hoc impeditur aliquoties per confeſſores, qui capite diſcooperto volunt audire confeſsionem. Tales confeſſores primo claudunt os confitentis, qui ex verecundia, quando cogitat, iſte reſpicit me, non dicit omnia peccata. Ideo capite cooperto debent audire confeſsiones, quia oculi non audiunt confeſsiones, ſed aures, animando confitentes, dicendo, Fili dicatis omnia peccata, quia nullus audit, nec videt nos, niſi deus. Qui licet ſciat omnia, tamen ordinauit quòd ſuis magiſtris rationabilibus, & miniſtris,

&

& procuratoribus reddatis computum de factis &c. Secundo, quia confessor accipiet occasionē peccandi. Quando enim audit mulierem iuuenem, pulchram, quam respicit, quid cogitabit? O quomodo est alba &c. Ideo cooperiatur caput, vt peccator liberius confiteatur peccata sua. Ecce quare dicit, Vox domini cōfringentis cedros. Et statim subditur, Et confringet dominus cedros Libani. Libanus est mons quidam altissimus in terra promissionis, ferens cedros altissimas, & signat personas in altitudine dignitatis, dominij, seu prælationis positas. Quæ si sint peccatores, & male vitæ, dicuntur cedri Libani. De istis etiam dicit, Et confringet dominus cedros Libani, scilicet dominij temporalis, seu prælationis, papalis, seu episcopalis &c. quando ad pedes simplicis confessoris flectunt genua, confitentes peccata sua. Quibus dicit confessor, Non absoluā vos nisi corrigatis vitam vestrā, vel emendaueritis talem iniustitiam, & huiusmodi. Et si tales conteruntur, & pœnitent, tunc confringuntur cedri Libani. Et comminuet eos tanquam vitulum Libani. In monte Libani nutriebantur vituli, quorum caro erat valde sapida, ideo diuidebantur per partes minutim, vt omnes possent habere. Ita in confessione comminuuntur cedri Libani in diuersas partes. Primo in corde per cōtritionem, & dei subiectionem. Secundo in ore, petendo veniam si iniuriasti, scilicet patrem, vel matrem, vxorem, seu fratrem, & econuerso. Tertio in toto corpore per pœnitentialem afflictionem. Quarto in bursa per satisfactionem. Ecce quare dicit, Et comminuet eos tanquam vitulum Libani. Et sic ille qui confitetur fit dilectus deo, quemadmodum filius Vnicornium; quod inter animalia alia plus diligit filium. Ita deus diligit eum qui bene confitetur. Quintum sacramentum est matrimonij, cum dicitur, Vox domini intercidentis flammā ignis. Quotquot sumus in hoc mūdo, nati sumus de vtero matris cū vna brasa, Gallicū est, & signat titionē ignis, seu flammā, quæ a sanctis doctoribus vocatur igniculus, seu concupiscibilitas, vel fomes peccati, ita nascimur, & adeo est fortis, & non potest extingui aqua baptismi, licet aqua baptismi extinguat ignē inferni & purgatorij in baptizato, quia si moreretur statim post baptismū, non combureretur. Et tamen aqua baptismi nō extinguit illum igniculum, seu fomitem, vel flammam. Sed ista flamma nō flammescit, quousque homo est adultus, quia tunc diabolus suffl at ibi brasam, dando tentationes carnales. Et tunc quando homo concupiscit mulierē, vel econuerso, brasa flammescit. In signum illius maxille efficiuntur rubeæ, quia habitus eius prunas ardere facit. Iob. 41. Omnes quotquot fuerunt, dempta beata virgine Maria, & Christo, habuerunt, & quotquot sumus, habemus illum fomitem, & concupiscibilitatem. Nec obstat quòd sumus baptizati, quia aqua baptismi licet remoueat culpam, remanet tamen pœna, scilicet fomes, seu ignis cultus ille, & flammescit in concupiscendo, &

ardet,

ardet & comburit in actu illo, Sed quid facit sacramẽtum matrimonij? Dicendum licet non extinguat ignem carnalis concupiscentiæ in homine seu muliere, tamen flamma interdicitur, quia non flamescit inter virum & vxorem, quia vir non debet curare de alia muliere, nec vxor de alio viro. Illi qui non sunt de matrimonio, licet habeant brasam illam, & fomitem, tamen debent extinguere illam flammam non concupiscendo, nec curando de illo actu, ac si nihil esset. Ideo personæ sanctæ & deuotæ cum aqua extinguunt illam brasam comedendo frequenter panẽ & aquam, dimittendo carnes & vinũ, & multas delectationes, quæ inflammant brasam illã, & sic flãma licet non extinguatur, tamen per pœnitentiam mitigatur. Ista est ratio quare personæ sanctæ faciũt pœnitentiam, & cauent oportunitatem, vitant colloquia mulierum, quia statim brasa flammescit flante diabolo, & cõburit quicquid in domo est conscientiæ, & perdit homo omnia merita quæ nunquam congregauit. Ignis est vsque ad consummationẽ deuorans, & omnia eradicans genimina. Iob. 31. Cauete ergo ab hac flamma. Beatus Ioannes Baptista nõn bibebat vinũ, sed aquam, nec comedebat panem, sed locustas siccatas ad solem, & ita macer erat, ꝙ non habebat nisi pellem & ossa, tamen ex toto non potuit extinguere brasam sue istum igniculum, tamen non flammescebat in eo. Nota, de beato Hieronymo, & de illo sancto heremita antiquo, qui vt curaretur iuit ad ciuitatem, & sic dum curabatur in corpore, infirmabatur in anima, quia nõ bene cauebat ab opportunitate mulierũ, in tantum ꝙ grauidabat duas puellas, quæ sibi seruiebãt ex deuotione, propter famam suæ sanctitatis. Qui autem custodit se, potest dicere, Liberasti me à pressura flammæ, quæ circũdedit me, & in medio ignis non sum estuatus. Eccles. 51. Sextum sacramẽtum est sacramentũ ordinum; cum dicitur, Vox domini concutientis desertum, scilicet in collatione ordinum tunc eradicantur arbores mundiales deserti, in quo sunt multæ bestiæ, leones per superbiam, vulpes per auaritiam &c. Item desertum a gratia dei in multis, desertum a diuina consolatione, desertum a fructibus spiritualibus, hoc desertum concutitur in collatione ordinum. Sicut enim totum nemus concutitur, quando scinduntur vel eradicantur arbores, ita in collatione ordinum scinduntur & eradicantur arbores a nemore laicorum, vt in iardino Christi, scilicet ecclesiæ transplantentur. Tunc totum nemus debet resonare per examen de vita, scientia, & huiusmodi, vt sint apti ad fructificandum. Item alia concussio maior in nemore seu deserto huius mundi, quia quando sumunt ordines, sunt quatuor tempora, & omnes Christiani tenentur ieiunare, vt boni ordinentur, quia totum bonum vel malum est a clericis. Dicit Chrys. Scitis quòd totum bonũ arboris est a radice. Ita vita hominum est quasi arbor, cuius radix est status clericorum, ideo totum bonum vel malũ populi

est

est a radice clericorum. Propter hoc, quãdo transplãtantur, populus ieiunat. Ideo dicitur, Vox domini cõcu. &c. & subditur, Et cõmouebit dominus desertum Cades. Nota Cades, iuterpretatur sancta, & significat ecclesiã sanctã, de qua dicit apostolus, Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illã sanctificaret, mũdans eã lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiã, nõ habentẽ maculam, aut rugã, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Eph. 5. Et cõmouebit dominus desertũ Cades. i. populũ christianũ ecclesiæ sanctæ, quia nõ cõmouetur desertũ Iudæorũ, sed desertũ cades. i. ecclesiæ sanctæ. Septimũ sacramentũ est sacramentũ extreme vnctiõis, quod in dicta autoritate tãgitur cũ dicitur, Vox domini præparãtis ceruos. s. in sacramẽto extreme vnctiõis, quod datur in fine vitæ quãdo aliquis debet mori morte. s. naturali. Secus de illis qui aliter moriũtur sentẽtiati, vel alias, quia licet alia sacramẽta possint eis dari, nõ tamẽ debet eis dari istud. Hoc sacramentũ habet duas mirabiles virtutes seu effectus,

Duplex effectus extremæ vnctionis.

Primã ponit. s. Tho. in iiii. quòd sanitas corporalis si fit vtilis animæ, sine dubio ex huiusmodi sacramẽti sumptione curabitur infallibiliter. Hoc extrahit. s. Tho. ab illo tex. Ia. 5. Infirmatur quis ex vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eũ, vnguentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmũ, & alleuiabit eum dominus. Vox domini est forma huius sacramẽti, quæ dicitur a sacerdote quãdo vngit, di. Per istã sanctam vnctionẽ, & suã piissimã misericordiã indulgeat tibi deus quicquid peccasti per visum &c. & similem formã dicit vngendo singulorũ sensuũ instrumẽta, per quæ peccauit, vt patet &c. Secũdus effectus seu virtus est maior. Aliquãdo ex obliuione sunt multa peccata mortalia dimissa in confessione, quæ tales nõ cõfitẽtur, qui tamen sunt in proposito cõfitendi ea si recordarentur, & tales in statu gratiæ sunt, sed restat pœna in purgatorio, & etiã de peccatis venialibus restat pœna in purgatorio. Sed hoc sanctũ sacramentũ de mortalibus oblitis, & de venialibus nõ oblitis purificat animã ab illorũ culpis & pœnis, ita vt recte vadant ad paradisum sine aliqua pœna. De mortalibus oblitis. Iac. 5. Et si in peccatis sit, remittentur ei. Ecce quare dicit, Vox domini præparãtis ceruos. i. spiritũ, ad saltandũ vsq; ad paradisum. Ideo Dauid in spiritu prophetiæ di. in psalmo, Diligãte domine, Qui perfecit pedes meos tanquã ceruorum &c. Ideo quãdo infirmi cõmunicant, debent petere istud sacramentũ, quia post quãdo appropinquant morti, perdunt verbũ, & nõ possunt ipsum petere, & perdũt magnum bonum. Ideo dicit, Vox domini præpa. ceruos. Et sequitur statim, Et reuelabit condensa, id est. secreta gloriæ, & in templo eius omnes dicent gloriam. Sed multi clerici ex auaricia seu simonia impediunt hoc sacramentum. Dicit vnus, Linteamina in quibus vngitur debent esse mea. Alius dicit, Tot sacerdotes sunt necessarij, & habetis

Quæ peccata per vnctione extrema remittantur.

dare

dare tantum cuilibet &c. Dicatur quomodo sacramenta sunt libere ministranda. Extollens vocem quædam mulier.

De eadem dominica. Sermo. v.

NOlite esse prudentes apud vosmetipsos. Ro. 12. Pro cuius declaratione oportet primo declarare quid est prudẽtia, cum dicit prudentes. Secundo oportet declarare quid est hoc dictum, apud vosmetipsos. Pro quo sciẽdũ quòd tres sunt virtutes intellectuales. s. scientia, prudentia, & sapientia. Scientia est cognitio quæ habetur de creaturis. Prudẽtia est cognitio intellectualis de actibus humanis. Sapiẽtia vero est cognitio speculatiua, quæ habetur de diuinis cum sapore deuotionis. Licet aliquoties cõmuniter loquẽdo sapientia, & sciẽtia, & prudentia sumãtur pro eadem virtute, quia qui habet sapiẽtiã. i. agnitionẽ dei cum sapore deuotionis, statim saltat ad prudentiã. s. ordinãdo actus suos erga deũ & proximum. i. virtuosa prudentia, quia mulier diligẽs, id est, sapientia, corona est viro. Prouer. 12. Item scientia potest dici prudẽtia, quia ille qui habet scientiã de creaturis, dicitur sciens. Et quãdo videt quòd creature irrationales gubernãt se iuxta dei ordinationẽ, & in nullo faciunt cõtra, statim dicit, O quomodo ego, qui sum rationalis, deberem me gubernare secundum dei ordinationẽ &c. & sic sciẽtia efficitur prudẽtia. Autori, Scientia sanctorum prudentia, scilicet est. Prouerbio. 9. Patet ergo quòd pro eodem sumuntur cõmuniter, licet stricte loquendo differant, & sic non sumuntur pro eodem. Communiter pro eodem capiuntur in themate cum dicit, Nolite esse prudentes, id est, sapientes & scientes. Secundo debet declarari hoc quod dicit, vosmetipsos, cum deus præcipiat quòd simus sapientes. Pro quo sciendum quòd scientia est duplex. Vna quæ est coram nobis, alia quæ est supra nos. Coram nobis est scientia, quæ intellectu & ingenio humano est inuenta, cuiusmodi est scientia septem artium liberaliũ. Supra nos est scientia, quæ nõ intellectu humano, sed a deo est reuelata, vt est scientia noui & veteris testamenti. Cum ergo dicit thema, Nolite esse prudentes apud vosmetipsos, scilicet tantum vel nimium de scientia, quæ est coram vobis, sed velitis habere scientiam quæ est supra vos, scilicet illam quam deus reuelauit. Ratio, quia scientia, arte, & ingenio, seu intellectu humano inuenta, modica est. Sed scientia a deo reuelata, est, alta & magna. Et hoc potestis videre per quandam similitudinem quam tangit Augustinus de rustico seu pastore, intrante palatium & dicente, illa est camera regis, & illa reginæ, & illa filiorum, & ille fenestre &c. sed ipse non intrat cameram regis, nec videt regem, nec scit quid facit, sed hoc sciunt cubicularij, consiliarij, & barones, qui intrant cameram &c. Ideo isti iudicantur sapientes, & non pastor seu rusticus. Iste mundus est palatium dei, quod ipse fabricauit

Triplex intellectua lis virtus.

uit & creauit. O Israel quàm magna est domus dei &c. Baruch 3. Hoc palatiũ intrauerunt philosophi Pythagoras, & Anaxagoras, Plato, Aristo. &c. & nihil sciuerũt, nisi quòd in illa camera. s. in cælo est prima intelligentia cũ suis consiliariis. s. angelis, disputabant de fenestris. s. luna, sole, stellis, de motibus orbium, de animabus &c. Sed ipsi non viderunt regem deũ, sed secretarij dei. s. sancti patriarchæ, prophetæ, apostoli, & doctores sancti, isti habuerũt scientiam ex diuina reuelatione, sciẽtes quomodo deus regit & gubernat mundũ. Patet differẽtia inter antiquos philosophos, & sanctos apostolos &c. quibus dixit sic, Iam nõ dicam vos seruos, vt philosophi fuerũt, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autẽ dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui a patre meo nota feci vobis. Io. 15. Nolite ergo esse prudẽtes sciẽtia quæ est corã vobis apud vosmetipsos. s. tantum. s. de sciẽtia philosophorum. Et cõcordat sapiens dicẽs, Ne sis sapiens apud temetipsum. Prouer. 3. quia caderes in errorẽ apud theologiã. Scientia enim philosophorũ nõ debet recipi in dominã diuinæ scientiæ, vel vxorẽ, sed in ancillam vel captiuã. Et bonus theologus potest sibi sumere in obsequiũ philosophiã, sed nõ nimis cum ea stare debet. De illis qui stant & se dant philosophiæ nimiũ, dicit scriptura, Væ qui sapiẽtes estis in oculis vestris. Esa. 5. Propter hoc dicit the. Nolite esse &c. Si dicatur, Ergo frater quam sapientiã debemus habere, & studere? Respõdeo & dico quòd in præsenti sermone ego volo vobis ostendere septẽ artes liberales, quas magister noster Christus ordinauit. Sicut enim philosophi in sua sciẽtia habent septẽ artes liberales, ad quas studendũ requiruntur multi anni, ita ego modo de schola Christi ostendam suas septem artes liberales, quæ sunt apud nosmetipsos, quia scilicet supra nos. Prima scientia Philosophorum est Grammatica, quæ docet loqui cõgrue, scilicet vt substantiuum & adiectiuum, nomen & verbum, relatiuum & antecedens conueniant. Ita in Grammatica Christi substantiuum est deus cuncta sustinens. Adiectiua autem quæ in eo supponũtur, seu sustentantur, sunt omnia opera bona, siue mala pœnalia, quæ omnia a deo sunt, sed mala culpæ nõ sunt a deo, peccatum enim nõ est a deo, nec deus causa peccati est, sed quicquid entitatis est in peccato, est a deo. Vnde dicit b. Tho. j. ij. quòd deus nõ est causa peccati, sed bene actus qui est in peccato, deus causa est, quia actus peccati est quid positiuũ, & est ens. Modo omne ens deriuatur, & causatur a primo ente, vt patet. ij. Metaphysice, nõ tamen vt dixi. Deus peccati siue mali culpæ causa est, quia quoad suum formale, mala culpæ nõ sunt entia, nec quid positiuum, sed quid priuatiuum, deformitas enim quæ est formale peccati, siue mali culpæ, est quædam priuatio. Nostra autem opera deo sunt attribuenda, quia ipse facit omnia, & sic substantiantur in deo. Et *ista est bona congruitas* attribuere deo illa quæ fiunt, & non creaturis, quia incongruũ

Substantia actus peccati & si à Deo sit, nõ tamen deformitas illius actus, quæ formale in ipso peccato est.

gruum esset. Ver. gra. de pluuia, si attribuitur deo, tũc est bona Grammatica, sed si creaturis, tunc est incongruitas, quia naturæ & constellationes solum sunt instrumenta. Bonitas literæ non attribuitur calamo, sed notario. Ita pluuia, vel siccitas, abundãtia, vel sterilitas, fames, vel mortalitas, non instrumentis, sed deo attribuenda sunt, quia instrumenta nihil possunt, nisi quantum deus vult & permittit. Ideo sancti patres antiquitus omnia attribuebant deo. Dixit Isaac Iacob filio suo, Quomodo, inquit, tam cito inuenire potuisti fili mi? Gene. 27. Respondit, Voluntas dei fuit &c. Item quando Esau quęsiuit à Iacob, Quid sibi volunt isti, & si ad te pertineant? Genes. 33. Respondit Iacob, Paruuli sunt quos donauit mihi deus seruo tuo. Ecce qualiter attribuebant deo nostro adiectiua, in quo omnia substãtiantur. Idem de malis. Si habetis infirmitatem, dolorem, & aduersitatem, si perditis bona, vel filios, non dicatis, Hoc fecit mihi talis &c. sed deo attribuantur omnia. Ita fecit Iob, qui perdidit &c. Nota breuiter historiam, vsque, Sit nomen domini benedictum. Iob. 1. Ista est optima Grammatica, & congrua in schola Christi, quãdo substantiuum & adiectiuum conueniunt. De ista Grammatica est regula de doctrina Christi, quam repetebat apostolus vt hic calarius. Ex ipso originaliter, & per ipsum formaliter, & in ipso sunt omnia, scilicet substantialiter. ad Rom. 1. Secundo debent conuenire nomen & verbum in Grammatica Christi. Nomen est fama, quando persona ex aliquo est insignis, & famosa, digna nomine, sed paucę sunt. Habes pauca nomina in Sardis. Apoca. 3. id est, paucas notabiles personas dignas nominari. Ideo sapiens, Curam habe de bono nomine. Eccles. 41. Verbum est sermo tuus. Tunc nomen & verbum concordant, quando tu non diffamas, nec mordes publicum peccatũ, nec secretum personæ nominate, sed cum reuerentia & honore loqui vis de eis. Regula di. Autori. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationẽ fidei, vt det gratiam audientibus. Ephes. 4. Tertio. Relatiuum & antecedens debent conuenire in Grammatica Christi. Relatiuum est verbum vestrum, antecedens est negotium de quo loquimini. Et conueniunt, quando homo dicit veritatem de illo facto vel negotio, quia ab eo quòd res est, vel non est, oratio vera vel falsa dicitur. Omne mendacium est contra Grammaticam Christi, quia res extra non conueniunt. Ideo dicatur veritas, sicut res extra se habet. Regula dicit. Autoritas. Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. quia sumus inuicem membra. ad Ephes. 4. Ecce grammatica Christi consistit in tribus regulis, scilicet attribuere deo omnia adiectiua, nisi peccata. Secunda non diffamare aliquem. Tertia facere bonam relationem de re. Secunda scientia philosophorum est Logica, quæ docet diffinire, disputare, & rationes facere per sillogismos, vel consequentias, vel enthimemata,

vel inductiones. Hanc inuenerunt philosophi ad disputandum, scilicet homo cum homine, sed non cum diabolo. Sed Logica Christi docet modum disputandi contra diabolum. Diabolus magnus sophista facit multa argumenta contra illud quod debemus credere, vel contra illa quæ debemus facere, vel contra ea quæ debemus sperare. Primo ergo diabolus tentando de fide arguit, volens inducere illum quem tentat ab impossibile. Verbi gratia. Quando tentat de trinitate dicens, Quomodo est possibile ꝙ vnus deus sit, tres personæ? quia quot sunt suppositа, tot sunt essentiæ. Ad hoc argumentum non possemus respondere per Logicam philosophorum, sed per Logicam Christi, id est per vnam regulam, quam Christus, qui non potest mentiri, docuit dicens, Tres sunt qui testimonium &c. 1. Ioan. 5. Item arguit de incarnatione Christi, dicens, Quomodo potes tu credere quòd deus incluserit se in vtero vnius puellæ, & quòd receperit humanitatem, quia finiti ad infinitum nulla est proportio? Respondetur per Logicam Christi, dicendo, Ei autem qui potens est deus omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus &c. ad Ephes. 3. Fundare se oportet in potentia dei, & tunc diabolus non potest replicare. Item contra hostiam cõsecratam di. Quomodo in tam parua hostia est totus Christus, tam magnus homo, quia locus & locatum debent proportionari? Item quando frangitur hostia, quomodo non frangitur Christus? Respondet per regulam de potẽtia dei, quia potens est deus &c. vbi supra. Et istam regulam allegauit Gabriel virgini Mariæ quærenti, Quomodo fiet istud &c. Non est impossibile apud deum omne verbum &c. Luc. 1. Si cum Logica philosophi velletis respondere, diabolus concluderet vos. Item quando arguit contra virginitatẽ Mariæ di. Quomodo est possibile. Et respondet per dictam regulam, Potens est &c. Et da exemplum de radio solis, transeunte per fenestram vitream. Secundo arguit diabolus contra ea quæ debemus facere. Quilibet debet facere pœnitentiam de peccatis, ne homo damnetur. Et quando homo vult facere aliquam pœnitentiam, vel afflictionem, diabolus loquens imaginationi arguit, dicens, Miser tu interficies te, deus non vult quòd interficias te, sed caue a peccatis, quia deus est misericors, qui non vult mortem peccatoris &c. Ezechiel. 18. Respondet per regulam Christi dicentis, Nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis. Luc. 13. Fundare se oportet in dei voluntate, quia si aliter velles respondere, habet infinitas replicas. Ideo Eua peccauit, quando diabolus disputauit cum ea, dicens, Cur præcepit vobis deus, vt non comederetis ex omni ligno paradisi? Ecce prima quæstio. Gene. 3. debuit respondere, fundando se in voluntate dei, Quia ipse voluit, & ita sibi placuit. Sed ipsa respondit aliter, dicens, Ne fortè moriamur. Et diabolus replicauit. Nequaquam moriemini, sed eritis sicut dij, scientes bonum & malum,

alum, & concluſit, quare præcepit &c. Tertio arguit diabolus contra illa quæ debemus ſperare di. Quomodo tu poteris cælum aſcendere, quia cælum cęli domino, terram autem dedit filiis hominum? Reponde ꝙ per gratiam & miſericordiam aſcendimus, quia dicit, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Mat. 4. Tertia ſcientia eſt Rhetorica, quæ docet prudenter per rationes allegare ad obtinendum quod petitur. Ita Rhetorica Chriſti docet prudenter allegare, & petere proprie coronam à Chriſto in oratione, in qua multi errant male allegando, Domine faciatis vos mihi hanc gratiam quam peto, quia ego ieiuno & ego facio eccleſias, & do eleemoſynas pauperibus, & do eis hoſpitium, & ſic de aliis amore veſtri. Hoc nihil valet, imo prouocatur ira dei. Ideo Rhetorica Chriſti docet proprie allegare dicens, Domine vos feciſtis mihi tot gratias, ſcilicet in creatione ad imaginem & ſimilitudinem veſtram. Similiter in natiuitate, quia inter Chriſtianos, Item quia baptizatus &c. Ideo domine compleatis & faciatis mihi hanc gratiam. Ecce iſta eſt bona Rhetorica, allegando ex parte dei, & non tua. Ideo caueatis ne accidat vobis vt Phariſeo. Luc. 18. qui ſemper allegabat ex parte ſua dicens, Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum &c. Et quia male allegabat, fuit à deo reprobatus. Nota etiam hic exemplum de illo fratre, de quo in vitiſpatrum qui petiit gratiam à deo, allegando ex parte ſua, quia dimiſit mundum, & ſeruabat religionem &c. Et vmbra ipſum percuſsit. Dupliciter debetis allegare. Primo ex parte dei, ſuas excellentias allegando, vel ex parte veſtra diuina beneficia recepta recitando, & dicendo, Vos domine feciſtis mihi tantam gratiam &c. Ideo domine faciatis mihi iſtam gratiam. Apoſtolus, In omni oratione & obſecratione cum gratiarum actione petiones veſtrę innoteſcãt apud deum. Phil. 4. Nota differentiã inter obſecrationem, & orationem, & gratiarum actionem, & petitionem. Oratio eſt eleuatio mentis in deum, ſicut quando dicitur Pater noſter &c. Obſecratio eſt quando dicitur per natiuitatem tuam, vel per paſsionem tuam &c. Gratiarum actio eſt, quando homo recitat gratias à deo receptas, dicens, Domine tot gratias mihi feciſtis &c. ad quam ſequitur petitio. Ideo domine faciatis mihi etiam iſtam gratiam &c. Quarta ſcientia philoſophorum eſt Muſica, quæ oſtendit concordantiam cantus. Ita etiam muſica Chriſti docet vocum concordantiam in pœnitentibus. In pœnitentia enim ſunt tres voces, ſcilicet tenor, percuſsio pectoris: quinta, ſcilicet ſuſpiria & gemitus: octaua, dicendo, Domine miſericordia &c. Iſta conſonantia vocum multum placet deo, di. pœnitenti, Sume tibi citharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita, Bene cane, frequenta canticum, vt memoria ſit tui. Eſaiæ. 23. Et loquitur animæ peccatrici. Ibi incipit conſtructio.

O meretrix obliuioni tradita sume citharam &c. Meretrix est anima peccatrix. Ratio, quia sicut vxor regis filia rustici, quam duxit in vxorem, si dimisso rege viro recederet cum aliquo ribaldo ad lupanar, diceretur meretrix. Sic etiam anima peccatoris, quæ regem Christum sponsauit in baptismo, quando peccat & recedit à Christo, & vadit cum ribaldis inferni dicitur meretrix obliuioni tradita, quia videtur quòd deus non curet, eo quòd non statim deus punit, sed eam expectat ad pœnitentiam. Remedium quod habet est vt redeat ad regem, Ideo dicit, Sume citharam, quæ est pœnitentia. Ratio, quia cithara est lignum aridum & vacuum, alias non faceret sonum. Ita persona pœnitens est arida per abstinentiam, & vacua, quia sine presumptione de dei misericordia, & nimis stulte confidendo. Cithara penitentiæ habet octo chordas, facientes acutum sonum. Prima est peccatorum cognitio, & emendandi propositum, & sic de aliis. Circui ciuitatem, scilicet illam, de qua Dauid, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Quæ circuiri debet per vicos & plateas, scilicet ad deum & ad sanctos recurrendo. Primo coram palatio Trinitatis dicendo, Domine opus vestrum sum, ideo domine parcatis mihi. Ecce vna cantilena. Deinde coram virgine Maria, dicendo illud, Nec abhorre peccatores, sine quibus nunquam fores, tanto digna filio. Deinde ad plateas patriarcharum, & propheterarum &c. Bene cane, frequenta canticum. Ista musica placet deo, ideo dicit, Quæ habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam, Cant. 8, Horti dicuntur ecclesiæ. Amici, sancti qui auscultant, quemadmodum de nocte homo auscultat cantus. Quinta scientia est Arithmetica, quæ docet numerare. Ita Arithmetica Christi debet numerare peccata in confessione, in quibus peccauit homo contra dei præcepta, contra opera misericordiæ, in sensibus corporis. Multi nesciunt numerare peccata propria in confessione, sed si confessor querit de vicino vel vicina, non solum numerabuntur peccata mortalia, sed etiam venialia. Ista est Arithmetica diaboli, ideo modo volo vobis ostendere quomodo numerabunt peccata sua confitentes & penitentes. Et sicut est triplex confessio, ita est etiam triplex numeratio. Prima est confessio specialis, & est ista confessio sacramẽtalis, quæ specialis dicitur, quia oportet dicere peccata specifice, Verbi gratia. Superbia est quoddam genus peccati, non sufficit dicere, ego fui superbus, sed oportet descendere ad speciẽ. Superbia habet multas species, quæ sunt, despicere patrẽ, vel matrẽ, vel prelatum vel dominũ, maiorẽ, vel minorẽ, vel æqualem, vel despicere sanctos, vel deũ. Item aliquando superbia consistit in corde. Et quandoque erũpit à dextra, vt patet in pompa, & vanitatibus, quibus nõnunquã proximi scandalizantur. Item auaritia est aliud genus, & nõ sufficit dicere, ego fui auarus, sed oportet dicere, ego feci simoniam isto modo, vel vsurã, vel rapinã, vel furtum, secretum

ſecretũ,vel deceptiones,emendo vel vẽdendo, vel calumniam, vt iudices,oportet ſpecies dicere. Item de luxuria oportet ſpecifice dicere, & ſpecificare dicendo,ſi fuit fornicatio,vel adulteriũ,raptus,inceſtus, vel ſacrilegiũ,vel contra naturam,ſed non oportet dicere indiuiduũ,id eſt nominare perſonas,ſed oportet dicere ſpecifice,vt dicit glo. ſuper illo verbo Dauid, Per ſingulas noctes, id eſt per ſingula peccata mortalia. Secunda confeſsio eſt generalis,vt illa quæ fit in introitu miſſe, vel in accuſatione quam faciũt religioſi in capitulis de culpis, ibi ſufficit numerare peccata in genere. Tertia eſt generaliſsima, ſcilicet illa quæ fit Deo di. Ego ſum peccator. Et eſt bona, quia obtinet quandoque gratiam.No.hiſto. Luc. 18. de publicano di. Deus propitius eſto mihi peccatori,& nullum peccatũ nominabat,nec in genere,nec in ſpecie,& tamen deſcendit iuſtificatus in domum ſuã. Nota,hic auiſentur confitentes ne faciãt confeſsionẽ illius Italici, qui dicebat ſe ſolum habere tria peccata paruiſsima,ſcilicet vſurã,luxuriã,& non credo in deum. Male numerabat peccata. Melius numerabat peccata Manaſſes rex Iuda, dicens,Peccaui ſuper numerum arene maris, ſcilicet venialiter. Peccata enim venialia innumerabilia ſunt, vt arena maris,& multiplicate ſunt iniquitates meæ,ſcilicet peccata mortalia,quæ ſunt numerabilia. 2.Paralip. vlti. Sexta ſcientia eſt Geometria de menſuris. Et Geometria Chriſti docet bene menſurare vitam propriam,bona temporalia,& ſeruitium quod debemus facere deo. Si iſta bene menſuramus, patebit quod totũ eſt parum, & quaſi nihil. Primo vita noſtra eſt parua & modica,quæ quaſi nihil eſt,quia quod præteritum eſt nihil eſt, quod futurum eſt nondum eſt. Vitã noſtra in puncto conſiſtit,quia de tẽpore non habemus niſi præſens nunc,dicit Philoſophus. Ideo Iacobus, qui optime ſciebat vitã menſurare,dicebat,Quę eſt vita veſtra? vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Iacob. 3.Cum ergo vita tam ſit modica, humiliari merito debemus. Secundo debemus menſurare bona temporalia,honores,officia,dignitates,vel prælationes. Videtur nobis eſſe magnum bonum, eſſe regem vel papam &c. Dico quòd nullum bonum eſt, ſi bene menſuretur. Quod bonum eſt facere ſe fideiuſſorem ſub pœna mortis pro alio,hoc bonum eſt eſſe papam vel regem, eſſe obligatum deo dare rationem de omnibus ſibi ſubditis, ſub pœna damnationis æternæ,niſi det bonam rationem. Ecce quod bonum eſt dare deo rationem de tot animabus, cum de ſua propria habeant ſatisfare ita, vt vix rationem reddere poſsint. Item videtur vobis,quòd habere multas diuitias ſit magnum bonum, ſed male menſuratis,quia aſinus poteſt eſſe a deo auro oneratus, quod nec poteſt ipſum ſecum portare, ita quilibet diues oneratus eſt bonis diuitiarum ipſius mundi, qui eſt dominus diuitiarum. Si vultis ſcire quis diuitiarum eſt dominus, vos,an mundus:Nota ſimilitudinem de cane, qui in biuio di-

Debet peccatum cõfiteri quidem in ſpecie,nõ autem in indiuiduo.

Vita hominis,quã tũ ad menſuram, in ſolo conſiſtit, inflati.

misso alio sequitur dominũ, tunc cognoscitur cuius est. Ita vos & mundus vaditis per eandem viam. Sed in biuio, id est morte, diuitiæ non sequuntur vos, sed mundum. Ideo onerate vos virtutibus, & meritis, quę sequuntur hominẽ. Item videtur vobis quod perfectè, & purè, & transitoriè, & momentanee voluptates carnis sint magnæ delectationes, sed debemus mensurare seruitium dei. Tu religiose, clerice, vel laice quot anni sunt ꝙ seruis deo? quinquaginta vel sexaginta anni magnum vobis videtur, sed si bene mẽsures, inuenies ꝙ de quinquaginta annis non seruiuistis deo purè per annum sine aliquo peccato mortali, vel veniali. Idem de mense. Idem de hebdomada, & de die, quia septies in die cadit iustus. Prouer. 24. Ideo decipiũtur multi male mensurando. Ista est ratio, quare sancti humiliabantur, & quanto erant sanctiores, tanto erant humiliores, iuxta illud, Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam &c. Eccle. 3. Septima scientia philosophorum est Astrologia, quæ ostendit de moribus cælorum, de ordinatione planetarum, & influentiis eorum. Ista Astrologia, quæ legitur in schola Christi, quia sicut non est nisi vnus sol in cælo, in quo sunt tria, substantia, radius, & calor, ita non est nisi vnus deus in toto mundo, qui est pater, & filius, & spiritus sanctus. Aliqui volentes contemplari trinitatẽ, decipiuntur, sumentes personas in deo sicut in nobis. Ipse sol circuit mũdum a principio anni vsque ad finem, dum circuit duodecim signa, & illuminat, calefacit, & facit fructificare. Ita sol iustitiæ Christus circuit duodecim articulos fidei, in Credo in deum contentos, quia aliqui sunt de eius diuinitate, alij sunt de eius humanitate. Credo dicatur. Item luna totam claritatem recipit a sole, ita ecclesia totam claritatem habet a deo. Nota septem conditiones lunæ, quæ reperiuntur in ecclesia. Primo fuit noua tempore Christi & apostolorum. Secundo fuit crescens tempore martyrũ. Tertio fuit plena tempore doctorum. Quarto fuit minuta tempore cõfessorum. Quinto fuit girata, Nam totus mundus est giratus, & versus ad vanitatem. Sexto eclypsabitur cito, scilicet tempore antichristi. Septimo in die iudicij erit perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis. Psal. 88. Vel aliter, Sol est de quo dicit ecclesia virgini Mariæ, Felix namque es &c. Et sicut in sole sunt tria, scilicet substantia, radius, & calor, ita in Christo substantia corporis, & radius diuinitatis, & calor dilectionis. Luna est virgo Maria, quæ fuit noua in natiuitate, crescens in templi habitatione, plena in filij dei conceptione, minuta secum portans dominum in Aegypti fugatione, & girata in passione Christi, eclypsata in corporis defunctione, & tandem perfecta in corporis & animæ glorificatione. Sol & luna steterunt in habitaculo suo. Abac. 4. Lucifer, qui solem sequitur, fuit Ioannes Baptista. Hesperus ille, qui debet finem mundi publicare, fuit beatus Dominicus, & specialiter sanctus Vincentius, de quo Apocalyp. 14. Vidi alterum angelum

gelum volantem per medium cæli, habentem euangelium æternum, vt euangelizaret ſedentibus ſuper terram, & ſuper omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum, dicens magna voce, Timete dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius, & adorate eum qui fecit cælum & terram. Item contemplari debemus planetas, ſcilicet angelos, qui influunt mundo cuſtodiendo nos. Qui talia contemplantur, ſunt boni Aſtrologi, & poſſunt dicere cum apoſtolo, Noſtra conuerſatio in cælis eſt. Vnde etiam ſaluatorem expectamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. ad Philip. 3. Ecce quare dicit thema, Nolite eſſe prudentes &c. Omni enim conamine, quo poſſumus, mundi & carnis vitemus prudentiam, quæ potius ſtultitia quàm prudentia æſtimanda eſt, vt ad diuinam & veram pertingere in præſenti valeamus prudentiam, & in futuro ſapientiæ ingenitæ & increatæ claram contemplationem, quam nobis concedat deus trinus, & vnus, nunc & in euum benedictus. Amen.

Sermones ſancti Vincentij, illuminatiſsimi, ſacræ theologiæ profeſſoris acutiſsimi, fratris diui ordinis Prædicatorum, temporis eſtiualis, finiunt feliciter.

Regeſtum.

aa** bb** aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt vv xx yy zz AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN. Omnia integra, præter bb **, & NNN, quæ ſunt ſemifolia.